BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
28 H
6

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Pazze Aure 16
59. 59
9
16.

59.1.16.

GVIDONIS BONATI FOROLIVIENSIS MATHEMATICI

DE ASTRONOMIA TRACTATVS X.

vniuerſum quod ad iudiciariam rationem Natiuitatum, Aëris, Tempeſtatum, attinet, comprehendentes.

Adiectus eſt

Cl. Ptolemæi liber Fructus, cum Commentarijs Georgij Trapezuntij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

12 28 H 6

BASILEÆ, ANNO M. D. L.

GENEROSO DOMINO GVLIELMO PAGETO, BARONI ET REGIO CONTRAROLLARIO, DOMINO SVO S.

MARTINVS Pontifex,qui eius nominis erat quartus,bellum graue & ſæuum cum Foroliuienſibus geſſit,ciuibus ſuis:oppidani,quum urbs obſideretur,& hoſtibus cincta eſſet,moniti à Guidone Bonato Foroliuienſi,Aſtrologorum ſuæ ætatis ut primario,ita & doctiſſimo,atque patriæ amantiſſimo,quo die & qua hora pugnare feliciter poſſent:ſequuti & ciuis & Mathematici conſilium,prælium ſecundum fecerunt,& patriam liberarunt obſidione,quæ paucis antè diebus,duras obtulerat Guidoni Appiæ,duci copiarum,pacis conditiones. Hic liber,Pagete,huius Guidonis eſt,qui patriæ Foroliuio,libertatem reſtituit:quem ego Librum, tibi,Regnoq; Angliæ,boni ominis cauſa mitto:quo uos ſimili aliquo euentu,hoſtium conatus ſubitò comprimatis,& pacem Regi,Populoq; Anglicano ocium conſtituatis.Sed etiam idcirco tibi mitto,quoniam tua delectatus ſum,quum iſthic eſſem,prudentia,in negocijs Regis,& humanitate erga omnes ordines,& erga me tua beneuolentia.Quas uerò hic Liber utilitates adferat Mathematicis,quum per te ipſe potes exiſtimare, tum etiam ex Mathematico ueſtro Nicolao Kratzero cognoſcere:qui ita bonus & probus eſt,ut maiore quàm Mathematicorum fortuna ſit dignus,& ita ſuæ Artis peritus eſt,ut ſolus iſthic artifex haberi debeat.Dabimus breui Apologiam Aſtrologiæ,ſcriptam à clariſſimo Medico Lucio Bellantio,aduerſus calumnias Ioannis Pici.Volebamus huic noſtro Guidoni adiungere eius ſcriptum,id tamen certis rationibus omiſſum eſt.Trapezuntij uerò in Centum Ptolemæi ſententias Commentarium, cum reliquis placuit in præſentia addere.Breui,longè plura daturi,Deo beneuolente:inter quæ & Tabulas Aſtronomicas emendatiſſimas,in lucem dabimus.Vale uir clariſſime,& hanc meam audaciam boni conſule. Argentorati,tertia Auguſti,Anno Verbi incarnati milleſimo quingenteſimo quinquageſimo.

Tuus ex animo deditiſſimus

Nicolaus Pruknerus.

INDEX CAPITVM.

¶ Si duo numeri ſunt, primus indicabit Caput, ſecundus uerò Columnam: ſi unus tantùm, ipſam Columnam.

TRactatus primus, qui eſt in confirmationem huius ſcientiæ: & habet xiiij capita.

Ad oſtendendum utilitates quas poſſumus ſequi de Aſtronomia, quæ eſt in iudicijs. Cap. 1. Col. 1.

Ad oſtendendum quòd ſtellæ imprimunt in inferiora corpora, & quòd mutationes quæ fiũt in hoc mundo, fiunt motibus ipſarum. Cap. 2. Columna 2

Qualiter perueniatur ad ſcientiam iudiciorum aſtrorum: & quomodo eſt quòd excuſari poteſt. 3.3

Contra illos qui dicunt quod ſcientia ſtellarum non poteſt ſciri ab aliquo. 4.3

Contra illos qui dixerunt quod Planetæ uel aliæ ſtellæ non habent ſignificare aliquid ſuper generatione neque ſuper corruptione, neq; ſuper aliquod de his quæ ſiunt circa globum lunæ. 5.6

Contra illos qui dicunt quod planetæ habent ſignificationem ſuper rem uniuerſalem tantum. 6.6

Contra illos qui dixerunt quod ſtellæ ſignificant tantum duo, ſcilicet neceſſarium & impoßibile, poßibile uero non. 7.6

Contra illos qui contradicunt iudicijs Aſtronomiæ, & qui reprehendunt eam, neſcientes dignitatem eius, eo quod non eſt lucratiua. 8.7

Contra illos qui dixerunt quod ſcientia ſtellarum nõ eſt utilis, ſed potius damnoſa, eo quod inducit triſtitiam & anguſtiam illis qui præſciuerunt accidentia futura, unde triſtantur illa de cauſa antequam eueniat eis impedimentum. 9.9

Contra illos qui dixerunt quod iudicia ſtellarum non ualent, nec etiam electiones ualent, dicentes quod ita poteſt eligi inimico ſicut ei cui eligitur. 10.14

Contra illos qui dixerunt uniuerſaliter quod Aſtrologia non erat aliquid: ad oſtendendum quod ipſa eſt: & quid ſit ipſa. 11.15

Ad ſciendũ quid eſt Aſtronomia, quæ eſt pars actiua. cap. 12. col. 15

Quod hæc ſcientia non debet reprehendi, cum ſancti patres, etiam Chriſtus ea fuerint uſi. 13.18

Ad oſtendendũ aſtronomiam eſſe artem atq; unam ex iiij. mathematicis, ſcilicet ſcientijs doctrinalibus. 14.18

TRactatus ſecundus de diuiſione orbis ſignorum & eorum eſſe, & quomodo ſint ordinata & diſpoſita, & quare ſint tantũ xij. nec plura nec pauciora, et quare denominẽtur illis nominibus, et de adiacẽtibus ad hæc: & ille tractatus continet tres partes. 20

TItuli primæ partis ſecundi tractatus qui habet ſeptẽ capita.

De diuiſione orbis ſignorum, & quod ſigna ſint tantum xij. & quod nec plura nec pauciora. 1.20

Quomodo ſigna agunt in elementa, et in quæ elementa agunt quælibet ſigna. 2.21

Quare elementa ſint ita diſpoſita & ordinata. 3.27

Ad oſtendendum quod elementa ſunt tantũ quatuor nec plura nec pauciora. 4.27

Quare ſigna fuerunt ita ordinata ſeu diſpoſita. 5.27

Quare denominatio ſignorum incipit ab ariete, & non ab aliquo aliorum ſignorum. 6.29

Quare ſigna fuerũt nominata illis nominibus. 7.30

SEcunda pars ſecũdi tractatus de eſſe circuli eſſentiali. & habet 28. capita. 32

De diuiſione orbis ſignorum in xij. ſigna, & uniuſcuiuſq; ſigni in xxx. gradus, & uniuſcuiuſq; gradus in lx. minuta, & uniuſcuiuſq; minuti in lx. ſecũda. 1.32

Ad oſtendendum quæ ſigna ſunt ſeptentrionalia, & quæ meridionalia. 2.33

Quæ ſigna ſunt directæ aſcenſionis, & quæ tortuoſæ. 3.33

De ordine circulorum ſeptem planetarum, atq; ipſorum ſeptem planetarum diſpoſitione, et ipſorum curſibus, & in quibus tẽporibus perficiantur curſus 4.35

Quas poteſtates habent planetæ in ſignis. 5.35

De domibus planetarum. 6.35

De detrimentis planetarum. 7.38

De gaudijs planetarum ſecundum Dorothium. 39

De exaltationibus planetarum. 8.39

Quare aries eſt exaltatio ſolis & libra eius deſcenſio, et quare alia ſigna ſunt exaltatiões planetarũ. 9.39

De caſu ſeu deſcenſione planetarum. 10.40

De quatuor triplicitatibus ſeptem planetarũ. 11.41

De ſignis mobilibus fixis & communibus. 12.42

De aſpectibus planetarum. 13.43

De terminis v. planetarũ præter luminaria. 14.46

Quando terminus præponitur triplicitati, & quando triplicitas præponitur termino. 15.50

De directione quæ fit per dominos terminorũ. 16.50

De faciebus ſignorum. 17.50

Ad inueniendum quemlibet gradum cuiuſq; ſigni cuius faciei ſit. 18.50

De fortitudinibus cuiuslibet planetæ, in qualibet ſua dignitate. 19.51

Quæ ſignorum dicuntur rationalia, & quæ habentia pulchras uoces, & quæ domeſtica, & quæ alas habentia, & quæ quadrupedia. 20.52

Quam partem corporis quodlibet ſignum dicatur habere, & quam ſignificationem in quolibet membro, et quos mores hominum, & quid ſignificet ex ſeminibus & regionibus & ſimilibus. 21.54

Quam partem corporis ſignificat quilibet planeta in quolibet ſigno. 22.57

De gradibus maſculinis & gradibus fœmininis in quolibet ſigno. 23.58

De gradibus lucidis, tenebroſis, fumoſis & naeuis. cap. 24 col. 58

De gradibus putealibus. 25.59

De gradibus azemena. 26.60

De gradibus augmentantibus fortunam. 27.60

De gradibus competentibus & conformantibus in uirtute. 28.61

TErtia pars ſecundi tractatus, & eſt iſta de eſſe circuli accidentali, & habet xv. capita. 62

De diuiſione circuli per domos. 1.61

De diuiſione quartarum circuli. 2.62

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quæ medietas dicatur aſcendens uel deſcendens, & quæ pars dicatur dextra uel ſiniſtra. 3.63
De angulis cadentibus & ſuccedentibus. 4.63
De ſignificatis duodecim domorum, & primo de prima domo. 5.64
De ſignificatis duodecim domorum in contrariã partẽ inceſſus prędicti, et primo de duodecima domo. 6.76
De numeratione domorum, & quare incipiunt à prima, & uadunt uerſus quartam, & à quarta in ſeptimã, & à ſeptima in decimã, et à decima in primam. 7.89
Quæ domus ſunt fortes, quæ fortiores, quæ debiles, quæ debiliores, & quæ mediocres. 8.90
Quod planetæ uadunt contra firmamentum, ſcilicet contra motum primum. 9.91
De coloribus quos ſignificant domus. 10.92
In quibus domibus planetæ gaudent. 11.92
In ſignificationibus domorum uel angulorum ſuccedentium, & dominorum angulorum ſuccedentium & cadentium. 12.93
De ſignificatione dominorum angulorum & angulis, & primo de domino primo in primo. 13.93
De inueniendo ſignificatorem rei quæſitæ. 14.95
De poteſtatibus accidentalibus. 15.96

TRactatus tertius de naturis ſeptẽ planetarum, et quid ſit illis proprium, & quid habeant ſignificare, de eſſe cuiuslibet rei ſecundum eſſe ſuum, & ſecundum naturas ſuas, & quid imprimant in inferiora ſecundum diuerſitatem qualitatum ſuorum motuũ. Et habet ille tractatus duas partes.

¶ Tituli capitulorum primæ partis tertij tractatus. Et habet 13. capita.
De Saturno quid ſignificet. 1.97
De Ioue quid ſignificet. 2.101
De Marte quid ſignificet. 3.103
De Sole quid ſignificet. 4.106
De Venere quid ſignificet. 5.108
De Mercurio quid ſignificet. 6.111
De Luna quid ſignificet. 7.114
De capite & cauda draconis quid ſignificent. 8.119
Quid operetur quiſq; planetarum in conceptione puerorum. 9.120
Qualiter diſponatur uita nati ſecundum annos nutritionis cuiuslibet planetarum. 10.111
Quem ex diebus, & quam ex noctibus habeat quiſq; planetarum, & quare denominetur ab eo, & de horis inæqualib. & de horis maſculinis et fœmininis. 11.122
De formis ſeu figuris quas ſigna dant natis. 12.123
De diuerſis accidentibus quæ accidunt hominibus. cap.13. col.124

¶ Secunda pars tertij tractatus de his quæ accidunt planetis in ſemetipſis, & quid accidit uni ab altero, & habet xxiij. capita. 124
De his quæ accidunt planetis in ſemetipſis. 1.124
Quando planetæ ſunt ſeptentrionales & quando meridionales. 2.130
De his quæ accidunt planetis adinuicem, uni ſcilicet eorum ab altero. 3.130
De alitiſal planetarum. 4.131
Quando planetæ dicuntur orientales, & quando occidentales. 5.133
De duobus inferioribus quando ſunt orientales, & quando occidentales. 6.134
De duſtoria ſiue ayz planetarum. 7.135
De tribus ſuperioribus ex quo apparuerint de ſubradijs ſolis. 8.137
De Venere & Mercurio cũ ſeparantur à Sole. 137
De coniunctione planetarum ſecundum latitudinem. cap.9. col.138
De euacuatione curſus planetarum. 10.138
De translatione planetarum. 11.138
De reditu luminis planetarũ et eius abſciſiõe. 12.140
De prohibitione coniunctionis, & quare aliquando res non perficiuntur. 13.142
De redditu uirtutis quando planeta reddit eam illi qui ſibi dedit. 14.143
De refrenatione planetarum. 15.144
De contrarietate planetarum. 16.145
De fruſtratione coniunctionis planetarum. 17.146
De abſciſsione luminis unius planetæ ab altero. cap.18 147
In quibus locis planetæ ſunt fortes, & in quibus debiles, & in quibus fiunt fortunæ, & in quibus infortunæ. 19.148
Quando & in quibus locis planetæ fiunt debiles. cap.10. col.149
De obſeſsione planetarum atq; ſignorum. 21.150
Qualiter unus planeta diligat alium, & qualiter diligatur ab altero, & qualiter inuicem odio ſe habeant. cap.22. col.151
De ipſorum amicitia. 23.152

TRactatus quartus de conſideratione quarundam cõiunctionum, & quorundam aliorum quæ oportet aſtrologum ſcire & conſiderare, & habet viij. capita.
De expoſitione quorundam nominum aſtrologorũ. cap.1. col.152
Qualiter corpora ſupercœleſtia mouẽtur ſecundum diuerſos motus planetarum. 2.153
De coniunctione Saturni & Martis. 3.156
De quarta coniunctione Saturni & Iouis. 4.158
De quinta coniunctione Solis cum alijs. 5.158
De ſexta coniunctione. 6.158
De horis combuſtis & incombuſtis poſt coniunctiones Solis & lunæ, quod quidam albuiz ſiue abiuth uocant. 7.159
De inuentione gradus aſcendentis, natiuitatis uel alicuius quæſtionis, ſeu alicuius principij, cuius habentur aliqua indicia quaſi ſemicerta. 8.160

TRactatus quintus in conſiderationibus quæ cadunt ſuper indicijs ſecundum motus & ſignificata ſtellarum, & ſuper quibuſdam capitulis ad indiciorum introductionem pertinentibus, & habet cxlvi. cap. ſeu conſiderationes. 162
Conſideratio prima, in his quæ mouent hominem ad quæſtionem faciendam. 162
2 Eſt in modo quem debet ſeruare quilibet qui uult aliquid quærere ab aſtrologo. 162
3 Quot modis operentur planetæ in inferiorib. 163
4 Eſt cauſarum adiuuantium res ut fiant, & ut perficiantur

ciantur. 163
5 *Quot modis accidit tale eſſe lunæ.* 163
6 *Alius modus debilitationis planetarum non multum diſcrepans à ſupradicto, &c.* 165
7 *Vt caueas tibi ab illis modis quibus poteſt aſtrologus errare.* 165
8 *Vt uideas quibus et quot conſiderationibus te oporteat uti, &c.* 166
9 *Videre iuuantes uel nocentes in rebus ut fiant uel non fiant, &c.* 167
10 *Vt proſpicias ſtellas fixas iuuantes ſeu nocentes.*
11 *Intueri atq; conſiderare planetas malos, &* (170 *uidere quid ſignificent.* 170
12 *Proſpicere fortunas, & uidere quid ſignificẽt.* 171
13 *Videre ſolem & ipſius ſignificata.* 171
14 *Proſpicere Mercurium & Lunam.* 171
15 *Conſiderare modos, quibus planetæ habent imprimere in inferiora.* 171
16 *Videre utrum planeta ſignificator alicuius rei ſit impeditus ab aliquo malorum.* 171
17 *Proſpicere utrum planeta ſignificator ſit ſaluus, ita quod non impediatur.* 172
18 *Vt cõſideres quãdo planeta eſt in angulis malorũ.*
19 *Vt proſpicias lunam quando fuerit uacua* (172 *curſu.* 173
20 *Vt proſpicias ſi luna uel ſignificator iungatur alicui ex planetis.* 173
21 *Vt uideas à quo planetarum ſeparetur luna.* 173
22 *Vt conſideres cui luna coniuncta eſt ex planetis.*
23 *Vt proſpicias lunam cui iungitur.* 173 (173
24 *Vt aſpicias ſi planeta ſignificator fuerit in deſcenſione ſua.* 174
25 *Vt conſideres utrum planeta ſit retrogradus uel ſtationarius, &c.* 174
26 *Vt uideas utrum planeta ſignificator ſit in ſtatione ſua ſecunda.* 174
27 *Vt proſpicias utrum planetæ mali ſint ſignificatores alicuius rei.* 174
28 *Videre ſi planeta ſignificator alicuius rei fuerit tardus.* 174
29 *Vt intuearis utrum luna ſit alicui planetarum corporaliter iuncta.* 175
30 *Vt aſpicias quando planeta ſignificator ſiue luna iam tranſiuerit xxix. gradum ſigni in quo fuerit.* 175
31 *Perſpicari quando unus planeta petit coniunctionem alterius.* 175
32 *Vt aſpicias ſi malus planeta fuerit ſignificator alicuius rei quale fuerit eius eſſe.* 175
33 *Vt uideas utrum aliquis malus ſit ſignificator alicuius rei, &c.* 175
34 *Vt aſpicias in quæſtionibus, &c. ſuper quibus oporteat te iudicare.* 176
35 *Vtrum planeta malus ſit in ſignis ſibi ſimilib.* 176
36 *Vt conſideres quando mali ſignificẽt impedimentum.* 176
37 *Videre ſi fortunæ fuerint ſignificatrices.* 176
38 *Videre ſi ſignificatrices ſint cadentes ab angulis.*
39 *Vt aſpicias ſi planeta fuerit ſignificator ſit* (176 *receptus.* 176
40 *Vt aſpicias ſi planeta malus fuerit peregrinus.* 178
41 *Vt proſpicias ſi malus planeta fuerit ſignificator.*
42 *Vt intuearis ſi fortuna fuerit ſignifica-* (178 *trix, &c.* 178
43 *Videre ſi fortunæ atq; mali fuerint ſimul in locis malignis.* 178
44 *Vt proſpicias ſi planeta ſignificator, &c. fuerit in domo ſua.* 178
45 *Vt aſpicias ſi mali ſint in angulis aſcendentis & impediant, &c.* 178
46 *Videre planetam qui fuerit ſignificator utrum ſit fortuna uel malus.* 179
47 *Vt cõſideres utrum ſignificator ſit in lumine ſuo.*
48 *Vt uideas ſi malus planeta ſit ſignificator,* (179 *& minuetur malum.* 179
49 *Vt conſideres utrum aliquis malorum ſit alicuius ſignificator.* 179
50 *Vt aſpicias dominum aſcendentis alicuius rei atque Lunam.* 179
51 *Vt aſpicias utrum planeta ſignificator alicuius rei ſit cadens ab angulo.* 181
52 *Vt cum tres inferiores, ſcilicet Venus, Mercurius & Luna exeunt de ſubradijs.* 181
53 *Vt aſpicias utrum planeta ſignificator ſit ſub radijs ſolis.* 181
54 *Vt aſpicias utrum planeta ſuperior ſit elongatus à ſole per xij. gradus.* 181
55 *Vt aſpicias utrum planeta ſignificator ſit peregrinus.* 181
56 *An ſignificator alicuius rei commiſerit diſpoſitionem ſuam alicui planetæ.* 182
57 *Vtrum planeta ſignificator ſit in octaua ab aſcendente.* 182
58 *Vtrum planeta ſignificator ſit fixus in ſigno, in quo fuerit inuentus.* 182
59 *Vtrum planeta ſignificator ſit poſt lineam anguli per xv. gradus.* 182
60 *Vtrum planeta ſignificator ſit in ſigno fixo uel cõmuni ſeu mobili.* 183
61 *Vtrum dominus aſcendentis uel luna ſit cum capite uel cauda draconis.* 183
62 *Vtrum luna ſit uacua curſu.* 184
63 *Vtrum luna ſit lõge à coniunctione malorũ.* 184
64 *Vtrum luna ſit in Cancro uel in Tauro, uel in Sagittario, uel Piſcibus.* 184
65 *Vtrũ dominus ſeptimi ſit impeditus, an nõ.* 184
66 *Quãdo mali planetæ minãtur aliquid mali.* 184
67 *Vtrum ſit aliqua eclipſis futura.* 185
68 *In quæſtionibus ægrorum utrum dominus ſeptimi ſit liber.* 185
69 *In quæſtionibus itinerum, utrum ſignificatores ſint æquales.* 185
70 *Vtrũ dominus coniunctionis aut præuentionis ſit in aliquo angulorum illius rei quæſitæ uel inceptæ.* 185
71 *Vtrum ſignificator cadat inter aſcendens & duodecimam.* 186
72 *Vtrum quæſtio ſit de itinere.* 186
73 *Vtrum quæſtio ſignificet bonum uel malum.* 186
74 *Vtrum planeta ſignificator ſit in ſtatione ſua pri*

ma uolens retrogradare. 186

75 *Vtrum Luna in aliqua re quam facere quis intendit, ſit impedita ab aliquo planetarum.* 187

76 *A quo planetarũ ſeparetur Luna, & cui iũgatur.*

77 *Vtrum ſignificator aut Luna fuerit in oppo (187 ſitione domus ſuæ.* 187

78 *Vt uideas ſignum quod ſignat rem de qua fuerit interrogatio.* 187

79 *Vtrum ſignificator aut Luna iungatur malis aut bonis.* 188

80 *In quo ſigno ſit ſignificator rei quæſitæ.* 188

81 *Vtrum ſignificator ſit in angulo ſuccedenti aut cadenti.* 188

82 *Vtrum ſignificator alicuius rei accipiat diſpoſitionem ab aliquo planetarum.* 188

83 *Vtrum fortunæ & infortunæ ſunt æquales in quæſtione ſeu quauis alia re.* 188

84 *Si fortunæ fuerint fortiores in quæſtiõibus quàm infortunæ.* 188

85 *Vtrum pars fortunæ cadat in bono loco in fortuna, an in malo angulo.* 188

86 *Vtrum aliquis malorũ aſpiciat ſignificatorẽ.* 189

87 *Vt aſpicias nouenarium Lunæ.* 189

88 *Vt conſideres planetã à quo ſeparatur Luna.* 189

89 *Vt aſpicias duodenariam Lunæ.* 189

90 *Vtrum dominus domus in qua fuerit Sol, & dñs domus, in qua fuerit Luna, &c. ſint orientales.* 189

91 *Vtrum Mars ſit in aliquo angulorũ illius figuræ.*

92 *Vtrum ſignificator mortis iuerit ad ſignifi- (189 catorem nati.* 189

95 *De qua re ſit quæſtio.* 189

94 *Vtrũ ſignificator rei quæſitæ ſit cadens ab aſcendente.* 189

93 *Vtrum planetæ ſignificantes rem quæſitam, iungantur adinuicem.* 189

96 . *Vtrũ ſignificator rei & Luna ſint in angulis.* 189

97 *In quo climate ſuſcipiatur quæſtio.* 190

98 *Vtrum ſignificatio quæſtionum ſignificatur per coniunctionem aut aſpectum planetarum.* 191

99 *Vt uideas quid inde futurum ſit.* 191

100 *Vt aſpicias in tuis actibus ſtellas fixas iuuantes res ut fiant.* 192

101 *Quis planeta ſit interfector uel abſciſor uitæ ſeu annorum.* 193

102 *Qualiter ſignificatum quod ſignificatur debeat inueniri.* 194

103 *In qua domo fuerit inuenta pars fortunæ.* 194

104 *Vtrum ſignificator nati ſeu quærentis inueniatur in ſeptima domo ſua.* 194

105 *Vtrũ malus infortunatus inueniatur in ſeptimo.*

106 *Si fortuna fortunata fuerit in ſeptima.* 195. (194

107 *Vtrum Mars in ſecundo ab aſcendente uel in decimo.* 195

108 *Vt aſpicias ſi aliquis planetarum aſpexerit duas domos.* 195

109 *Si dominus quintæ domus fuerit in ſeptimo impeditus.* 195

110 *Vtrum ſit aſcendens Scorpio.* 195

111 *Vtrum cauda draconis ſit in ſeptimo.* 195

112 *Cuius uirgo fuerit aſcendens.* 195

113 *Vtrũ aliquis malorum ſit in nona impeditus.* 196

114 *Vtrum dominus octauæ domus ſit fortuna.* 196

115 *Si octaua domus uel eius dominus fuerint impediti aliquò.* 197

116 *Quæ domorum fuerit impedita.* 197

117 *In qua illarum fuerit cauda draconis.* 197

118 *In qua domo fuerit fortuna fortunata.* 197

119 *Si dominus ſecũdæ domus fuerit in ſeptima.* 197

120 *Vtrum aliquis dominorum tertiæ, quartæ, quintæ, ſextæ, nonæ, decimæ, undecimæ, duodecimæ ſit in ſeptima.* 197

121 *Vtrum Luna ſit in octaua.* 198

122 *Vtrum pars fortunæ ſit in primis decem gradibus quartæ domus.* 198

123 *Vtrum Sol & Luna ſint iuncti, &c.* 199

124 *Videatur ſignificator ſubſtantiæ nati ſiue quærentis.* 199

125 *Quod ſignum ſit aſcendens.* 200

126 *Vtrũ Mercurius ſit ſignificator natiuitatis.* 201

127 *Si dominus aſcendentis natiuitatis fuerit malus naturaliter.* 202

118 *Vtrum ſignum aſcendens ſit formatum ad imaginem ſigni hominis.* 202

129 *Vtrum Luna ſit in oppoſitione Solis.* 203

130 *Vtrum Luna ſit iuncta cum Mercurio.* 203

131 *Vtrum in natiuitate uiri luminaria ſint in ſignis maſculinis.* 203

132 *Vtrum Mars ſit corporaliter cum ſtella fixa ipſius naturæ.* 204

133 *Vtrum aſcẽdens ſit Gemini aut Sagittarius.* 205

134 *Vtrum Mars & Venus ſint in ſexta.* 205

135 *Vtrum dominus aſcendentis Luna, Iupiter et Venus ſint in aſcendente.* 205

136 *Vtrũ Sol et Luna fuerint in exaltationibus ſuis.*

137 *Vtrũ Mercurius ſit iũctus cũ Saturno.* 206. (206

138 *Vtrum in natiuitate alicuius ſint duæ infortunæ in termino quartæ domus.* 206

139 *In qua domo ſit cauda draconis.* 206

140 *Vtrum ſignificator finis rei ſit debilis.* 207

141 *Quæ dantur hominibus à ſtellis fixis.* 207

142 *Quæ dona ſeu fortunia dantur hominibus à planetis.* 212

143 *Vt conſideres modum & uiam iudicandi.* 212

144 *Quando ſignificatores obſcure oſtendunt intentum eorum.* 214

145 *Vtrum in diurnis natiuitatibus cor leonis fuerit in aſcendente.* 214

146 *De dominis participibus, &c.* 214

TRactatus ſextus habens tria capita introductoria. De partibus iudiciorum ſiue introductorium ſub breuiloquio, ad iudicia ſtellarum. 216

Qualiter ad iudicia ſit perueniendum. 2.216

Expoſitio primi & ſecundi modi. 217 *& tertij.* 218

Modus alius perficiendi res. 219

De quibuſdã alijs accidẽtib. rerũ perficiẽdarũ. 808

Quæ ueniunt leuiter, breuiter, cum petitione, ſtudio & labore, & quæ uix perficiuntur. 220

Quando res ſit ſine ipſius exceptione. 220

Quando res quæ petitur eſt magiſtratus uel dignitas. 220

Quando res aliqua ſperatur ab aliquo magnate. 220

Quando non interuenit coniunctio uel aſpectus. 220

Quomodo ſciatur utrum res debeant perfici. 3.222

Tractatus ſuper præcipuis iudicijs aſtrorum.

Quid accidat quærenti de qualibet re quam facere intendit. 1.223

Quomodo aſpicies umbram quando fient tibi quæſtiones. 2.224

Quis ſit ſtipes, & qui ſint rami huius arboris. 3.225

Aſtrologus non debet aſpicere ſibi ipſi. 4.225

Vt aſpiciendi ſunt planetæ impedientes res. 5.229

De ſecunda domo.

De ſubſtantia quam ſperat interrogator. 1.231

Vnde & quare acquiret, amittetq́; ſubſtantiã. 2.232

Cauſa quare non acquiret ſubſtantiam. 3.233

Vtrum acquirat ſubſtantiam quam depoſuit. 4.236

Si adipiſcetur de ſubſtantia regis. 5.237

De tempore prædictorum. 6.237

De tertia domo.

De fratribus & eorum eſſe. 1.238

De quarta domo.

De poßidenda domo uel hæreditate. 1.241

De ſpecie rei emendæ & eius natura. 2.242

De qualitate laboratorum. 3.243

De antiquitate & nouitate rerum. 4.244

De ſitu terræ. 5.245

Si utilis ſit conductio terræ uel domus. 6.245

De quinta domo.

Vtrum aliquis ſit habiturus filios. 1.246

Quando interrogatio de filio fuerit abſoluta. 2.247

Vtrum mulier ſit grauida. 3.248

Vtrum mulier ſit grauida aut non. 4.249

Vtrum mulier unum in utero ferat, an plures pueros habebit. 5.249

Vtrum mulier portet in utero maſculum. 6.250

De ſexta domo.

Vtrũ liberetur infirmus ab ægritudine an nõ. 1.250

Vtrum infirmus euadet. 2.253

De diebus creticis & criſi bona uel mala. 3.257

Vtrum aliquis abſens infirmabitur. 4.258

Vtrum ſeruus liberetur à ſeruitute an non. 5.261

Vtrum dominus alienet ſeruum. 6.262

De ſeruo emendo, &c. 7.263

Vtrũ dominus adipiſcatur bona ſerui uel ancillæ. 8.(263

De ſeptima domo.

De coniugio utrum perficiatur an non. 1.264

Quid erit quod impediat matrimonium. 2.265

Qualiter ſe habebunt ſimul. 3.266

De muliere utrum ſit corrupta uel uirgo. 4.267

Si mulier agit cum aliquo præter maritum. 5.269

Si conceptus eſt filius cuius dicitur. 6.271

Si uoluerit aliquis accipere corruptã in uxorẽ 7.271

Vtrum mulier expulſa reuertatur uel non. 8.272

De lite uel controuerſia, &c. quis obtinebit. 9.273

De emptione & uenditione. 10.277

Vtrum latro qui fugit, inueniatur. 11.278

Vtrum latrocinium reperiatur uel non. 12.280

Vtrum inueniatur res perdita. 13.283

Vtrum latro ſit de familia. 14.284

De loco latrocinij. 15.286

De numero rerum furatarum. 286

Si ille de quo ſuſpicatur ſit latro aut non. 16.287

Quales res ſint illæ quæ ſunt furatæ. 17.288

A quibus domibus requirantur res furatæ. 290

Figura furis. 18.290

De figura furis per ſigna ſeptimæ domus. 292

De ſocietate contrahenda inter aliquos. 19.293

Si quis iuerit ad aliquẽ uirũ, an inueniatur. 20.294

De uolente ire in exercitum uel bellum, &c. 21.295

Quæ pars habet plures auxiliatores. 22.303

Quis uincet in bello. 23.305

Quæ fuerit cauſa belli an iuſta uel iniuſta. 24.305

De magnitudine exercituum. 25.306

De inſtrumentis ad bellum pertinentibus. 26.307

Qualiter debes aſpicere ſignificata domorũ. 27.308

Vtrum futurum ſit prelium inter exercitus. 28.310

Vtrũ ciuitas uel caſtrum obſeſſum capiatur. 29.312

Vtrum aliquis habeat inimicos occultos. 30.314

De uenatione terræ & aquæ & ferarum. 31.315

De multitudine uel paucitate uenationis. 32.316

De uenatione aquæ. 33.317

Vtrum exul reuertatur ad terrã ſuam an nõ. 34.317

De octaua domo.

De aliquo abſente utrum uiuat uel ſit mortuus 1.319

Vtrum primo moriatur uxor aut uir. 2.321

Qua morte moriturus ſit interrogator. 3.321

Vtrum paſſus iniuriam faciat uindictam. 4.321

De nona domo.

Vtrum fuerit peregrinatio utilis an non. 1.322

De aduentu alicuius abſentis. 323

De tempore aduentus abſentis. 325

De morte interrogantis. 325

De tempore mortis interrogantis abſolutè. 326

Ad quid proficiſcatur itinerans, & qua cauſa. 2.329

Qualiter cedat itineranti ubi intrauerit. 3.331

Vt cedat uiatori de ſuo itinere. 4.332

Verſus quam partem ſit melius ire. 5.334

Ex duobus locis quæ ſit melius interroganti. 6.334

Vtrum terra illa ſit ei melior. 7.336

De incarcerato quid ſibi ſit futurum. 8.337

De illis qui ſunt ei contrarij in carcere. 340

Vtrum ſomnia ſignificant aliquid & quando. 9.342

Vtrũ dignitates eccleſiaſticales adipiſcãtur. 10.345

Epiſtola uel rumor, utrum contineat bona. 11.347

Quando fuit facta epiſtola. 348

Si ignoras ad quem epiſtola mittitur. 12.348

Vtrũ bonũ uel malũ contineatur in epiſtola. 13.348

Quid reſpondeatur epiſtolæ. 349

Vtrum epiſtola ſit ſigillata an non. 349

A quo epiſtola ueniat, uel ad quem mittatur. 350

De rumoribus utrum ſint ueri uel non. 14.350

Quando non ſunt ueri rumores, &c. 15.352

De decima domo.

De regno ſiue imperio, etc. et dignitate laicali. 1.352

Vbi ueneris eius magiſtratus. 353

Quando non adipiſcetur quæſitum. 356

Vtrum laudetur uel uituperetur occaſione regni. cap. 2. col. 357
Iterum de eodem & eius fine. 3.359
Quãdo intrauerit regnũ & ceperit regnare. 4.360
Quale ſit principium regiminis, bonum uel malum, & etiam finis qualis. 5.363
Si ſtabit in regno uel remouebitur ab illo. 6.364
Quid erit de ſubſtantia lucrata occaſione regiminis. cap. 7. col. 365
De abiecto à regno uel officio, utrum reuertetur an non. 8.366
Vtrum regimen ſit daturum uel non. 9.367
Si regnabit ſecundo anno. 369
De tertio anno. 370
De infamia eius poſt caſum. 371

De undecima domo.

De fiducia ſiue ſpe quam aliquis habet de aliqua re. cap. 2. col. 374
Vtrũ ſit amicus quærentis ille de quo dicit, uel non. cap. 2. col. 375
De re quam uoluerit quærens patefacere tibi. 375

De duodecima domo.

De brauio in aliquo loco poſito, quis ex equis primo perueniet ad ipſum. 2.376
Quando aliquis non habet quod uincet. 2.377
Vtrum animal uincens brauium ſit lõgæuum. 377
Cuius qualitatis ſit dominus animalis. 3.377
An timendum ſit quod incidat id quod timet. 4.378
De diuerſitate multarum rerum. 5.379
Si quis inuitatur ad conuiuium, utrum ſit eundum. cap. 6. col. 380
Quæ cibaria erunt ibi. 380
Vtrum ex multis pulmentis fiat conuiuium. 7.381
Quæ de cauſa factum eſt conuiuium. 8.382
Quantum conuiuium ſit duraturum. 382
Quando rixati erunt conuiuantes. 382
Quando ponetur cibus in conuiuio. 382
Quando cauendum eſt à cibis in conuiuio. 383
Quæ domus ſignificat conuiuij cauſam, & ſimilia eius. 9.383

TRactatus electionum ſecundũ dicta ſapiẽtum. 1.383
De his quæ conſiderantur in iſto tractatu. 2.388
De radice electionum. 3.390
De aptatione particularium. 4.390
Quod electio debet euenire cum natura rei. 5.392
De dirimendo aliquod ædificium. 394
Principiũ rei nõ eſt antequam res incipiatur. 6.395
Quando ædificatur ſine muro faciendo. 395
De fortificando ſolem. 396
Diuerſis perſonis aptantur diuerſi planetæ. 7.396
Qualis finis ſperatur de re quam incipimus. 8.397
Qualiter aptetur ſignum. 9.299
Qualiter aptetur planeta. 10.399
Iterum de eodem. 11.403
De debilitatione planetarum. 12.412
Particulares ad electiones ſpectantes. 13.413
Horæ diminutionis. 412
Conſideranda in principijs electionum. 14.414
Si res de qua fuerit propoſita quæſtio ab aliquo debeat perfici an non, cum eligimus ei. 15.416
Inceptum quando eſt credendum quod perficiatur. cap. 16. col. 418
Quibus planetis accipitur ſignificatio temporum. cap. 17. col. 420
De ſignis fixis communibus & mobilibus. 18.422
De ſignis communibus. 19.422
De ſignis mobilibus. 20.423

SEcundus tractatus de electionibus particularibus.
Præambulum ad electiones domorum particulares. 1.425

De prima domo.

De lactando pueros. 1.426
In tractatione puerorum à lacte. 2.426
In abſciſione unguium manuum & pedum. 3.426
In tonſione capillorum & barbæ. 4.427
In circumciſione puerorum. 5.427

De ſecunda domo.

De accommodatione uel acceptione. 1.427
Vt lucrũ ſemper maneat penes illũ cui eligis. 2.428
Si accipiens noluerit quod accommodatum ſciatur. cap. 3. col. 428
De emptione cauſa lucrandi. 4.429
In alijs emptionibus communibus. 5.429
Quando aliquis uoluerit uendere aliquid. 6.430
Cum aliquis uoluerit operari alchimiam. 7.430
Alius modus accommodationis pecuniæ. 8.430
In introitu domus uel hoſpitij ad habitandum in eo. cap. 9. col. 431

De tertia domo.

De itineribus breuibus. 1.431
De reconciliatione conſanguineorum & uicinorum. cap. 2. col. 431
Quæ ſpectant ad cultum diuinum. 3.432

De quarta domo.

Emptio domorum uel hæreditatum. 1.432
In reconciliatione patris cum filio. 2.434
In ædificatione ciuitatum uel caſtrorum. 3.434
De ædificatione domorum. 4.435
In ædificando eccleſias. 5.427
De deſtructione conſtructi ædificij. 6.437
In conductione uel locatione rerum. 7.438
In productione fluminum uel canalium. 8.439
In plantationibus arborum & ficulnearum. 9.439
In ſeminandis ſeminibus. 10.440
In initio cultus hæreditatum. 12.441
In compoſitione nauium ſeu galearum. 12.441
De ædificatione molendini. 13.442

De quinta domo.

De reconciliatione filij cum patre. 1.443
De miſſione legatorum ſeu nunciorum. 2.443
In induitione ueſtium nouarum. 3.444
De generando uel concipiendo prolem. 4.445
De educendo abortiuos à muliere. 5.447
De tradendo filium diſciplinis. 6.447
In encenijs dandis uel accipiendis. 7.447

De ſexta domo.

De medicandis ægrotis. 1.448
In accipiendo medicinam. 2.448

De uniuerſali cura capiti adhibenda. 3.449
Cum uolueris curam adhibere naribus. 4.449
Cum uoluerit aliquis mederi oculis. 5.449
De ſpeciali cura cuiuslibet membri. 6.450
In medicaminibus per chirurgiam. 7.451
In eligendo phlebotomiam. 8.451
In purgantibus per ſeceſſum. 9.451
In prouocantibus ad uomitum. 10.452
In ſternutationibus, gargariſmatibus, uomitibus, & ſimilibus per modum potionis dandis. 11.453
Introitus balneorum uel unctio annoræ. 12.453
In emptione captiuorum ſeruorum. 13.453
In liberatione incarceratorũ uel captiuorũ. 14.454
In emptione animalium. 15.455
In emptione auium aucupatorium. 16.455
De acceſſu medici ad infirmum. 17.456

De ſeptima domo, & his quæ ſpectant ad eam.

De matrimonio. 1.456
In ſocietate cauſa lucri contrahendi. 2.458
In eligendis horis exitus ad bella. 3.459
De reuolutione anni capitanei intuenda. 460
De inuentione horarum combuſtarum. 4.460
De uexillis dandis. 5.462
De armis uel equis bellicoſis. 6.463
Emptio equorum. 463
Reconciliatio inimicantium. 7.463
Electio horæ ad eijciendum fantaſma. 8.464
In emptione generaliter omnium rerum. 9.464
In emendis ſeminibus ad campos. 10.465
In acceptione ſeu accõmodatione pecuniæ. 11.466
De uenatione terræ, aquæ, auiũ & ferarũ. 12.455
In electione ludorum cum taxillis. 13.470
Vt aliquid percipiatur de ſecrete loquẽtib. 14.470
Cum uolueris inquirere fugitiuum. 15.471
Ad nocendum illi qui fugit. 16.471
De latrocinio commiſſo. 17.472

De octaua domo, & his quæ ſpectant ad eam.

In electione reuerſionis alicuius abſentis. 1.472
In aptatione electionis hæreditatum. 2.473
De teſtamento ſeu codicillis faciendis. 3.475

De nona domo.

In introitu alicuius ciuitatis. 1.474
In initio itinerum generali. 2.475
In documento canendi. 3.479

De decima domo.

In electione regum. 1.480
In promotione ad regimen. 2.480
In intronisatione regni. 3.481
De dignitate ſpectante ad bellum. 481
Ambulare cum magnatibus. 4.481
Volens inimicari regi. 5.482
In reconciliatione magnatum. 6.482
In priuatione alicuius dignitatis. 7.483
In moralium eruditione. 8.483
In documento pugnandi. 9.484
In documento natandi. 10.484
In omnium operum documento. 11.484

De undecima domo.

In adipiſcendo bonam famam. 1.485
In acquirendo amorem. 2.485
Pro petitione rerum aliquarum. 3.487

De duodecima domo.

De curſibus equorum. 1.487
In emptione maiorum animalium. 2.488

Tractatus de reuolutionibus annorum mundi.

Qualiter inueniatur dominus anni. 1.491
De inuentione ſignificatoris regis. 2.496
Quando dñs anni efficitur ſignificator regis. 497
Quando dominus aſcendentis eſt dñs anni. 3.498
Qualiter aſpiciatur militibus regis, diuitibus & magiſtratibus, epiſcopis, clericis, alijs ſecularibus, militibus regis, religioſis regularibus, mulieribus, mercatoribus, uilibus & popularibus. 499
Quid ſignificet dominus anni. 4.500
In ſcientia accidentium. 5.501
Qualiter terra diuidatur. 6.501
Vt diuidatur ſecundum alias diuiſiones. 7.502
Terra diuiditur in ſeptem diuiſiones. 8.503
Vt eſt Solis eſſe in reuolutione anni. 9.508
Qualiter aſpiciendum eſt eſſe Lunæ. 10.509
Quid ſignificet unuſquiſq; ſeptem planetarũ 11.511
De Saturno, Ioue, Marte, Sole, Venere, 512. *Mercurio, Luna in aſcendente.* 513
De Saturno & Marte cum fuerint impediti in reuolutione ſi fuerint ſupra terram. 12.513
De planetis cũ intrãt in gradus exaltationũ. 13.514
De eſſe regis atq; nobilium & popularium. 14 517
Quare peregrinabitur rex. 15.518
Quare timetur perſonæ regis. 16.521
Da mutua planetarum receptione. 521
Qui planetæ ſint amici domini aſcendentis. 521
Quid eueniet regi in reuolutione anni. 17.521
Coniũctio duorũ malorũ, Saturni & Martis. 18.513
De aſpectu Martis in exaltatione ſua. 524
Quando Sol & Luna iunguntur alicui ex planetis, uel ſeparentur, quid ſignificent. 19.514
Item de accidentibus regis. 524
De bono uel malo eſſe regis. 524
De eſſe regis cum ſuis ſubditis. 20.525
De eſſe regis proprio & ſpeciali. 21.526
Significator regis in angulo domus. 22.516
Quando ſignificator regis uel quiuis alius planeta euaſerit ab impedimento. 23.516
Quando reuolutio durat per annum. 24.527
Horæ dominus in reuolutiõe atq; pars fortunæ. 527
In climatibus hora reuolutionis. 25.518
Quid ſignificet dominus anni. 26 519
Item de diſpoſitione domini anni. 519
Quid ſignificet dñs ãni et alij in reuolutiõe. 27.519
In ſcientia ſignificatorum planetarum. 28.530
De eſſe regis, & ſuorum. 29.531
Si dominus anni ſignificator regis eſt, et de uulgo. 531
Cũ fuerit regis ſignificator Mars aut Saturnus. 551
Quando fortuna præfuerit. 552
De impedimentis malorum. 30.532
Retrogradatio ſignificatoris regis. 31.552
Quid ſignificent Mars & Saturnus. 32.554
Dominus aſcendentis & Luna impediti. 35.534

Quando in reuolutione anni ſignificatur bellũ à quo ſiet uel excitabitur. 34.535

Qui planetarum ſignificent bella, & quis ſit eorum diſpoſitor. 35.536

Item de eodem ſecundum Albumaſar. 536

Item de eodem quando præfuerit aliquis malorum, quid inde ſequitur. 537

Quando ſignificatur bellum in reuolutione anni, etc. uictoria, an fuga ſeu debellatio, pax ſeu extinctio belli. cap.36. col.537

Qualiter ſit eligendum uolenti ire ad bellũ. 37.538

Per quales homines ſeu gentes ſiet bellum. 38.538

Vtrum capitaneus aduerſantis ſit iuuenis aut ſenex. cap.39. col.539

Quando ſignificator belli fuerit pacificatus cum domino anni, quid inde ſequetur. 40.539

Quid ſignificent mali planetæ cum fuerint in reuolutione in ſignis humanis. 41.540

De re quæ immittit timorem in reuolutione anni, & quid ſignificent mali in angulis. 42.541

Cum dominus ſigni in quo fuerit dominus anni aſpexerit uel quãdo nõ aſpexerit eũ, quid ſignificet. 43.541

De reuolutione anni in occaſu ſolis. 44.542

Quando dominus aſcendentis fuerit impeditus in reuolutione anni. 45.542

Coniunctio duorum malorum cum domino anni, aut cum ſignificatore regis. 46.543

Qualiter aſpiciendum ſit in reuolutione anni regi atque uulgo in corporibus. 47.544

Qui planetæ ſignificent reges & regna, & de impedimentis quatuor angulorum. 48.545

Quando luna uel Mercurius fuerit dominus anni aut ſignificator regis, & aſpicitur ab infortunis. 49.546

De commiſsione diſpoſitionis domini anni. 50.546

De coniunctione caudæ cum Saturno, & de coniunctione capitis cum Marte. 51.546

Coniunctio Martis & Saturni cum cauda draconis. cap.52. col.547

Coniunctio duorum malorũ Saturni & Martis cum aliquo planeta in gradu exaltationis ſuæ. 53.547

De domino quarti ſi fuerit hora reuolutionis in domo peregrinationis. 54.548

Quando unus planetarum committit diſpoſitionem ſuam alteri in reuolutione. 55.549

Quãdo aliquis planeta fuerit dominus anni. 56.549

De corporali coniunctione Saturni et Iouis. 57.551

Quando Mars fuerit iunctus Saturno in reuolutione anni. 58.551

Quando ſol fuerit iunctus Saturno, et ipſi ambo fuerint boni eſſe. 59.552

Cum Venus fuerit iuncta Saturno. 60.553

Cum Mercurius fuerit iunctus Saturno. 61.553

De coniunctione Lunæ cum Saturno. 62.554

Quid ſignificet Saturnus in unoquoq; ſigno. 63.555

De Leone. 64.556

De Sagittario. 65.556

De Tauro. 66.556

Cum Luna fuerit paſſa eclipſim. 67.557

De Virgine. 68.558

De Capricorno. 69.558

De Geminis. 70.558

De Libra. 71.559

De Aquario. 72.559

De Cancro. 73.560

De Scorpione. 74.561

De Piſcibus. 75.561

Quid ſignificet Saturnus in unaquaq; domo in reuolutione anni tam mundi quàm natiuitatum. 76.562

De coniunctione Saturni & Martis in reuolutione quid ſignificet. 77.563

Quid ſignificet Iouis in reuolutione in unoquoque ſigno, & in unaquaq; triplicitate. 78.564

Cum fuerit in Ariete. 564

De eius exiſtentia in Leone. 79.565

Cum fuerit in Sagittario. 80.565

Quid ſignificet Iouis in unaquaq; reuolutione anni tam mundi quàm natiuitatum. 81.566

Quid ſignificet Mars cum fuerit dominus anni in unoquoq; ſigno. 82.567

Cum fuerit in Ariete. 567

Cum fuerit in Leone. 83.568

Cum fuerit in Sagittario. 84.568

De alio ſignificato Martis nephario. 85.569

De Marte in Tauro. 86.571

De Marte in Virgine. 87.571

De Marte in Capricorno. 88.572

In Geminis. 89.572

In Libra. 90.573

In Aquario. 91.573

Cum Mars fuerit in Cancro. 92.574

De Marte in Scorpione. 93.574

Cum Mars fuerit in Piſcibus. 94.574

De Sole cum dominus fuerit anni. 95.575

Quid ſignificet Sol in unaquaq; domo in reuolutione annorum, natiuitatum, & annorum mundi. 96.576

De Venere cum fuerit dominus anni. 97.577

Quid ſignificet Venus in unaquaq; domo. 98.578

Quid ſignificet Venus in unoquoq; ſigno. 99.579

De Mercurio cum fuerit dominus anni, & quid denotat ſi fuerit in unoquoq; ſigno. 100.581

Quid ſignificet Mercurius in unaquaq; domo in reuolutione mũdi ſiue in natiuitatis reuolutiõe. 101.584

De Luna cum fuerit domina anni. 102.585

Quid ſignificet Luna in reuolutione anni mundi in unaquaque domo ſeu natiuitate uel natiuitatis reuolutione. 103.586

Quid ſignificet caput & cauda & ſtellæ cometæ in reuolutione anni tam mũdi quàm natiuitatũ. 104.588

Si caput fuerit in Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, 589. Virgine, Libra, Scorpione, 590. Sagittario, Capricorno, 591. Aquario, Piſcibus. 592

De ſtellis cometis. 105.592

Quid ſignificet caput draconis & cauda in unaquaque domo, tam in reuolutionibus quàm in natiuitatibus ſeu quæſtionibus. 106.594

Quid ſignificet cauda in domibus. 107.594

Quid ſignificent ſtellæ fixæ in reuolutionibus annorum atq; natiuitatib. et quid operentur in eis. 108.596

Proprietas

Proprietas fixarum in unaquaque domo. 109.597
Quid ſignificent fixæ fortunatæ in natiuitatibus & quæſtionibus, atq; reuolutionibus annorum. 110.604
De proprietate fixarum in xij. domibus. 111.605
De uarietatibus conſuetudinum. 112.610
De impedimentis quæ mittit dominus aſcendentis reuolutionis, cum fuerit impeditus, ſiue ſit dominus anni ſiue non. 113.610
De ſignificatione domini aſcendentis quando fuerit combuſtus in ſeptima uel aſcendente. 611
De impedimentis quæ immittit dominus medij cœli cum fuerit impeditus in reuolutione. 114.612
De ſignificatis Martis in reuolutione. 612
Qualiter ſciantur accidentia mala uel horribilia horæ reuolutionis quæ uentura ſunt in anno illo. 115.613
De zamini ſolis ſecundum Albumaſar. 614
Quando planetæ exeunt de ſubradijs ſolis ſecundum Albumaſar. 614
De eſſe planetarum in reuolutione anni mundi, & proprie de Saturno. 614
De Marte, & alijs planetis. 615
Quid ſignificent planetæ in reuolutione anni, in qua debet fieri eclipſis Solis uel Lunæ. 116.616
De partibus planetarum in eclipſi. 616
Qualiter dignoſcatur hora. 617
Qualiter ſit procedendum ſuper ſignificatores regis in anno illo. 117.622
Item de duabus partibus in reuolutione annorũ. 623
Aliud caput in reuolutione annorum mundi ſecundum Albumaſar. 623
¶ Secunda pars huius tractatus, quæ eſt de proiectione partium, & earum ſignificatis. 626
Quæ ſunt nobis primo conſideranda in reuolutionibus particularibus, & eſt caput comparatum ad totum opus. 1.626
In partibus ſeptem planetarum & earum ſignificationibus particularibus. Et primo de parte Lunæ, quæ dicitur pars fortunæ. 2.627
De parte futurorum quæ dicitur pars Solis. 629
De parte ponderoſa quæ dicitur pars Saturni. 630
De parte Iouis quæ dicitur pars beatitudinis. 630
De parte Martis quæ dicitur pars audaciæ. 630
De parte Veneris quæ dicitur pars amoris & concordiæ. 631
De parte Mercurij quæ dicitur pars paupertatis & modici intellectus. 631
De ſignificationibus partium xij. domorum. 3.632
De partibus primæ domus, id eſt aſcendentis, & de ipſarum extractione, & earum ſignificatis. 4.632
De partibus ſecundæ domus, & de ipſarum partibus. 5.635
De partibus tertiæ domus. 6.636
De partibus quartæ domus. 7.636
De partibus quintæ domus. 8.638
De partibus ſextæ domus. 9.639
De partibus ſeptimæ domus. 10.640
De partibus octauæ domus. 11.643
De partibus nonæ domus. 12.645
De partibus decimæ domus. 13.646
De partibus undecimæ domus. 14.650
De partibus duodecimæ domus. 15.650
In commemoratione quarundam partium ſecundum Albumaſar, de quibus nõ eſt facta ſuperius mentio, quæ dicitur quinta differentia. 16.653
In ſcientia quarundam partium extraordinariarum, de quibus ſuperius non eſt mentio facta. 17.656
In quo eſt exemplum modi extractionis partium aliquarum. 18.657
De parte ordei, fabarum, ceparum, lentium, riſi, zuccari, dactylorum, mellis, uini, oliuarum, nucum, bambaxij, & aliorum coniunctorum, & uenatorum. 657
De parte humiditatis & ſiccitatis. 659
De parte rerum ſalitarum, ciborum dulcium, amarorum, acrium, acutorum, medicaminum dulcium, acriũ, ſalſorum, & de parte diſpoſitionis anni. 660
De regionib. et tẽpore, ubi et quãdo hæc erunt. 660
De numero ſignificatorũ quarũlibet partiũ. 19.661
TRactatus de natiuitatibus, & earum accidentibus, & alijs quæ ad ipſas natiuitates uniuerſaliter et particulariter ſpectare uidentur: procœmium. 663
Excuſatio quare delatus eſt iſte tractatus uſq; nunc. cap. 1 col. 663
Quod ad eſſe uniuſcuiuſq; hominis duo principaliter requiruntur. 2.664
De ſecundo principio. 665
Qualiter perſcrutetur eſſe nati. 3.667
De inueſtigatione gradus aſcendentis ignoti. 4.667
Quid eſt gradus aſcendentis natiuitatis. 667
Modus inueniendi gradum prædictũ. 668
Documentum inuentionis prædicti gradus. 668
In narratione partitionis natiuitatum, & quorundam ipſorum accidentium. 5.669
De cauſatione morarum natorum in uteris maternis. cap. 6. col. 670
De narratione quatuor differentiarum ſeu diuerſitatum natiuitatum. 671
¶ Sequitur pars ſecunda.
Qualiter ſit uidendum de quatuor differentijs natiuitatum ordinatim. 1.672
De ſecunda differentia ſeu diffinitione. 673
Quando fient iſta. 674
De differentia tertia. 675
De quarta differentia. 675
De inuentione ylem. 675
De certificatione annorum nati, & eius uita. 676
Iterum de certificatione annorum nati. 676
De diuerſitate opinionum quæ eſt de ilem. 2.677
De ſcientia alcocoden. 678
De ſcientia annorum nati. 679
Quando planetæ augent annos. 680
Quando planetæ minuunt annos. 680
De capite draconis & eius cauda. 680
De directione graduum ad planetas, ad ſciendum accidentia nati. 680
Quod omnes planetæ ſunt datores annorum, ſed non ſunt omnes conſeruatores eorum ſimpliciter, imò ſunt quãdoq; interfectores, quidam naturaliter, quidam per accidens, ſimiliter caput & cauda. 3.682

In ſci-

In ſciĕtia directionis radiorũ planetarũ ad ilĕ.4.683
De numero malorum & fortunarum. 5.685
De ſcientia uitæ nati eiusq; eſſe ſecundum dominos
terminorum. 6.686
Cum diuiſio fuerit cum aliqua fortuna. 686
Cum diuiſio fuerit cum aliqua infortuna. 687
Quando fuerit dignitas plurium planetarum. 687
¶ Sequitur pars tertia de forma & figura corporis na-
ti, ſimiliter & de ipſius accidentibus uniuerſaliter atque
particulariter, ac de animæ qualitatibus, & de acciden
De forma & figura nati. 1.687 (tibus ad ea.
De his quæ ſunt extra corpus quæ non ſunt de ipſius
ſubſtantia, nec de ſubſtantia animæ. 2.688
De forma & figura corporis nati, & primum de il-
la quam tribuit Saturnus. 3.689
De participatione Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mer
curij, Lunæ cum Saturno. 691
De hoc quod quartæ circuli ſignorum operantur in
diſpoſitione formæ & figuræ nati, & primo de prima
quarta. 4.692
De quarta ſecunda, ſcilicet æſtiuali. 692
De tertia quarta, ſcilicet autumnali. 692
De quarta ultima, ſcilicet hyemali. 692
De alijs iuuamentis formarum atq; figurarum corpo
rum natorum, præter iuuamenta quartarum. 5.693
Quæ adiuuant particulariter ſecundum magnitudi-
nem. 693
Quæ adiuuant ſecundum paruitatem. 693
De forma et figura nati quã attribuit Iupiter. 6.694
De participatione Martis, Solis, Veneris, Mercu-
rij, Lunæ, Saturni cum Ioue. 695
Cum Iupiter fuerit impeditus quam formam tribuit
nato. 695
De forma & figura nati quã attribuit Mars. 7.695
Cum fuerit Mars occidentalis. 695
De participatione Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ,
Saturni, Iouis cum Marte. 696
Forma & figura nati quam attribuit Sol. 8.696
De participatione Mercurij, Lunæ, Saturni, Iouis
cum Sole. 697
De forma & figura corporis nati, quam attribuit Ve
nus. 9.697
De participatione Mercurij, Lunæ, Saturni, Iouis,
Martis, Solis cum Venere. 698
De forma & figura corporis nati quã attribuit Mer
curius. 10.698
De participatione Lunæ, Saturni, Iouis, Martis, So-
lis, Veneris cum Mercurio. 699
De forma et figura quã attribuit Luna nato. 11.699
De participatione Saturni, Iouis, Martis, Solis, Ve-
neris, Mercurij cum Luna. 700

De prima domo.

De qualitatibus ſeu accidentibus animæ nati. 1.701
De tribus planetis ſuperioribus. 701
De ſtellis ſignificantibus. 702
De tribus inferioribus planetis. 702
De Venere & Mercurio. 702
De tribus ſuperioribus. 702
De ſignis communibus. 703
De ſignis mobilibus. 703
De ſtellis animam natorum diſponentibus. 703
De qualitatibus animæ nati ſecundum naturas, & ſi
gnificata ſtellarum particulariter euenientibus. 2.704
De ſignificatione Saturni cum ſolus fuerit diſpoſitor
qualitatum animæ nati. 704
Cum Saturnus fuerit mali eſſe. 705
Cum nec bonus nec malus fuerit Saturnus. 705
De ſignificatione Saturni cum ei iunctus fuerit Iupi
ter. 705
Cũ nec bene nec male diſpoſitus fuerit Iupiter. 705
De ſignificatiõe Saturni cũ Mars ei iũctus fuerit. 705
Cum Mars fuerit in eſſe contrario ſupradicto. 706
De ſignificatiõe Saturni, cum ei iuncta fuerit Venus.
De ſignificatione Saturni, cum ei Mercurius (706
iunctus fuerit. 707
Cum Mercurius fuerit male diſpoſitus. 707
De ſignificatione Iouis, cum ipſe ſolus fuerit ſignifi
cator ſeu diſpoſitor qualitatum animæ. 3.707
De ſignificatione Iouis cũ ei fuerit iũctus Mars. 708
Cũ Mars in prædicti eſſe contrario extiterit. 708
De ſignificatione Iouis cũ iũcta fuerit ei Venus. 708
Cum Venus fuerit impedita. 708
De ſignificatiõe Iouis, cũ Mercurius ei iũctus fuerit.
Cum Mercurius fuerit in eſſe contrario ſu- (709
pradicto. 709
Cum Mars fuerit ſignificator qualitatum animæ na-
ti ſolus. 4.709
De ſignificatiõe Martis cũ iũcta ei fuerit Venus 710
Cum Venus fuerit male diſpoſita. 710
De ſignificatione Martis cũ ſibi iunctus fuerit Mer
Cum Mercurius fuerit in eſſe contrario (curius. 710
ſupradicto. 711
Cum Venus ſola fuerit ſignificatrix qualitatum ani-
mæ nati. 5.711
De ſignificatiõe Veneris, cũ ſibi iũctus fuerit Mercu
Cũ Mercurius fuerit male diſpoſitus. 712 (rius. 711
Cum Mercurius ſolus fuerit ſignificator qualitatum
animæ nati. 6.712
Cũ Mercurius fuerit in eſſe cõtrario ſupradicto. 712
Cũ Mercurius fuerit iunctus cũ aliquo prædictorũ.
Quid operetur unuſquiſq; planetarũ in qua- (713
litatibus animæ, cum fuerint contrarij. 713
De ſignificatio luminarium ſuper qualitatibus ani-
mæ nati, & primum de Sole. 7.713
Cum Sol fuerit mali eſſe ac male diſpoſitus. 713
De ſignificatis Lunæ ſuper qualitatibus animæ nati.
De ſignificatis Lunæ cum iuncta fuerit planetis (713
de dignitatibus eorum. 8.714

De ſecunda domo.

De ſignificatione proſperitatis atq; ſubſtantiæ nati
& de ipſius acquiſitione. 1.714
Cũ uolueris intueri proſperitatẽ atq; ſubſtãtiã nati.
Quando dominus domus non aſpexerit uel fue (717
rit impeditus. 717
Quando pars fortunæ non poterit eſſe ſignificatrix
ſubſtantiæ nati. 717
Cum pars ſubſtantiæ non poterit eſſe ſignificatrix
ſubſtantiæ nati. 718

Quando ſecundã nec eius dominus, nec planeta qui fuerit in eo, poterit eſſe ſignificator ſubſtãtiæ nati. 718
Quando Sol uel luna non poterit ſignificare ſubſtantiam nati. 718
Quando ille planeta non poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati. 718
Quando planeta in cuius domo fuerit luna, non poteſt eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati. 719
Quando planeta qui eſt in ſecunda, non poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati. 719
Quando non fuerit dominus aſcendentis, & dominus quartæ idem planeta. 719
Quando domini triplicitatis domus ſubſtantiæ non poterunt eſſe ſignificatores ſubſtantiæ nati. 719
Quando domini triplicitatis ſigni in quo fuerit Sol uel luna, non poterunt ſignificare ſubſtantiam nati. 719
Quando domini triplicitatis ſigni aſcendentis non poterunt ſignificare ſubſtantiam nati. 719
Quando dominus ſigni, in quo fuerit pars fortunæ non poterit ſignificare ſubſtantiam nati. 720
Quando dominus ſigni in quo fuerit pars ſubſtãtiæ, non poterit ſignificare ſubſtantiam nati. 720
Quando prædicti planetæ non poterunt eſſe ſignificatores ſubſtantiæ nati, nec ſol fuerit in decima. 720
Quando prædicti planetæ cũ quibus iuncti fuerint ſignificatores poterunt ſignificare ſubſtantiã nati. 721
Qui ex dictis ſignificatoribus præferantur alijs. 721
Si oẽs prædicti ſignificatores fuerint impediti. 721
Quando mali fuerint ſignificatores ſubſtantiæ nati. (721
Quando fortunæ fuerint ſignificatores ſubſtantiæ nati. 722
Vnde natus acquiret ſubſtantiam ſiue pecuniam, & per quem modum, & in qua parte uitæ ſuæ. 2.722
In quo tempore uitæ ſuæ, & in qua parte natus acquirat ſubſtantiam. 3.722
Quare antiqui uitauerunt quoſdam ex dictis ſignificatoribus. 4.722
Vnde & ex qua cauſa natus acquirat ſubſtantiam. cap. 5. col. 723
Cum ſignificator ſubſtantiæ nati fuerit in ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima, octaua, nona, decima, undecima, duodecima. 725
Per quem modum natus acquiret ſubſtãtiam. 6.725
Cum Iupiter ſignificator ſubſtantiæ fuerit. 725
Cum Mars, Sol, Venus. 725
De Mercurio & luna. 726
In qua ætate ſeu in qua parte uitæ ſuæ natus ſubſtantiam ſit acquiſiturus. 7.726
Quando alij ſignificatores augebunt uel diminuent ſubſtantiam nati, cum dominus triplicitatis domus ſubſtantiæ fuerit. 8.727
Quando dominus aſcendentis applicuerit luminaribus uel ipſa illi. 728
Cũ pars fortunæ et eius dñs fuerint orientales. 728
Cũ natiuitas fuerit diurna uel nocturna. 729
Quando aſpicitur domus ſubſtantiæ. 729
Cum planeta qui fuerit ſignificator ſubſtantiæ fuerit orientalis. 730
De ſignificatis locorum circuli. 9.730
Ex qua cauſa natus pecuniam ſit acquiſiturus. 731
Cum fuerit pars fortunæ in dignitatib. Saturni, 731
Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. 732
Quod prædicta ſignificabuntur per prædictos ſignificatores qualitercunq; ipſi ſint diſpoſiti. 732
De eodem ſecundum Aboali. 10.732
Aliud quaſi quoddam extraordinarium de habitudine natiuitatis. 11.733
De acquiſitiõe ſubſtantiæ iterum ſecundum Aboali. cap. 12. col. 734
De eodem. 13.735

De tertia domo.

De re fratrum utriuſq; ſexus ac de ipſorum multitudine & paucitate. 12.736
De maſculinitate fratrum ac fœmineitate. 737
Qui prius moriatur inter fratres, uel quis ſit longæuioris uitæ. 3.738
De re fratrum. 4.739
De maſculinitate natorum & fratrum ſecundũ Ptolemæum. 5.740
De proſperitate fratrum. 6.740

De quarta domo.

De eſſe patrum & eorum accidentibus, & à quo loco circuli accipitur. 1.742
De tempore ſupradictorum. 2.742
De genere mortis patris. 3.740
De eſſe patris & matris. 4.743
De eſſe patris per directionem. 5.743
De morte patris. 6.745
Iterum de morte patris. 7.745
De ſcientia annorum uitæ patris. 8.745
De longitudine ſeu breuitate uitæ patris. 9.746

De quinta domo.

De re filiorum ac ipſorum eſſe. 1.747
In qua ætate ſit natus filios habiturus. 2.748
De multitudine uel paucitate filiorum. 3.748
De tempore filiorum ſecundum Aboali. 4.751

De ſexta domo.

De ſeruis & ancillis atq; famulis, ſeu uernaculis nati, & de animalibus minoribus quæ non equitantur neq; iugantur, ac de ipſius infirmitatibus ſimiliter & morbis. 1.751
De pecudibus & alijs animalibus quæ ſignificantur per ſextam. 2.752
De infirmitate nati, ac de eius morbo. 3.753
In qua ætate hæc accidant. 4.755
In quo membro euenient ſupradicta. 5.756
De impedimentis ſupradictis ubi erunt, & qua de cauſa eueniant ſecundum Ptolemæum. 6.758
De impedimentis animæ, ac de ipſius infirmitatibus & modis. 7.760

De ſeptima domo.

De coniugijs nati, ac de ipſius ſocijs, eiuſq; inimicis palàm ſibi aduerſantibus. 1.763
De modo actus uenerei nati. 2.765
Qualis ſit uxor nati futura. 3.765
De ſupradictis per partem coniugij. 766
De tempore uxoris quando accipietur, & de numero uxorum, & de durabilitate in generali. 4.767

De coniugijs

De coniugijs fœminarum. 768
Qualis ſit futurus maritus ſponſæ. 769
Qualiter matrimoniũ per ſignificata Veneris, Martis atque Saturni percipiatur. 5.769
Quid accidat nato cum ſocijs & eis participantibus ſecum. 6.772
Quid accidat nato ab inimicis palàm ſibi aduerſantibus, uel ex ipſis, utrũ ſit eos habituros uel non. 7.773
De octaua domo.
De morte nati, & de accidentibus quibus mors euenire conſueuit. 1.775
De nona domo.
De religione atq; fide nati eiuſq; ſcientia ſimiliter, et de ipſius peregrinationibus ſeu longis itineribus. 1.780
De fide nati ac ipſius ſcientiæ profunditate. 2.781
De peregrinationibus nati. 3.784
Qui planetæ itinerantur. 4.785
De decima domo.
De magiſterio nati, ac de ipſius opere ſuiſq; officijs, ac de ipſius ualetudine: ſimiliter de proſperitate atq; regno, & de eſſe matris. 1.788
De ualetudine atq; proſperitate nati, & de ipſius officijs, & de ſuo regno. 2.793
Qualiter tibi aſpiciendum eſt in re matris 3.797
De undecima domo.
De amicis nati ac de ipſius fortuna, ſimiliter & eius ſpe. 1.799
De ſpeciebus amicorum. 2.801
De duodecima domo.
In re inimicorum occultorum, & inſidentium, & in conſiderationibus quas te habere oportet in ſignificatis duodecim domorum, necnon & in iudicijs quæ reſultãt ex ſignificatis prædictis. 1.804
De iudicijs quæ reſultant ex ſignificatis duodecim domorum & earum dominis. 2.805
De Saturno in domo ſua, 805
Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. 806
De Ioue in domo Saturni, 806
ſua, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. 807
De Marte in domo Saturni, 807
Iouis, ſua, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. 809
De Sole in domo Saturni, Iouis & Martis, 809
ſua, Veneris, Mercurij. 810
De Venere in domo Saturni, 810
Iouis, Martis, Solis, ſua, Mercurij, in domo Lunæ. 811
De Mercurio in domo Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, ſua, Lunæ, Saturni. 812
De luna in domo Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij & ſua. 813
De annis firdariæ et ipſorum diſpoſitionibus. 3.813
De natiuitate nocturna. 814
De planetarum eminentia, ſeu tranſitu unius ſuper alterum. 4.815
De Venere & Mercurio. 815
De alio modo euacuatiõis Planetæ ſuper alterũ. 815
De apertione portarũ ſecundum Alchabiciũ. 5.816
De xij. horis ſoluet lunæ quæ applicãtur ſoli. 6.816
De horis combuſtis poſt coniunctionem. 816
De lxxij. horis combuſtis. 816
De profectiõe annorũ tã mũdi q̃ natiuitatũ. 7.816
De ordine profectionis. 8.818
De profectione annorum mundi. 9.820
De directione ſignificatoris dirigendorum in circulo, & quot ſunt ſignificatores quos nos oportet dirigere, qui à ſapientibus diriguntur. 10.821
De natura graduũ ſignorũ in quolibet ſigno. 11.822
De nouenarijs ſignorum, & quid ſignificent. 12.823
De ſecunda triplicitate. 824
De domino circuli ſiue orbis ſignorum. 13.825
De dominis duodecim horarum reſiduarũ. 14.825
Profectio ab aſcenſione profectionis. 827
De directione ſignificatoris. 15.827
TRactatus de imbribus, & de aeris mutationibus, & quæ circum circa illa uerſantur. 829
Quæ præmittuntur in hoc opus. 829
De cognitione fortunarum & infortunarum, atque omnium temporum uel conuertibilium habenda. 830
Ad ſciendum quando ſignificentur pluuiæ uenturæ, uel quando non. 850
De pronoſticatione pluuiarum in generali. 831
Quæ manſiones lunæ ſunt humidæ, & quæ ſiccæ, et quæ communes. 831
De aeris mutatione ac ipſius uariatione, & imbrium futurorum cognitione. 833
Vnus modus manſionum lunæ in tabula. 833
Caput de pluuijs & aeris mutationibus. 835
De hora pluuiarum imbrium & uentorum. 836
Quando Saturnus prohibet pluuias. 836
De applicatione lunæ cum Ioue, Marte, Sole. 837
De applicatione lunæ cum Venere, Mercurio. 838
De applicatione lunæ cũ fortunis et infortunis. 839
De quatuor tetragonis ſiue de quatuor dicotomitatibus, ſeu de quatuor figuris. 840
Ad ſciendum qualitates quæ prolongantur plus uno die. 840
De circulis quæ circa lunam & ſolem, & alias ſtellas tam erraticas quàm non erraticas efficiuntur. 842
De cometis & ſtellis caudatis. 842
De iaculatione ſtellarum. 842
De ſignificationibus diurnalium ac nocturnalium qualitatum. 842
De iride quando apparuerit, & in quibus temporibus, & quid ſignificet. 843
De inueſtigatiõe anni cũ debuerint eſſe pluuiæ. 843
De applicatione lunæ, cum Saturno, & cum cæteris planetis. 844
De quibuſdam temporibus extraordinarijs. 844
De accidẽtib. quorũ ſpatia plõgãtur paulíſper. 845
De conſideratione locorum pluuiarum. 845
De ſignis & locis ſignificantibus minores pluuias quàm loca ſigna prædicta. 846
In quorum planetarum coniunctione ſignificantur pluuiæ. 846
Si de quo menſe uolueris ſcire utrum ſit pluuioſus uel non. 847
De coniunctione lunæ cum planetis, ac de coniunctione aliorum planetarũ ſingulariter ad inuicem. 848

FINIS.

NOMINA QVORVM AVTORITATE BONATVS SVA TVETVR.

A

ABohali,uel Aboaly,ſeu Aboali.
Adila,ſeu Adyla.
Afla,ſiue Aphla.
Ahamor Tiberiadis.
Alanus.
Albategni.
Albuas,uel Albuaz,ſeu Albuam.
Albubetez.
Albumaſar.
Alchabitius.
Alchaiat.
Alchindus.
Alezdegoz.
Annuz.
Araſtellus.
Archaphan.
Argaphalan,ſeu Argaphalon.
Aristoteles.
Arthephius.
Atabari.
Autoritas.

B

BAruch.
Ben,aliàs Ven.
Beneſaphar.
Bernardus.

C

CAmeaph.
Caucaph.
Chriſtianus.

D

DOrothius,uel Dorotheus.

E

EBrianus.

G

GAfar.
Gerardus.
Guellius,ſiue Vellius.

H

HAli.
Hermes.
Hippocras.

I

IAphar.

L

LEncuo.

M

MAgiſter.
Meſſahala,uel Meſſala,aut Meſſali.

P

PApienſis.
Ptolemæus.

R

REmigius.

S

SAcerdos.
Sarcinator.

T

TIlcinius.
Toz Græcus.
Trutannus.

Z

ZAhel.
Zodial.

FINIS.

GVIDONIS BONATI FOROLIVIENSIS, ASTRONOMIÆ PARS PRIMA.

De utilitate Aſtronomiæ in communi.
Caput primum.

ANIMA, eſt nobilius quod reperitur in homine: ipſa enim dat eſſe atque perfectionem corpori, & eius cibi ſunt nobiliſſimi reſpectu ciborũ corporis, quoniam ipſa reſpectu ipſius nobiliſſima, & ipſa gaudet in lucro intellectuali, & illud pendet ex ſcientia ſcilicet philoſophiæ, & in illa gaudet anima, atque delectatur in ea: & in quo ipſa gaudet, illud eſt eius cibus, quoniam cum ipſa ſit ex parte ueritatis, ueritatem amat: nec poteſt eam per aliquam ſcientiam, ita ueraciter & ita plenarie apprehendere, ſicut per Aſtronomiam: & nihil eſt præter philoſophiam primam, in quo anima tantum lucretur, quantum in Aſtronomia ſiue Aſtrologia. Per ipſam enim ſcimus & cognoſcimus creaturas impaſſibiles & inalterabiles & immutabiles in alteram eſſentiã, ut ſunt corpora ſupercœleſtia. Et per illas creaturas poſſumus peruenire ad cognitionem creatoris, & ſcire de ipſo quantumcunq; mens humana plus poſſit attingere, & poſſumus percipere ipſum eſſe impaſſibilem & inalterabilem. Et quoniam prædicta corpora ſunt à perfecto & nobiliſſimo, quod nullus hoc diffitetur, earum formæ ſunt nobiliſſimæ atque perfectæ ſcilicet ſphæricæ, quibus non inuenitur principium nec mediũ centro excluſo, nec finis. Et ſic earum operationes ſunt nobiliſſimæ atq; perfectiſſimæ cæteris operationibus omnium magiſteriorum quæ ſunt in hoc mundo, licet magiſterium medicorum ſit de nobilibus, immò de nobilioribus magiſterijs mundi terreſtris, tamen magiſterium ſtellarum & earum opera ſunt nobiliſſima, & excedunt omnia alia magiſteria & omnes alias operationes. Cauſa enim perfecta, perfectum inducit effectum. Medicus enim intromittit ſe de corporibus inferioribus & corruptibilibus & alterationem ſuſcipientibus & ſimilibus. Aſtrologus uero intromittit ſe de operationibus ſupercœleſtium corporum quæ non corrumpuntur nec alterantur: ipſa enim agunt in inferiora corpora corruptibilia, de quibus medicus ſe intromittit. In ipſa uero nihil corporeũ eſt quod agat nec patiatur nec patientur, uſq; in diem illum quem

Mat. 24 Deus uoluerit. de quo dictum eſt, quòd neq; angeli neq; filius, ſed ſolus pater, &c. quoniam omnia corpora, inferiora ſcilicet elementata, conſtant ex quatuor elementis, quæ omnia ſunt corruptibilia. & quòd hoc ſit uerum nemo ambigit. Corpora uero cœleſtia conſtant ex altera eſſentia, quæ diuerſa eſt ab illis quatuor elementis, ſcilicet quinta eſſentia, quæ eſt incorruptibilis & impaſſibilis: quoniam ſi eſſent de iſtis quatuor elementis, paterentur & accideret eis alteratio, augmentum ſcilicet, & diminutio, ſicut accidit iſtis inferioribus corruptibilibus. Et ob hoc dictum eſt, quòd corpora ſupercœleſtia ſint ex quinta materia, ſeu ex quinta eſſentia. Et mouentur illa corpora motu naturali, ut quibuſdam uiſum eſt: & quibuſdam uiſum eſt quòd moueantur motu uoluntario, quoniam ſunt mobilia & nõ mutabilia motu alteratiuo, & ſunt lucida, & rotunda ſcilicet, & ſphærica, quæ forma nobiliſſima eſt præ cæteris formis. Et mutationes & alterationes & conuerſiones quæ fiunt à motibus ſtellarum circumdantibus & mouentibus & corrumpentibus elementa & ex earum in finibus, ut dictum eſt, & inquieſcibili circumuolutione, quæ non finitur nec finietur, niſi ut dictum eſt. Philoſophicè dictum eſt quòd motus terreſtris ſit iunctus mundo cœleſti, metaphoricè tamen intelligendũ eſt, non abſolute, & ob hoc fiunt mutationes & alterationes & corruptiones in iſto mundo corruptibili. Quoniam ſoliditas mundi cœleſtis peruenit uſq; ad elementa, & circumdat ille ignem ſcilicet, & ignis aerem, & aer aquam & terram apparentem, & aqua terram, & inde fiunt corruptiones elementorum & indiuiduorum elementorum.

Quòd ſtellæ imprimunt in inferiora corpora, & quòd mutationes quæ fiunt in hoc mundo, fiunt motibus ipſarum. Caput II.

PRincipia non debent probari, ſed ſupponi, quoniam ad unum principium quod eſt ante omnia, præter ſe omnia principia reducuntur. non enim credo alicui eſſe dubium, quin motus cœli circumdans elementa mutet ignem & aerem: & ipſi mutent alia elementa, aquam ſcilicet & terram & cuncta animantia & uegetabilia & cætera quæ ſub lunari circulo eſſe habent & in eis exiſtunt, & cuncta mutationem ſeu alterationem ſuſcipientia. quia ſol & aer operantur in omnibus terrenis indiuiduis ſcilicet & indiuiduorum partibus, quoniã non accidit terræ alteratio, niſi ex mutatione ſolis, per ſigna ſcilicet quatuor anni tẽpora, quę ſunt uer, æſtas, autumnus & hyems, quod apparet manifeſte in fructibus & frondibus arborum & etiam in animalibus quæ in cęteris temporibus anni iunguntur ſimul, & mouentur ad generationem indiuiduorum ſuarum ſpecierum, & maxime in uere plus quàm in alijs temporibus anni, ficulnea & uirgulta uegetabilium ſiquidem adeſt fructus manifeſtatur. Et etiam uidemus ex diurnali uolubilitate terram caleſcere, infrigidari, deſiccari atq; humectari. Et uidemus etiam ſimiliter in certis temporibus anni exceſſus aquarum & alias mutationes, quæ fiunt propter circularem reuolutionem agentis cœli, & inde accidũt alterationes omnibus rebus in terra poſitis, & maxime in augmento atq; diminutione luminis lunæ, quoniam ipſa eſt magis propinqua terræ cęteris ſtellis, & magis ſentiunt

tur eius impreſſiones. Et ex calore ſolis ſimiliter, qui præ cæteris alijs ſentitur, licet forte alij planetæ aliquãdo augeant eius efficaciam, aliquando diminuant eam, ſecundum quòd eſt eis naturalis, prout ipſi ei applicãtur, uel ipſe illis. Aliarum uero ſtellarum impreſſiones non ita ſentiuntur, ſed in longioribus temporibus apparent earum effectus. Apparent etiam effectus ſolis manifeſte in frondibus & floribus & fructibus arborum & herbarum, & etiam in his quæ ſeminantur & quæ plantantur, manifeſtius quàm in alijs, quia licet operent non poſſunt ita manifeſte apparere uulgo, ſciuntur tamen à peritis ſcientiarum. Aliæ uero ſtellæ cum planetis in inferiora agũt per modum motus & generationis.



Qualiter peruenitur ad ſcientiam iudiciorum Aſtrorum, & quomodo eſt quod excuſari poteſt.
Caput III.

DE hac autem ſcientia certum eſt, nos ſcire poſſe nõ ſolum cogitationem præſentium, ſed præteritorum rememorationem, ac futurorum prouiſionem, ſpecierum ſcilicet & indiuiduorum & etiam mundi duarum partium. Per ſubiecta enim ſcientiarum ſciuntur earum effectus & earum utilitas, licet forte quidam inuidentes dicãt quòd Aſtronomia ſit nihil. Certum eſt, ipſam eſſe unam ex quatuor mathematicis, ſcilicet nobilior, & ſi nobilior eſt, nobiliores habet effectus, & maior eſt eius utilitas, ſicut ſuo loco in ſequentibus dicetur, quoniam ſubiecta aliarum Mathematicarum ſunt infra ſubiectum Aſtronomiæ. Subiectũ enim Arithmeticę eſt numerus, geometriæ menſura, muſicæ conſonantia, ſicut alibi dicitur, quæ ſunt nobiliora, ratione demonſtrationis tamen. Subiectum uero aſtrologię eſt qualitas motus ſupercœleſtium corporum. Aſtrologus ſcit qualis ſit omnis motus cuiuslibet corporis ſupercœleſtis. Si ſcit qualitates motuum, ſcit quales impreſſiones imprimunt, & qualia ſint eorum ſignificata, & omnia quæ fiunt in terra ſecundum ordinem naturalem, & in cæteris elementis fiunt à motibus ſupercœleſtium corporum, quod nulli uidetur eſſe dubium: niſi eſſet forte inſipiens uel idiota, & ipſa ſciuntur ab aſtrologo ratione prædicta. Ergo omnia quæ fiunt præſentialiter, & quæ fuerunt hactenus, & quæ fiunt in futuro, poſſunt ſciri ab aſtrologo, cum ipſe ſciat qualitates motuum qui fuerũt, qui ſunt & qui pòſt erunt, in quibus temporibus erunt, & quid ab ipſis uel ex ipſis concidet.

Contra illos qui dicunt, quòd ſcientia ſtellarum non poteſt ſciri ab aliquo.
Caput IIII.

QVi hanc ſcientiam uilipendendam eſſe dixerunt, licet friuolas, aliquas tamen inuenerunt occaſiones ut reprobent. Quarum prima eſt quòd ſcientia ſtellarum non poteſt ſciri tota, dicentes, quòd cœlum empireum ſit totum ſtella, & quòd influat & imprimat, ſicut influunt cæteræ ſtellæ, ſicut ſunt quidam fatui tunicati) Et aſtrologus non facit de ipſo mentionem. Videtur ergo quòd ſcientia ſtellarum non ſciatur ad plenum. Quibus uidetur mihi quòd poſſit uno modo breuiter reſponderi, ſcilicet quòd ipſi non probant ita eſſe, & ſic eorum contradictio nulla eſt. Sed ſi uellemus confiteri de plano quòd ita ſit, uidetur quòd poſſit eis taliter reſponderi, ſcilicet quòd licet eorum obiectiones habeant apparentiam, non tamen habent exiſtentiam: ſi nonum cœlum eſt totum ſtella (ſicut ipſi dicunt) non eſt ei motus, ſicut dictum eſt. Præterea omnes eius partes ſunt æque potẽtes, nec una pars poteſt plus altera uel minus: & ſic oportet quòd æqualiter & undique cum omnibus ſuis partibus influat ſiue imprimat, quoniam omnes eius partes & ſingulæ ſunt coæquales & æque potentes, nec differant lumine nec numero uel uirtute aliqua, nec moueatur de loco in locum nec ad locum. Partes uero aliorum cœlorum differunt lumine, numero & uirtute, nam maior uirtus cuiuslibet, eſt aggregata in partibus differentibus. Splendor enim ſeu lumen cuiuslibet cœli ſeptem planetarum eſt aggregata in uno corpore ſenſibiliter. Lumen uero ſiue ſplendor octaui cœli eſt aggregatus in diuerſis locis, ſeu corporibus ſenſibilibus ad diuerſas partes ipſius, ad diuerſas operationes à prima cauſa eis deputatas, & ſic poſſunt imprimere multa & diuerſa ſignificata, prout eis primus artifex conſtituit ab eorum formatione. In impreſſione uero noni cœli ſeruatur identitas, in impreſſione uero aliorum cœlorum non ſeruatur identitas, ſed diuerſitas, ſicut dicam ubi ſuo loco & tempore, atque ſine eis generatio & corruptio non fieret, & impreſſiones cœlorum ſenſibilium ſentiuntur ſecundum earum diuerſitatem. Et ſi reciperet impreſſiones ſeu influentiam à nono cœ-

no cœlo differentem ſeu indifferentem, tamen non poſſunt influere ſiue imprimere in inferiora uniformiter, ſed diuerſimode atque differenter. nec poſſet nonum cœlum influere, neque imprimere in inferiora, niſi mediãtibus cœlis ſenſibilibus, quorum impreſſiones ſunt manifeſtæ, illæ uero illius ſunt occultæ, quia non poſſunt eſſe manifeſtæ, niſi diuerſificentur, ſicut uentus uel aqua dum intrat per ſtrictos & anguſtos meatus magis poteſt, & magis apparet eius uirtus & magis ſentitur, & ut aqua quæ currit per canalem molendini, fortius operatur & magis poteſt quàm illa quæ currit per latitudinem ſeu ſpacioſitatem aluei fluuialis. Et ſicut lumen, ſeu ſplendor lunæ, cum intrat per aliquem locum anguſtum ſi inueniat equum habentem fictam in dorſo & percutiat uulnus fictæ funditus, quòd moritur inde equus: ſi uero ſtet equus totus ad ſplendorem luminis lunæ, ita etiam quòd totus aſpiciatur à luna, & cooperiatur à ſplendore luminis eius, tam locus fictæ quàm aliæ partes ipſius equi, non nocet ei, nec læditur ab hoc equus, prout Phyſici teſtantur.

Præterea poteſt iri contra eos hoc modo, quoniam non ſunt qui reprehendant modò Aſtronomiam, niſi quidam qui dicunt ſe Theologos, cum ſint illud quod ſunt. qui dicunt, quòd Aſtrologi non nouerunt totam Aſtronomiam, & ſi nõ ſciunt eam totam, nõ poſſunt ſecundum eam iudicare nec aliquid prædicere de futuris, cum ſtellæ ſint quaſi innumerabiles, & Aſtrologi non faciunt mentionem, niſi de mille & uiginti duabus earum, præter Planetas.

Ad quod poteſt reſponderi, quòd Aſtrologus licet non denominet omnes ſtellas, quia ualde prolixum eſſet, tamen utitur eis omnibus, quoniam ipſe utitur duodecim ſignis, ſub quibus ferè omnes ſtellæ comprehenduntur. Et poteſt eis dici, quòd ipſi etiam neſciunt totam Theologiam, nihilominus tamen prædicant tota die. ſi enim ipſi prædicant ſciendo paucam Theologiam, multo fortius poteſt Aſtrologus iudicare ſciendo multam Aſtronomiam. non enim poteſt ſciri de Aſtronomia ita parum, quin ſit multum reſpectu eius quod poteſt ſciri de Theologia. maius enim eſt prima cauſa reſpectu cœli, quàm ſit cœlum reſpectu grani ſinapis. & Aſtrologus ſcit de cœlo plus quàm granum ſinapis. & ipſi neſciũt de deo, reſpectu ipſius, quantum eſt granum ſinapis reſpectu cœli, reſtat ergo quòd Aſtrologi ſciunt plus de Aſtronomia, quàm ipſi de Theologia. multo fortius igitur poſſunt iudicare, quàm ipſi prædicare.

Aſtrologi enim ſciunt de Aſtronomia tantum, quantum aſtra & cœli ſenſibiles poſſunt imprimere atque ſignificare. De illo autem cœlo empireo, ſiue inſenſibili nihil ad Aſtrologum & nihil ad iudicia, nec ad motus ſtellarum, nec ad ea quæ concidunt ex ipſis. Illud enim cœlum ſicut eſt immobile & immutabile, ita eſt & non agens: quoniam ſtellæ non agunt in iſta corruptibilia inferiora, in eo quòd ſunt ſtellæ, uel in eo quòd ſunt ſupercœleſtia, ſed in eo quòd habent motum & quòd mouentur.

Contra illos qui dixerunt, quòd planetæ uel aliæ ſtellæ non habent ſignificare aliquid ſuper generatione, neq; ſuper corruptione, neq; ſuper aliquod de his quæ fiunt citra globum lunæ. Caput V.

ALia occaſio eſt, quorundam illorum qui dixerunt, quòd planetæ uel aliæ ſtellæ non habent ſignificare aliquid ſuper generatione, neque ſuper corruptione, neque ſuper aliquo de his quæ fiunt citra globum lunæ. Quibus taliter eſt reſpondendum, quòd omnes ſapientes concordant in hoc, quòd inferiora reguntur à ſuperioribus, non quòd ſtellæ regant hominem, uel equum, uel currum, uel nauim, uel alia inſtrumenta corruptibilia, per illum modum per quem regunt ea homines qui ſunt corruptibiles. non enim conuenit effectum accedere ad dignitatem ſuæ cauſæ, ſed regunt ea mouendo & corrumpendo elementa & conuertendo ea, & ex illis fit generatio & corruptio, & efficiuntur indiuidua ex elementis quæ corrumpuntur, demum corrumpuntur indiuidua & redeunt in elementa, & ſic annihilatur, quod ipſi dicunt.

Contra illos qui dixerunt, quòd planetæ habent ſignificationem ſuper rem uniuerſalem tantum. Caput VI.

ALia occaſio eſt quorundam, qui dicunt, quòd planetæ habent ſignificare tantum ſuper res uniuerſales, & non particulares. Quibus taliter eſt reſpondendum, quòd omne indiuiduum ex elementatis conſtat ex quatuor elementis, & elementa conſtituunt illud. nec poſſent illud conſtituere, niſi corrumperentur à planetis, alijs tamen ſtellis non excluſis, mouentibus ſe circa illa uolubilitate continua & inquieſcibili. quia ſi planetę ſignificarent ſpecies uniuerſaliter, ſicut ipſi dixerunt, & eſſet uerum, oportet quòd ipſi ſignificent indiuidua conſtituentia ſpecies, & non ſolum indiuidua, ſed partes indiuiduorũ, ut manus, pes, caput, & ſimilia. Et faciunt etiam planetæ per conuerſionem elementorum & eorum mutationem & alterationem indiuidua creſcere, augmentari, ſeneſcere infirmari & ſimilia propter elementorum corruptionem & conuerſionem, & iterum corrumpi, & in elementa redire.

Contra illos qui dixerunt, quòd ſtellæ ſignificant tantum duo, ſcilicet neceſſarium & impoſſibile, poſſibile uero non. Caput VII.

ALia occaſio eſt quorundam, qui dixerunt, quòd ſtellæ ſignificant tantum duo, neceſſarium ſcilicet, & impoſſibile. poſſibile uero non, neceſſarium ſicut ignem eſſe calidum, & impoſſibile ſicut equum uolare. poſſibile uerò non ut hominem moueri uel ſcribere. Quibus taliter poteſt reſponderi, ſcilicet quòd quædam ſunt neceſſaria, quædam impoſſibilia. Quædam enim ſunt neceſſaria, ut cœlum uolui per naturam ſuam. quædam impoſſibilia, ſicut ignem eſſe frigidum per na

turam ſuam. & quædam ſunt poſſibilia, ut aquam eſſe calidam per accidens & nō per naturam ſuam. Et hominem loqui per naturam ſuam poſſibile eſt hominem loqui nunc & quód fuerit locutus hactenus, & quód ſit locutus in futurum. ſed tamen licet fuerit locutus in duobus temporibus olim & nunc, non eſt tamen neceſſarium quód ſit locutus in futurum, quod enim eſt neceſſarium ſeu naturale ſpeciei eſt cuiuslibet indiuidui illius ſpeciei ſicut uolare, quoniam in quolibet indiuiduo illarum ſpecierum inuenitur hoc, ſcilicet poſſe uolare. Quod uero eſt poſſibile ſpeciei, eſt poſſibile cuilibet indiuiduo illius ſpeciei. Vnde apparet quia eſt poſſibile, non eſt enim neceſſarium hominem nere, nec eſt impoſſibile hominem nere. unde uidemus quoſdam homines nere, quoſdam alios non nere. Et poſſibile eſt hunc hominem cum naſcitur eſſe regem, & poſſibile eſt hunc eundem hominem non eſſe regem, ſi autem non fuerit rex, impoſſibile fuit eum eſſe regem. Sed inter neceſſarium & impoſſibile, medium eſt poſſibile: & inter neceſſarium & poſſibile, medium eſt iudicium. igitur poſſibile eſt, & iudicia ſtellarum ſunt uera & utilia quia naturalia, unde non ſunt cauſa per accidens, ab eo quód eſt ſibi naturale. Vnde non ſunt iudicia pro nihilo reputanda, ſicut inuidi dixerunt. & ſic male dixerunt illi, qui dixerunt quod poſſibile non eſt: quoniam uidemus manifeſte quod poſſibile eſt, & ſic opera ſtellarum & iudicia ſunt.

Eſt etiam neceſſarium, ut cum pluit ſit aliqua nubes, eſt impoſſibile ut eum non eſt aliqua nubes quód ſenſibiliter pluat, ſed nō eſt neceſſarium quód ſemper cum eſt nubes pluat, nec eſt impoſſibile quin ex qualibet nube poſſet pluere, ſed eſt poſſibile quód ex iſta nube ſit pluuia, & poſſibile quód ex iſta nube non ſit pluuia. Igitur poſſibile eſt & iudicia ſtellarum ſunt. quoniam per motus & diſpoſitiones corporum ſupercœleſtium & aeris uariationem, tu potes ſcire ex qua nube debet eſſe pluuia & ex qua non debet eſſe pluuia, prout in tractatu de Mutatione aeris dicetur. Item cum aliquis habet rem edibilem in ore, poſſibile eſt quód comedat & glutiat eam, & poſſibile eſt quód non comedat nec glutiat eam: & iſtud poſſibile, habet ſe ad utrunque, ad neceſſarium ſcilicet, & impoſſibile. quia cum ſit poſſibile ipſum comedere, & ſi comederit, illud poſſibile, factum eſt neceſſarium, ex quo peruenit in actum, & eſt ei ablata poſſibilitas, & eſt effecta, & deuenit in diffinitionem neceſſarij. Similiter cum ſit poſſibile, ex quo nō peruenit in actum impoſſibile, & deuenit in diffinitionem impoſſibilis, & eſt ablata poſſibilitas. Et ſic ſtellæ, & elementa habent ſignificare poſſibilia, & non tantum neceſſaria & impoſſibilia. Oportet enim Aſtrologum ſcire ueritatem, prædicere futura.

Contra illos qui contradicunt iudicijs Aſtronomiæ, & qui reprehendunt eam, neſcientes dignitatem eius, eo quód non eſt lucratiua.

Caput VIII.

ALia enim occaſio eſt illorum qui dicunt, quód iudicia Aſtronomiæ nō ualent, quia non uident pecuniariam utilitatem, ſi eſt, & quando, & quomodo ſciunt excogitare, dicunt hanc ſcientiam nihil eſſe. Quibus uidetur mihi taliter reſpondendum, uidelicet quód ipſi non curant de granis, ſed ſolummodo de palea: ita eſt enim de ſcientia reſpectu pecuniæ, ſicuti eſt de granis reſpectu paleæ, qui enim pecuniarum commodum dicunt præferendum ſcientiæ iudiciorum Aſtronomiæ, uidentur oſtendere quód apud eos nihil habeatur tam nobile quàm accumulatio pecunialis, quæ leuiter poteſt perdi. Et dicunt, quód qui abundat diuitijs, nihil ei deeſt, quia non nocet ei, ſi non eſt ſapiens: dicentes, ſtultitiam patiuntur opes, & quod fatuus fortunatus non indiget ſcientia: non conſiderantes errorem ſuum, & non cognoſcentes ſuas probationes falſas, immo nullas. Omnis enim res quæ ſubiacet probationi, probatur per conſimile: ſicut probatur ſcientia per ſcientiam, & ſubſtantia per ſubſtantiam: & ſæpiſſime uidi hoc, quod uulgus non commendat aliud, niſi accumulationem pecuniæ: nec mirum, quoniam ipſi uident aliquando quoſdam tam religioſos, quàm alios qui credunt, ſapientes tam in Aſtronomia atque medicina quàm in alijs ſcientijs, attendere circa illa. Quorum opiniones ſi bene conſiderentur, ſatis uidetur mihi poſſe infringi: quoniam ſcientia, reſpectu pecuniæ nobiliſſima eſt: pecunia enim, reſpectu ſcientiæ uiliſſima eſt: ipſa enim poteſt dari ſapienti, fatuo, probo, uili, inerti, debili, & ei qui alias pro nihilo reputatur, & quaſi nihil eſt: nec erit aliquis ita diues pecunia, ſi fuerit alias uilis uel fatuus, quin dicatur de ipſo, & eſt uerum: iſte nihil eſt, ſed cuſtodit pecuniam pro alijs uel alienam. Nec datur ei pecunia propter fortitudinem, quia uidemus quoſdam fortes indigere pecunia, & quoſdam alios fortes abundare pecunia, quoſdam debiles indigere pecunia, quoſdam debiles abundare pecunia: quare hoc ſit, dicetur inferius in Iudiciorum negocio, uel fortè in tractatu Natiuitatum. Nihil ſolum eſt, quod ſine alterius adminiculo poſſit nobilitare hominem, præter ſapientiam. Magnanimitas non poteſt perfecte nobilitare hominem ſine pecunia, quia magnanimus non poteſt perfecte oſtendere ſuam magnanimitatem, niſi habeat quod det alijs. Pecunioſus ſine magnanimitate atque uoluntate bene faciendi, non poteſt oſtendere ſuas diuitias, quia cor eius non patitur benefacere, & ita eius pecunia eſt theſaurus ſepultus. Scientia uerò, eſt res quæ ſola poteſt hominem nobilitare ſine alterius adiutorio. Et ſic ſcientia præualet omnibus alijs accidentibus, & ſi nulla alia cauſa laudetur, homo laudatur propter ſcientiam, quia omnibus alijs accidentibus poteſt homo priuari priuſquàm ſcientia, & ipſa non adoptatur alicui propter fortitudinem, nec propter debilitatem, nec propter nationem, nec propter diuitias. poſſent autem diuitiæ adaptari propter ipſam, uerumtamen uerus ſapiens de temporibus non curat, quia nihil ad eum de his quæ poſſent auferri ab eo, præter corruptionem ſubiecti. Et hæc eſt cauſa, quare ſapiens non curat de illis, quia non laudatur propter ſapientiam & propter intellectum atque diſcretionem & cognitionem rerum facientium hominem dignum nobilitate. Homo

enim dignior eſt cæteris animalibus, & hoc non accidit ei, niſi propter ſapientiam atque philoſophiam & cognitionem eorum, quæ non cognoſcuntur ab alijs animalibus: & per inſtrumentum rationis & rationabilitatis quæ ſunt in homine: & illud eſt ſapientia & rerum cognitio: & illud conſiſtit magis in cognitione eorum quæ fuerunt, quæ ſunt & quæ futura ſunt. Et ſcientia, tale accidens eſt, quòd quanto magis in homine augetur, tanto magis remouet ipſum ab alijs animalibus, & efficitur dignior & nobilior eis, propter hoc quod eſt anima eiuſdem ſcientia, & diſcretione, atque cognitione rerum quæ fuerunt, quæ ſunt & quæ antea futuræ ſunt: & quanto minus eſt in eo de ſapientia, tanto magis eſt remotus à rationabilitate, & magis propinquus brutis. & hoc non poteſt ei euenire, ſcilicet quòd eſſet dignior & nobilior alijs animalibus, niſi per ſapientiam & philoſophiam: & illa non poteſt ei euenire, niſi per literaturam: nec poteſt ei euenire propter ſubſtantiam accumulatam, ſed ex ſubſtantia poteſt uiuere in quiete: tamen illud non eſt uiuere, ut uere uiuere: unde Seneca, Ocium ſine literis mors eſt, & uiui hominis ſepultura. Vnde ſi non eſſet homo ſapiens, non eſſet dignior cæteris animalibus, ſicut eſt: quoniam omnia animalia participant cum eo in alijs, præterquàm in ſapientia: quia quæ uiuunt, omnia comedunt, quædam bibunt, & quædam comedunt & bibunt, & generant, naſcuntur, creſcunt, augmentantur, diminuuntur, ſeneſcunt, moriuntur, ſicut & homines: & ſic per ſapientiam & cognitionem & intellectum homo eſt effectus dignior cæteris animalibus. Et ſi illud quod facit hominem dignum nobilitate eſt ſapientia, oportet quòd illa ſapientia quæ eſt nobilior & dignior & altior faciat hominem nobiliorem & digniorem et altiorem, & magis intelligentem: & illud eſt ſcientia futurorum: quod non poteſt ſciri, niſi per ſcientiam ſtellarum: igitur ſcientia ſtellarum, eſt nobilior cæteris ſcientijs, pręter philoſophiam primam: nec tamen illa poteſt ſciri, neque haberi perfectè, niſi per ſcientiam ſtellarum.

Contra illos qui dixerunt, quod ſcientia ſtellarum non eſt utilis, ſed potius damnoſa eo quod inducit triſticiam & anguſtiam illis qui præſciuerunt accidentia futura, unde triſtantur illa de cauſa antequam eueniat eis impedimentum. Cap. IX.

ALia occaſio eſt illorum, qui dicunt quòd iudicia ſtellarum non ualent: nec eſt in eis utilitas, ſed potius damnum: licet hæc ſcientia ſit uera, & eius iudicia ſint uera: tamen eſt potius damnoſa, quàm utilis: quoniam ſi aliquod grauamen quod debeat euenire alicui, præuideatur à remotis, immittet ei timorem & triſticiam ante tempus doloris, uſque dum ſibi illud malum accidat: & poſtea nihilominus oportet eum triſtari & dolere atque lamentari: nec poſsit Aſtrologus auertere illud grauamen, quod ſecundum ſtellas uenturum eſt: & etiam ſi auerteret, non poſſet ad minus auertere iram & anguſtiam quam pateretur ille cui malum eſſet uenturum, uſque ad horā euentus eius. Quibus taliter poteſt familiariter reſponderi, uidelicet quod ipſi neſciūt quid ſit dicere illud quod dicunt: quoniā uidetur quod ignorēt quāta ſit dignitas, et quàm magna ſit utilitas huius ſapientiæ: quia ſi ſcirent, nō dicerent quod dicunt. ſi enim aliquod malum immineat alicui homini, quod ſecundum ſtellas uenturum ſit, & ipſe præſciuerit illud malum futurum, uidebit quale malum ſit & cuius ſpeciei ſit illud malum & illi ſe opponet. Ait enim Ptolemæus in Centiloquio: Aſtrologus optimus multa mala poteſt auertere, que ſecundum ſtellas uentura ſunt. Accidentia enim, futura ſunt, aut uniuerſalia, aut particularia: uniuerſalia quidē, ſicut hyems, æſtas, calor, frigus, aeris diſtemperantia, ut pluuia, nix, grando: peſtilentiæ ut mortalitas, fames, ſterilitas, abundantia terræ naſcentium, & ſimilia. Ex iſtis enim uniuerſalibus quædam ſciuntur à ſapientibus tantum: quædam ſciuntur, non ſolum à ſapientibus, uerum etiam à uulgo. Sapientes ſciunt illa per eorum induſtriam, uidelicet per hanc ſcientiam, ſcilicet Aſtrorum. Laici enim, & alij huius ſcientiæ imperiti, ſciunt quædā ex uniuerſalibus futura per longa experimenta, quæ ſuis tēporibus uiderunt & audiuerunt ab alijs longæuioribus ſe, qui etiā uiderūt ſuis temporibus. Viderūt enim in climatibus, in quibus orizon reflectitur ad ſeptentrionem frigus magis inualeſcere dum ingreditur geminos, & durare dum uirginē: licet ſecundū magis & minus, in alijs temporibus eſſe tempus diſsimile ab iſtis: unde in æſtate quando ſentiunt calorem, dicunt in tali tempore erit frigus, erunt niues, pluuiæ, uenti, & ſimilia: tunc fulciunt ſe frumento, uino, lignis, indumentis, & alijs neceſſarijs, quibus poſſunt expellere contraria in tempore illo: & qui non habent domos, ſtudent ædificare illas, ut poſsint fugere pluuiam, niues, & alia contraria euentura: quæ ſi non præſcirent, non fulcirentur neceſſarijs ſupradictis: & ſic poſsit eſſe cauſa interitus eorum. Reſtat ergo quòd præſcientia futurorum ualet. Similiter ſciunt per experimenta ſupradicta in quibus temporibus debeant ſeminare, ut recolligant in futurum, unde poſsint ducere uitam ſuam, ſecūdum diuerſas ſpecies diuerſarum rerum: & plantāt etiam arbores in temporibus, in quibus conſueuerunt ipſas uidere uiuere, ſecundum diuerſas ſpecies plantationum. Non enim ſeminatur uel plantatur quælibet ſpecies ſeminis uel plantationis in omnibus temporibus anni ęqualiter, nec in omni regione ſecundum tempus idem anni. Aliter enim plantatur in Hiſpania, aliter in Anglia, aliter in Lombardia, aliter in Romania, aliter in Apulia, aliter in Aſia, aliter in Æthiopia, aliter in Alpibus, aliter in planicie, aliter in hyeme, aliter in æſtate & aliæ res ſeminantur & plantantur in uno tempore, quàm in alio: quælibet earum in tempore ſibi conuenienti, & in quo ſperatur ex ea utilitas futura: & ita ſecundum diuerſas regiones, & ſecundum diuerſus ſitus locorum: & omnia hæc præſciunt expertores locorum, ita quòd rariſsimè falluntur: præſcientia igitur futurorum eſt utilis. Sed poſſent inſurgere aliqui tunicati, unus quorum fuit ille fatuus,

& dicere quòd iſta non eueniunt ab impreſsionibus planetarum, unde non eſt diſputandum cum illis: quia non conſiderant, quòd quælibet regio & quilibet ſitus regionis caleſit propter appropinquationem ſolis, & infrigidatur propter ſolis remotionem, & propter eius nimiam appropinquationem areſcit regio, & propter nimiam remotionem infrigidatur nimium: unde tunc ſciunt, non eſſe ſeminandum quodlibet ſemen, nec plantandum quamlibet plantationem, propter exceſſum caloris uel frigoris: & his utuntur, quia præſciunt ea ſic euentura, propter longa experimenta quæ uiderunt, & quibus uſi fuerunt: quæ ſi non ſcirent, non ſcirent, in quibus temporibus debeſent facere ſupradicta, & ſic perderent expenſas, & laborem ſuum. Alia uerò uniuerſalia, quæ uniuerſaliter eueniunt, uniuerſis cuiuſlibet climatis, uel cuiuſlibet regionis, quædam poſſunt euitari, quædam non poſſunt euitari: poſſunt tamen eorum effectus diminui uel alterari taliter, quòd poterit eſſe utilitas eorum qui præſciuerunt illa. Non poſſunt ſciri, niſi à peritis huius ſcientiæ omnia: quædam tamen ex eis poſſunt ſciri à peritis medicis. unde Hippocrates in Aphoriſmis, Illa enim quæ ſciuntur ab aſtrologis, nec poſſunt præſciri à uulgo, ſunt plura ſicut ſunt peſtilentiæ, fames, ſterilitas, penuria, infirmitas, mortalitas tam rationalium quàm brutorum, pluuia, nix, grando, frigus uel calor inſuetus excedens modum, & ſimilia, à quibus poteſt ille qui præſciuerit ſibi cauere: & ſic præſcientia futurorum eſt utilis, & non damnoſa, incognitum malum non euitatur, cognitum tamen poteſt euitari, ſi præſciatur, maximè à remotis. Cum enim præuiderit aliquis, quòd frumentum ſit carum futurum, poterit ſibi emere cum fuerit utile, atque reſeruare uſque ad tempus, in quo fuerit ſibi utile: idem de uino, & oleo, & ſimilibus. Cum præſciuerit mortalitatem futuram in aliquo climate, uel in aliqua regione, poterit ſe mouere, & recedere ab illa regione, & ire ad aliam, in qua peſtis non minabitur in anno illo. Cum præuiderit infirmitatem futuram in aliqua regione, poterit ſe opponere cauſæ minanti infirmitatem illam, uel ire ſimiliter ad aliam regionem, ut ſanus moretur: & ſic præſcientia illius rei, erit cauſa ſalutis præuidentis rem illam futuram & euaſionis à periculo futuro.

Similiter ſi præuiderit aliquis pluuiam futuram, quòd poteſt ante aduentũ pluuiæ fugere ad tecta, & ad loca in quibus pluuia non poſsit eum madefacere. Similiter cum aliquis ſit equitaturus mare, & præuiderit uentum futurum uel aliam tempeſtatem, poterit ante aduentum tempeſtatis peruenire ad portum, in quo ſit ſecurus, ne naufragium patiatur: uel non intrare mare, donec tranſeat tempus dubij. Similiter ſi fuerit facta quæſtio de aliquo infirmo, uel ſi ſciret aſtrologus initium infirmitatis illius, poterit præſcire utrum infirmus ille debeat euadere ab infirmitate, an debeat inde mori: quòd ſi præuiderit moriturum, poterit ei prædicere mortem: & æger qui non crederet fortè ſe mori ex ægritudine illa, aſſumet pœnitentiam, & confitebitur peccata ſua: & Ieſus Chriſtus dominus noſter prouidebit ei in futura uita, ſcilicet inſenſibili, & poterit etiam teſtari & diſponere domui ſuæ, atque ordinare res ſuas, & diſponere cum ſuis creditoribus atque debitoribus: quòd ſi non faceret, poſsit eſſe periculum illis qui remanerent poſt ipſum: & qui deberent hæreditare bona ſua: & poſſent uenire bona eius ad illos, ad quos non uellet infirmus bona ſua deuenire: & illi ad quos ipſe uellet quòd bona ſua deuenirent, poſſent carere ipſis: & ſic poſſet blaſphemari & uituperari poſt mortem: plus enim diligit homo aliquando unum de hæredibus quàm alium, plus aliquando maſculum quàm fœminam, aliquando tantum naturalem quàm legitimum. Et ſimiliter qui eſſet ingreſſurus mare, ſi non prædiceret ei aſtrologus, tempeſtas futura poſsit eſſe cauſa ſui periculi: & ſic bonum eſt & utile præſcire futura, & malum & damnoſum ignorare. Iſtæ igitur cauſæ & multæ aliæ poſſent aſsignari, quòd præſcire futura de rebus utiliſsimum eſt. Similiter ſunt quædam futura particularia, quæ ualde poteſt eſſe utile præſcire: ut ſi ſciatur natiuitas alicuius, uel habeatur eius quæſtio uniuerſalis, uel etiam particularis, ſuper aliqua re quam uoluerit ſcire, tu poteris uidere uel aliquis aſtrologus alius, quid debeat ei euenire de re illa. Vnde ſi minetur ei damnum, poterit illud euitare et ſi promittat ei lucrum, poterit illud apprehendere, & illud erit ſibi utile. Et ſi uideris in aliquo anno reuolutionis ſuæ quòd immineat ei aliquod periculum, poterit illud euitare ut ſi ſit infirmitas, poteris ei prædicere cauſam ægritudinis, & opponet ſe illi, & conuertet naturam ſuã ad cõtrarium cauſæ, & qualis infirmitas debeat euenire unde ſi euenerit infirmitas, aut nõ appropinquabit ei, aut ſi appropinquauerit, minus nocebit: quod ſi non caueret ſibi, poſſet superueniret talis ægritudo, quòd poſſet eſſe cauſa ſui interitus. uel cronicaretur ægritudo, & ulnmò poſſet inde mori: ſi ſit mors, poterit ei prædicere mortem ſuam in anno illo, & ipſe ordinabit facta ſua, ſicut dictum eſt: nec poſſet occupari à morte ſubitanea ſeu repentina, ſine ordinatione ſuarum rerum tam ſpiritualium quàm temporalium. Si ſit infirmitas, uel mors fratrum, uel filiorum, uel patris, uel matris, poterit ſe opponere quilibet eorum in ſuo eſſe. Si ſit interitus animalium, & habuerit animalia tam maiora quàm minora, poterit illa diſtrahere ante aduentum peſtis: unde non patiatur inde damnum: & illa intellige de ſignificatis cuiuſlibet domus. Similiter, ſi etiam aliquis quærat, timens ne inimicus eius faciat in eum inſultum, poteris ei prædicere utrum ſit aggreſſurus eum, & tunc poterit ſe munire amicis & armis & ſimilibus, ut poſſit à ſe inimicum expellere: qui ſi non præcaueret ſibi, poſſet interfici ab eo uel malè tractari. Hæ & multæ aliæ cauſæ particulares poſſent aſsignari, quæ poſſunt euenire hominibus, quas utile eſt præſcire, & etiam nulli damnoſum, ſicut quidam dicere uoluerunt. Similiter & periti medici, quando uident in uno tempore anni corruptionem aeris, per aliquam mutationem ipſius de uno eſſe in aliud, per aliquos uentus notos, uel per pluuiam multam, uel quacunque alia oc-

lia occaſione, prædicunt peſtes futuras, ut quartanas febres, acuias, dolores capitis, grauedinem auditus, lippitudines, & ſimilia: unde poſſunt homines parare ſe ad expellendum accidentia illa futura nociua pharmacis, dietis, contrarijs cauſis, ex quibus accidentia illa nociua ſunt futura: quòd ſi non præcauerent, ſibi poſſent cadere in ægritudines & morbos peſtiferos, & ſimiles. Propterea medici, & etiam uulgus, propterea quòd uiderunt ſuis temporibus calorem inualeſcere in æſtate, opponunt ſe in uere humoribus calidis, & educunt eos cum medicinis purgantibus eos, ne calor æſtiuus augmentet acumen humorum calidorum, & ſit cauſa ægritudinum exterminantium. Et ſic utiliſſima eſt præſcientia futurorum accidentium. Quoniam ſicut peritus medicus poteſt præſeruare corpora hominum à morbis imminentibus ſupradictis, ſic etiam Aſtrologus poteſt auertere multa horribilia futura, quæ ſecundum ſignificata ſtellarum uentura ſunt: quæ ſi non præſcirentur, eſſent cauſa ex qua conſequerentur homines multa nocumenta. Et ſic patet manifeſte, quòd ſcientia futurorum eſt utiliſſima, & in nullo nocibilis. Vnde illi qui uolunt fingere ſe non uidere ueritatem, poſſunt manifeſte ſcire, quòd ſicut Aſtrologus poteſt præuidere accidentia futura, ita poteſt ſcire dicere qualiter eorum pericula poſſent euitari.

Præſcientia nanque futurorum, duobus modis eſt utilis. Vno ſcilicet, quia præſciuerit homo quòd aliquod contrarium debeat ſibi euenire, poteſt illud aut ex toto uitare, aut pro parte competenti diminuere. Si uerò fuerit accidens utile quod gaudebit, & lætabitur ille cui debet euenire, ab hora qua ſciuerit ſe adepturum rem quam affectat, uſque ad tempus in quo eam adeptus fuerit: quod ſi non præſciuiſſet quòd deberet eam adipiſci, & eſſet res quam affectaret, triſtaretur & anguſtiaretur in ea, & fatigaretur, & faceret fatigari amicos ſuos, & etiam expenderet de ſuis bonis, ut poſſet eam adipiſci, donec compleretur ei tempus adeptionis.

Sed obijceret aliquis contra hoc. Præſcientia alicuius rei inducit mœrorem ſeu triſtitiã, poſtquàm fuerit eam rem adeptus, quia non ſperat plus adipiſci eam. Dicendum eſt ei, quoniam eſt à uia ueritatis remotus, ſi enim eſſet iſtud uerum, quòd poſtquàm aliquis foret adeptus quod deſiderat, quòd completo deſiderio ſuperueniret ei mœror, non oporteret quòd aliquis uteretur delectabilibus: quoniam illa, in quibus delectatur homo, non ſemper durant: nec tamen triſtatur homo poſt illorum adeptionem, immo quieſcit mens eius, quoniam adepta eſt quod optabat: nam ſi ita eſſet, quòd poſtquàm quis foret adeptus quod optabat, triſtaretur, non eſſet utendum aliquibus delectabilibus: non enim lætaretur homo in amplexibus pulchræ mulieris, non in conuiuijs, non in ſpeciebus, non in pulchris indumentis, non in ſonis muſicis, non in dignitatibus, nec in aliquibus in quibus natura gaudet, quia non ſemper durant, in eodem eſſe lætandi. Perfectio enim gaudij eſt, cum mens quieſcit, & eſt ſatiata eius quod optauit, ante adeptionem non eſt gaudium, ſed ſpes ueniendi ad complementum rei deſideratæ. Spes enim & gaudium differũt, ſicut timor & triſticia: quoniam ſpes & timor ſunt de his qui ſunt potentia, triſtitia & gaudium, de his quæ ſunt actu.

Contra illos qui dixerunt, quòd iudicia ſtellarum non ualent, nec electiones ualent, dicentes quòd ita poteſt eligi inimico ſicut ei cui eligitur.
Caput X.

ALia occaſio eſt illorum, ſcilicet qui dicunt quòd iudicia ſtellarum non ualent, nec electiones quas faciunt Aſtrologi, ſecundum Aſtronomiam ualent. Non eſt mirum, ſi hoc dicunt, quia non uident ueritatem, & quodammodo uidetur ueriſimile quod dicunt, & iſta reprehenſio uidetur quaſi comprehendere alias & præualere omnibus ſupradictis: nec uidetur, nec etiam ipſi credunt, quòd poſſit ei contradici ſeu reſiſti, immo uidetur quòd ſit quaſi unum impoſſibile aliter poſſe eſſe, niſi ſicut ipſi dicunt. Dicunt enim, tu qui eligis uni exercitui, & dicis ei, Si tu iueris tali hora & aſcendente tali ſigno, tu obtinebis. Si aduerſarius moueat ſuum exercitum illa eadem hora ſub illo eodem aſcendente, quis obtinebit? Tu potes ei dicere, ille qui fuerit fortior & habuerit maiorem gentem, & ipſi dicent, uterque eſt æque fortis ſicut alius, & habet æquè magnam gentem ſicut alius, & æque fortem & æquè probos milites & pedites, quis obtinebit? Tu dices qui ſapientius produxerit ſuum exercitum: ipſi dicent, uterq; producet æquè ſapienter ſuum exercitum, quis obtinebit? tu dices, ille productor exercitus qui natus fuerit de nocte: Ipſi dicent, uterque dux natus eſt nocte, quis obtinebit? tu dices, ille exercitus obtinebit, qui incœperit primò præliari & ipſi dicent, ambo exercitus incipient præliari ſimul & ſemel, quis obtinebit? & tu dices, qui mouerit ſe ab oriente & iuerit uerſus occidentem, uel qui mouerit ſe à Septentrione & iuerit uerſus meridiem, & ille ſuccumbet qui mouerit ſe ab occidente & iuerit uerſus orientem, uel qui mouerit ſe à meridie uerſus Septentrionem. Et ipſi tunc dicent quaſi quoddã impoſſibile, quòd uterq; exercitus mouerit ſe ab oriente & iuerit uerſus occidentem, uel mouebit ſe à Septentrione, & ibit uerſus meridiẽ, quis obtinebit? tu dicens, quòd ipſi ſunt fatui, nec eſt loquendũ cum ipſis. Impoſſibile uidetur enim quòd duo exercitus cõtrarij & inimici moueant ſe de uno eodem loco ſimul et ſemel, quin ſit inter eos aliqua orientalitas uel occidentalitas uel ſeptentrionalitas uel meridionalitas. Sed ipſi tanquàm fatui uel blaſphematores dixerunt, ponatur quòd ambo exercitus moueant ſe ab oriente uel ab occidente uel à meridie uel Septentrione, iſtud non uidetur poſſibile: & eis eſt dicendum, quòd ipſi ponũt inuiſum & inauditum quòd unquã duo exercitus cõtrarij tenuerũt pedẽ in uno loco quãdo unus cœperit ire cõtra alium, ſicuti eſt impoſſibile cœlũ ruere: ſed dic eis ita ponatur quòd cœlũ ruat, ubi remanebunt ſtellæ, & ſi cœlum rueret, nonne ſubmergeretur terra, ponatur quòd aſinus uolet, non perdet uultur uolatum. Tamen ne ipſi dicant te defeciſſe in reſponſione, poteris eis reſpondere taliter, quòd ipſi non ha-

bebunt ulterius quid interrogens, & quòd tu abſcindes omnem uiam interrogandi & reprehendendi & blaſphemandi, & poteris eis ita reſpondere ad iſtud, quòd ille ad cuius partem fuerit pars fortunæ, obtinebit qui tenuerit dorſum uerſus occidentem uel partes magis adiacentes ei, & faciem uerſus orientem, uel dorſum uerſus meridiem uel partes adiacentes ei magis, & faciem uerſus Septentrionem ille ſuccumbet, & ille qui tenuerit dorſum uerſus orientem, uel partes magis adiacentes ei, & faciem uerſus occidentem, uel dorſum uerſus Septentrionem, & faciem uerſus meridiem uel partes magis adiacentes ei obtinebit: & ſic ſunt abſciſſæ & demptæ omnes uiæ blaſphematorum & maledicentium. Quod ſi diceret iterum, quòd pars fortunæ erit ex parte quæ tenuerit dorſum uerſus meridiem aut uerſus occidentem. Dic, quòd ille à cuius parte fuerit pars fortunæ, & ſic ceſſabunt eorum obiectiones, quæ licet uideantur habere apparentiam, non tamen habent exiſtentiam.

Inſurgerent etiam fortè quidam fatui non rationabiliter loquentes: quare tu qui es Aſtrologus, dimittis tibi aliquod euenire ſiniſtrum, quum omnia futura præſcire debeas, quæ tibi euenire debeant. Ad quod reſpondemus, quòd tales numerantur inter iudicia, omnia caſualiter euenientia, in temporibus quaſi non perceptibilibus, ſicut ſi figatur ſpina in pedem, uel ut ſeducatur pes, ita ut cadat homo, & ſimilia, de caſualibus de quibus non eſt ars: quoniam iudicium non uerſatur, niſi circa illa de quibus poteſt deliberari antequàm eueniant: illa uerò de quibus feſtinus caſus non permittit habere deliberationem, relinquuntur induſtriæ ſapientium ſiue cautelæ, non enim conſiderantur ab arte, neq; à natura, quæ per accidens fiunt, ſicut credunt.

Contra illos qui dixerunt uniuerſaliter, quòd Aſtrologia non erat aliquid, ad oſtendendum quòd ipſa eſt, & quid ipſa ſit.
Caput XI.

DIxi enim, me dicturum de iudicijs Aſtronomiæ, & de his quæ ad iudicia ſpectare uidentur, & de quibuſdam quæ dixi tibi in principio huius operis, non uidetur mihi inconueniens, ut dicam tibi quid ſit Aſtronomia, prout ſapientes huius ſcientiæ ipſam diffiniunt, & ut oſtendatur illis, qui dixerunt eam nihil eſſe, & poſſent manifeſte uidere quòd ipſa eſt aliquid, & eſt res utilis, & uerax, & naturalis, & bona: nihil enim naturalium reperitur, quod de iure poſſit dici malum, uel inutile, uel mendax, ſeu falſum.

Aſtronomia, eſt aſtrorum regula: prout quidam ſapientes eam diffiniuerunt. Eſt enim regula, recta ordinatio, ac manifeſte declarans id, quod eſt ſecundum ueritatem ſui eſſe, non quòd ex regula ſumatur ueritas, ſed ut ex ea quæ eſt ueritas, regula naſcatur: Iuriſperitus tamen, licet non alterando ſententiam dicit, Regula eſt, quæ rem quæ eſt, breuiter enarrat: non quòd ex regula ius ſumatur, ſed ex ea, iura quæ eſt regula fiat. Quidam uerò non longè ab his ſentientes, diffiniuerunt eam ſic: Aſtronomia, eſt ſcientia, per quam non ſolum præſentium, uerum etiam præteritorum ac futurorum datur cognitio. Diffinitur etiam alio modo, ſecundum duas partes, ſiue ſpecies ipſius breuiter, contemplatiuam ſcilicet, & actiuam, quæ ſunt Aſtrologia & Aſtronomia. In quo differunt iſtæ duæ partes, dicam tibi. Aſtrologia, quæ eſt eius pars, ſiue ſpecies contemplatiua, eſt ſcientia magnitudinis mobilis, quæ curſus ſyderum & habitudines ſtellarum circa ſe & circa terram certa ratione perquirit. Et huius partis ſcilicet Aſtrologiæ tres ſunt partes. Prima, quarum eſt de numeris & figuris cœleſtium corporum, de ordinibus eorum in mundo, de quantitatibus, ſitibus, proportionibus, quantitatibus diſtantiarum eorundem inter ſe. Secunda eſt, de motibus supercœleſtium quot ſunt, & quòd omnes eorum motus ſunt ſphærici, & quis eorum communicet cum omnibus ſtellis, quis'ue ſit proprius, & quot ſint ſpecies motus unicuique eorum, & ad quas partes mouentur, quæ ſunt ſex, ſcilicet antè, retrò, & iſtis ſubalternantur directio & retrogradatio, deinde ſunt ſurſum, deorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum. Etiam uidentur alij ſex, licet non uideantur de conſideratione Aſtrologiæ generatio & corruptio, augmentatio & diminutio, alteratio & ſecundum locum mutatio. Quidam dixerunt, quòd alteratio non eſſet motus, & de quibuſdam aſpectibus & coniunctionibus, & quando hæc fiant, & ſimilia. Tertia uerò, inquirit de hoc quod habitatur de terra, & de illo quod non habitatur ſecundum diſpoſitionem ſeptem climatum, & de diuerſitate diei & noctis ſecundum unamquanque regionem.

Quid eſt Aſtronomia, quæ eſt pars actiua.
Caput XII.

ASTRONOMIA uerò eſt eius pars ſecunda, ſcilicet actiua, licet aliquando, immo ſæpe una pro altera ponitur. Circa quam iſta poſſunt inquiri, uidelicet, quid ſit Aſtronomia, quę ſint eius ſpecies, quod ſit eius officiũ, quis ſit eius finis, quæ ſunt eius inſtrumenta, quis ſit eius artifex, quare tali nomine uocetur, & quo ordine doceatur. Cuius diffinitio talis eſt, ſicut dictum eſt ſuperius. Alij uerò diffiniunt eam alio modo, dicentes: Aſtronomia, eſt ſcientia quæ curſus ſtellarum & ipſarum diſpoſitionẽ ſecundũ opinionem utentium, ea præuia ratione temporum deſcribit notitiã. Pręterea quæ ſit unaquęq; illarũ partium ſua diffinitione ſeu quidditate cognoſci, genus enim eſt ſecundum quòd de propoſita ſibi prout oportet quęſtione reſpondet, iudicando ſecundum Planetarum & ſignorum poſitionem atq; ipſorum naturam. Sunt tamen plures aliæ ſcientiæ iudicandi, prout ſecundum ipſas quæſtiones proponuntur, ſicut geomantia quæ exercetur in terra, & alijs pluribus modis conuenientibus ſibi. Hydromantia, in aqua. Aerimantia, in aere. Pyromantia, in igne. Chiromantia, in manu: prout teſtatur Ariſtoteles in libro de Animalibus. Spatulamantia, in ſpatula alicuius animalis. Et etiam multæ aliæ ſcientiæ augurandi,

ſicut

ſicut uox alicuius animalis, uel cantus alicuius a-
uis, uel ululatus, uel garritus, aut obuiatio alicuius
rei, & multæ aliæ quæ poſſent numerari, de quibus
nihil ad præſens. Hæc tamen ſcilicet Aſtronomia,
cum omnibus ſuis partibus & ſpeciebus, dignior
eſt cæteris, cum ipſa habeat ex diſpoſitione nobi-
liſſimorum corporum ſupercœleſtium, quòd eo-
rum quæ ſunt in terris præterita, præſentia ſcilicet,
& futura declarat, ſecundum quòd philoſophi con
ueniunt in hoc omnes. Vnde Alpharabius de ſcien
tijs, Aſtronomia, eſt ſcientia de ſignificatione ſtel-
larum, quid ſcilicet ſtellæ ſignificent de pluribus re
bus præſentibus ſcilicet, præteritis, atq; futuris. Ma-
teria eius, ſiue ſubiectum, eſt ipſa magnitudo, ſicut
dictum eſt.

¶ Partes autem huius partis, ſiue ſpeciei, ſunt
quatuor. In prima quidem, agitur de ſitu & for-
ma mundi, & circulis cœleſtibus. In ſecunda, a-
gitur de curſibus ſeu motibus Planetarum & alia-
rum ſtellarum. In tertia, agitur de ortu & occa-
ſu ſignorum. In quarta uerò, agitur de Eclipſi-
bus Solis & Lunæ & aliorum Planetarum. In his,
uel de his, ſiquidem partibus tota ferè uirtus Aſtro
nomiæ conſiſtit. Species eius uniuerſaliter ſunt
duæ, uidelicet numerus ſiue computatio, prout ha-
bet dependentiam cum prima ſcientia Mathemati-
ca, hoc eſt cum Ariſhmetica, quæ prior eſt omnibus
alijs ſcientijs doctrinalibus, quoniam omnes aliæ
ſcientiæ Mathematicæ indigent ea: ipſa uerò, nulla
ex his indiget. Secunda uerò ſpecies Aſtrono-
miæ, eſt iudicium. Computatio ſeu numeratio uer
ſatur circa diffinitionem ſeu cognitionem tabula-
rum. Iudicium uerò uerſatur circa cognitionem
temporum, locorum, ſignorum, Planetarum, ſi-
tuum, & aſpectuum eorundem, & his ſimilia, &
quid concidat ex eis. Officium eius, eſt curſus Pla-
netarum & aliarum ſtellarum coniunctiones, aſpe
ctus, angulos, ſuccedentia, & ab angulis cadentia
ſigna, quæ iam fuerunt anguli eorum effectus ra-
tione præuia contemplari. Finis eius, ſiue ipſius u-
tilitas, eſt intentio iudicandi de præſentibus, præ-
teritis & futuris, ueritatem per ſupradictorum in-
ſpectionem & diſcuſſam inquiſitionem ſcire poſ-
ſe. Huius ſcientiæ inſtrumenta ſunt multa, ſcili-
cet Aſtrolabium, quadrans, armilla ſuſpenſoria, &
altera armilla, p'aniſphæriū, curuiſphærium, ſtatua
ploſica, & ſimilia. Artifex huius ſcientiæ dicitur,
quilibet Aſtronomus, qui exercet artem Aſtrono-
miæ nomine atque Aſtrorum legem præuia inter-
pretatione intuetur. Quare Aſtronomia uocetur
tali nomine, dico tibi quòd illud nomen eſt com-
poſitum ſcilicet ab aſtris & norma, quod eſt regu-
la, inde Aſtronomia, id eſt Aſtrorum regula, uel A-
ſtrorum practica, ſiue Aſtrorum operatio. Diffe-
rentia uerò inter Aſtrologiam & Aſtronomiam
hæc eſt, quoniam Aſtrologia eſt ſecundum rei ue-
ritatem ad ſcientiam intellectualem ſiue ſcientia-
lem. Aſtronomia ſecundum quòd ea utentes opi-
nantur ad effectum ipſius ſeu ſcientia operatiua.
Quo ordine doceatur ſcientia iſta, dixerunt qui-
dam quòd debebat doceri ante alias Mathemati-
cas, quoniam nobilior. Quidam dixerunt, quòd
poſt Arithmeticam, quoniam indiget numero. Qui
dam dixerunt quòd poſt Arithmeticam & Geome-
triam, quoniam indiget numero & menſura. Mihi
autem uidetur, quòd ipſa debeat doceri poſt om-
nes alias Mathematicas, tam poſt muſicam quàm
poſt Ariſhmeticam & Geometriam, quia ita bene
indiget ipſa conſonantia, ſicut numero & men-
ſura.

Quòd hæc ſcientia non debet reprehendi, quam ſancti Patres ea fuerint uſi.
Caput XIII.

ARs iſta non debet etiam reprehendi, immo
eſt digna commendari, quoniam ſancti pa
tres ab antiquo ea uſi fuerunt, unde male
faciunt, qui eam reprehendunt, & maxime illi qui
Abrahę ueſtigia ſequūtur, uel ſunt ſecuti. Abraham
enim inſtruxit Ægyptios, & alios tunc temporis
Aſtronomiam prærogatiuè uti uolentes, & ſpecia-
liter Athlanta, qui in hac ſcientia præualuit omni-
bus ſapientibus, qui tunc erant, ita quòd reputaba-
tur quaſi Deus. Et inde dictum eſt, quòd Athlas
ſuſtineret cœlum, propter hoc quòd ipſe ſciebat
plus de corporibus ſupercœleſtibus, quàm aliquis
qui reperiebatur tempore illo. Etiam & ipſe Domi
nus cum dixit Apoſtolis, Eamus in Iudæam ite- Ioã. 11.
rum, & ipſi dixerunt, Nunc quærebant te Iudæi la
pidare & iterum uadis illuc. qui reſpondens dixit,
Nónne duodecim horæ ſunt diei? Ac ſi diceret, una
hora eſt bona, licet alia ſit mala: quoniam in hora
mala illi habebāt malam uoluntatem contra eum,
illa enim hora tranſierat, & bona ſuperuenerat. un
de ipſe ſciens hoc, ſciuit quòd mala uoluntas abie-
rat à cordibus eorum, uoluit eligere ſibi illam ho-
ram, in qua ipſi non læderent eum. Et per hoc pa-
tet, quòd ipſe uſus eſt electione, nec blaſphemauit
Aſtronomiam, ſicut quidam inuidentes & detra-
ctores hodie faciunt. Licet ſuperius ſit manifeſte o-
ſtenſum, quòd multa utilitas & multa bona poſ-
ſunt ſequi de ſcientia ſtellarum & eius iudicijs, tam
in præſcientia rerum quàm in alijs, tamen fuerunt
quidam inſipientes fatui, quorum unus fuit ille
Ioannes Vicentinus hypocrita, de ordine Prædica-
torum, qui dixerunt, quòd Aſtrologia non erat ars
neque ſcientia, ſed erat quoddam appoſitiuum ab
aliquibus apponentibus inuentum. Quibus ui-
detur mihi taliter reſponderi, ſcilicet quòd ſunt fa-
tui, & errant, & ipſi in ſuis fatuitatibus atq; in ſuis
erroribus peribunt. Patet enim omnibus Aſtrolo-
giam eſſe ſcientiam, atq; unam ex ſeptem artibus
liberalibus. Et licet breuiter ſit eis reſponſum, non
tamen uidetur mihi omittendum probare, quòd
Aſtrologia ſit ars atq; doctrinalis ſcientia, rationi-
bus ſufficientibus atq; manifeſtis, licet ordo præpo-
ſterus eſſe uideatur.

Ad oſtendendum Aſtronomiam eſſe artem atque unam ex quatuor Mathematicis, ſcilicet ſcientijs doctrinalibus.
Caput XIIII.

QVòd Aſtrologia ſit ſcientia, euidenti ratio-
ne taliter probatur. Aſtrologia, eſt ſcientia
nobilis

mobilis magnitudinis, quæ inſpecta ratione cœleſtium corporum ſecundum triplicitatem temporis curſum motum diffinit. Vel Aſtrologia, eſt ſcientia quæ curſus ſiderum & habitudines & figuras ſtellarum circa ſe & circa terram indagabili ratione perquirit. Ergo per locum à diffinitione, Aſtrologia eſt ſcientia. Item Aſtrologia, dicitur ab aſtros, quòd eſt ſtella, & logos quòd eſt ſermo, uel ſciẽtia, uel ratio de aſtris. Igitur per hanc etymologiam, ſeu nominis interpretationem, Aſtrologia, eſt ſcientia. Item poteſt alio modo ſic probari, Omne quod tale eſt, quod eſt ex ueris primis prioribus, &c. eſt ſcientia. ſed Aſtrologia habet genus ſubſtantiale, quo differt ab alijs ſcientijs, proprium & accidens. Igitur eſt ſcientia. Præterea, omne quod eſt collectio præceptorum, ad unum finem tendentium, eſt ars uel ſcientia. Aſtrologia eſt talis. Ergo ipſa eſt ars, uel ſcientia, quod D. Auguſtinus ſatis manifeſtè probat, dicens, Ars eſt præceptio, quæ dat certam uiam rationemq́ gerendi uel dicendi. Omnia enim præcepta Aſtronomiæ tunc tendunt ad unum finem, ſcilicet ad ſciendum, ſeu conſiderandum præterita, præſentia, & futura, & in iſtis præceptis tota intentio Aſtrologiæ conſiſtit. Vnde Seneca, Rememorare præterita, conſiderare præſentia, præuidere futura: illa enim non poſſunt rectè intueri, niſi ab Aſtrologo, qui habet omnia hæc conſiderare, & ipſe ſolus poteſt ea ſcire. Præterea, ſi Aſtrologia, ſiue Aſtronomia, non eſſet ars ſiue ſcientia, deſtrueretur iam illud famoſum quod ab omnibus uniuerſaliter prædicatur, ſcilicet quòd artes liberales ſunt ſeptem. Non eſſent igitur niſi ſex, uel nulla: quoniam qua ratione Aſtronomia non eſſet, eadem ratione ſex non eſſent, quod eſſet inconueniens, & ualde horrendum. Item, cum Aſtronomia ſiue Aſtrologia dicatur, quarta pars ſcientiæ quadruuialis: ſi ipſa non eſt, & quadruuiũ totum non eſt: quoniam deſtructa parte integrali ſiue integritate, deſtructum eſt & totum: quod eſt maximum incõueniens. Item ſi quadruuium non eſt, & mathematica non eſt: & ſi mathematica non eſt, & theorica non eſt, cum mathematica ſit (teſte Philoſopho) tertia pars Theoricæ. Item, ſi theorica non eſt, & philoſophia non eſt: quod eſt prorſus dicere, diſcolum atq; abſurdum. Igitur Aſtronomia, de neceſſitate eſt ſcientia, qui enim deſtruit Aſtronomiam, deſtruit ſcientiam, ſicut qui deſtruit prima principia, deſtruit ſapientiam, teſte Ariſtotele in ſecũdo Metaphyſicæ. Contra tales nõ eſt diſputandum, qui uolunt deſtruere ſcientias, quoniam ſunt peiores beſtijs. Præterea cum Ariſtoteles, Ptolemæus, Iaphar, Aiaydimon, Albumaſar, Meſſahala, Almetus, Alfraganus, Thebit, Iergis, Ahomar, Dorotheus, Alchindi, Albenait, Aſtaphar, Almanſor, Hali, Alboali, & alij plurimi ſapientes, hanc ſcientiam ſcripſerint & docuerint, quòd Aſtrologia eſt ſcientia. Non eſt uериſimile, ſi ipſa non eſſet ſcientia, quòd tot & tanti uiri eam taliter nominaſſent. Item, omne quod ponit aliquid per cauſam uel per effectum, ponit ſcientiam, teſte Ariſtotele in Poſterioribus. Aſtrologus manifeſtat eclipſim per cauſam ſcilicet, per interpoſitionem, & manifeſtat eãdem ſcilicet interpoſitionem per Eclipſim: qua propter his & multis alijs de cauſis, Aſtrologiam eſſe ſcientiam manifeſtè probatur.

INCIPIT TRACTATVS SECVNDVS DE DIVISIONE ORBIS SIGNORVM ET EOrum eſſe, & quomodo ſint ordinata & diſpoſita, & quare ſint tantum duodecim, nec plura, nec pauciora, & quare denominentur illis nominibus, & de adiacentibus ad hæc.

DICAM ergo ſecundum ueſtigia uenerabilium prædeceſſorum noſtrorum, ea quæ huic operi utilia eſſe uidebuntur, rememorans eorum ſententias, ſcilicet Ptolemæi, Hermetis, Iaphar, Thebit, Alchabicij, Alcaiat, Alchindi, Alenzedegoz, Meſſalæ, Adilæ, Iergis, Albenait, Aardimon, Areſtali, & aliorum, qui in hac ſcientia ſtuduerunt: addendo ea quæ mihi utilia uidebuntur, ſecundum quòd Deus mihi præſtiterit gratiam ordinandi, & mihi reduxerit ad memoriam.

In diuiſione orbis ſignorum, & quòd ſigna ſint tantum duodecim, & quòd nec plura, nec pauciora.
Caput primum.

SCias hoc quoniam circulus ſignorum diuiditur in duodecim diuiſiones æquales, quarum quælibet uocatur ſignum: quorum primum eſt Aries. Secundum Taurus. Tertium Gemini. Quartum Cancer. Quintum Leo. Sextum Virgo. Septimum Libra. Octauum Scorpio. Nonum Sagittarius. Decimum Capricornus. Vndecimum Aquarius. Duodecimum Piſces.

Sed poſſet fortè quæri, quare ſigna tantum ſunt duodecim? Plures enim cauſæ poſſunt aſſignari, quare ſigna ſunt duodecim, nec plura, nec pauciora. Quarum una eſt, licet non ſit multum efficax, quòd duodenarius numerus eſt perfectior, quaſi alijs numeris ipſum unitatibus non excedentibus & multiplicationes, ex quibus conſurgit in ſuis partibus, multiplicantur. recipit enim in ſemetipſo plures ordinatas diuiſiones, quàm aliquis alius numerus. cõſurgit enim multiplicatione ternarij, per quaternarium, & quaternarij per ternarium, & binarij per ſenariũ, & ſenarij per binariũ, & per eaſdẽ partes totidem modis diuiditur.

Eſt & alia ratio, non minus efficax ſuprà dicta, ſecundum quòd dixerunt Araſtellus, & Albumaſar, & Aaydimon, quibus nullus Philoſophorum fuit auſus cõtradicere, ſcilicet quòd omnia elementata, compoſita ſunt ex quatuor elementis, ex igne ſcilicet, aere, aqua, & terra: & illa elementata indi-

uidua

uidua ſcilicet, & indiuiduorum partes, ex prædictis quatuor elementis omnia conſiſtunt. Et cuilibet indiuiduo inſunt iſta tria, uidelicet principium, medium, & finis. unde quatuor in tria multiplicatis faciunt duodecim.

Signa enim non corrumpuntur, ſed corrumpunt elementa. Et elementa ſunt quatuor, quæ corrumpuntur à ſignis & planetis, ex eorum circumuolubilitate inquieſcibili: quoniam aliter elementa non corrumperentur, quantum eſſet in ſemetipſis, niſi corrumperentur à ſtellis & earum circumuolutione. Circumuolutio enim ſtellarum circa elementa, corrumpit illa, & ipſa corrumpuntur adinuicem: & nobiliora, ſcilicet agentia, corrumpunt minus nobilia, ſcilicet paſſiua: propterea quod ſibi inuicem complectuntur, quod eſt cauſa generationis indiuiduorum quarumlibet ſpecierum. Et fuerunt ſigna diuiſa ſecundum numerum quatuor elementorum, quoniam per quatuor elementa, quæ ſunt quatuor diuerſarum naturarum, ſeu qualitatum, percipitur numerus duodecim ſignorum. Quoniam elementorum unum eſt calidum & ſiccum, ſcilicet ignis. Aliud eſt calidum & humidum, ſcilicet aer. Aliud frigidum & humidū, ſcilicet aqua. Aliud frigidū & ſiccum, ſcilicet terra.

Et licet dicantur elementa complexionata, tamen unicuiq; eorum eſt una ſola proprietas. Nam proprium ignis, eſt caliditas. proprium aeris, eſt humiditas. proprium aquæ, eſt frigiditas. proprium terræ, eſt ſiccitas. unde oportuit, quòd ſigna eſſent, ſecundum quatuor diuerſitates, imprimentia in inferiora, ſcilicet ſecundum caliditatem & ſiccitatem, caliditatem & humiditatem, frigiditatem & humiditatem, frigiditatem & ſiccitatem. ita quòd tria ex his dicerētur ignea, ſcilicet Aries, Leo & Sagittarius. Alia tria ex his, dicerentur terrea, ſcilicet Taurus, Virgo & Capricornus. Alia tria ex his, dicerētur aerea, ſcilicet Gemini, Libra & Aquarius. Alia tria ex his, dicerent aquatica, ſcilicet Cancer, Scorpio & Piſces.

Et ſic inuenta ſunt ſigna quòd eſſent duodecim tantum, nec plura, nec pauciora. Plura non potuerunt eſſe, quoniam quodlibet eorum agit in quatuor elementa uniuerſaliter. & quodlibet eorum, agit in elementum ſibi deputatum, ſecundum tria eſſe, ſcilicet principium, medium, & finem. Vnde quia ſecundum trinum eſſe, agunt ſigna in quodlibet elementū, & elementa ſunt quatuor tantum, neceſſe fuit, quòd eſſent ſigna tantum duodecim, nec plura, nec pauciora: quoniam Aries, Leo, & Sagittarius (ſicut dictum eſt) ſunt ignea. Taurus, Virgo, & Capricornus, ſunt terrea Gemini, Libra, & Aquarius, ſunt aerea. Cancer, Scorpio, & Piſces, ſunt aquatica.

Quomodo ſigna agunt in elementa, & in quæ elementa agunt quælibet ſigna. Caput II.

DIctum eſt in præcedenti capitulo, quòd ſigna agunt in elementa: nunc dicendum eſt in iſto capitulo, in quod elementum agat quodlibet ſignum & per quem modum, nam Aries Leo & Sagittarius, quoniam ſunt ignea, agunt in ignem elementum, ſed diuerſimode.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De Ariete.



QVoniam Aries agit in ignem elementum, imprimendo in illum caliditatem & ſiccitatem temperatam, illud tamē quod ex illo temperamento fit, initium eſt motus naturalis indiuiduo quarumlibet ſpecierum, ſcilicet ad agendum unum animal cum alio, ut generentur indiuidua ſpecierum ex indiuiduis earundem, ut ipſe ſaluentur per ſucceſſionem, quia non ſaluarentur per indiuidua tempore longo, quia tractu & temporis indiuidua deſicerent, & ſic deſtruerentur & perderentur ſpecies, niſi ſaluarentur per ſucceſſionem. Et ſic eſt initium motus naturalis ſimiliter ad faciendum ſemina germinare, & ad faciendum arbores florere, atque frondes emittere, & fructus producere, & ad faciendum herbas & ſemina germinata naſci & augmentari & multiplicari & omnia uegetabilia augmentari & incrementum ſuſcipere, & hoc eſt primum eſſe per quod ſigna ignea dicuntur agere & etiam agunt in ignem elementum.

De Leone.



LEo agit in ignem inferendo in illum caliditatem & ſiccitatem remotam à temperamento, ita quòd ex illa remotione à temperamento fit initium motus naturalis ad impedimentum fructus & folia arborum & herbarum, & ad faciendum eos & ea declinare ad latus deſtructionis, quia maturefcunt, quæ maturatio quodammodo deſtructio eſt, & ut pauca ſemina ſint quæ tunc germinant, & pauca uegetabilia ſuſcipiunt augmentum ſeu incrementum & pauca animalia carentia arbitrio mouentur ad augmentationem ſuarum ſpecierum uel ad earum ſaluationem, immo quædam animalia incipiunt occultari & uidentur quaſi deſtrui, quum leo facit operationem ſuam in ignem elemen-

elementum, fit caſus ſeminum & eorum deuaſtatio matureſcunt plures fructus arborum & putreſiunt & ſimilia ex impreſſione leonis in ignem elementum, & hoc eſt ſecundum eſſe per quod ignea agunt in ignem elementum.

De Sagittario.



SAgittarius uerò agit in ignem elementum imprimendo in illum caliditatem & ſiccitatem remotam ab omni temperamento, immo facit ad deſtructionē ſeminū & herbarū & ad cōplementum caſus & deſtructionis foliorū arborū quarum folia cadunt in hyeme, & ad læſionem multorum animalium, & ad occultationem multarum ſpecierum animalium & eorum deſtructionem, nec audent apparere ſupra terram. Et hoc eſt tertium eſſe, per quod ſigna ignea agunt in ignem elementum. Et iſta ſunt tria eſſe per quæ ſigna agunt in elementa. Omnia fiunt ſecundum iſtum ordinem quantum eſt ex ſignificatione ſignorum & planetarum naturali & ex eo quòd agunt corpora ſuperiora in elementa, licet aliquando & alicubi ſecundum magis & aliquando alicubi ſecundum minus, licet conſideratio naturalis uideatur alia quàm ſit iſta, tamen ſi recte conſiderentur utraq; ſunt eadem.

¶ De ſignis terreis, & primò De Tauro.



TAurus uerò Virgo & Capricornus, quæ ſunt ſigna terrea agunt in terram elementum, ſed diuerſimode ſcilicet, quia Taurus agit in terram imprimendo in illam frigiditatem & ſiccitatem temperatam, ſcilicet parum aut nihil impedimentum, ita quòd in illo temperamento fit generatio plurium rerum ſenſibilium ſcilicet, ac ſpecierum, & augmentum uegetabilium, & ſimilia.

De Virgine.



VIrgo autem agit in terram elementum imprimendo in illam frigiditatem & ſiccitatem minus temperatam & magis propinquam deſtructioni, ita quòd ex illo actu fit motus naturalis, ut uegetabilia patiantur detrimētum & diminutionem, & retardentur herbæ, & cadant arborum folia & deficiant: tamen non eſt illud frigidum ita remotum à temperie, quòd licet quædam deficiant & deſtruantur quin quædam alia generentur, & quædam ſemina germinent, & quædam herbę nouiter naſcantur & creſcant, & ſimilia.

De Capricorno.



CApricornus, ſiquidem agit in terram elementum imprimendo in illam frigiditatem & ſiccitatem diſtemperatam, deſtruentem & mortificantem, nec generantur deleui, tunc animalia, & ſi generantur, ſunt pauciſſima: & illa ut multum ſunt ex domeſticis, propter domeſticitatem eorum uictus, nec mouetur natura, ut herbæ naſcantur uel arbores frondeſcant uel floreant, niſi fortè caſualiter, nec germinant ſemina, & ſimilia.

¶ De ſignis aereis, & primò De Geminis.

GEmini uerò, Libra & Aquarius agunt in aerem elementum, ſed diuerſimode. Nam Gemini agit in aerem elementum imprimendo in illum caliditatem & humiditatem temperatam, confortantem



tem naturā & omnem odorem & omnem flatum odoriferum, & confortantem calorem naturalem & aeris temperamentum, in quo gaudent indiuidua ſpecierum, & facientem germinare quædam ſemina, & ſimilia.

De Libra.



Libra uerò agit in aerem elementum inferendo in illum caliditatem & humiditatem remotam à temperamento, denſans illum & inſpiſſans & faciens ipſum commixtum & nocibilem indiuiduis ſpeciebus & ſeminibus & herbis & frondibus arborum ipſarumq́; fructibus, & faciens eum uaporoſum uaporibus denſis & nocibilibus, & ſimilia.

De Aquario.



Aquarius ſimiliter agit in aerem elementum inferendo in illum caliditatem & humiditatem diſtemperatam & nocibilem & impedientem, faciens ipſum perimentem & deſtruentem indiuidua ſpecierum, & ut multum illa nocumenta quæ animalia & ſemina & alia uegetabilia recipiunt ab aere, & illi caſus & illa impreſſio fiunt ex impreſſionibus quas fecit Aquarius in aerem, & ſimilia.

¶ De ſignis aquaticis, & primò De Cancro.



Cancer uerò, Scorpio & Piſces, quæ ſunt ſigna aquatica, agunt in aquam elementum, ſed diuerſimode ſcilicet, quia Cancer agit in aquam imprimendo in illam frigiditatem & humiditatē temperatam, per quam fit motus naturæ ad dandum dulcedinem & nutrimentum quibus nutriuntur & uiuunt animalia, & nutriuntur cuncta uegetabilia, & ſimilia.

De Scorpione.



Scorpio agit in aquam elementum inferendo in illam humiditatem & frigiditatem elongatam à temperamento, per quam fit motus naturæ pronus ad corruptionem quàm ad nutrimentum ſeu conſeruationem, propter corruptionem & ſalſuginitatem quam infert actus Scorpionis in aquam, pauciſſimum & paucis rebus ualens nutrimentum præſtare.

De Piſcibus.

Piſces agit in aquam elementum inferendo in illam frigiditatem diſtemperatam & nocibilem, per quam fit motus naturæ ad perimendum & deſtruendum animalia & ſemina & quaſi cuncta uegetabilia, propter corruptionem & amaricationem & fœditatem, quas infert actus Piſcis in aquam.



¶ Hæc eſt cauſa quare ſigna ſunt duodecim tantum, nec plura, nec pauciora: quoniam elementa ſunt tantum quatuor, & Signa agunt in elementa ſecundum tres modos, ſecundùm primum eſſe nutriens & augmentans, ſecundùm uerò ſecundum eſſe, nec ex toto nutriens, nec ex toto deſtruens, ſecundùm tertium eſſe deſtruens. Et iſta tria eſſe, continent in ſe principium, medium & finem. Et quælibet tria ſigna, agunt in unum quatuor elementorum: ſed tria ignea agunt in ignem, ſecundum dictos tres modos: tria aerea agunt in aerem, ſecundum dictos tres modos: tria aquatica agunt in aquam, ſecundum dictos tres modos: tria terrea agunt in terram, ſecundum dictos tres modos. Et ob hoc fuerunt concordes Ptolemæus, Aaydimon, Aſtaphan, Araſtellus, Albumaſar, & cæteri philoſophi, quòd triplicitates Signorum eſſent quatuor: quia quælibet tria Signa eiuſdem naturæ agunt in elementum illi naturæ deputatum, ſcilicet ignea in ignem, aerea in aerem, aquatica in aquam, terrea in terram: & ob id non potuerunt eſſe plura, nec pauciora.

Eſt alia ratio quare ſigna fuerunt tantum duodecim, ſcilicet quia Zodiacus conſtat ex quatuor quartis, quarum duæ ſunt Septentrionales, duæ uerò Meridianæ: ex quibus una datur ſignis igneis, una aereis, una aquaticis, una terreis: quarum quælibet, continet tria Signa, ſecundum prædictas naturas prædictorum quatuor elementorum

Quare elementa ſint ita diſpoſita & ordinata. Caput III.

Dictum eſt in capitulo præcedenti, in quod elementum agat quodlibet ſignum, & per quem modum. Nunc autem dicendum eſt in iſto capitulo, quare quatuor elementa fuerunt ita diſpoſita, ſeu ordinata: ſcilicet ignis, ſuperius in concauitate globi Lunæ contiguè atque immediatè, deinde aer, deinde aqua, deinde terra.

Ad oſtendendum quòd elementa ſunt tantum quatuor, nec plura nec pauciora. Caput IIII.

Dictum eſt in capitulo præcedenti quomodo elementa ſint ordinata, ſeu diſpoſita. Nunc dicendum eſt in iſto capitulo, quare fuerunt elementa tantum quatuor, nec plura, nec pauciora: licet plura de his quæ dicta ſunt, & de his quæ dicentur, non uideantur eſſe de conſideratione, Aſtrologi tamen non poteſt eſſe quin fiat mentio de ipſis: quoniam oportet nos de omnibus iſtis facere mentionem, ipſa cadunt in opere nobis ſæpiſſime. Elementa enim non potuerunt eſſe niſi quatuor, nec plura nec pauciora: quoniam omne corpus elementatum conſtat ex quatuor elementis, & habet in ſe quatuor qualitates, ſcilicet caliditatem, ſiccitatem, frigiditatem & humiditatem: & accidunt ei illa quatuor, ſcilicet generatio, durabilitas ſeu conſeruatio, corruptio, atque deſtructio. ſic loquendo, per caliditatem generatur potiſſime, per ſiccitatem durat, per humiditatem corrumpitur, per frigiditatem deſtruitur, intellige iſta ſane. Iſta quatuor eſſe, uerſantur in quolibet, & circa quodlibet elementatum caliditatem enim trahit ab igne, humiditatem ab aere, frigiditatem ab aqua, ſiccitatem à terra. unde cum accidentia elementatorum non reperiantur, nec ſint niſi quatuor, & trahantur ab elementis, oportuit quòd elementa eſſent tantum quatuor, nec plura, nec pauciora. Elementa prout ſunt in ſuis ſphæris ſimplicia ſiue pura habent ſimplices qualitates, uincentes in eis, ſcilicet ignis caliditatem, aer humiditatem, aqua frigiditatem, terra ſiccitatem. Sed prout ſunt connexa & perplexa, ſibi inuicem habens qualitates compoſitas, ſcilicet ignis caliditatem & ſiccitatem, aer caliditatem & humiditatem, aqua frigiditatem & humiditatem, terra frigiditatem & ſiccitatem.

Quare ſigna fuerunt ita ordinata ſiue diſpoſita. Caput V.

Dictum eſt in præcedentibus quare ſigna fuerunt duodecim tantum, nec plura nec pauciora, & quare elementa fuerunt tantum quatuor. Nunc autem reſtat dicere in hoc capitulo quare ſigna fuerunt ita ordinata, ſiue diſpoſita. Ordinatio ſeu diſpoſitio ſignorum incœpit ab igneis, prout dixerunt Aaydimon, & Albumaſar, & poſita fuerunt ignea in principio, deinde terrea, deinde aerea, deinde aquatica. Sed poſſes tu dicere, quare non ordinauerunt ſapientes, Signa ſecundum ordinem elementorum incipiendo ab igneis, deinde ab aereis, deinde ab aquaticis, deinde à terreis, ſecundum quòd elementa ſucceſſiue poſita ſunt in ordinatione ſua? Cauſæ uerò, quæ mouerunt ſapientes ad ſic ordinandum, fuerunt plures. Quarum una fuit, quia elementa (ſicut dictum eſt) recipiunt corruptionem & alteratione̅ à motibus. & continua atq; inquieſcibili ſignorum atq; cœloru̅ reuolutione. & ex illa corruptione atq; alteratione fiunt quatuor qualitates quæ accidunt corporibus elementatis, uidelicet generatio, conſeruatio, corruptio & deſtructio. Et quia generatio nobilior ſit cæteris qualitatibus elementatorum, incœperunt à ſignis, per quæ ſit generatio ſiue motus naturæ ad generationem, & illa ſunt ignea. Et qualitas quæ eſt nobilis iuxta generationem, eſt durabilitas ſeu conſeruatio. & illud ſit à ſignis, per quæ ſit motus naturæ ad conſeruationem

nem ſeu durabilitatem, prout corruptibilia recipiunt durabilitatem, & illa ſunt terrea. Et qualitas quæ eſt ignobilis & poſt durabilitatem eſt corruptio. & illud fit à ſignis, per quæ mouetur natura ad corruptionem, & illa ſunt aerea. Et ignobilior, imò deterior qualitas quæ eſt poſt corruptionem, eſt deſtructio. & illud fit a ſignis per quæ mouetur natura ad deſtructionem. & illa ſunt aquatica.

Alia cauſa eſt, quare incipiendum fuit à ſignis igneis, & finiendum ab aquaticis, ſcilicet quia caliditas & frigiditas agunt, ſiccitas uero & humiditas patiuntur. et cum caliditas ſit fortius agens quę habet ſignificare generationem, fuit merito agentibus præponenda. ſimiliter cum ſiccitas ſit fortis patiens, fuit merito patientibus præmittenda. Et quia generatio præcedit durabilitatem, fuerunt præmiſſa ſigna ſignificantia generationem ſignis ſignificantibus durabilitatem. Et quia corruptio præcedit deſtructionem, fuerunt præmiſſa ſigna ſignificantia corruptionem ſignis ſignificantibus deſtructionē. Et ſic cum generatio ſit principium uniuſcuiuſque rei generabilis & finibilis, poſita fuerunt ultimo ſigna ſignificantia deſtructionem, ſcilicet aqnatica. Præterea poſita ſunt ſigna ignea in principio, cum caliditas uincit in igne per quam fit uiuificatio quæ eſt res nobiliſsima. Et ſigna terrea poſita ſunt iuxta ignea immediatè, propter affinitatem quam habent cum igne ex ſiccitate uincente cum eis. Et aquatica poſita ſunt in ultimo, ut eſſent directe oppoſita igneis poſitione loci, ſicut ſunt eis oppoſita directe in natura. Et aerea fuerunt poſita ante aquatica, iuxta ipſa immediate propter affinitatem quam habent cum eis ex humiditate. & ſic ambo agentia poſita fuerunt in extremis: patientia uero inter utraque. Iſtæ ſunt cauſæ quæ mouerunt ſapientes huius magiſterij ad hanc ordinationem ſignorum ſic faciendam, ſcilicet præmittendo ignea, deinde terrea, deinde aerea, deinde aquatica. Et ex igneis præmittendo Arietem, & ex terreis præmittendo Taurum, & ex aereis præmittendo Geminos, & ex aquaticis præmittendo Cancrum, propter rationes ſuperius aſsignatas.

Quare denominatio ſignorum incipit ab ariete, & non ab aliquo aliorum ſignorum. Cap. VI.

Dictum eſt in præcedenti capitulo, quare ſigna fuerunt ſic ordinata. In iſto quidem dicendum eſt, quare denominatio incipit ab ariete et non ab aliquo alio ſignorum, cum cœlum ſit corpus ſphæricum, & omne ſphæricum careat principio, et quod caret principio caret fine, et quod caret principio, & fine caret, medio centro excluſo in re corpulenta. Cauſæ fuerunt plures, quarum una eſt, quòd denominatio ſignorum incœpit ab ariete. quia circulus ſignorum interſecat circulum æquatoris diei in principio arietis & in eius oppoſito, non ortogonaliter ſed oblique. ita quòd ſex ſigna fiunt ſeptentrionalia, & ſex meridiana, ſicut alibi latius dicetur. Erilla pars quæ eſt ſeptentrionalis, eſt fortior illa qnæ eſt meridiana: quia cum ſol egreditur, piſces intrat arietem. & aries eſt primum ſignum partis ſeptentrionalis: & pars ſeptentrionalis eſt nobilior ac fortior parte meridiana. Et quòd hoc ſit uerum, non indiget probatione: quoniam omnes hoc clamant, & nullus dicit contrarium: licet hoc poſsit perfectè probari. Et ob hoc incœpit denominatio ſignorum ab Ariete: quia pars fortior Zodiaci incipit à principio Arietis. Alia ratio, quare ſignorum denominatio incœpit ab Ariete. Alia cauſa eſt, quia cum ſol intrat arietem incipit tunc dies augmentari ſuper noctem, unde cum augmentatio ſit res nobilis, fuerunt concordes ſapientes huius artis, quòd eſſet incipienda denominatio ſignorum à ſigno in quo incipit augmentatio. Alia ratio quare ſignorum denominatio incœpit ab Ariete. Alia cauſa eſt, quia cum quatuor qualitates quæ ſunt caliditas & frigiditas, ſiccitas et humiditas ſint ſimplices: & dum ſunt ſimplices, non augmentant, nec diminuunt cum fuerint compoſitæ, ſcilicet caliditas & humiditas, frigiditas & ſiccitas, caliditas & ſiccitas, frigiditas & humiditas: quædam earum ſignificant effectum & augmentum: quædam earum ſignificant corruptionem & diminutionem. unde magis fuit incipiendum ab ariete, quàm ab aliquo aliorum ſignorum. quoniam cum Sol intrat Arietem, tunc incipiunt res effici & augmentari. & cum effectus & augmentatio ſint res nobiles & amicæ naturæ, & defectus & diminutio ſunt res ignobiles & inimicæ naturæ, meritò fuit incipienda denominatio ſignorum ab Ariete. qnia tunc res tenereſcunt, quæ qualitas aſsimilatur iuuentuti quæ eſt potiſsima pars uitæ. ſic & illa eſt potiſsima pars temporis, quando fiunt ſupradicta. quoniam ſol tunc recedit ab æquatore diei, & appropinquat regionibus ſeptentrionalibus, & calor agit in humiditatem, quæ fuerat ex tempore hyemali præcedente. & mouetur natura tunc ad generationem & augmentum rerum, & creſcunt herbæ, & frondeſcunt arbores & florent & producunt fructus, et germinant multa ſemina, cum non accidat hoc in alijs temporibus anni, niſi fortè aliquando caſualiter. Meritò ergo fuit incipienda denominatio ſignorum ab ariete potius, quàm ab aliqnoaliorum ſignorum.

Quare ſigna fuerint nominata illis nominibus. Cap. VII.

Dictum eſt ſuperius, quare denominatio ſignorum incipienda eſt ab ariete. Nunc autem dicendum eſt, qnare ſigna denominentur illis nominibus. Cauſæ ſunt plures, quarum nna eſt, quia in illis locis quæ dicuntur ſigna, ſunt ſtellæ ita diſpoſitæ & ita ordinatæ, quod ſi traheretur linea ab una ad alteram, reſultaret inde talis figura, ſicut eſt ſignum ad ea denominatum. Et dicitur quòd Ptolemæus iuit uerſus meridiem tantum, quòd fuit ſub æquatore, & ſtetit ibi tantum, quòd uidit omnia hæc. Eſt alia cauſa quare ſigna denominantur talibus nominibus, ſcilicet cum Sol intrat Arietem augmentatur calor, ex eo quòd Sol incipit elongari à linea æquinoctiali &


appropinquat ad Zenith regionum Septentrionalium & fortificatur ſecundum quòd Aries dicitur habere uires reſpectu animalium fortium. Deinde augmentatur calor & efficitur fortior pluſquàm eſſet, cum Sol erat in Ariete, & illud aſſimilatur naturæ Tauri, eo quòd Taurus ſit animal fortius Ariete, & ſit declinatio Solis ab æquatore maior quàm cum erat in Ariete, & appropinquatio eius ad Zenith regionum Septentrionalium. Deinde intrat Sol Geminos, & dicitur illud Signum Gemini, quia geminatur tunc calor, & duplicatur ultra illud quod fuerat primò, & eſt tunc ultimum elongationis eius ab æquatore diei, & appropinquationis eius ad ſummitatem capitum. Deinde incipit Sol redire uerſus æquatorem diei, & tunc dicitur quòd intret Cancrum: quoniam Cancer eſt animal retrogradum, unde ſicut Cancer dicitur ire aliquando ante & poſtea redire retrò, ita cum Sol fuerit elongatus ab æquinoctiali linea ad ultimam eius elongationem, ab ea reuertitur uerſus ipſam, & tunc dicitur ire retrò ſicut uadit Cancer. Deinde cum egredietur Sol Cancrum, intrat Leonem, & dicitur quòd ſit in Leone, eo quòd calor augmentatur & fit fortior & acutior & magis rigidus propter aerem depuratum, & qui non participat tunc aliqua humiditate, unde quia Leo eſt animal rigidum, forte & aſperum, ualde fuit illud ſignum denominatum ab illo animali. Deinde remittitur calor, nec tunc fit augmentatio rerum, nec generatio quæ ſit ordinata, præter germinationem quorundam ſeminum, & illud Signum dicitur Virgo, quia Virgo eſt animal humile atque ſterile, quia omnia tendunt ad diminutionem, & quaſi ſterilitatem. Deinde intrat Sol Libram, quia tunc æquatur dies cum nocte, & remittitur calor, & efficitur in æqualitate inter frigiditatem & calorem, quia tunc incipit frigus ut aliquid aſſumere uires, & omnia ſunt in æqualitate tunc. Deinde intrat Sol Scorpionem, & augmentatur frigus ſupra calorem, & fit modo frigus, modo calor, & diſtemperatur aer, & fiunt pluuiæ, & generantur ægritudines prauæ, & peſtilentiales, atque mortiferæ ad modum ueneni, & ſimilia, & ideo denominatur illud Signum ab illo animali ueneno ſo Scorpione. Deinde augmentatur frigus manifeſte ſuper calorem, & tunc dicitur Sol intrare Sagittarium, quia tunc fiunt mutationes aeris, & declinat aer ad latus frigiditatis, & ſuperueniunt pruinæ ualidæ, niues, glacies emiſſæ ab aere, tanquam ſagittæ lædentes animantia, & uegetabilia. Deinde augmentatur frigus ſuper calorem, & quaſi ſopitur calor, & declinat aer ad frigiditatem diſtemperatam, & melancholicam, & fiunt tunc niues multæ, & frigus ultimatum, & glacies, & ſimilia: unde cum Capricornus ſit animal frigidum & ſiccum, & melancholicum, denominatum eſt illud ſignum ab illo animali, & eſt tunc Sol in ultima declinatione ab æquatore ad meridiem. Deinde incipit Sol reuerti uerſus æquatorem, & tunc incipit frigus quodammodo diminui, & fiunt aliquando pluuiæ loco niuium, & humidior efficitur aer, unde denominatũ eſt illud ſignũ à tali diſpoſitione aeris tunc uigẽte. Deinde intrat Sol Piſces, & fuit denominatum illud ſignum à Piſce, quod eſt animal aquaticum, quia tunc abundant pluuiæ pluſquàm in alijs temporibus anni, niſi fortè per accidens aliquando: & ſi fuerint tunc niues uel pruinæ uel glacies, citius conuertuntur in aquam quàm in alijs temporibus hyemalibus.

INCIPIT PARS SECVNDA SECVNDI TRACTATVS DE ESSE CIRculi eſſentiali.

De diuiſione orbis ſignorum in duodecim ſigna, & uniuſcuiuſque ſigni in triginta gradus, & uniuſcuiuſque gradus in ſexaginta minuta, & uniuſcuiuſque minuti in ſexaginta ſecunda.

Caput primum.

IN his quæ prędicta ſunt in iſto tractatu, oſtenſa ſunt plura quæ huic operi utilia eſſe uidentur & ſunt, & ſpecialiter de numero ſignorum & ipſorum ordinatione, atque de ipſorum diuiſione. Dicendum eſt in iſto capitulo de diuiſione orbis ſignorum, ſecundum ueſtigia reuerendiſſimi prædeceſſoris noſtri Ptolemæi, atque honorandorum Hermetis, ſcilicet Albumazar, Alezdegoz, Meſſalæ, Alchabicij, Adilæ, Alhayat, Thebit, Aſtaphan, Araſtelli, & aliorum prudentum, qui in hac ſcientia ſtuduerunt: & addendo ea quæ mihi utilia uidebuntur, ſecundum quòd Deus gratiam mihi præſtiterit ordinandi, & ad memoriam mihi reduxerit.



SCire quidem debes, quòd circulus Signorum qui Zodiacus ſiue Zodial dicitur, diuiditur in duodecim diuiſiones æquales, quarum quælibet uocatur ſignum, & dicuntur ſigna (ſicut ſuperius dictum eſt) ad ſimilitudinem quorundam animalium quæ formantur, ſecundum formas eorum, ſicut

cut dixi tibi. Primum igitur ſignum dicitur Aries, ſecundum Taurus, tertium Gemini, quartum Cancer, quintum Leo, ſextum Virgo, ſepnmum Libra, octauum Scorpio, nonum Sagittarius, decimum Capricornus, undecimum Aquarius, duodecimum Piſces. Et unumquodque illorum ſignorum diuiditur in triginta partes æquales, quarum quælibet uocatur gradus. Et quilibet gradus diuiditur in ſexaginta partes æquales, quarum quælibet uocatur minutum. Et quodlibet minutum diuiditur in ſexaginta partes æquales, quarum quælibet uocatur ſecundum. Et quodlibet ſecundum diuiditur in ſexaginta partes æquales, quarum quælibet uocatur tertium. Et quodlibet tertium diuiditur in ſexaginta partes æquales, quarum quælibet uocatur quartum & ita uſque ad ultimum numerorum. Sed cadent tibi in operatione tua, & maxime in æquationibus aliqui numeri ultra iſtos: licet quidam de ordine Prædicatorum deſcederint uſque ad quintum & ſextum, ut non Philoſophando uiderentur philoſophari.

Ad oſtendendum quæ ſigna ſunt ſeptentrionalia, & quæ meridionalia.
Cap. II.

Dictum eſt ſuperius, quòd ſigna ſunt duodecim: & in quot partes diuiditur quodlibet ſignum. Nunc uerò dicendum eſt, quæ ex ipſis ſint ſeptentrionalia, & quot, & quæ ſint meridionalia. Septentrionalia ſunt ſex illa, ſcilicet quæ ſunt ab initio Arietis, uſq; in finem Virginis, uidelicet Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo. Et dicuntur Septentrionalia, quoniam ſunt ex parte ſeptentrionis ab æquatore diei. Reſidua uero ſex illa, quæ ſunt ab initio libræ uſque in finem Piſcium. Et dicuntur meridionalia, quoniam ſunt ex parte meridiei ab æquatore diei.

Quæ ſigna ſunt directæ aſcenſionis & quæ tortuoſæ.
Cap. III.

Dictum eſt, quæ ſigna ſunt ſeptentrionalia, & quæ meridionalia. Nunc dicendum eſt, quæ ſigna ſint directæ aſcenſionis, quæ uero tortuoſæ. Directæ aſcenſionis ſunt ſex illa, ſcilicet quæ ſunt ab initio Cancri uſque in finem Sagittarij. Et dicuntur directæ aſcenſionis, quoniam aſcendunt directe atque in longiori tempore quàm eorum oppoſita. Reſidua uerò ſex illa, ſcilicet quæ ſunt ab initio Capricorni, uſque in finem Geminorum, dicuntur tortuoſæ aſcenſionis: quoniam non aſcendunt ita directe, ſicut aſcendunt eorum oppoſita ſupradicta. Et dicuntur tortuoſe aſcendentia, quoniam aſcendunt tortuoſe, atque in minori tempore quàm eorum oppoſita ſupradicta, quæ ſunt Capricornus, Aquarius, Piſces, Aries, Taurus, Gemini, quia quodlibet ſignum debet aſcendere in duabus horis æqualibus. Directa uero aſcendunt in plus duabus horis, tortuoſa uero in minus duabus horis. Quæ ſunt obedientia? Dixit Alchabicius, quod tortuoſe aſcendentia obediūt directe aſcendentibus, ſcilicet duo ſigna quæ fuerunt eiuſdē longitudinis à capite Cancri: illud q̄d aſcendit tortuoſe obedit illi, q̄d aſcendit directe: ut Gemini Cancro, quia tantum diſtat finis Geminorum ab æquatore diei, quantum initium Cancri: & finis Cancri, quantum initium Geminorum: & Taurus eadem ratione dicitur obedire Leoni, Aries Virgini, Piſces Libræ, Aquarius Scorpioni, Capricornus Sagittario. Et dixit idem philoſophus, quòd duo ſigna quæ fuerint eiuſdem longitudinis à capite Arietis, dicuntur Concordantia in itinere, ut Aries & Piſces: tantum enim diſtat finis Arietis ab æquatore die, quantum principium Piſcium: tantum Taurus, quantum Aquarius: tantum Gemini, quantum Capricornus: tantum Cancer, quantum Sagittarius: tantum Leo, quantum Scorpio: tantum Virgo, quantum Libra.

Eſt & alius modus diuidendi inter aſcenſiones ſignorum, ſecundum duas medietates circuli ſignorum. Et dicuntur quædam ſigna maiora quibuſdam ſibi oppoſitis: non quòd unum ſignum ſit maius uel longius altero in ſuo circulo, ſed quoniam tenent plus de tempore in aſcendendo quàm eorum oppoſita, & occidunt in minori, & incipiunt à Leone qui eſt domus Solis, & dicitur medietas maior. Et etiam medietas Solis dicitur à principio Leonis uſque in finem Capricorni, quoniam Sol habet in tota illa medietate talem uirtutem, qualem habent alij quinque Planetæ in ſuis terminis. Reſidua uerò medietas, illa ſcilicet quæ eſt à principio Aquarij, uſque in finem Cancri, uocatur medietas minor, non quòd ſit minor alia, ſed aſcendunt in minori tempore, quàm eorum oppoſita, & occidunt in maiori, ſecundum diuerſitatem climatum & regionum. Et dicitur medietas Lunæ, quoniam Luna habet in tota illa medietate talem uirtutem, qualem habent alij quinque Planetæ in ſuis terminis, propter multas impreſſiones & multos effectus quos habet in nobis pluſquàm habent alij Planetæ. Et hæc fuit cauſa, quare termini non fuerunt aſſignati Soli uel Lunæ in ſignis, ſicut fuerint aſſignati alijs quinque Planetis, prout dicetur inferius quando loquar de terminis Planetarum. Et illa medietas circuli quæ eſt ab initio Arietis uſque in finem Virginis, dicitur medietas calida. Et altera medietas illa, ſcilicet quæ eſt ab initio Libræ uſq; in finem Piſcium, dicitur medietas frigida. Et illa quarta pars circuli quæ eſt ab initio Arietis uſq; in finem Geminorum dicitur quarta calida, humida, uernalis, puerilis, ſanguinea, & habet ſignificare puerilem ætatem uſque ad iuuentutem. Et illa alia quarta quæ eſt ab initio Cancri uſque in finem Virginis, dicitur quarta calida, ſicca, æſtiualis, cholerica, iuuenilis: & habet ſignificare iuuentutem uſque ad complementum eius, ſcilicet in initium mediocris ætatis. Et alia quarta quæ eſt ab initio Libræ uſque in finem Sagittarij, dicitur quarta frigida, ſicca, autumnalis, melancholica, & habet ſignificare mediocrem ætatem uſque ad principium ſenectutis. Reſidua uero quarta illa quæ eſt ab initio Capricorni uſque in finem Piſcium, dicitur quarta frigida, humida,

hyemalis, phlegmatica, ſenilis, defectiua, & habet ſignificare ſenectutem atque ſenectam uſque in finem uitæ naturalis.

De ordine circulorum ſeptem Planetarum atque ipſorum ſeptem Planetarum diſpoſitionem & ipſorum curſibus, & in quibus temporibus perficiantur curſus.
Caput IIII.

IN iſto capitulo dicam tibi ſecundum quód philoſophi dixerunt, & eſt uerum de ordine circulorum ſeptem Planetarum, quorum primus & altior & ſuperior & orbi ſignorum propinquior eſt circulus Saturni, deinde ſcilicet ſecundus eſt circulus Iouis, tertius eſt circulus Martis, quartus eſt circulus Solis, quintus eſt circulus Veneris, ſextus eſt circulus Mercurij, ſeptimus eſt circulus Lunæ, qui eſt inferior & omnibus alijs terræ propinquior.

Septem autem Planetarum omnibus altior & ſuperior curſu, tardior eſt Saturnus, qui perficit curſum ſuũ in triginta annis ferè. Deinde Iupiter, qui perficit curſum ſuũ in 12. annis ferè. Deinde Mars, qui perficit curſum ſuum in duobus annis ferè. Deinde Sol, qui perficit curſum ſuum in uno anno. Deinde Venus, quę perficit curſum ſuum in anno uno, ſicut Sol. Deinde Mercurius, qui perficit curſum ſuum in anno uno ſimiliter. Deinde Luna, quæ eſt omnibus alijs uelocior & inferior atq; terræ propinquior, quæ perficit curſum ſuum in uigintiſeptem diebus & tertia unius diei ferè.

Sunt etiam præter Planetas duo loca in cœlo, in circulo ſignorũ intellecta: quorum unus uocatur caput draconis, & alius cauda draconis, & ſunt duo tranſitus oppoſiti, quos facit circulus Lunæ per circulum Solis, & habent ſignificare quædam quæ dicentur inferius, cum de cauda & de capite tractabimus.

Quas poteſtates habent Planetæ in Signis.
Caput V.

QVilibet Planetarum habet poteſtates in Signis, quarum quædam ſunt per naturam, quædam ſunt per accidẽs. Per naturam ſunt iſtæ domus, exaltatio, terminus, triplicitas, facies. Per accidens ſunt iſtæ, gaudia ſcilicet Planetarum, exiſtentia eorum in locis & domibus fortibus, & quando ſunt recepti, ſcilicet quando unus recipit alium ſicut aliæ fortitudines quæ dicentur in ſuo loco & tempore.

De domibus Planetarum. Caput VI.

SIgna (ſicut oſtẽſum eſt) ſunt duodecim, & ſunt aſſignata pro domibus ſeptem Planetis, quia Leo eſt domus Solis, prout philoſophi teſtantur: Cancer eſt domus Lunę, Gemini & Virgo ſunt domus Mercurij: Taurus & Libra ſunt domus Veneris: Aries & Scorpio ſunt domus Martis: Piſces & Sagittarius ſunt domus Iouis, Aquarius & Capricornus ſunt domus Saturni. Sed poſſes tu dicere, quare fuerunt domus Planetarum ſic ordinatæ, & quare Sol & Luna habuerunt quilibet eorum unicam domum tantum, & cæteri Planetę, habent quilibet eorum duas: cum luminaria uideantur potius habere duas, quàm aliquis aliorũ, propter fortitudines ſuas, & propter multas cauſas quæ poſſunt aſſignari, & maximè cum Albumaſar dicat quòd Sol & Luna ſunt fortiores & maiores fortunæ cæteris fortunis? Ad quod poteſt taliter reſpõderi, quoniã inter antiquos fuit diuerſitas in ordinatione domorũ Planetarũ, quidam enim incœperunt à domibus luminarium, quidam incœperũt à domibus Saturni, quidã incœperunt à domibus Martis, quidam incœperunt à domibus Iouis, quidam incœperunt à domibus Mercurij, quidam incœperũt à domibus Veneris, & quilibet aſſignauit ſuam cauſam, ſecũdum quòd ſibi uiſum eſt. Verumtamen ego in illa eorũ diuerſitate nõ facio magnã uim multæ enim cauſæ poſſunt aſſignari, tamẽ nolo eas omnes aſſignare, nec uolo recitare omnes opiniones antiquorũ, quia ualde longum eſſet, nec eſſet tibi utilitas, ſed aſſignabo tibi unã, & ſufficiat modò tibi. Vna cauſa quare Leo aſſignatus fuit Soli pro domo, & nullũ aliud ſignũ, hæc eſt, ſcilicet quia Sol eſt luminare maius, & eſt luminare diurnum & eſt lucis, & iudicatur calidus & ſiccus, & eius calor eſt intẽſus, & uirtus caloris eius apparet fortius cum ipſe eſt in Leone, q̃ cum eſt in aliquo alio ſigno, & natura æſtatis apparet tunc fortius q̃ in alijs temporibus. Et eſt Sol Planeta maſculinus, diurnus, & ſignificat caliditatẽ & ſiccitatem per naturã ſuam. Et Leo eſt ſignum maſculinum, igneum, calidum, ſcilicet & ſiccũ, & cum Sol eſt in eo, tunc eſt culmen æſtatis & complementum augmẽtationis caloris, & nullum aliud ſignũ eſt ita propinquum naturæ Solis ſicut Leo, quia licet Aries & Sagittarius ſint ſigna ignea: non eſt tamen fortitudo caloris Solis ita manifeſte apparens, nec eius lumẽ ita clarum eſt, nec ita ſubtile, ſicut eſt in Leone. Et dixit Albumaſar, quòd Sol & Leo cõcordãt in hoc, ſcilicet quia Sol eſt in medio Planetarũ, & Leo eſt in medio æſtatis, quia tunc eſt ultimatus & fortior calor æſtatis, quãdo Sol eſt in Leone.

Quare Cancer eſt domus Lunæ? Cancer uerò ſolus fuit aſſignatus Lunæ pro domo quæ eſt luminare nocturnũ, propterea quia Cancer eſt primum ſignum mobile ab initio ſignorum, quod concordat cum Luna in fœmineitate, mobilitate, frigiditate, atq; humiditate. Et eſt magis propinquũ domui luminaris, à quo Luna recipit lumẽ quàm aliquod aliud ſignũ mobile uel frigidum uel humidũ quod concordat cum natura Lunæ. Et dicitur etiam Luna, luminare Solis, quoniam ipſa recipit lumen ab eo, & illæ duæ domus ſunt lucidiores & ſplendidiores, & naturis luminarium magis concordantes q̃ aliqua de alijs domibus in omnibus climatibus & in omnibus regionibus de mundo. Quare Capricornus & Aquarius ſunt domus Saturni? Et ſicut Sol & Luna ſunt corpora lucidiora & ſplendidiora & luminoſiora cæteris corporibus ſupercœleſtibus, & eorum lumen magis percipitur, & manifeſtius quàm lumen alicuius aliorum, & ſunt fortunæ augmentantes, ita obſcuritas & tenebroſitas Saturni percipitur præ cæteris alijs obſcuritatibus & tenebroſitatibus aliorum corporum ſupercœleſtium,

ſtium, & ipſe eſt deterior omnibus infortunijs & eſt deſtruens. Vnde cum lumen & ſplendor ſint directè contrarij obſcuritati & tenebroſitati & econtrario, & iuminaris habeant ſignificare ſpiendorem & lumen & claritatem, & Saturnus habeat ſignificare obſcuiritatem & tenebroſitatem, ob hoc fuerunt domus eorum oppoſitæ directa iinea. Et hæc fuit cauſa quare Capricornus & Aquarius fuerunt aſſignati Saturno pro ſuis domibus. Et ſimiliter Capricornus & Aquarius ſunt domus tenebroſæ, ita quòd cum Sol eſt in eis eſt, tunc aer magis obſcurus & magis à puritate remotus, & ſpecialiter cum ipſe eſt in Aquario, quia tunc eſt culmen & ultimatum frigus hyemis. Quare Sagittarius & Piſces ſunt domus Iouis? Sagittarius uerò & Piſces fuerunt aſſignati Ioni pro ſuis domibus iuxta domos Saturni, quoniam Iupiter ſuccedit Saturno in ordine circulorum immediate, & eſt fortuna fortis, ita qnòd frangit malitiā Saturni, & illa duo ſigna aſpiciunt domos luminariū à trino aſpectu, qui eſt aſpectus amicitiæ integræ atq; perfectę, ſicuti oppoſitio eſt aſpectus nltimatæ inimicitiæ. Et ob hoc quia ipſe eſt fortuna præ cæteris fortunis præter luminaria, oportuit quòd eius domus eſſent in talibus locis deſignatæ quòd aſpicerent domos iuminarium aſpectu dilectionis præ cæteris aſpectibus. Piſces enim aſpicit Cancrum qui eſt domus luminaris nocturni à trino aſpectu, & eſt de ipſius triplicitate quod auget etiam bonitatem aſpectus. Et Sagittarius ſimiliter aſpicit Leonem, qui eſt domus lnminaris diurni à trino aſpectu & eſt de ipſius triplicitate. Quare Aries & Scorpio ſunt domus Martis? Aries uerò & Scorpio fuerunt aſſignati Marti pro ſuis domibus, iuxta domos Iouis: quoniā Mars ſuccedit Ioui in ordine circulorum immediatè, & eſt malus & infortunatus, ſed eius infortunium & eius malum ſnnt infra infortuniū & malitiam Saturni. Et illa duo ſigna aſpiciunt domos luminarium à quarto aſpectu, qui eſt aſpectus medię inimicitiæ. Et ob hoc, quia ipſe eſt malus infra Saturnum, qui ſignificat ultimatam malinā, oportuit quòd eius domus eſſent in talibus locis deſignatæ, quòd aſpicerent domos luminariū aſpectu mediæ inimicitiæ. Aries enim aſpicit Cancrum, qui eſt domus luminaris nocturni à qnarto aſpectu, nec eſt de ipſius triplicitate quòd deteriorat etiam aſpectū. Scorpio ſimiliter aſpicit Leonem à quarto aſpectu qui eſt domus luminaris diurni. Quare Taurus & Libra ſunt domus Veneris? Taurus uerò & Libra fuerūt aſſignati Veneri pro ſuis domibus iuxta domos Martis, eo quòd ipſa ſuccedit Soli in ordine circulorum, cui eſt aſſignata propria domus. Et ob hoc ſuccedunt domus Veneris domibus Martis. Et eſt Venus bona fortuna, ſed nō eſt ita præfecta fortuna ſicut Iupiter, quia Iupiter eſt ita fortis fortuna quòd frangit omnem malitiam malitioſorū, quod Venus non poteſt facere: tamen licet nō poſſet frangere malitias aliorum ſicut Inpiter, minuit eas tamen ſicut poteſt, & per ſe confert fortunam & bonum. Et eius fortuniū & eins bonitas eſt infra fortunium & bonitatem Iouis. Et illa duo ſigna aſpiciunt domos luminarium à ſextili aſpectu, qui eſt aſpectus mediæ amicitiæ. Et ob hoc quia ipſins eſt fortuna bona infra Iouem qui ſignificat perfectam & ultimatā bonitatem & amicitiā, oportuit quòd eius domus eſſent in talibus locis deſignatæ, quòd aſpicerent domos iuminarium, aſpectu mediæ amicitiæ. Taurus enim aſpicit Cancrum, qui eſt domus luminaris nocturni ſextili aſpectu, qui eſt aſpectus mediæ amicitiæ, licet non ſit de ipſius triplicitate. Libra aſpicit Leonem à ſexnli aſpectu, qui eſt domus luminaris diurni. Quare Gemini & Virgo ſunt domus Mercurij? Gemini uero & Virgo fuerunt aſſignata Mercurio pro ſuis domibus, iuxta domum Veneris: quia ipſe ſuccedit Veneri in ordine circulorum: & eſt commixtus: tamen eſt in natura ſua plus fortuna quàm infortuna: ſed conuertitur ad naturam illius cui coniungitur. Et hæc eſt cauſa quare ipſe dicitur cōmixtus, ſcilicet quòd eius domus non aſpiciunt domus iuminarium aliquo aſpectu, quia ſunt ei ſimiliter cōtiguæ. Et quia Mercurius, non elongatur à Sole tantum, quòd ipſe poſsit eſſe in aliquo aſpectu cum ipſo. Sed poſſes tu dicere quòd Gemini aſpicit Leonem, & Virgo Cancrum: uerumtamen illud non habet locum in tali caſu: quoniam ſecundum iſtam conſiderationem nullum ſignum dicitur aſpicere domum alicuius iuminaris ab aliquo aſpectu, quòd domus alterius luminaris cadat infra illos terminos. Vnde Gemini non dicitur aſpicere Leonem, quia Cancer domus Lunæ cadit infra illos terminos: nec Virgo dicitur aſpicere Cancrum, quia Leo domus ſolis cadit infra illos terminos. Et ita intellige de alijs ſignis, quia Aries nō aſpicit Leonem trino aſpectu, propter Cancrum domum Lunæ quæ cadit infra illos terminos quem ipſe aſpicit quarto aſpectu. Scorpio non aſpicit Cācrum trino aſpectu propter Leonem domum Solis, qui cadit infra alios terminos, quem ipſe aſpicit qnadrato aſpectu. Taurus non aſpicit Leonem quadrato aſpectu propter Cancrum domum Lunæ, qui cadit infra ilios terminos quem ipſe aſpicit ſextili aſpectu. Libra non aſpicit Cancrum quadrato aſpectu, propter Leonem domum Solis, qni cadit inter illos terminos quem ipſe aſpicit ſextili aſpectu. Hæc omnia conſiderabis ſecundum conſiderationem, quare ſigna fuerunt aſſignata Planetis pro domibus. Secus autem eſt in Planetis exiſtentibus in illis ſignis, ſicut in capitulo de aſpectibus Planetarum plenarie dicetur. Multas alias cauſas, & philoſophorum opiniones poſſint aſſignari, ſed ad uitandum prolixitatem ſufficiat tibi ratio ſupradicta.

De detrimentis Planetarum. Caput VII.

DEtrimentum cuiuſlibet Planetæ dicitur ſeptimum ſignum à domo eius, ſcilicet eius oppoſitum, & etiam dicitur eius caſus, ſicut Libra eſt oppoſitum Arietis & Aries Libræ, & eſt detrimentum Martis Libra, & Aries detrimentum Veneris. Et Scorpio eſt oppoſitum Tauri, & eſt detrimentum Veneris. Et Taurus eſt oppoſitum Scorpionis & eſt detrimentum Martis. Et Sagittarius eſt oppoſitum Geminorum & eſt detrimentum Mercurij. Et Gemini eſt oppoſitum Sagittarij & eſt detrimentū Iouis. Capricornus

Et Cancer eſt oppoſitum Capricorni, & eſt detrimentum Saturni. Aquarius eſt oppoſitum Leonis, & eſt detrimentum Solis. Leo eſt oppoſitum Aquarij, & eſt detrimentum Saturni. Piſcis eſt oppoſitum Virginis, & eſt detrimentum Mercurij. Virgo eſt oppoſitum Piſcium, & eſt detrimentum Iouis. Et dixit Alchabicius, quòd ſi duo Signa fuerint domus unius Planetæ, dicuntur concordantia in Almantica, hoc eſt in circulo qui latus eſt in medio, & in ligatura ſtrictus, ſcilicet in Zodiaco, quod apparet in ſphæra manufacta, quia ubi Zodiacus tranſit per æquatorem, ibi circulus dicitur eſſe ſtrictus, & ubi declinat ab eo ad meridiem uel ad Septentrionem, ibi dicitur eſſe latus. Albumaſar uerò dixit, quòd duo ſigna quæ fuerint domus unius Planetæ, dicuntur concordantia in itinere, ut Aries & Scorpio, quæ ſunt domus Martis: Taurus & Libra, quæ ſunt domus Veneris: Gemini & Virgo, quæ ſunt domus Mercurij: Sagittarius & Piſcis, quæ ſunt domus Iouis: Capricornus & Aquarius, quæ ſunt domus Saturni: Cancer & Leo, quæ ſunt domus luminarium.

¶ De gaudijs Planetarum ſecundum Dorotheum.

Dixit Dorotheus, quòd Saturnus gaudet in Aquario, Iupiter gaudet in Sagittario, Mars gaudet in Scorpione, Venus gaudet in Tauro, Mercurius gaudet in Virgine.

De *exaltationibus Planetarum.* *Caput* VIII.

Dixerunt Albumaſar, & Alkabicius, quòd Sol exaltatur in Ariete, ſcilicet in decimo nono gradu eius. Luna exaltatur in Tauro, ſcilicet in tertio gradu eius. Saturnus exaltatur in Libra, ſcilicet in uigeſimoprimo gradu eius. Iupiter exaltatur in Cancro, ſcilicet in decimo quinto gradu eius. Mars exaltatur in Capricorno, ſcilicet in uigeſimooctauo gradu eius. Venus exaltatur in Piſce, ſcilicet in uigeſimo ſeptimo gradu eius. Mercurius exaltatur in Virgine, ſcilicet in decimoquinto gradu eius. Caput draconis exaltatur in Geminis, ſcilicet in tertio gradu eius. Cauda illius exaltatur in Sagittario, ſcilicet in tertio gradu. Et dixit Albumaſar, quòd fuerunt dictæ exaltationes Planetarum in gradibus ſupradictis: quoniam erant in illis gradibus quando fuerunt formati.

Quare Aries eſt exaltatio Solis, & Libra eius deſcenſio, & quare alia ſigna ſunt exaltationes Planetarum. *Caput* IX.

Dixit Albumaſar, quòd Ptolemæus, autor libri iudiciorum, dixit quòd cum Sol intrat Arietem, incipit aſcendere ad Septentrionem, ſcilicet ad Zenith noſtrorum capitum, & augetur tunc dies in longitudine ſuper noctem, & incipit tunc natura illius augeri in calore, & maxime cum deſcendit ad decimum nonum gradum ipſius Arietis. Cúmque fuerit in Libra incipit deſcendere ad meridiem, recedendo & elongando ſe à Zenith noſtrorum capitum, & minuuntur dies, & augetur nox ſupra diem tunc in longitudine ſua, & incipit tunc natura illius diminui in calore, & diminuuntur operationes eius nobiles & utiles, & maxime cum deſcenderit ad decimumnonum gradum eius. Item dixit Albumaſar, quòd ipſe inuenit in libris quorundam antiquorum, quòd poſuerunt Taurum exaltationem Lunæ, quia cum Sol eſt in Ariete, qui eſt eius exaltatio, & Luna in Tauro, erit tunc apparitio luminis Lunæ. Et eſt etiam Taurus primum ſignum triplicitatis Lunæ, quia immediate ſequitur ſignum exaltationis Solis, & ipſa in operationibus ſuis coniuncta eſt Soli. Et poſuerunt Scorpionem deſcenſionem eius, quoniam eſt oppoſitum exaltationis ſuæ. Et poſuerunt Libram exaltationem Saturni, & Arietem eius deſcenſionem: propterea quia Saturnus eſt oppoſitus in natura & in operationibus Soli, & ideo fuerunt oppoſitæ ipſorum exaltationes, ſicut ipſi ſunt oppoſiti ſibi inuicem, ſicut dictum eſt ſuprà. Et poſuerunt Cancrum exaltationem Iouis, quoniam Iupiter per naturam ſuam ſignificat uentos Septentrionales, & cum fuerit in Cancro oriuntur uenti Septentrionales nutrientes, & præſtantes incrementum uegetabilibus, & confortantes naturam Iouis. Et poſuerunt Capricornum, quia eſt oppoſitum exaltationi Iouis, eius deſcenſionem. Et poſuerunt Capricornum exaltationem Martis, quia Capricornus eſt meridianus, & eſt oppoſitus exaltationi Iouis, qui inimicantur adinuicem, & quia natura Martis eſt meridiana comburens, & confortatur calor Martis cum ipſe fuerit in Capricorno. Et poſuerunt Cancrum deſcenſionem eius, quoniam eſt oppoſitum exaltationi illius. Et poſuernnt Piſcem exaltationem Veneris, quia natura Piſcis eſt humiditas concordans cum natura Veneris, & tunc incipit uigere humiditas temporis, & in eo confortatur humiditas Veneris. Et poſuerunt Virginem eius deſcenſionem, quia eſt oppoſita exaltationi ſuæ. Et poſuerunt Virginem exaltationem Mercurij, quoniam ab eo incipit ſiccitas temporis autumni, & natura Mercurij refertur ad ſiccitatem, niſi per accidens. Cumq; fuerit in Virgine, confortatur eius ſiccitas. Et poſuerunt Piſcem eius deſcenſionem, quia eſt oppoſitum exaltationi eius. Gemini uerò fuit poſitum exaltatio capitis draconis: propterea, quòd Gemini eſt primum ſignum bicorporeũ, & commune poſt Arietem, & caput ſimiliter eſt bicorporeum, quoniam eſt compoſitum de duabus naturis, Iouis ſcilicet, atque Veneris, quæ ſunt duæ fortunæ. Sagittarius poſitus eſt exaltatio caudæ draconis, quia Sagittarius eſt oppoſitum Geminorum, ſicut cauda eſt oppoſita capiti.

De *caſu ſeu deſcenſione Planetarum.* *Caput* X.

Dixerunt Albumaſar & Alkabicius, quòd omne ſeptimũ Signum ab exaltatione cuiuſq; Planetæ dicitur eius deſcenſio, ſiue caſus. Nam Sol cadit in decimonono gradu Libræ, ſicut

exaltatur

exaltatur in ſimili gradu Arietis. Luna cadit ſiue deſcendit in ſcorpione, ſicut exaltatur in Tauro, in ſimili gradu. Saturnus cadit ſiue deſcendit in Ariete, ſicut exaltatur in Libra, in ſimili gradu. Iupiter cadit ſiue deſcendit in Capricorno, ſicut exaltatur in Cancro in ſimili gradu. Mars cadit in Cancro ſiue deſcendit, ſicut exaltatur in Capricorno, in ſimili gradu. Venus cadit, ſiue deſcendit in Virgine, ſicut exaltatur in Piſce, in ſimili gradu. Mercurius cadit ſiue deſcendit in Piſce, ſicut exaltatur in Virgine, in ſimili gradu. Caput draconis cadit in Sagittario: cauda in Geminis. Et eſt differentia inter caſum & deſcenſionem, licet alterum aliquando pro altero ponatur: quia caſus dicitur proprie de domo: deſcenſio dicitur de exaltatione: quia domus aſsimulatur rei propriæ: exaltatio uero aſsimulatur honoribus ſeu dignitatibus tam aduenticijs quàm hæreditarijs.

De quatuor triplicitatibus ſeptem planetarum. Cap. XI.

DIxerunt prædicti philoſophi, triplicitates ſunt quatuor, & diſtinguuntur ſic, ſcilicet quia omnia tria ſigna quæ concordant in una natura & in una complexione, faciunt unam triplicitatem: & dicitur triplicitas, quaſi trina plicitas.

De prima triplicitate.

♈ ♌ ♐

ARies igitur Leo & Sagittarius, faciunt primam triplicitatẽ. Aries eſt enim ſignum igneum, calidum & ſiccum. & ſic eſt unum ſignum calidum & ſiccum. Et Leo ſimiliter eſt ſignum calidum & ſiccum. & ſic ſunt duo ſigna calida & ſicca. Et ſagittarius eſt ſignum calidum & ſiccum: & ſic triplicatur ſignum calidum & ſiccum. Et ſic fiunt tria ſigna conuenientia in una complexione. Et hæc triplicitas dicitur calida & ſicca: quia unumquodque iſtorum ſignorum eſt igneum calidum, ſiccum, maſculinum, orientale, diurnum, colericum, ſapore amarum. Et iſta triplicitas dicitur orientalis: cuius triplicitatis domini ſunt in die Sol: in nocte Iupiter: quorum particeps tam in die quàm in nocte eſt Saturnus. ☉ ♃ ♄

De ſecunda triplicitate.

♉ ♍ ♑

TAurus uerò Virgo & Capricornus faciunt ſecundam triplicitatem: quia unumquodque iſtorum ſignorum eſt terreum, frigidum ſcilicet & ſiccum, fœmininũ, nocturnũ, melancholicum, meridianum, ſapore acre ſiue acetoſum. Et hæc triplicitas dicitur meridionalis: cuius triplicitatis domini ſunt in die Venus, in nocte Luna: quarum particeps tam in die quàm in nocte eſt Mars. ♀ ☽ ♂

De tertia triplicitate.

♊ ♎ ♒

GEmini autem Libra & Aquarius faciunt tertiam triplicitatem: quia unumquodque iſtorum ſignorum eſt aereum, calidum ſcilicet & humidum, maſculinũ, diurnum, ſanguineum, occidentale, ſapore dulce. Et hæc triplicitas dicitur occidentalis: cuius triplicitatis domini ſunt in die Saturnus, in nocte Mercurius, quorum particeps tam in die quàm in nocte eſt Iupiter. ♄ ☿ ♃

De quarta triplicitate.

♋ ♏ ♓


CAncer quoque Scorpio & Piſces faciunt quartam triplicitatem: quia unumquodq; iſtorum ſignorum eſt aquaticum, frigidum ſcilicet & humidum, fœmininũ, nocturnum, phlegmaticum, ſapore ſalſum, & ſecundum quoſdam inſipidum. Et hæc triplicitas dicitur Septentrionalis: cuius triplicitatis domini ſunt in die Venus, & in nocte Mars, quorum particeps tam in die quàm in nocte eſt Luna. ♀ ♂ ☽

De ſignis mobilibus fixis, & communibus. Cap. XII.

SCito quòd ex ſupradictis duodecim Signis, quatuor ſunt mobilia. ſcilicet Aries, Cancer, Libra, Capricornus: & quatuor ſunt fixa, ſcilicet Taurus, Leo, Scorpio, & Aquarius: reliqua uero quatuor, ſcilicet Gemini, Virgo, Sagittarius & Piſcis, ſunt communia. Dicuntur autem Signa mobilia, non quòd moueantur, niſi ut alia ſigna: ſed dicuntur mobilia, quia quando Sol ingreditur aliquod illorum ſignorum, mutatur tunc diſpoſitio aeris, nec perſeuerat tunc in eo ſtatu in quo erat. Fixa autem ſigna dicuntur: quia quando Sol intrat aliquod illorum ſignorum, tunc figitur diſpoſitio aeris, & perſeuerat & manet in eodem ſtatu fixionis & firmitatis: licet aliquando forte mutetur per accidens, non tamen mutatur per naturam. Signa uero communia dicuntur: quia quando Sol intrauerit aliquod illorum ſignorum, fit tempus commune, nec uere dicitur fixum, nec mobile, ſed participat, utroque ſcilicet, fixo & mobili. Vnde pars illius temporis eſt unius, & pars alterius. Nam quando Sol intrat Arietem, quod eſt Signum mobile, tunc mutatur tempus, ſcilicet diſpoſitio aeris: quia tunc uertitur hyems in uer. Et quando egreditur de Ariete & intrat Taurum, tunc figitur tempus, ſcilicet quia perſeuerat tunc in ſtatu Veris. Et quando egreditur Taurum & intrat Geminos, tunc mutatur tempus ueris, & efficitur partim uernale & partim æſtiuale. Et quando egreditur Geminos & intrat Cancrum, tunc mutatur tempus, & efficitur tempus æſtiuale. Et quando egreditur Cancrum, & intrat Leonem, tunc figitur tempus æſtiuale, & perſeuerat in eodem ſtatu. Et quando egreditur Leonem, & intrat Virginem: tunc mutatur tempus æſtiuale, & efficitur partim æſtiuale & partim autumnale. Et quando egreditur Virginem, & intrat Libram, tunc mutatur tempus, & efficitur

citur tempus autumnale. Et quando egreditur Libram & Intrat Scorpionem, tunc tempus autumnale figitur & perſeuerat in eodem ſtatu. Et quando egreditur Scorpionem & ingreditur Sagittariũ, tunc fit tempus commune, quia partim tenet de autumno & partim tenet de hyeme. Et quando egreditur Sagittarium & intrat Capricornum, tunc mutatur tempus, & uertitur autumnus in hyemem. Et quando egreditur Capricornum & intrat Aquarium, tunc figitur tempus hyemale, ac perſeuerat in eodem ſtatu. Et quando egreditur Aquarium & intrat Piſces, tunc efficitur tempus commune, quia partim tenet de hyeme & partim de uere.

De aſpectibus Planetarum. Caput XIII.



Dixerunt Meſſahala & Alkabicius, & alij plures philoſophi, quòd ſigna dicuntur ſe aſpicere diuerſis aſpectibus, ſcilicet ſextili, quadrato, trino & oppoſito. Sextilis autem aſpectus eſt ille, qui tenet ſextam partem cœli, ſcilicet ſexaginta gradus ante uel retro. Quadratus aſpectus ille, qui tenet quartam partem cœli, ſcilicet nonaginta gradus ante uel retro. Trinus aſpectus dicitur ille, qui tenet tertiam partem cœli, ſcilicet centum & uiginti gradus ante uel retro. Aſpectus uerò oppoſitionis dicitur ille, qui tenet medietatem cœli, ſcilicet centum octoginta. Et dicitur quòd aſpectus ſextilis ſit aſpectus bonus, & eſt aſpectus mediæ amicitiæ atque concordiæ, ſed non perfectæ. Et dicitur aſpectus mediæ amicitiæ, quoniam ipſe trahitur à Venere & à luminaribus, quia domus Veneris aſpiciunt domos luminarium à ſextili aſpectu, ut dictum eſt ſuprà. Et ob hoc dicitur ille aſpectus mediæ amicitiæ, quoniam Venus eſt ſemi fortis fortuna & non perfecta. Et quadratus aſpectus dicitur mediocriter malus, & eſt aſpectus mediæ inimicitiæ atque diſcordiæ, ſed non perfectæ. Et dicitur aſpectus mediæ inimicitiæ, quoniam ipſe trahitur à Marte & à luminaribus, quia domus Martis reſpiciunt domos luminarium à quarto aſpectu, ut dictum eſt ſuprà. Et ob hoc dicitur ille aſpectus mediæ inimicitiæ, quoniam Mars eſt minor in fortuna quàm Saturnus, ſicut Venus eſt minor fortuna quàm Iupiter. Aſpectus autem trinus, dicitur aſpectus bonus, & eſt aſpectus

perfectæ

perfectæ amicitiæ, & perfectæ concordiæ, atque completæ bonitatis. Et dicitur aſpectus perfectæ amicitiæ atque concordiæ, quia ipſe trahitur à Ioue, & à luminaribus: quoniam domus Iouis aſpiciunt domos luminarium à trino aſpectu. Et ob hoc dicitur ille aſpectus perfectæ amicitiæ: quoniam Iupiter eſt fortuna fortis & perfecta præ cæteris alijs fortunis, cui nihil bonitatis deeſt. Sed aſpectus oppoſitionis dicitur malus aſpectus, & eſt aſpectus ultimatæ inimicitiæ, & ultimatæ malitiæ, atque ultimatæ diſcordiæ. Et dicitur talis aſpectus ultimatæ inimicitiæ: quoniam ipſe trahitur à Saturno & à luminaribus: quoniam domus Saturni aſpiciunt domos luminarium ab oppoſitione. Et ob hoc dicitur ille aſpectus ultimatæ inimicitiæ: quoniam Saturnus eſt infortuna maior & fortior præ cæteris alijs infortunis. Verbi gratia, de omnibus aſpectibus ſupradictis ponatur, quòd aliquis Planeta ſit in primo gradu Arietis, tunc aſpicit illum, qui eſt in primo gradu Geminorum ante ſe, & ille aſpectus dicitur Sextilis anterior ſiue à facie. Et aſpicit illum qui fuerit in primo gradu Aquarij poſt ſe, & ille aſpectus dicitur Sextilis poſterior ſiue à tergo. Et talis aſpectus dicitur exagona radiatio: quoniam radiat ſiue aſpicit à ſexta parte cœli. Et aſpicit illum qui fuerit in primo gradu Cancri ante ſe, & ille dicitur aſpectus quartus anterior ſiue à facie, & aſpicit illum qui fuerit in primo gradu Capricorni poſt ſe, & ille aſpectus dicitur aſpectus quadratus à tergo ſiue poſterior. Et talis aſpectus dicitur tetragona radiatio, quoniam radiat ſiue aſpicit à quarta parte cœli. Et aſpicit illum qui fuerit in primo gradu Leonis ante ſe. & hic aſpectus dicitur trinus anterior ſiue à facie, & aſpicit illum ſimiliter, qui fuerit in primo gradu Sagittarij poſt ſe, & ille dicitur aſpectus trinus poſterior ſiue à tergo. Et talis aſpectus dicitur trigona radiatio: quoniam radiat ſiue aſpicit à tertia parte cœli. Et aſpicit illum qui fuerit in primo gradu Libræ, & hic aſpectus dicitur aſpectus oppoſitionis. Quidam autem dixerunt, quòd oppoſitio non ſit aſpectus: ego tamen non aſſentio illis, unde ſi aliquis Planeta fuerit in his ſignis ita ſe aſpicienobus, dicitur aſpicere alium qui fuerit in alijs ſignis ſupradictis, & ipſe aſpicit eum ſimili aſpectu. Et Planeta qui fuerit in Tauro, aſpicit illum qui fuerit ante ſe in Cancro, & illum qui fuerit poſt ſe in Piſce ſextili aſpectu. Et aſpicit illum qui fuerit ante ſe in Leone, & illum qui fuerit poſt ſe in Aquario, quadrato aſpectu. Et aſpicit illum, qui fuerit in Virgine ante ſe, & illum qui fuerit poſt ſe in Capricorno, à trino aſpectu. Et aſpicit illum qui fuerit in Scorpione per oppoſitionem. Et ita intellige de omnibus ſignis. Et ſicut primus gradus, unius ſigni, aſpicit primum gradum alterius ſigni: ita ſecundus gradus aſpicit ſecundum gradum, & tertius tertium, & quartus quartum. Et ita de omnibus gradibus intellige.

De terminis quinque Planetarum præter luminaria. *Caput* XIIII.

DIcuntur quioque Planetæ, ſcilicet Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, & Mercurius habere terminos in quolibet ſigno diffinitos & determinatos, ſecundum quòd inferius tibi dicam. Dicuntur termini ſiue fines, quoniam dum Planeta fuerit in illis gradibus, dicitur habere quandam potentiam, quæ appellatur fortitudo. Et inueneruot philoſophi per experimenta longa, quòd tum Planeta eſt in illis gradibus, qui aſſignantur ſibi pro termino in quolibet ſigno, quod fortius imprimit in inferiora, quàm cum eſt in alijs gradibus eiuſdem ſigni. Et ob hoc dicuntur termini, quia ſicut termini infixi agris imponunt finem, & diuidunt agrum ab agro: ita illi gradus aſſignati Planetæ pro termino, imponunt finem uirtuti illius, & diuidunt uirtutem unius Planetæ à uirtute alterius. Et fuit diuerſitas inter antiquos in diuiſione terminorum: quoniam Ptolemæus aſſignauit duas differentias terminorum ſecundum duas opiniones, Ægyptiorum ſcilicet & Chaldæorum, & poſtea poſuit ſuam opinionem, & fuit ſecutus dicta quorundam uetuſtorum, quæ ipſe inuenit, in quodam libro uetuſtiſſimo, pront ipſe refert, & approbauit dicta illorum. Albumaſar uerò, recitauit quinque antiquorum opiniones terminorum Ægyptiorum, ſcilicet & Ptolemæi, & Chaldæorum, & cuiuſdam philoſophi qui dictus eſt Aſthoatol, & Indorum: quorum opiniones eſſet hic longum ponere quare illas dimittam, & ponam tibi rationes ſolum quas Ptolemæus recitat ſe inueniſſe in dicto libro uetuſto. ipſe enim nolens ſe iactare, non attribuit ſibi inuentionem illorum terminorum, ſed ſolum illis, quos dictum librum credit compoſuiſſe. Et dixerunt ipſe & Albumaſar, quòd infrà ſcripti gradus terminorum, qui ſunt in præſenti Tabula notati, fuerunt ita diuiſi, & ita Planetis quinque attributi, ut per ipſos daretur nobis cognitio malorum annorum cuiuſlibet quinque Planetarum, de quibus in unum collectis contigerunt Saturno quinquagintaſeptem, Ioui ſeptuagintanouem, Marti ſexagintaſex, Veneri octogintaduo, Mercurio ſeptuagintaſex: quibus inſimul collectis, faciunt tricentiſexaginta gradus. Et hæc fuit cauſa quare maiores anni Planetarum fuerunt tot, non plures, nec pauciores: quia quot gradus habet unuſquiſque quinque Planetarum pro terminis, tot eius maiores anni eſſe reperiuntur. Et hæc eſt Tabula, ipſos terminos demonſtrans.

Aries

Aries	Iupiter	6	Venus	8	Mercurius	7	Mars	5	Saturnus	4
Taurus	Venus	8	Mercurius	7	Iupiter	7	Saturnus	2	Mars	6
Gemini	Mercurius	7	Iupiter	6	Venus	7	Mars	6	Saturnus	4
Cancer	Mars	6	Iupiter	7	Mercurius	7	Venus	7	Saturnus	3
Leo	Saturnus	6	Mercurius	7	Mars	5	Venus	6	Iupiter	6
Virgo	Mercurius	7	Venus	6	Iupiter	5	Saturnus	6	Mars	6
Libra	Saturnus	6	Venus	5	Mercurius	5	Iupiter	8	Mars	6
Scorpio	Mars	6	Venus	7	Iupiter	8	Mercurius	6	Saturnus	3
Sagittarius	Iupiter	8	Venus	6	Mercurius	5	Saturnus	6	Mars	5
Capricornus	Venus	6	Mercurius	6	Iupiter	7	Saturnus	6	Mars	5
Aquarius	Saturnus	6	Mercurius	6	Venus	8	Iupiter	5	Mars	5
Piſcis	Venus	8	Iupiter	6	Mercurius	6	Mars	5	Saturnus	5.

ET poſſet aliquis quærere, quare ſic ordinaſſent philoſophi terminos Planetarũ. Ad quod ſic poteſt reſponderi, quòd iam ſuperius aſſignata eſt cauſa illius: tamen adhuc altera poſſet aſſignari, licet prolixior illa. Conſiderauerunt enim philoſophi, primo dominos exaltationum, ſecundo dominos triplicitatum, tertio dominos domorum. Et ſi aliquis illorum haberet duas de illis dignitatibus, ſiue fortuna foret, ſiue infortuna, illum ponebant in principio, & dabant ei primum terminum. Et ſi infortuna non haberet duas de illis dignitatibus ſic diſpoſitas, ponebant illum in ultimo termino ſigni, & præponebant tunc dominum exaltationis, & dabant ei primum terminum, deinde dabant ſecundum terminum domino triplicitatis, tertium dabant domino domus, & ſic ubiq; præponebant illum qui haberet duas dignitates, illi qui habebat tantum unam, exceptis Cācro & Leone, quia ſunt domus luminarium, quibus non aſſignantur termini diffiniti per ſigna ſicut alijs Planetis. Et ſunt domus oppoſitæ domibus Saturni, qui eſt infortuna. Et quia Cancer eſt oppoſitus exaltationi Martis, ideo aſſignatus fuit Marti primus terminus eius, & primus terminus Leonis aſſignatus fuit Saturno, & ideo præponuntur iſti duo in illis ſignis, quia in omnibus alijs ſignis, ut multum locatur in fine ipſorum præterquàm in Leone, ubi Iupiter locatur poſtremus. Et diuiduntur ita termini prædicti, quia cum Iupiter aut Venus non haberent duas de dictis poteſtatibus in eodem ſigno nec in ſecundo nec in tertio nec in quarto, dantur ei pro termino ſeptē gradus, Saturno quinq;. & Marti quinq;, Mercurio quoniam eſt commixtus, aſſignantur ei pro termino ſex gradus. Et ſimiliter quando aliquis habet duas de prędictis poteſtatibus in aliquo ſigno, additur ei unus, ſicut Venus etiam habet in Tauro domum & triplicitatem, & ideo aſſignantur ei octo gradus pro termino in principio Tauri, & minuitur ille gradus de termino Saturni, & alius gradus etiam minuitur ſimiliter à termino Planetæ habentis tantum unam dignitatem uel nullam, & maxime Saturno & Ioui propter tarditatem eorum motuum, ut ait Ptolemæus, & ex termino tali poteſt ſumi fortitudo, quia dicitur quòd cum Planeta eſt in termino ſuo, eſt ſimilis uiro exiſtenti inter parentes ſuos & inter gentes quæ attinent ei, & diligunt eum ſiue ſint cognati ſiue agnati ſiue affines.

Quando

Quando præponitur terminus triplicitati, & quando triplicitas præponitur termino. Caput XV.

FVerunt quidam philoſophi, qui præpoſuerunt terminorum dominos dominis triplicitatum, & ipſis triplicitatibus. Et fuerunt quidam alij, qui præpoſuerunt dominos triplicitatum, & ipſorum triplicitates dominis terminorum, & ipſis terminis. & quilibet eorum habuit rationem quare hoc fecit, nam termini & domini terminorum præponuntur in directione, triplicitates uerò & triplicitatum domini præponuntur in nutritione. Quid ſit directio & quid ſit nutritio, habebitur inferius, tamen ego hic aliquid de ipſis ſubiungam. Poſſet enim aliquis dicere, quòd nutritio & directio ſint idem, ſed non eſt ita, quia directio fit per omnes dominos triplicitatis aſcendentis, dominus enim triplicitatis aſcendentis ſeu quæſtionis, uniuerſaliter diſponit uitam nati ſiue quærentis, ſecundum tres diuiſiones ab initio uitæ nati, uſq; in finem uitæ ſuæ naturalis, nam primus dominus triplicitatis aſcendentis natiuitatis diſponit primam tertiam partem uitæ nati, ſecundus diſponit ſecundam tertiam partem uitæ nati, tertius diſponit ultimam tertiam partem uitæ nati, uſq; in finem uitæ. Dixi enim uitæ naturalis, quoniam mors anticipat ut multum, ita quòd non peruenit natus ad finem naturalem, immo moritur accidentaliter antequàm debeat mori naturaliter, quandoq; ferro, igne, caſu, ruina, ſubmerſione, quandoq; ſuſpendio, quandoq; ſuffocatione, quandoq; aliqua ægritudine acuta uel peracuta, uel perperacuta ualde, quæ aliquando accidit propter inordinatam dietam, & propter inordinatum modum uiuendi, & multis alijs modis. Et ſecundum eſſe domini uniuſcuiuſq; tertiæ, iudicatur eſſe nati ſeu quærentis in illa tertia parte uitæ ſuæ. Directio, Nutritio.

Verbi gratia, natus fuit aliquis, fecit quæſtionem uniuerſalem de ſuo eſſe, ſeu de ſua fortuna in uita ſua, uel in anno ſuo aſcendente Tauro, cuius triplicitatis domini ſunt Venus, Luna & Mars, & diſponet Venus, quæ eſt prima domina iſtius triplicitatis primam tertiam partem uitæ illius, & Luna quę eſt ſecunda domina eiuſdē triplicitatis diſponet ſecundam tertiam partem uitæ illius, & Mars qui eſt tertius dominus eius triplicitatis diſponet tertiam ultimam uitæ illius. Vnde Venus ſi fuerit tunc bene diſpoſita, bene erit huic in prima tertia parte uitæ ſuæ, ſcilicet in adoleſcētia, quaſi uſq; ad triceſimum annum, & ſi male fuerit diſpoſita Venus, male erit ei in eadem ætate. Et ſi Luna fuerit bene diſpoſita, bene erit ei in iuuentute ſua, ſcilicet in ſecunda ter-

tia

tia parte uitæ ſuæ, quaſi à triceſimo anno uſq; ad ſexageſimum, & ſi male fuerit diſpoſita, male erit ei in eadem ætate. Et ſi Mars fuerit bene diſpoſitus, bene erit in ultima tertia parte uitæ ſuæ, ſcilicet in ſenectute: & ſi male fuerit diſpoſitus, male erit ei in eadem ætate: & ſi mediocriter fuerit diſpoſitus aliquis prædictorum ſignificatorum, mediocriter erit ei ſcilicet nato, in ætate illi ſignificatori deputata, & ita intellige de omnibus triplicitatibus & earum dominis. Sed ſi dicet aliquis, hoc habet locum in natiuitatibus & non in quæſtionibus, cum datum ſit, in natiuitate quid accidere debeat nato. Reſponſio eſt, quòd natiuitates non ſemper habentur, quæſtiones autẽ ſic, unde oportet nos accipere ordeum pro frumento, & eſt quæſtio poſt natiuitatem tanquam appellatio poſt ſententiam.

De directione quæ fit per dominos terminorum. Caput XVI.

DIrectio autem fit per dominos terminorum in hunc modum, ponatur enim, quòd ſit aſcendens primus gradus Geminorum, qui eſt terminus Mercurij, uſque in ſeptimum gradum eiuſdem ſigni, tunc diſponet Mercurius uitam nati ſiue quærentis tot annis quot ſunt gradus eiuſdem termini, & à ſeptimo gradu eiuſdem ſigni, uſq; ad decimumtertium gradum eius eſt terminus Iouis: & tunc diſponet Iupiter uitam nati, ſiue quærentis tot annis quot ſunt gradus eiuſdem termini, & à decimotertio, uſq; in uigeſimũ eſt terminus Veneris. & tunc diſponet Venus uitam nati ſiue quærentis tot annis, quot ſunt gradus eiuſdẽ termini, & à uigeſimo uſq; ad uigeſimũſextũ eſt terminus Martis, & tunc diſponet Mars uitã nati, tot annis quot ſunt gradus eiuſdẽ termini, & à uigeſimoſexto uſq; in finem eiuſdem ſigni eſt terminus Saturni: & tũc diſponet Saturnus uitam nati, tot annis quot ſunt gradus eiuſdem termini. Et ita intellige de omnibus ſignis & de omnibus dominis terminorum. Et ego dicam tibi latius & melius ad maiorem intelligentiam, cum tractabitur de directione graduum per circulum directum, & per circulum obliquum in Tractatu quarto.

De faciebus ſignorum. Caput XVII.

FAcies autem ſignorum ſic diſtinguuntur, ſcilicet, quia unumquodq; ſignum diuiditur in tres partes æquales, quarum quælibet uocatur facies, & quælibet earum conſtat ex decem gradibus. Prima, quarum incipit ab initio Arietis, & durat uſq; in decimum gradum eiuſdem completum, & illa eſt Martis. Et ſecunda incipit ab initio undecimi gradus eiuſdem Arietis, & durat in uigeſimum gradum ipſius completum, & illa ſecunda facies eſt Solis. Tertia uerò facies incipit ab initio uigeſimiprimi gradus eiuſdem Arietis, & durat uſq; in finẽ eiuſdem, & eſt illa tertia facies Veneris. Similiter prima facies Tauri incipit ab initio primi gradus eiuſdem Tauri, & durat uſque in finem decimi gradus eius, & eſt Mercurij. Secunda incipit à principio undecimi gradus eius, & durat uſq; in finem uigeſimi gradus eiuſdem completum, & eſt Lunæ. Tertia incipit à principio uigeſimiprimi gradus eius, & durat uſq; in finem eius, & eſt Saturni. Prima facies Cancri eſt Veneris, ſecunda Mercurij, tertia Lunæ.

Prima facies Leonis eſt Saturni, ſecunda Iouis, tertia Martis. Prima facies Virginis eſt Solis, ſecunda Veneris, tertia Mercurij. Prima facies Libræ eſt Lunæ, ſecunda Saturni, tertia Iouis. Prima facies Scorpionis eſt Martis, ſecunda Solis, tertia Veneris. Prima facies Sagittarij eſt Mercurij, ſecunda Lunæ, tertia Saturni. Prima facies Capricorni eſt Iouis, ſecunda Martis, tertia Solis. Prima facies Aquarij eſt Veneris, ſecunda Mercurij, tertia Lunæ. Prima facies Piſcium eſt Saturni, ſecunda Iouis, tertia Martis. Et ad hoc ut leuius & manifeſtius pateat tibi quælibet facies, cuiuſlibet ſigni cuius Planetæ ſit, pono tibi hic tabulam factam de faciebus ſignorum.

Aries	Mars	10	Sol	10	Venus	10
Taurus	Mercuri⁹	10	Luna	10	Saturn⁹	10
Gemini	Iupiter	10	Mars	10	Sol	10
Cancer	Venus	10	Mercuri⁹	10	Luna	10
Leo	Saturn⁹	10	Iupiter	10	Mars	10
Virgo	Sol	10	Venus	10	Mercuri⁹	10
Libra	Luna	10	Saturn⁹	10	Iupiter	10
Scorpio	Mars	10	Sol	10	Venus	10
Sagitarius	Mercuri⁹	10	Luna	10	Saturn⁹	10
Capricorn⁹	Iupiter	10	Mars	10	Sol	10
Aquarius	Venus	10	Mercuri⁹	10	Luna	10
Piſces	Saturn⁹	10	Iupiter	10	Mars	10

Ad inueniendum quemlibet gradum cuiuſque ſigni cuius faciei ſit. Caput XVIII.

SI acciderit tibi aliquando aliquis gradus alicuius ſigni in aliqua quæſtione uel in aliqua re quæ tibi uenerit præ manibus, & uolueris ſcire cuius faciei Planetæ ſit ille gradus, accipe omnia ſigna quæ ſunt ab initio Arietis integra, uſq; ad ſignum in quo fuerit ille gradus quem uolueris ſcire cuius faciei ſit, & triplica illa ſigna integra, & diuide ſummam prouenientem per ſeptem: & quod remãſerit tibi infra ſeptem, erit numerus facierum præteritarum. Incipe ergo proijcere ſecũdum illum numerum à Marte, qui eſt primus Planeta cui aſſignatur facies, & adde deſuper facies præteritas illius ſigni in quo fuerit gradus quem uolueris ſcire cuius faciei ſit, & da unicuiq; Planetæ unam ex illis faciebus qui tibi remanſerunt in numero infra ſeptem, ſcilicet primam Marti, ſecũdam Soli, tertiam Veneri, quartam Mercurij, quintam Lunæ, ſextam Saturno, ſeptimam Ioui, & uide ubi finitur numerus, & ſuper quocunq; Planeta ceciderit illa facies, illius erit. Verbi gratia, ponatur quòd occurrat tibi 11. gradus Leonis, & uis ſcire cuius faciei ſit, numera ſigna integra quæ ſunt ante Leonem poſt principium Arietis, quæ ſunt quatuor: ſcilicet Aries, Taurus, Gemini, Cancer: triplica ergo quatuor, & habebis duodecim: diuide nunc duodecim per ſeptem, & remanebunt tibi quinque modo debes addere ſupra quinque, duo ſcilicet primam & ſecundam faciem Leonis, quoniam 11. gradus Leonis eſt ſecundæ faciei ipſius, primam propter decem gradus integros, qui tranſierunt de Leone qui fa-

ciunt unam faciem, & ſecundam quia tu habes unum gradum de ſecunda facie, ſcilicet undecim gradus Leonis qui tangit ſecundam faciem, modo ex quinque, quæ remanſerunt infra ſeptem, & ex iſtis duobus ſuperadditis poſtea efficiuntur ſeptem. Incipe ergo proijcere à Marte & da unum Marti, unũ Soli, unum Veneri, unum Mercurio, unum Lunæ, unum Saturno & ſic cadet numerus, ſcilicet ſeptimus ſuper ſeptimum Planetam à Marte qui eſt Iupiter. eſt ergo Iupiter neceſſario dominus ſecundæ faciei Leonis, & ita intellige de omnibus Signis & de omnibus faciebus, ut ſi occurat tibi aliquis gradus, quòd tu ſcias cuius Planetæ faciei ſit, ut ſi ſit aliquis gradus Virginis, & ponatur quòd ſit ille gradus à uigeſimo gradu eius uſque in 30. & uis ſcire cuius faciei ſit, numera ſigna integra quæ ſunt ante Virginem, quæ ſunt quinq; triplica ergo ea & habebis quindecim: diuide nunc quindecim per ſeptẽ, & remanebit tibi unum: adde inſuper tria, quia gradus ille cadit in tertia facie Virginis, & fient quatuor: incipe ergo numerare à Marte, & da ſibi unum ex illis quatuor, Soli unum, Veneri unum, remanebit tunc unum, ſcilicet quartum ex illis quatuor, quod datur Mercurio. neceſſario ſiquidem erit illa facies, ſcilicet tertia Virginis, Mercurij, qui eſt quartus Planeta à Marte, & ita erit de omnibus faciebus.

De *fortitudinibus cuiuslibet Planetæ in qualibet ſua dignitate.* *Caput* XIX.

QVoniam ſuperius dictum eſt de poteſtatibus cuiuſq; Planetæ in quibuſlibet Signis: uidetur nunc conueniens tractare de fortitudinibus eorum in ipſis. Dixit Alchabicius, quòd dominus domus habet quinq; fortitudines, dominus exaltationis habet quatuor fortitudines, dominus triplicitatis habet tres fortitudines, dominus termini habet duas fortitudines, dominus faciei habet unam fortitudinẽ. Et ſecundum hunc modum potes ſcire fortitudines Planetarum in Signis, unde quicunq; habuerit plures de fortitudinibus in ſigno aliquo, ille dicitur fortior in loco illo & potentior & maioris autoritatis. Vnde Meſſala præpoſuit dominum termini domino triplicitatis, & Alezdegoz præpoſuit dominum triplicitatis domino termini, unde uidentur eſſe contrarij, ſed non eſt ita, quia Meſſala locutus eſt & uerſabatur eius intentio circa directionem, & Alezdegoz loquebatur, ut uerſabatur eius intentio circa nutritionem, & ſic uterque bene dixit & dictum utriuſque bene ſaluatur. Quid ſit directio & quid ſit nutritio ſatis uidetur mihi quòd ſit tibi ſuperius patefactum. Et talem de hac re dedit ſimilitudinem, quia dum Planeta eſt in domo ſua, eſt ſicut uir qui eſt in propria domo, eſt enim quælibet fortior in domo ſua de iure, quàm in aliena, & ut plurimum de facto, quàm alius qui alias eſſet fortior eo, unde Trutanus. Ante ſuam gallus ſtat portam quiſq; uaſallus. Et dum eſt in exaltatione ſua, eſt ſicut uir qui eſt in regno ſuo & in gloria ſua, ſicut eſt regnum poteſtatia ducatus, & ut ſunt aliæ dignitates laicales, quæ poſſunt ei deficere priuſquàm res ſuæ propriæ. Et dum eſt in termino ſuo, eſt ſicut uir ille, qui eſt inter propinquos ſuos, & conſanguineos & agnatos, & cognatos atq; affines & attinentes ei ex parentela. Et dum eſt in triplicitate ſuá, eſt ſicut uir qui eſt inter auxiliatores ſuos atq; gentes ſuas, & miniſtros & ſequaces ſuos, qui obediunt ei & ſequũtur eum, qui non attinent ei ex parentela. Et dum eſt in facie ſua, eſt ſicut uir qui eſt inter gentes nõ multum notas, ſicut accidit aliquando aduenis & ſimilibus, ſed uiuit inter eas ex arte atq; magiſterio uel miniſterio uel ex quacunq; alia fabrili arte uel laicali.

Quæ ſignorum dicuntur rationalia, & quæ habentia pulchras uoces, & quæ domeſtica, & quæ alas habentia, & quæ quadrupedia. *Caput* XX.

DIxit Alchabicius, quòd ex Signis quatuor integra dicuntur rationalia, ſcilicet Gemini, Virgo, Libra, Aquarius, & prima medietas Sagittarij, quorum imagines formantur ad imagines hominum. Et dicuntur habere pulchras uoces, & dicuntur uigere cum fuerint in oriente quoniam uirtus eorum aliquid melius apparet, & ualet cum fuerint in quarta orientali, quàm in aliqua aliarum quartarum. Et tria ex eis dicuntur habere alas, ſcilicet Gemini, Virgo & Piſces. Et quatuor ex eis integra dicũtur quadrupedia, ſcilicet Aries, Taurus, Leo & Capricornus, & ultima pars Sagittarij. Et tria ex eis dicuntur domeſtica, quoniam formantur ad imagines animalium domeſticorum, ſcilicet Aries, Taurus, & Capricornus. Et illa duo, ſcilicet Aries, Taurus dicũtur uigere in meridie: quoniam aliquid magis & aptius apparet eorum uirtus in quarta meridionali, quàm in aliqua aliarum quartarum. Et duo ex eis dicuntur uigere in Septentrione, Virgo ſcilicet, & Aquarius. Quidam uerò dixerunt, quòd Virgo uiget in Oriente & in Septentrione. Capricornus uerò uiget in meridie atque in Septentrione. Aries uerò & Taurus uigent in meridie, ut dixit Alkabicius. Virgo uerò Capricornus & Aquarius dicuntur uigere cum fuerint in Septentrione. Et ex Signis quædã dicuntur uitioſa & tortuoſa, ſicut ſunt Aries, Taurus, Cancer, Scorpio & Capricornus. Et quædã ex eis dicuntur plures proles habentia, ſcilicet Cancer, Scorpio & Piſces.

Vnde ſi fiat quæſtio de filijs, & fuerit aſcẽdens uel dominus aſcendentis, uel domus filiorum, uel dominus domus filiorũ, aut Luna in aliquo illorum Signorũ, dicitur ſignificare plures filios, niſi aliud impediat, ſicut dicetur in capitulo filiorum. Et iſta tria dicuntur uigere in occidente, & tria ex eis dicuntur ſterilia, ſcilicet Gemini, Leo & Virgo. Vnde ſi fiat quæſtio de filijs, & fuerit inuentus aliquis prædictorum ſignificatorum in aliquo prædictorum Signorum, ſignificat ſterilitatem, niſi aliquid aliud adiuuet, prout in capitulo filiorum infrà dicetur. Et ſex eis dicuntur paucos filios habentia, ſcilicet Aries, Taurus, Libra, Sagittarius, Capricornus & Aquarius. Vnde ſi fiat quæſtio de filijs, & fuerit inuentus aliquis prædictorum ſignificatorum in aliquo illorum ſex Signorum, ſignificat paucitatem filiorum. Et quatuor ex eis dicuntur multum uitioſa, ſcilicet Aries, Taurus, Leo & Capricornus. Et ex Signis quædam dicuntur dimidiam uocem habentia, ſicut ſunt illa quæ formantur ad imagines animalium balantium, mugientium, & rugientium,

tium,

tium: ut ſunt Aries, Taurus, Leo & Capricornus, & ultima pars Sagittarij. Vnde ſi fuerit aſcendens uel dominus aſcendentis, uel Luna in natiuitate alicuius in aliquo illorum ſignorum, erit natus paruæ loquelæ, niſi aliud adiuuet, ſicut in tractatu natiuitatum dicetur. Et quædam ex eis dicuntur uoce carentia, illa ſcilicet, quæ formantur ad imagines animalium uoce carentium, ſicut ſunt Cancer, Scorpio & Piſces. Vnde ſi fuerit aſcendens uel dominus aſcendentis uel Luna in illis ſignis, ſignificat quòd natus carebit uoce, niſi aliud adiuuet, prout in dicto tractatu natiuitatũ tibi dicam, ſi Deus uoluerit. Et duo ex eis dicuntur tenebroſa, ſcilicet Libra & Capricornus. Vnde ſi fuerit aſcendens uel dominus aſcendentis uel Luna in aliquo illorum ſignorum in natiuitate alicuius impediti, ſignificat quòd natus erit obtuſæ atq; tenebroſæ faciei. Et eſt etiam quidam locus in ſignis qui dicitur combuſtus, ſcilicet uia combuſta quæ eſt à medietate Libræ uſq; ad medietatem Scorpionis. Sed poſſes tu dicere, quæ utilitas eſt in hoc quod dixit Alkabicius, quòd ſigna dicuntur uigere in oriente uel meridie, occidente uel Septentrione, & quòd quædam dicuntur rationalia, quædam quadrupedia, quædam domeſtica, quædam habentia pulchram uocem, quædam dimidiam uocem, quædam carentia uoce. Ad quod reſpondendum eſt, quòd intentio philoſophi fuit in hoc, ſcilicet quòd quãdo naſcitur aliquis & eius ſignificator uel luna fuerint in illis ſignis quòd erit natura & eſſe nati ſecundum eſſe ſignificatoris, uel Lunæ in ſigno illo, ut ſi fuerit ſignificator Luna & aſcẽdens in aliquorum ſignorum formatorum ad imagines hominum, quòd erit natus magis rationalis, & magis & melius loquens, quàm ille qui naſcitur ſignificatoribus exiſtẽtibus in alijs ſignis. Et ſi naſcatur aliquis ſignificatore & Luna & aſcendente exiſtẽtibus in aliquo ſignorum formatorum ad imaginem animalium mugientium, uel balantium, uel rugientiũ, tunc erit natus minus loquens & minus ſciens ordinare ſua uerba. Et ſi naſcatur aliquis Luna ſignificatore & aſcendente exiſtentibus in ſignis quæ carent uoce & rugitu & mugitu & balatu, tunc natus erit balbus & parum loquẽs. Et ſi fuerit ſignificator natiuitatis impeditus uel Luna, ſcilicet unum tantum, erit natus minus loquens ſecundum quantitatem impedimenti. Et ſi ambo fuerint impediti, erit natus iterum minus & deterius loquens, ut uix poterit proferre uerbum, niſi cum labore atq; fatigatione. Siquidem fuerint ſignificator natiuitatis & Luna impediti in aliquo ſignorum carentium uoce, tunc erit natus mutus & eo fortius, ſi fuerit aſcendens illud ſignum. Et dicuntur ſigna uigere in quartis, ſicut dictũ eſt, quoniam eorum uirtus apparet tunc magis, quando ſunt in illis quartis, non quòd habebant alia ſignificata in una quarta quàm in alia, ſed eſt ita de ipſis quemadmodum eſt de arbore aliqua, quæ eſt in hyeme illa eadem quæ eſt in æſtate & uere, ſed tamen in principio ueris incipit uirere, quando expanduntur eius folia & flores, tamen remanet eadem arbor quæ erat prius. Et Leo qui uiget in omnibus quartis, aſſimilatur arboribus uigentibus omnibus temporibus anni, ſicut ſunt oliuæ, pinus, ilices, iuniperi, &c.

Quam partem corporis quodlibet ſignum dicatur habere, & quam ſignificationem in quolibet membro, & quos mores hominum, & quid ſignificet ex ſeminibus & regionibus & ſimilibus.

Cap. XXI.

CORpus hominis eſt diuiſum in duodecim partes, ad ſimilitudinem duodecim ſignorum, & quodlibet ſignum dicitur habere unam ex illis partibus.

De Ariete.

NAm Aries habet ex corpore hominis, caput & faciem totam, unde dictum. Et quia ueruecis uis eſt in uertice maior, inde nec immerito poſſidet ille caput. Ex regionibus Babyloniam & Babil & Perſidam & Adrabigen & Paleſtinam. Et dicitur Aries habere caput quoniam uirtus ſiue uis Arietis uiget magis in capite quàm aliqua parte ipſius. Et dicitur Aries habere regiones prædictas: quoniam ea quæ ſignificantur per Arietem magis apparent in illis regionibus quàm in alijs. ♈

De Tauro.

TAurus habet ex corpore hominis collum, uſq; ad principium humerorum, unde dictum eſt. Inde tenet collum Taurus ſimili ratione, unde ſecundus ei dicitur eſſe locus. Et habet uirtutem in arboribus quæ plantantur. Et dicitur Taurus habere collum, quoniã eius uis magis uiget in collo, quàm in alia parte ipſius. Et habet ex regionibus Alzemiet, Almechin & Aricorad. Et dicitur Taurus habere illas regiones, quoniam eius ſignificata magis apparent in illis regionibus, quàm in alijs. ♉

De Geminis.

GEmini habet ex corpore hominis humeros, à principio in antea & brachia & manus, unde dictum eſt. Nititur ex humeris Geminos poſſidet ambos, inde quòd ex humeris ſit geminatus homo. Et habet ſignificare largitatem & bonitatem animæ nati ſi fuerit aſcendens natiuitatis alicuius. Et dicitur ex regionibus habere, Iurgen, Armeniam maiorem Atrabigen & Ægyptum. Et dicitur habere humeros & brachia & manus, quia homo geminatur ab humeris in antea uerſus manus. Et dicitur habere illas regiones, quoniam eius ſignificata magis apparent in illis regionibus, quàm in alijs. ♊

De Cancro.

CAncer habet ex parte corporis hominis, pectus uſq; prope diaphragma, & adiacẽtia in illis partibus & pulmonem. Et dixit Alkabicius, quòd habet ſimiliter ſplenem, unde dictum eſt Cancer, & idcirco ſignum cœleſte uocatur, Pectore quod magno pectoris antra tenet. Et ex regionibus habet Armeniam minorem, & habet partem orientalem, Huracen & Acin, & habet partem in Baurath & Atrabigen. Et habet uirtutem in arboribus longis, quæ perdunt folia in autumno ſicut ſunt populi & ſimiles. Et dicitur habere illas regiones, quoniam eius ſignificata magis apparent in illis regionibus, quàm in alijs. ♋

De Leone.

LEo habet ex corpore hominis ſtomachum & cor & partem inferiorẽ pectoris, ubi uiget ani- ♌

moſitas & diaphragma & latus ſpinatorum. Et ha
bet ſignificare hominē callidum, uerſutum, & qui
multum anguſtiatur et triſtatur. et ſimiliter ſpinam
dorſi & ilia. unde dictum eſt, Inde Leo pariter par
tem regit inferiorem Pectoris infra quam pars ani
moſa uiget. Et habet uirtutem in arboribus nobili
bus, ſicut ſunt abietes, ſappini & aliæ arbores que
faciunt multa folia ſine fructu, & ſeruant ea in hye
me. Et dicitur habere ex regionib. Achuthu uſq; ad
fines partium habitabilium & habet Mauritaniam
& omnes fines eius. Et dicitur habere illas regio-
nes, quoniam eius ſignificata magis apparent in il
lis regionibus quam in alijs.

De Virgine.

♍ VIrgo habet ex corpore hominis uentrem & um
bilicum & partes adiacentes umbilico, & inte-
ſtina. Vnde dictum eſt, Vmbilicus habet cōfinia uir
ginitatem Propterea ſignum Virginis illa fouet. Et
habet ſignificare largitatem et bonam uoluntatem
eius, cuius fuerit aſcendens hora natiuitatis. Et ha-
bet ſignificare omnia ſemina quæ ſeminantur. Et
habet ex regionibus, Algeranica & Aſten & regio-
nes quæ ſunt iuxta Eufraten & Hiſpaniam ma-
gnam & Ferim. Et dicitur babere illas regiones:
quoniam eius ſignificata magis apparent in illis re
gionibus quàm in alijs, præter quod ſignifica-
tum quod habet ſuper ſeminibus eſt uniuerſale to-
ti terræ.

De Libra.

♎ LIbra habet ex corpore hominis lumbos & an-
chas, & inferiorem partem uentris uſque ad ſu-
periora femoris. & habet inferiorem partem illorū,
& habet etiam nates. Et dicitur habere anchas, eo
quòd homo incipit ibi quaſi librari: quoniam an-
chæ factæ ſunt quodammodo ad modum libræ.
unde dictum eſt, Huic libratus homo ſic incipit
eſſe bifurcus, Libraque auſpicium nominis in-
de trahit. Et habet Libra, omnes arbores quas ha-
bet Leo, & inſuper illas quæ cito creſcunt & cito
fructificant, ſicut ſunt perſici, amigdali & ſimiles.
Et habet etiam ſignificare largitatem & bonita-
tem animi, ſicut Virgo. Et habet ex regionibus A-
puliam, Romam, & terras Romanorum & eorum
fines uſq; ad Aſpicā & Azait, & uſq; Æthiopiam &
Barchan: ſicut dixit Alchabicius. Et habet Carmem
& Segeſten & Chebil & Eubraſten & Haugueráth
& Chebil & Cubraſten & Bacharcli & Haugnoih.
Et dicitur habere illas regiones, quoniam eius ſi-
gnificata magis apparent in illis regionibus quàm
in alijs.

De Scorpione.

♏ SCorpio habet ſignificare in corpore hominis
pudibunda & totum femur & ueſicam. Vnde di
ctum eſt, Scorpius à cauda ſemet ſtimulāte leuata,
Pectinis & ueneris ſingula membra regit. Et ha-
bet ſignificare largitatē & bonitatē animi, ſicut Vir
go & Libra. Et habet ſignificare arbores quas ſigni
ficat Cancer, ſcilicet populos & eas quæ ſunt ma-
gnæ longitudinis, quæ perdunt folia in autumno.
Et de regionibus habet Helohiget & terram Ara-
bum, & earū fines uſq; in Argemon. Et habet parti
cipationem in Aceuith. Et dicitur habere illas re-
giones: quoniam eius ſignificata magis apparent
in illis regionibus quàm in alijs.

De Sagittario.

SAgittarius habet ex corpore hominis coxas. Vn ♐
de dictum eſt, Tenditur ex arcu pariter Venus
atque ſagitta: Femoribusq; potens fluxa miniſtrat
equus. Et habet ſignificare hominem ingenioſum
& callidum, & qui nouit facere multa & trahere fa-
cta de quibus ſe intromittit ad finem quem uult: &
qui nouit ſeducere homines & ducere ipſos ad ea
quæ uult, ſiue bona uelit facere ſiue mala: & confi-
dunt homines de ipſo & ipſe aliquādo decipit eos,
licet non ſemper ſub ſpecie, quòd fingat ſe bene fa-
cere & eſt ſeductor, nec creditur quòd ſit: immo cre
ditur legalis: nec tamen eſt ex toto fidelis, nec ex to-
to infidelis. Et ex regionibus habet Æthiopiam, Ma
harobean & Indiam. Et dicitur habere illas regio-
nes: quoniam eius ſignificata magis apparent in il
lis regionibus quàm in alijs.

De Capricorno.

CApricornus habet de corpore hominis genua. ♑
Vnde dictum eſt, Nititur ex genubus paſcens
in ripa capella. Et habet ſignificare hominem qui
ſciat ducere bonam uitam & iracundam, & qui be-
ne ſciet prouidere & præuidere ſuis negocijs, &
etiam alienis: & ſciet bene conſulere petentibus
conſilium ab eo: & callidum in bona parte atq; in
mala, ſi uoluerit. & hominem ſimiliter qui multum
& leuiter triſtatur, Et ex regionibus & terris ſigni-
ficat partem occidentalem Æthiopiæ uſque ad Yſ-
mon, ubi iunguntur duo maria, & uſq; ad Iacin-
thum & Indiam inferiorem. Et dicitur habere illas
regiones: quoniam eius ſignificata magis appa-
rent in illis regionibus quàm in alijs.

De Aquario.

AQuarius habet de corpore hominis, crura à ge- ♒
nubus uſque ad cauillas pedum, ita quòd te-
net totas cauillas. Vnde dictum eſt, Cruraq; uaſo-
rum longam ducentia formam, Vir quaſi fuſor a-
quæ frigiditate notat. Et ex regionibus ſignificat
Azenguch & partem terræ Ceclem nigræ & Al-
culfa, & eius pertinentias, & totam Elfigem: & par
tem occidentis Ægypti, & occidentalem partem A-
cuich. Et dicitur habere illas regiones: quoniam
eius ſignificata magis apparent in illis regionibus
quàm in alijs.

De Piſcibus.

PIſces habet ex corpore hominis pedes: unde di- ♓
ctum eſt, Compactosq; ſimul quaſi ſpinis oſſi-
bus ipſos: Fortuna facit Piſcibus eſſe pedes. Et ha-
bet ſignificare hominem callidum, commixtum &
non diu durantem in ſuo propoſito. Et aliquando
ſignificat hominem multum coloratum: et aliquā-
do ſignificat hominem commixtorum colorum.
Et ex regionibus habet Thabracen & ſeptentriona
lem partem Iurgen. Et habet ſignificationem ſu-
per terris Romanorū uſq; Adeſſen. Et ſuper Italia.
Habet ſimiliter ſignificationem & maxime ſuper
Romaniola & utraq; Marchia uſq; Vene-
tias. Et habet etiam partici-
pationem in Ægypto
& Alexandria
& mare A-
luuen.

Quam partem corporis ſignificat quilibet Planeta in quolibet ſigno. Cap. XXII.

DIctum eſt ſuperius de 12. ſignis, & quam partem corporis quodlibet eorum ſignificet: nunc autem dicendum eſt quam partem corporis quilibet Planeta ſignificet in quolibet ſigno. Et eſt incipiendum à Saturno primo Planeta & ab Ariete primo ſigno. Vnde ſi fuerit tibi facta quæſtio de aliqua infirmitate: uel de aliquo dolore quam aliquis patiatur: uide tunc in quo ſigno ſit ſignificator quærentis, ſcilicet infirmi, & quis ipſe ſit: qui ſi fuerit Saturnus & fuerit in Ariete, ſignificat ægritudinem, ſeu dolorem eſſe in pectore: quoniam Saturnus cum eſt in Ariete ſignificat de corpore hominis pectus: Iupiter uentrem: Mars caput: Sol femora: Venus pedes: Mercurius crura: Luna genua. Et ita intellige de omnibus ſignis. In Tauro Saturnus uentrem: Iupiter dorſum: Mars collum: Sol genua: Venus caput: Mercurius pedes: Luna crura. In geminis Saturnus uentrem: Iupiter uerenda & quæ ſuccedunt: Mars pectus: Sol crura & cauilas pedum: Venus collum: Mercurius caput: Luna femora. In Cancro Saturnus uirilia et eorum ſuccedentia: Iupiter femora: Mars pectus: Sol pedes: Venus humeros & brachia & manus: Mercurius oculos: Luna caput. In Leone Saturnus uerenda & eorum ſuccedentia: Iupiter femora & genua: Mars uentrem: Sol caput: Venus cor: Mercurius humeros & guttur: Luna collum. In Virgine Saturnus pedes, Iupiter genua, Mars uentrem, Sol collum, Venus umbilicum & partes adiacentes ei, Mercurius cor, Luna humeros. In Libra, Saturnus genua & eorum ſuccedentia, Iupiter oculos & eorum circumferentias: Mars uerenda & eorum ſuccedentia, Sol humeros, Venus caput, Mercurius uerenda, Luna cor. In Scorpione, Saturnus cauilias pedum & eorum ſuccedentia, Iupiter pedes, Mars caput, brachia & femora, Sol cor, Venus uerenda & ſuccedentia ipſorum, Mercurius dorſum, Luna uentrem. In Sagittario Saturnus pedes, Iupiter crura & caput, Mars pedes & manus, Sol uentrem, Venus femora & brachia, Mercurius pudibunda & cor, Luna dorſum. In Capricorno, Saturnus caput & pedes, Iupiter genua & oculos, Mars crura & humeros, Sol dorſum, Venus femora & cor, Mercurius uerenda & eorum ſuccedentia, Luna femora & ſuccedentia pudibundorum. In Aquario, Saturnus caput & collum, Iupiter humeros & pectus & pedes, Mars cauilias & cor, Sol uerenda & eorum ſuccedentia, Venus genua & eorum ſuccedentia, Mercurius femora & cor, Luna uerenda.

In Piſce Saturnus collum, humeros & brachia, Iupiter caput & cor, Mars uentrem et cauillas pedum, Sol femora & eorum ſuccedentia, Venus collum & dorſum, Mercurius crura & uerenda, Luna femora.

De gradibus maſculinis & gradibus fœmininis in quolibet ſigno. Cap. XXIII.

DIxerunt Albumaſar & Alchabicius, quòd in quolibet ſigno ſunt quidam gradus, quorum quidam dicuntur maſculini: & quidam qui dicũtur fœminini. Nã primi octo gradus Arietis dicuntur maſculini: & quinque alij gradus eius dicũtur fœminini: deinde ſex maſculini: deinde ſeptem fœminini: & deinde quatuor maſculini in finẽ eiuſdem ſigni. Et primi quinque gradus Tauri ſunt fœminini: deinde ſex maſculini: deinde ſex fœminini: deinde quatuor maſculini: deinde tres fœminini: deinde ſex maſculini. Et ne nimiũ prolongetur opus & ad uitandum prolixitatem eius deſcribam eos tibi omnes in tabula infrà notaat, ſecundum dictos philoſophos compoſita.

Aries	8	ma.	5	fœm.	6	ma.	7	fœm.	4	ma.	o	o		
Taurus	5	fœm.	6	ma.	6	fœm.	4	ma.	3	fœm.	6	ma.		
Gemini	5	fœm.	11	ma.	6	fœm.	4	ma.	4	fœm.	o	o		
Cancer	2	ma.	6	fœm.	2	ma.	2	fœm.	11	ma.	4	fœm.	3	m.
Leo	5	ma.	3	fœm.	7	ma.	8	fœm.	7	ma.	o	o		
Virgo	8	fœm.	4	ma.	8	fœm.	10	ma.	o	o	o	o		
Libra	5	ma.	10	fœm.	5	ma.	7	fœm.	3	ma.	o	o		
Scorpio	4	ma.	10	fœm.	3	ma.	8	fœm.	5	ma.	o	o		
Sagittarius	2	ma.	3	fœm.	7	ma.	12	fœm.	6	ma.	o	o		
Capricornus	11	ma.	8	fœm.	11	ma.	o	o	o	o	o	o		
Aquarius	5	ma.	10	fœm.	6	ma.	4	fœm.	2	ma.	3	fœm.		
Piſces	10	ma.	10	fœm.	3	ma.	5	fœm.	2	ma.	o	o		

POſſes tu forte dicere quare dicuntur iſti gradus maſculini, & quare dicuntur fœminini. Cauſa quare philoſophi nominauerunt eos ſic, hæc eſt: quoniam cum ſit quæſtio de aliqua re in qua oporteat te diſcernere ſexum, ſicut fit aliquando cum quæritur de muliere habente in utero, utrum portet maſculum an fœminam: uel de fure, utrum ſit maſculus uel fœmina, & ſimilibus. Et fuerit inuentus ſignificator rei quæſitæ, uel Luna in aliquo illorum graduum qui dicuntur maſculini, atteſtatur illud maſculinitati. Et ſi fuerit inuentus in aliquo illorum qui dicuntur fœminini, atteſtatur fœmininitati: & maxime ſi alia ſigna maſculinitatis, ſiue fœminitatis concurrerint, ſicut dicetur infrà in tractatu iudiciorum in capitulo de filijs & in capitulo de latrocinio.

De gradibus lucidis, tenebroſis, fumoſis & uacuis. Cap. XXIIII.

DIxerunt Albumaſar & Alchabicius, quòd in ſignis ſunt quidam gradus, quorum quidam dicuntur lucidi: quidam tenebroſi: quidam fumoſi: quidam uacui. Vnde primi tres

gradus Arietis dicuntur tenebroſi·deinde.5.gradus eiuſdem ſigni dicuntur lucidi: deinde.8. tenebroſi:deinde.4.lucidi.deinde.4.tenebroſi:deinde.5.lucidi: deinde unus tenebroſus. Primi tres gradus Tauri tenebroſi.4.lucidi.4.uacui.3.lucidi.5.uacui.8.lucidi.3.tenebroſi.Et ut citius me expediam, ponam tibi tabulam ſecundum eoſdem philoſophos de ipſis gradibus factam.

Aries	3	te.	5	lu.	8	te.	4	lu.	4	te.	5	lu.	1	te.		
Taurus	3	te.	4	lu.	4	ua.	3	lu.	5	na.	8	lu.	3	te.		
Gemini	4	lu.	3	te.	5	lu.	4	ua.	6	lu.	5	te.	3	ua.		
Cancer	12	lu.	2	te.	4	ua.	2	fu.	8	lu.	2	ua.	0	0		
Leo	10	te.	10	fu.	5	ua.	5	lu.	0	0	0	0	0	0		
Virgo	5	te.	3	lu.	2	ua.	6	lu.	6	fu.	5	ua.	3	te.		
Libra	5	lu.	5	te.	8	lu.	3	te.	6	lu.	3	na.	0	0		
Scorpio	3	te.	5	lu.	6	ua.	6	lu.	2	fu.	5	ua.	3	te.		
Sagittarius	9	lu.	3	te.	7	lu.	4	fu.	7	lu.	0	0	0	0		
Capricornus	7	te.	3	lu.	5	fu.	4	lu.	3	te.	3	ua.	5	te.		
Aquarius	4	fu.	5	lu.	4	te.	8	lu.	4	ua.	5	lu.	0	0		
Piſces	6	te.	6	lu.	6	te.	4	lu.	3	ua.	3	lu.	2	te.		

Dicuntur enim gradus ſupradicti hac de cauſa: quia cum apparuerit per dominũ aſcendentis alicuius natiuitatis:uel per dominũ alicuius natiuitatis.uel per Lunã,quòd natus uel ille de quo interrogatio fit debeat eſſe lucidi coloris atq; pulchræ faciei & ſi fuerit in aliquo illorum graduũ lucidorũ, quòd erit tunc perſpicuus atq; ualde pulcer. Si quidem fuerit in tenebroſis erit,minus pulcer Et ſi fuerit in fumoſis,erit inter utrũq;,hoc eſt,nõ erit pulcer neq; nimis deformis.Et ſi fuerit ſignificator prædictuis uel Luna in gradib. tenebroſis.Et ſi natus debuerit eſſe deformis erit deformior et magis turpis. Et ſi fuerit in lucidis,erit minus deformis & minus turpis quàm debuerit eſſe ſecundũ naturã domini aſcendentis.Et ſi fuerit in gradibus uacuis ſiue formoſus ſit ſiue deformis,erit parui ſenſus & pauci intellectus paucioris quàm uideatur. Et quantumcunq; magis inquiſieris de ſuo ſenſu,uel de ſuo intellectu, tanto magis tibi diſplicebit, & uidebitur tibi minus ualere, reſpectu aliorum hominum,& dicetur ab omnibus uacuum.

De gradibus putealibus. Cap. XXV.

Et dixerunt eidem Philoſophi quòd ſunt in ſignis quidam gradus qui dicuntur puteales, de quibus fecerunt ſimiliter tabulam infrà notatam,

Aries	6	11	16	23	29	
Taurus	5	12	24	25		
Gemini	2	12	17	26	30	
Cancer	12	17	23	26	30	
Leo	6	13	15	22	23	28
Virgo	8	13	16	21	22	
Libra	1	7	20	30		
Scorpio	9	10	22	23	27	
Sagittarius	7	12	15	24	27	
Capricornus	7	17	22	24	29	
Aquarius	11	12	17	22	24	29
Piſces	4	9	24	27	28	

Dicuntur autẽ gradus putales:quia cũ fuerit ſignificator alicuiusnatiuitatis uel ſignificatrix quę eſt luna quęhabet participationẽ in omni re in aliquo illorũ graduũ,dicitur quòd ſit in puteo,ſcilicet in quadam debilitate ſicuti eſt ille qui uult ire ad aliquẽ locũ et eſſet in aliqua magna fouea,ſiue in aliqua ualle,ſiue cauerna facta ad modũ putei·quia nõ poſſet ire ita libere,nec ita uelociter ſicut uellet:nec ita uelociter ſicut poſſet ire ille qui eſſet in loco ęquali extra foueã:quiã ille qui eſſet extra foueam nõ impediretur quin poſſet ire uelocius aliquo q eſſet in fouea. Et ita impeditur natus ſeu interrogator,cũ fuerit ſignificator eius uel Luna in gradu aliquo puteali,in perficiendo ſua negotia, ne poſsit illa uelociter ducere ad effectum : et perficiet illa cũ magna grauitate atq; cum maiori inuolutione quàm alius qui nõ eſſet impeditus illo impedimento.

De gradibus Azemena. Cap. XXVI.

Dixerunt Ptolemæus & Alchabicius & alij, quòd ſunt qdã gradus in qbuſdam ſignis qui dicũt Azemena,hic eſt debilitatiõis.Eſt autẽ Azemena quędã ęgritudo inſeparabilis à corpore, quę ut multũ acquiritur in utero materno,quã diu uixerit natus ſemper habebit ſecũ.Et eſt ægritudo inſeparabilis à corpore nati, ſicut eſt naturalis cæcitas:naturalis ſurditas·claudicatio.naturalis gibboſitas,& ſimilia de quibus gradibus facta eſt tabula infrà ſcripta.

Aries	0	0	0	0	0		
Taurus	6	7	8	9	10		
Gemini	0	0	0	0	0		
Cancer	9	10	11	12	13	14	15
Leo	18	27	28	0	0		
Virgo	0	0	0	0	0		
Libra	0	0	0	0	0		
Scorpio	19	28					
Sagittarius	1	7	8	18	19		
Capricornus	26	27	28	29			
Aquarius	18	19					
Piſces	0	0					

De gradibus augmentantibus fortunam. Cap. XXVII.

Et dixerunt idem philoſophi, quòd in ſignis ſunt quidam gradus qui dicuntur gradus augmentantes fortunam, de quibus omnibus facta eſt tabula infrà notata.

Aries	19				
Taurus	3	15	27		
Gemini	11				
Cancer	1	2	3	4	15
Leo	2	5	7	19	
Virgo	3	14	20		
Libra	3	15	21		
Scorpio	7	18	20		
Sagittarius	13	20			
Capricornus	12	13	14	20	
Aquarius	7	16	17	20	
Piſces	13	20			

De

De gradibus compotentibus & conformantibus in uirtute. Cap. XXVIII.

DIxit Alchabicius, quòd duo gradus qui fuerint unius longitudinis à capite ſignorum mobilium, dicuntur eſſe compotentes, hoc eſt, dicuntur eſſe unius fortitudinis, & dicūtur eſſe participes & cōſortes in uirtute: ſicuti ſunt uigeſimus gradus Capricorni, ita quòd ille uigeſimus excindatur et decimus Sagittarij, ita quòd ille decimus incindatur: & uigeſimus gradus Cancri cū.10. gradu Geminorum. Tantum enim diſtat. 10. gradus Sagittarij à capite Capricorni, quantum.20. gradus Capricorni: & tantū diſtat 20. gradus Geminorū à capite Cancri, quātū diſtat decimus gradus Cācri à capite eiuſdē Cancri. Inter decimū enim gradū Sagittarij incluſum & finē eius, ſunt. 20. gradus, & inter caput eiuſdē Capricorni & incluſū. 20. gradū ſunt. 20. gradus. Similiter. 10. gradus Geminorū diſtat à capite cācri, ſiue à fine ſigni ipſi⁹ Geminorū quę tāgit principiū Cācri quātū diſtat. 20. grad⁹ eiuſdē Cācri à principio ipſi⁹ Cācri. Et tātū diſtat 20. gradus Arietis à capite ipſius Arietis, quantū diſtat. 10. gradus Piſciū à fine ipſius Piſcis quæ tāgit principiū Arietis. Et tantū diſtat. 20. gradus Libræ à capite ipſius Libræ, quantū diſtat. 10. gradus Virginis à fine ipſius Virginis, quę tangit principiū Librę. Et. 21. gradus libræ diſtat tantū à capite librę quātū. 9. uirginis. & .22. Libræ diſtat tantū ab eo, quantū. 8. Virginis: & .23. Libræ, quantū. 7. Virginis & .24. Libræ quātum. 6. Virginis: & .25. Libræ, quantum. 5. Virginis: & .26. Libræ, quantū. 4. Virginis & .27. Libræ, quantum. 3. Virginis: & .28. Libræ quantum. 2. Virginis: & .29. Libræ, quantum. 1. Virginis. Et ita intellige de omnib. alijs gradib. tā Capricorni quā Sagittarij, tā Arietis quàm Piſcis, tā Cācri quàm Geminorū nec diſtinguo eos tibi aliter quoniā eſſet lōgum & tædioſum ponere atq; diſtinguere omnes alios gradus, ſicut nominauimus gradus Libræ & Virginis, qui bene debēt tibi ſufficere pro exemplo quorumlibet aliorum graduū. Et dicuntur ob hoc compotentes, quoniam unuſquiſq; eorū habet fortitudinem in rebus quas ſignificat, tantum quantū habet ſuus correlatiuus: ut primus Arietis & ultimus Piſcis. 2. Arietis & 29. Piſcis. 3. Arietis & .28. Piſcis 4. Arietis & .27. Piſcis. Et ita de cæteris intellige.

PARS TERTIA SECVNDI TRACTATVS ET EST ISTA DE ESSE CIRculi accidentali.

De diuiſione circuli per domos. Cap. I.

ACcidit circulo ſignorū diuiſio, qua ipſe diuidiť in quatuor partes æquales, ſecundū quòd diuidunt eū duo circuli magni: quorū unus diciť Orizon ſiue circulus hemiſphęrij. Et alter diciť circulus meridiei ſiue medij cœli. Et unaquæq; illarū q̃rtarū diuidiť in tres partes inæquales: & ſic totus circulus diuidiť in. 12 partes inæquales & hoc accidit propter reflexionem Orizontū in climatibus, & ꝓpter diuerſitatē regionū, ſicut bene oſtēdit Thebit in introductorio ſuo de ſphæra cœleſti, in tractatu qualiter circuli in ſphęra ſint imaginādi. & etiā inuenies hoc in libro canones ſuper æquationibus ſtellarū et incipit illa diuiſio ſemper à ſigno aſcendente. Et unaquęq; illarū diuiſionū appellať domus, ſiue cuſpis, ſiue turris, & non ſignum ſimpliciter. Et prima iſtarū domorū eſt ſignū aſcēdēs illud ſcilicet quod eſt in Ariete. Et dixit Ptolemæus quòd. 5. gradus qui tranſiuerunt lineā aliquā diuidentē aliquā domorum ab alia, computantur & dicuntur eſſe de domo quæ datur illi lineæ: ut ſi aſcendat. 5. gradus alicuius ſigni, quòd illi quinq; gradus qui iam tranſiuerunt lineam aſcendentis, computantur & dicuntur eſſe de prima domo: & .25. gradus qui remanſerunt ſub linea ſimiliter. Et ita intellige debere fieri de cæteris domibus. Sēper enim quinq; gradus qui tranſiuerunt lineā alicuius domus computantur in illa domo & .25. qui nondum ueniunt ad ipſum, ea ſcilicet cōditione quòd unaquęq; domus ſit. 30. graduum. deinde ſequitur ſecunda domus: deinde 3 domus: deinde 4. deinde 5. deinde 6. deinde 7. deinde. 8 deinde. 9. deinde. 10. deinde. 11. deinde. 12. quæ eſt omnium domorum ultima.

De diuiſione quartarum circuli. Cap. II.

ET dixerunt Alchabicius & Haly, quòd illa quarta pars circuli quę eſt inter aſcendens & medium cœli, quæ ſunt domus duodecima, undecima & decima, dicunť quarta Orientalis, maſculina, adueniens, ſanguinea, uernalis, puerilis, & ſignificat initium uitæ nati uſq; ad finē adoleſcentiæ, quæ eſt à principio ſiue à die natiuitatis uſq; ad 21. annum cōpletum. Quarta uero, quæ eſt à medio cœli uſq; ad lineam occidentalē, quæ ſunt domus nona, octaua & ſeptima, dicitur quarta meridionalis, recedens, æſtiualis, cholerica, iuuenilis & ſignificat medietatem ſcilicet iuuentutem collectam, & uocatur profectio iuuentutis. Et dicitur iſta quarta reſpectu aliarum quartarum ſicuti eſt iuuentus reſpectu aliarum ętatum, quæ eſt à principio. 22. anni uſque in finem. 41. Tertia uero quarta, illa ſcilicet, quæ eſt à domo ſeptima uſq; ad quartam, quę ſunt domus ſexta, quinta & quarta, quæ eſt ſub terra, dicitur quarta occidentalis, maſculina, adueniens. & dicitur quarta autumnalis, melancholica, ſenilis. Et dicitur illa quarta reſpectu aliarum quartarum, ſicuti eſt ſenectus, reſpectu aliarum ætatum nati, quæ eſt à. 41 anno in antea uſq; ad. 60. Et quidam dixerunt quòd ſignificat ſenectutem uſq; in finem uitæ: quod mihi non uidetur congruum: ſed ipſi conſiderauerunt, quòd homines ut multum deficiunt circa. 60, annū, uel parum tranſcendunt illos. Vltima uero quarta, illa ſcilicet, quæ à quarta domo uſq; ad aſcendens quæ eſt domus tertia, ſecunda, prima, dicitur quarta ſeptentrionalis, fœminina, recedēs, phlegmatica, uernalis, defectiua, & uocatur decrepita. Et diciť illa quarta reſpectu aliarum quartarum, ſicuti eſt decrepita reſpectu aliarum ætatum nati, quę eſt à fine ſenectutis, ſcilicet à 60. anno uſq; in. 90. & etiā uſq; in finem uitæ: ſi aliquis plus. 90. uixerit, quod paucis accidit: licet aliqui dicant aliquando ſe habere. 100. annos & ultra, et ſunt forte. 90. annorū uel parum plus: quoniam uita cōmunis hominū continet tria regna Saturni quę ſunt. 90. gradus. Et habet etiā illa quarta


ſignificare, quid accidat homini poſt mortem ſuã: hoc eſt qd accidat de ſuis bonis et de ſua hęreditate: quid dicatur de ipſo, utrum ſcilicet laudetur uel uituperetur: & utrum ſepeliatur cadauer eius uel cremetur. uel ſepeliare honorifice, uel uiliperabiliter: uel fleant ipſum conſanguinei amici & doleant de morte ipſius, uel rideant & gaudeant de ipſa.

Quæ medietas dicatur aſcendens, uel deſcendens: & quæ pars dicatur dextera uel ſiniſtra.
Cap. III.

DVæ uero prædictarum quartarum, illa ſcilicet, quæ eſt à linea medij cœli uſq; in aſcendens, & ab inde uſq; in lineam quartæ domus, uocatur medietas aſcendens. Reſiduæ uero duæ quartæ, illa ſcilicet quæ eſt à linea quartæ domus uſque in ſeptimam, & ex inde uſq; ad lineam medij cœli, uocatur medietas deſcendens. Et illa pars cœli quę ſupra terrã uocatur dextra cœli, id eſt nobilior atq; fortior. Et illa quæ eſt ſub terra uocatur ſiniſtra cœli, & deiblior ac minus nobilis, & hoc ſecundum qudd circulus Orizontis cuiuſlibet regionis diuidit cœlum in duo media. Et illa pars cœli quæ eſt ab aſcendente uſque ad ſeptimam domum, dicitur dextra aſcendentis: quia pars quæ eſt ab aſcendente uſque ad ſeptimam domum ſupra terram, dicitur ſiniſtra aſcendentis. Et illa quæ eſt ab aſcendente tranſiens per ſeptentrionem in ſeptimam domum, ſecundum quòd Orizon diuidit illud quod eſt ſupra terram de cœlo ab illo quod eſt ſub terra, dicitur dextra Orientis. Et illa quæ eſt ab aſcendente tranſiens per meridiem uſque in ſeptimam domum dicitur ſiniſtra Orientis: & in hoc differunt dextra cœli & dextra aſcendentis & dextra Orientis.

De Angelis cadentibus & ſuccedentibus.
Cap. IIII.

Maſculina Fœminina



EX omnibus autem ſupradictis medietatibus & quartis, fiunt duodecim domus, ex quibus quatuor dicuntur Anguli: prima ſcilicet & quarta & ſeptima atq; decima: & Iſtæ quatuor domus ſunt fortiores & firmiores partes cœli: & differunt etiam in fortitudine inter ſe: nam prima eſt fortior decima, niſi in dignitatibus quę ſpectant ad gloriam ſecularem, ut ſunt regna, ducatus, poteſtatæ, & ſimilia, quoniam in illis præfertur decima omnibus alijs: & decima eſt fortior ſeptima, & ſeptima eſt fortior quarta. Secunda uero domus & quinta & octaua & undecima, dicuntur ſuccedentes angulorum, quoniam ſunt immediate iuxta angulos & ſunt minus fortes angulis pro medietate, præter quòd undecima eſt ualde fortis in rebus quæ ſpectant ad fortunam, & de quibus habetur ſpes: quoniam ipſa eſt domus fortunæ atq; fiduciæ & ſpei, ſicut dicitur in tractatu de domibus. Domus uero tertia & ſexta &. 9. & duodecima, dicuntur cadentes ab angulis & ſunt domus ualde debiles, & nõ promittunt bonũ, neq; firmitatẽ neq; durabilitatẽ ſeu prolongationẽ alicuius rei, præter quòd nona domus præfertur in religionibus: & eſt conuenientior in eis præ cæteris alijs domibus. & in his quæ ſpectãt ad dignitates clericales, ſicut ſunt Epiſcopatus, Abbatiæ, Prioratus, & ſimilia. Vnde cum Planeta fuerit ſignificator alicuius rei, & fuerit in angulo, promittit bonum, & dicitur proficere: ſed ſi fuerit in ſuccedenti angulo, proficit minus quàm in angulo: in cadenti uero ab angulo dicitur planeta deficere & eſſe debilis atq; inutilis: hoc excepto quod dixi tibi de domo nona & de undecima. Et quælibet prædictarum domorum habet propriam ſignificationem in rebus & in eſſe hominum, prout tibi in ſequentibus ſum narraturus.

De ſignificatis duodecim domorum.
Cap. V.

De prima domo.

PRima domus cuius initium eſt ex parte Orientis, dicitur aſcendẽs: & iſta domus prout dixerunt Adila, Zahel & Alchabicius & alij ſapientes omnes, ſignificat uitam & corpus cuiuſlibet nati, ſeu etiã interrogantis & ſignificat initium cuiuſlibet operis. & habet ſignificatum ſuper omni electione, & ſuper omni initio: et ſignificat initium uitæ cuiuſlibet natiuitatis: & ob hoc prima domus dicitur principium omnium domorum. Et eſt quædam ſimilitudo inter domum primam & naſcentes ſeu interrogantes: ſicuti enim hæc domus aſcendit ab ea parte cœli, quæ occultur à uiſu noſtro ſub Orizonte ad partem ſuperiorem, quam uidemus ſuper terram, & uenit de occultis ad lucem, & de partibus occultis ad manifeſtas: ita & ille qui naſcitur, egreditur de tenebris, & anguſtijs uentris matris ſuæ, & peruenit ad lucem huius ſeculi, atque aeris latitudinem. Et ille, qui interrogat, patefacit Intentionem ſuam, atque ſecreta cordis ſui, & ea quæ primo fuerant occulta poſtea lucent & patent. Et dixerunt Adila & Alezdegoz in natiuitatibus, quod dominus primus triplicitatis domus primæ ſignificat uitam & naturã nati ſeu interrogantis & eius uoluptates et in quibus delectetur & quid diligat uel quid odio habeat, & quid accidat ei, ſiue bonum, ſiue malum in principio uitæ, ſcilicet in prima tertia parte ipſius. Et dominus triplicitatis eius ſecundus ſignificat uitã & robuſtatem, ſeu uirtutem atq; fortitudinẽ, & quid

accidat

accidat ei in ſecunda tertia parte ſcilicet partæ uitæ ſuæ. Et dominus triplicitatis eius tertius, ſignificat id qnod ſignificat primus & ſecundus: & ſignificat finem uitæ & quicquid accidat ei in ultima tertia parte uitæ ſuæ. Vnde ſi oſtendatur tibi natiuitas alicuius, uel fiat tibi quæſtio uniuerſalis de fortuna, uel de eſſe alicuius uniuerſaliter: aſpice tunc dominos triplicitatis domus primę, ſcilicet primum, ſecundum atq; tertium, & uide quale ſit eſſe uniuſcuiuſq; eorum: & ſecundũ qnòd uideris de ipſorum eſſe, ſecundum illud iudica. Si enim dominus primus ſignificauerit bonum, iudica quòd accidet bonum nato, ſiue interroganti in prima tertia parte uitæ ſuæ. Et ſi dominus eiuſdem triplicitatis ſecundus, ſignificauerit bonum, accidet ei in ſecunda tertia parte uitæ ſuæ bonum. Et ſi tertius dominus eiuſdem triplicitatis ſignificauerit bonum, accidet ei in ultima tertia parte uitæ ſuæ bonum. Idem dicas de malo, quia quicunq; ex dictis ſignificatoribus ſignificauerit malum, accidet illud in illa tertia parte uitæ, quam ipſe ſignificauerit, ſicut dictum eſt, in nutritione. De alijs ſignificatis primæ domus. Et habet ſignificare prima domus ſubſtantiam, ſiue cenſum inimicorum occultorum: quoniam eſt ſecunda à duodecima. Sunt enim inimici occulti, omnes illi qui fingunt ſe amicos eſſe, & rident, & uidentur lætari coram hominibus, & dicunt ſe diligere ipſos, & annunciant eis palam bona, & inuident eis, & dolent de ipſorum proſperitatibus: & gaudent de ipſorum aduerſitatibus, & nituntur nocere ipſis clam omnibus modis quibus poſſunt. Et habet etiã ſignificare hęc domus fratres amicorũ, quoniã eſt tertia ab undecima: & parentes regum, quoniam eſt quarta à decima: & filios religioſorum, quoniam eſt quinta à nona, & infirmitates familiariorum, ſociorum & inimicorum publicorum, & uxorum non morantium cum maritis, quoniam eſt ſexta ab octaua: & uxores eorũ, quoniã eſt ſeptima à ſeptima. & mortem ſeruorũ, quoniã eſt octaua à ſexta: & religionẽ filiorum & eorũ longa itinera, quoniam eſt nona à quinta: & magiſtratus ſeu dignitates patrum, quoniam eſt decima à quarta: & amicos fratrum, quoniam eſt undecima à tertia: & eorum fortunam & inimicos occultos familiariorum, & eorum animalia maiora, quoniam eſt duodecima à ſecunda.

De ſecunda domo.

Secunda domus, ut dixit Alchabicius, ſubſtantiam & acquiſitionem ſignificat & miniſtros: et ſignificat finem iuuentutis. Et dixit Adila quòd ſignificat aggregationem ſubſtantiæ, ſiue poſſeſsionum & denariorũ, ſeu bizantiorum, & acceptiones & donationes. Et dixit Zahel, quòd ſecũda domus ſignificat ſubſtantiã, & non aſpicit aſcendens & auxiliatores & epiſtolas. Et dixit Alezdegoz de domini triplicitatis domus ſecundæ, de primo ſcilicet ſecundo atq; tertio, uide quis eorũ ſi fortior, eſſe atq; loco, & hunc facies merito auctorem ſubſtantiæ atque ſignificatorem acquiſitionis nati, ſeu interrogantis: qui ſi fuerit in medio cœli, inueniet eam à rege: ſi autem fuerit in domo alicuius luminariũ, inueniet eam cauſa religionis: & ita intellige de cæteris domibus. Similiter dominus triplicitatis domus ſecũdæ, primus dat ſubſtãtiam in principio uitæ, ſci-
licet in prima tertia parte ipſius: ſecundus in medio
uitæ, ſcilicet in ſecũda tertia eius: tertius uero dat eã
in ultima tertia parte uitæ nati. Hoc autẽ quod di-
xit Alezdegoz de prędictis ſignificatoribus, ſic eſt in
telligendũ, quòd dictus ſignificator ſubſtantiæ, in
quacunq; ætate ſignificauerit eam, Si fuerit in pri- 1
ma, inueniet natus ſubſtantiã ſeu pecuniam cauſa
corporis ſui, ſcilicet ex labore manuũ ſuarũ, et indu
ſtria ſua atq; ſollicitudine. Si autẽ fuerit in ſecunda, 2
inueniet eam cauſa ſubſtantiæ ſuæ, ſicut ex fructi-
bus ſuarũ poſſeſsionum & ſuorum bonorũ, & etiã
ex mercationibus, & alijs mechanicis & fabrilibus
artibus, quæ exercentur cũ capitali, ſicut calzolaria
& pelliparia, & ſimilia: uel cauſa alicuius eorũ quæ
ſignificantur per ſecundã domũ. Si fuerit in tertia, 3
inueniet eam cauſa fratrum & ſororũ uel uicinorũ,
qui nõ attinẽt ei ex parẽtela uel affinitate, ſeu itine
rum paruorum, minorum ſe diuitijs & potentia et
ætate, omnium ſcilicet illorũ qui tenent eũ pro ſuo
maiori, ſicut dicetur in capitulo de tertia domo. Et 4
ſi fuerit in quarta, inueniet eam cauſa patrũ & a-
uorũ, aut aliorum conſanguineorũ aſcendentiũ
maiorũ & antiquorũ ſe uel ſocerorũ uel forte inue
niet theſaurũ abſconditũ, ſiue ſubterratũ, uel cauſa
alicuius eorũ quæ ſignificantur per quartã domũ.
Et ſi fuerit in quinta, acquiret eam cauſa filiorũ & 5
itinerum mediocriũ, quæ ſunt à duabus dietis uſq;
ad quintã: uel cauſa comeſtionum quæ uenduntur
in tabernis uel ſimilibus locis, uel cauſa ludi, uel ali
cuius eorũ quæ ſignificantur per quintã domũ. Si 6
fuerit in ſexta, acquiret eam cauſa ſeruorum uel an
cillarũ uel canũ, uel auium: ſicut aliquãdo faciũt ue
natores uel aliorũ animaliũ paruorum quæ nõ e-
quitantur, ut ſunt oues & ſimilia: uel cauſa alicuius
eorum qui ſignificantur per ſextã domum. Si fuerit 7
in ſeptima, inueniet eã cauſa uxorũ uel ſociorũ uel
inimicorũ, uel alicuius eorũ quæ ſignificãtur per ſe
ptimã domũ. Si fuerit in octaua, inueniet eã cauſa 8
mortis, uel cauſa bonorũ quæ hæreditantur à mor
tuis: uel cauſa bonorũ uxorũ uel ſociorũ uel inimi
corũ, uel alicuius eorũ quæ ſignificãtur per octauã
domũ. Si fuerit in nona, inueniet eã cauſa longorũ
itinerũ. ſicut faciũt ſæpe nautę atq; mercatores, qui 9
longe proficiſcuntur cauſa lucrandi. & etiam cau-
ſa epiſcopatuum, uel abbatiarũ, uel aliarum religio
num & ſimiliũ: uel alicuius eorũ quæ ſignificantur
per nonam domum. Et ſi fuerit in decima, acquiret 10
eam cauſa regni & magiſterij, ut dictũ eſt, uel digni
tate laicali, ut ſunt poteſtariæ & ſimilia. Et ſi fuerit
in undecima, acquiret eam cauſa amicorũ uel cau- 11
ſa militũ regis, uel cauſa ſubſtantiæ regis, uel cauſa
fortunæ inopinatæ, uel etiã alicuius rei de qua na-
tus habet ſpem, uel alicuius eorũ quæ ſignificantur
per undecimã domũ. Et ſi fuerit in duodecima, inue 12
niet eã cauſa inimicorũ occultorũ uel cauſa carceris
uel incarceratorũ, ut faciũt aliquãdo incarceratorũ
cuſtodes, & ſimilia. uel cauſa boum uel camelorum
uel equorum, uel alicuius eorum quę ſignificantur
per duodecimã domum. Et habet etiam ſecunda
domus hæc alia ſignificata abſque ſignificatione
ſubſtantiæ nati: quoniam ipſa ſignificat fratres ini-
micorum occultorum: quia eſt tertia à duodecima:
& ſignificat patres amicorum & auos, & cætera:
quia eſt quarta ab undecima, Et ſignificat filios re-
gum

gum et eorum itinera mediocria: quoniam eſt quinta à decima. Et ſignificat infirmitates religioſorum quia eſt ſexta à nona. Et ſignificat uxores & ſocios & inimicos familiariorum inimicorum & ſociorum: quoniam eſt ſeptima ab octaua. Et ſignificat mortem uxorum & ſociorum & inimicorum abſennum: quia eſt octaua à ſeptima. Et ſignificat religionem, itinera longa ſeruorum: quoniam eſt nona à ſexta. Et ſignificat magiſteria filiorum, quoniam eſt decima à quinta. Et ſignificat amicos & fortunam patrum & cætera, quia eſt undecima à quarta. Et ſignificat inimicos occultos fratrum, & eorum animalia magna: quoniam eſt duodecima à tertia.

De tertia domo.

DIxit Alchabicius: tertia domus ſignificat fratres & ſorores, & propinquas amicitias & dilectiones, fidem ac religionem, mandata & legatos, mutationes ac itinera minora: & ſignificat eſſe uitæ ante mortẽ. Et dixit Adila, quòd ſignificat cognatos & cognatas, & eſſe eorum, & mutationes de manſione in manſionem, & patientiam & ſimilia. Et dixit Zahel, quòd ſignificat contentionem in ſectis, epiſtolas & ſomnia: & ſignificat omnes ſectas & omnes hæreticos. Et dixit Alezdegoz quòd dominus triplicitatis domus fratrum: primus ſignificat fratres minores: ſecundus uero ſignificat fratres medios: ternus ſignificat fratres maiores: & dixit quòd erit eorũ dignitas & eorũ eſſe ſecundũ loca illorũ ſignificatorũ. Et mihi uidetur illud idẽ, quòd ipſa ſignificet omnia ſupradicta, et quòd ſignificat omnes conſanguineos & propinquos, qui ſunt minores nato uel quærentis, & uicinos & etiam conciues tam magiſtros quàm ſeruos, tam matres quàm mulieres, tam diuites quàm pauperes: ſicut dixi ſuperius. Significat conſanguineos & propinquos qui tenent eum pro ſuo maiori: & qui reuerentur eum & obediunt ei: & qui ſunt minores eo diuitijs & potentia & ſapientia: & qui conſulunt eum in ſuis factis & ſuis neceſsitatibus: & qui ut multũ uolunt facere facta ſua de cõſilio & auxilio ipſius. Vnde ſi fiat quæſtio de aliquo ſupradictorum, ſemper debes dare tertiam domum illi: & primam interroganti: ut ſi quærat aliquis de conſanguineis, uel de aliquo ſupradicto aſcendente ariete, uel quocunque alio ſigno, illa prima datur quærenti: tertia, datur illi de quo interrogatur: & ſecundum quòd uideris de domino tertiæ domus. ſecundum illud iudica, ſiue bonum ſiue malum ſignificet dominus tertiæ domus. Et ſi naſcatur aliquis, & nolueris ſcire quam fortunam ſit habiturus à fratribus uel ab aliquo ſupradictorum, uide quomodo ſe habeat dominus primi cũ domino tertij, et quomodo ſe aſpiciãt: quoniam ſi aſpexerint ſe aſpectu dilectionis, & receperint ſe, erit inter eos dilectio & bonum: ſi uerò aſpexerint ſe aſpectu inimicitiæ nõ gaudebit ex eis, nec cum eis, nec erit ex eis bonum, nec eis ex eo. Præterea oportet te proſpicere dominos triplicitatis domus tertiæ: ſi quidem primus aſpexerit dominum aſcendentis aſpectu bono, trino ſcilicet uel ſextili, uel receperit eum, bene erit ei ex fratribus, qui ſignificantur per illum planetam, & ita intellige de alijs duobus. Et cum quocunque eorum ſe aſpexerit dominus primi malo aſpectu, cum illis & ex illis fratribus qui ſignificantur per Planetam illum, erit ei malum. Et ſi non aſpexerit ſe dominus primi cum aliquo eorum, erit ei cum omnibus & ex omnibus fratribus ſicut cum extraneis: illud idem intelligas de Luna quod dixi tibi de domino primi. Etiam cuiuſcunque illorum ſignificatorum eſſe fuerit melius, illis fratribus qui ſignificantur per illum planetam erit melius, tam in ſua fortuna quàm in alijs: & cuiuſcunque eſſe fuerit deterius, illis fratribus qui ſignificantur per ipſum, erit deterius eſſe ſuo. Præterea debes ſcire, quòd tertia domus ſemper eſt aſcendens fratrum & conſanguineorum minorum, uicinorum, & aliarum perſonarum quæ ſignificantur per ipſum: & prima eſt ſemper quærentis, niſi in caſibus exceptis, quos inuenies in locis ſibi deputatis. Vt ponatur quòd aliquis quærat de factis fratris ſui uel ſororis ſuæ & fuerit aſcendens Leo: & fuerit Libra tertia domus: modo prima eſt aſcendens illius qui quærit: & tertia eſt illius pro quo quæritur. unde non debes iudicare ſecundum dominum aſcendentis, ſed ſecundum dominum tertij: & ſecundum quòd uideris de eſſe domini tertij, ita iudicabis de factis fratris quærentis. Item ſi primus dominus triplicitatis tertiæ domus bene fuerit cum domino aſcendentis: bene erit nato ſeu quærenti cum fratribus & uicinis & propinquis minoribus, & alijs quæ ſignificantur per tertiam domũ in prima tertia parte uitæ ſuæ & eis ex eo. Et ſi cum ſecũdo, bene erit ei ex eis & eis ex eo in ſecunda tertia parte uitæ ſuæ. & ſi cum tertio, bene erit ei ex eis & eis ex eo in ultima tertia parte uitæ ſuæ. & econtra ſi male inuicem ſe habuerint.

Et habet tertia domus hæc alia ſignificata, quoniam habet ſignificare ſubſtãtiam familiariorum, quoniam eſt ſecunda à ſecunda: & patres inimicorum occultorum, & eorum domos, & cætera, quoniam eſt quarta à duodecima: & habet ſignificare filios amicorum, quoniam eſt quinta ab undecima: & infirmitates regum, quoniam eſt ſexta à decima: & inimicos religioſorum & eorum ſocios atq; amaſias: quoniam eſt ſeptima à nona: & mortem abſentum & familiarium inimicorum eorum, & eorum adiutorum, quoniã eſt octaua ab octaua: & religionem uxorum, quoniam eſt nona à ſeptima: & magiſteria ſeruorum, quoniam eſt decima à ſexta: & amicos filiorum & eorum fortunam, quoniam eſt undecima à quinta: & inimicos occultos patrũ, quoniam eſt duodecima à quarta, & eorum animalia maiora.

De quarta domo.

DIxit Alchabicius, quarta domus habet ſignificare patres, domos, terras, auos et omnes antiquos ex recta linea aſcendentes, maſculos, ſeniores & ſorores, & omnes hæreditates: præter illas quæ hæreditantur ex mortuis, & quæ dicentur in domo octaua. Et habet ſignificare omnia immobilia, quæ ſunt in terra, uel ſuper terram: ut ſunt ædificia, turres, tecta, ciuitates, caſtra & ſimilia. Et habet ſignificare theſauros abſconditos: & quicquid eſt ſepultum ſiue ſubterratum. Et dixit Adila, quòd ſignificat occulta & occultata & carceres & incarceratos & abſcondita ſeu in terra poſita: & quicquid accidat mortuo in ſepultura ſua, & poſt

ſepul-

ſepulturam: & utrum ſepeliatur uel comburatur, uel dimittatur eius cadauer, ita quòd non curetur de ipſo ut accidit aliquãdo in ſuſpenſis uel decapitatus, uel alias interfectis. Et dixit Manſor quod ſignificat finem rerum. Et dixit Alezdegoz dominus triplicitatis domus patrum primus ſignificat patres: ſecundus ciuitates & terras: ternus finem rerum & carceres. Vnde conſiderandum eſt in natiuitate alicuius aut in quæſtione aliqua, quæ tibi facta fuerit ſuper aliquo prædictorum: quia debes proſpicere quartam domum, ſi uis ſcire ea quæ debeant accidere nato ſeu quærenti ab eis: quæ ſignificantur per quartam domum ſeu per eius triplicitatis dominos: & uide quis eorum ſit melioris eſſe, & ſecundum quod uideris de ipſis iudica. Nam ſi dominus triplicitatis domus quartæ primus fuerit boni eſſe, & aſpexerit dominum aſcendetis natiuitatis bono aſpectu, trino ſcilicet uel ſextili, uel ipſe eum, bene erit nato ſeu interroganti à patre, & patri ab eo & auo & proauo & ſocero & omnibus maioribus parentibus, licet ſocer ſignificetur per accidens per quartam domum. Et ſi etiam ſecundus fuerit boni eſſe, bene erit ex dominibus & terris ei, & hæreditatibus quas hæreditabit à ſupradictis perſonis. Et ſi tertius fuerit boni eſſe, bene erit ei ex carceribus & incarceratis: ſicut accidit aliquando cuſtodibus captiuorum & ſimilibus· & ex fine rerum, ſicut accidit aliquando alicui diffiniendo aliquam litem, uel aliquam guerram, uel mediando inter aliquos aliquod forum, ſicut ſæpe accidit in uenditoribus equorum, uel aliarum rerum, quarum uenditiones indigent mediatore, & ſimilia. Et ſi fuerint infortunati, uel mali eſſe, prædicti ſignificatores, male erit ei ex prædictis ſignificatis. Et conſidera in qua parte uitæ hoc accidat ei: quoniam primus dominus huius triplicitatis ſignificat quod accidat nato hoc in prima tertia parte uitæ ſuæ, & ſecundus in ſecunda, & tertius in tertia, ut dictum eſt in alijs domibus. Et habet etiam quarta domus ſignificare ſubſtantiam fratrum, quoniam eſt ſecunda à tertia. & fratres familiariorum & adiutorum, quoniam eſt tertia à ſecunda· & filios inimicorũ occultorũ, quoniã eſt quinta à duodecima· & infirmitates amicorum & familiariorum regis, quia eſt ſexta ab undecima: & inimicos regum, quoniam eſt ſeptima à decima: & mortem religioſorum, quoniam eſt octaua à nona: & religionem abſentium. quia eſt nona ab octaua: & magiſteria inimicorum & ſociorum, & matres eorum, quia eſt decima à ſeptima: & amicos ſeruorum & eorum fortunam, quoniam eſt undecima à ſexta: & habet ſignificare inimicos occultos filiorum & eorum animalia maiora, quoniam eſt duodecima à quinta.

De quinta domo.

DIxit Alkabicus, quinta domus ſignificat filios, delectationes, legatos, donationes: & quid dicatur de homine poſt mortem eius. Et dixit adilla quòd ſignificat gaudium & ueſtimenta. Et dixit Vuellius, quòd ſignificat chartas, libros, nuncios atque nouellas. Et dixit Alchaiat, quod ſignificat omne in quo habetur fiducia, honorem, petitionem, mulierem, amicitiam, & eſſe ciuium, & fructus hæreditatis. Et dixit Alezdegoz dominus triplicitatis quintæ, primus ſignificat filios & uitam eorum: dominus uero ſecundus, ſignificat delectationes: tertius legatos. Vnde aſpiciendus eſt dominus natiuitatis alicuius uel eius interrogationis, & uidere qualiter ſe habeat cum domino primo triplicitatis quintæ domus, quæ dicitur domus filiorum: quia ſi bene ſe habuerit cum eo, bene erit ei ex filijs, & ipſis ex eo in prima tertia parte uitæ ſuæ· ſi cum ſecundo, in ſecunda. ſi cum tertio, in tertia. Sed tamẽ uita filiorum accipitur magis à primo domino illius triplicitatis, quàm à ſecundo uel tertio. Nunc aſpice dominum quintæ domus qualiter ſe habeat cum domino primæ domus. nam ſi fuerit dominus quintæ iunctus cum domino primi aſpectu laudabili, trino ſcilicet uel ſextili, uel fuerit in primo, uel dominus primi fuerit in quinto, habebit filios, & maxime ſi Iupiter fuerit tunc in quinta, uel fuerit iunctus domino quinti, uel domino primi bono aſpectu, uel fuerit in tertio uel in octauo, uel in undecimo, cum domino primi uel cum domino quinti, uel cum Luna, uiuent, & bene erit eis. Si uero fuerit Mars in loco Iouis, habebit natus filios, ſicut uidebimus in capitulo filiorum: & mortem eorum, ſicut latius dicetur in iudicijs & in Natiuitatibus, in capitulo filiorum.

Item proſpiciendi ſunt omnes domini triplicitatis domus filiorum, & uidere quis eorum melius aſpiciat dominum primi, uel dominum quinti, uel ipſam domum quintam· quia ſi primus melius aſpexerit, habebit filios in prima tertia parte uitę ſuę: ſi ſecundus, in ſecunda. Et ſi fuerit aliquis eorũ dominus primi, uel dominus quinti, ſicut aliquando accidit, ſignificat filios in ſua tertia parte uitæ nati. Et habet etiam domus hæc alia ſignificata: quoniam habet ſignificare bona patrum & aliorum maiorum propinquorum: quia eſt ſecunda à quarta. Vnde ſi iũctus fuerit eius dominus domino primi uel domino ſecũdi, & fuerit receptus ab aliquo eorũ, adipiſcetur natus ſiue interrogans bona illorum in toto uel in bona parte. Et ſi dominus ſecundi fuerit iunctus domino quinti, & dominus quinti receperit eum, adipiſcentur parẽtes bona ipſius, & habet ſignificare fratres fratrum, ſi habeat fratres ex alio patre, uel ex alia matre: quoniam eſt tertia à tertia: & infirmitates inimicorũ occultorum, quoniam eſt ſexta à duodecima, & inimicos amicorum: quoniam eſt ſeptima ab undecima: & mortem regum & illorum qui ſignificantur per decimam: quia eſt. 8. à. 10. & itinera longa religioſorum, quia eſt. 9. à. 9. & magiſteria, ſeu dignitates abſentium: quia eſt. 10. ab. 8. & amicos inimicorum nati ſeu quærentis & ſociorum eius: quia eſt 11. à. 7. & inimicos occultos ſeruorum: quoniam eſt. 12. à. 6.

De ſexta domo.

DIxerunt ſexta domus eſt infirmitatum & ſeruorum & ancillarũ. Et dicitur hæc domus infirmitatũ, propterea quia eſt extra domũ ludi & delectatiõis quæ eſt quinta. & uadit ad ſeptimã quæ eſt domus inimicorũ publicorũ. Et dixit Alkabicius quòd ſignificat quicquid futurũ eſt ante ſenectutem, et ſignificat finẽ uitæ. Et dixit Adila, q̃d ſignificat famulos & beſtias quæ non equitantur. Et ſignificat ſexta domus uaſallos & iuſticias, & ſignificat mutationem

tionem à loco in locum. Et dixit Zahel, ſexta domus eſt cadens ab aſcendente. nec aſpicit illud, et eſt locus malignus. Et dixit Alezdegoz dominus tripiicitatis domus ſextæ primus, ſignificat infirmitates, & conuaietudines ab eis, & à malis. Secundus, ſignificat uernaculos & ſeruos. Tertius ſignificat quæ inueniet ex eis, & eorum utilitatem atque opera, & eſt ſignificator beſtiarum ac pecorum, & omnium quadrupedum ac fortitudinis eorum atq; multitudinis & paucitatis more eorum in manu eius uel egreſsionis eorum ab ea, carceris quoq; atq; retentionis. Vnde uidendum eſt qualiter dominus natiuitatis uel interrogationis a licuius habeat ſe cum domino ſextæ domus, utrum ſcilicet iũgatur ei à trino uel ſextili aſpectu, uel per corpus cum receptione mutua uel perfecta. quoniam ſi ſic fuerit, habebit natus ſeu interrogans in omnibus, ſeu ex omnibus, quæ ſignificantur per ſextam domum fortunam. Si uero aſpexerint ſe à dictis aſpectibus ſine receptione, non erit ei magna fortuna ex eis, licet tamen ſit ei ex eis aliqualis. Si uero aſpexerint ſe à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, ſine receptione, male erit ei in omnibus & ex omnibus ſupradictis. Si uero cum receptione minus male erit ei ex eis. Si uero dominus primi, receperit dominum ſexti, & dominus ſexti non receperit eum, melius erit ſeruis & uernaculis ex eo quàm ei ex eis. erunt enim ſibi infideles & fraudulenti. Si uero dominus ſexti receperit dominum primi, & dominus primi non receperit dominum ſexti, erit melius ei ex eis quàm eis ex eo. non enim diliget eos, nec bene faciet eis etiam ipſis benefacientibus ei, & ſtantibus ei fideles, & bene tractantibus omnia eius negocia. Et aſpice dominos triplicitatis illius, quoniam ſi primus fuerit melioris eſſe, accident ei bona ſupradicta in prima tertia parte uitæ ſuæ. ſi ſecundus in ſecunda, ſi tertius in tertia ſiue ultima. Et econtra de malis. Et differunt ſerui in conditione à uernaculis. quoniã ſerui, ſubſunt ei ſecundum ſeruitutem. uernaculi, ſine ſeruitute, & ſunt ei in familia. Et licet dixit Alezdegoz, quod hæc domus ſignificat quadrupedia, non fuit eidem intentio, niſi de quadrupedibus quæ non equitantur. ut ſunt oues, capræ, porci, canes, & ſimiles. Et comprehenduntur ſub domo ſexta pulli, an
Serui. Vernaculi ſeres, anates, aſtures, apes & ſimilia. non enim intellexit de bobus uel equis & ſimilibus, &c. Præterea hæc domus habet quædam alia ſignificata, quoniam ſignificat ſubſtantiam filiorum, quia eſt ſecunda à quinta, & fratres patrum quia eſt tertia à quarta: & patres fratrum, qui ſunt ex alio patre, quia eſt quarta à tertia, et filios familiariorum, quia eſt quinta à ſecunda. & inimicos inimicorum occultorum, quia eſt ſeptima à duodecima. et mortem amicorum, quia eſt octaua ab undecima. & religionem matrum, & longa itinera regum, quoniam eſt nona à decima. & magiſteria & dignitates laicales religioſorum, quia eſt decima à nona. accidit enim aliquando epiſcopos & alios religioſos recipere poteſtates, & huiuſmodi dignitates laicales. & amicos abſentium, & familiariorum inimicorum & ſociorum, quoniam eſt undecima ab octaua. & inimicos occultos uxorum, ſociorum & inimicorum, quoniam eſt duodecima à ſeptima.

De ſeptima domo.

DIxit Argaphaloo, ſeptima domus eſt domus mulierum. & ſignificat nuptias & contentiones. Et dixit Albategni, ſignificat participationem & oppoſitionem & omnem rem oppoſitam. Et dixit Adila quòd ſignificat uxores, & bellum & res inimicas. Et dixit Alchabitius, quòd ſignificat medietatem finis uitæ erga ſenectutem. Et dixit Ven, quòd ſignificat fures & placitantes, & ſocios, & eſt domus emendi & uendendi, & ſignificat nuptias & res nuptiarum, & fugitiuum & latronem, abſciſores uiarum & rem amiſſam. Et dixit Zahel, quod ſignificat prælia, quoniam eſt angulus occidentalis. & ſeptima opponitur aſcendenti, & ſignificat contrarietates quæ fiunt inter aliquos, & quærentem & quæſitum, & ſecundum quoſdam ſignificat itinera mediocriter longa ſicut prima, ſignificat itinera breuiſsima quæ ſunt de una contrata in aliam de eadem terra, uel de ciuitate ad hortos, uel ad clauſuras ſeu uiridaria contigua ciuitati, uel quaſi. Et culturã deitatis puræ atq; ſimpliciſsimæ, et omnes domos Philoſophorũ, & præſcientiam rerũ & ſcientiã aſtrorum, & diuinatorẽ, & epiſtolas, & legatos, & ſomnia, fidem & ſapientiam diuinam, & ſanitatem atq; religionẽ, & rumores, & omnẽ rem præteritam atq; præcedentem. Et ſignificat uirum ab onere ſiue opere ſuo depoſitum, & præſcientiam futurorum, & res futuri ſeculi, & latrones & latronibus ſimiles, & peregrinationes ſiue exolationes, & amiſsiones rerum, et cauſas earum. et hoc ſignum eſt inimicum aſcendentis. Et dixit Alezdegoz, quòd dominus triplicitatis ſeptimæ, primus ſignificat mulieres, ſecundus contentiones, tertius uero commixtiones. Et habet etiam hæc alia ſignificata. quoniam ſignificat ſubſtantiam ſeruorum, quia eſt ſecunda à ſexta, & fratres filiorum ex alio patre, quoniam eſt tertia à quinta. & patres patrum uiuentibus patribus, quia eſt quarta à quarta. & filios fratrum, quoniam eſt quinta à tertia. & infirmitates familiariorum, quoniam eſt ſexta à ſecunda. & mortem inimicorum occultorum, quoniam eſt octaua à duodecima. Et poſſet dici, quòd habet ſignificare mortem animalium maiorum. Et habet ſignificare religionem amicorum & eorum longa itinera, quia eſt nona ab undecima. Et poſſet dici, quòd habet ſignificare magiſteria regum, licet uideatur non ex toto conueniens, quoniam eſt decima à decima. Et habet ſignificare amicos religioſorum & eorum fortunam, quia eſt undecima à nona. & inimicos occultos abſentium & familiariorum inimicorum, quia eſt duodecima ab octaua.

De octaua domo.

DIxit Adila, octaua domus eſt domus timoris. et dicitur domus mortis, propterea quia ipſe eſt adiutorum inimicorum publicorum, & ſuccedit ſeptimæ quæ eſt oppoſitio aſcendentis. Et dixit Aboali, quòd ſignificat laborẽ, triſtitiam, bella & cõtemptores & bellicoſos, & clientes aduerſariorum. Et dixit Aichaiat, quòd ſignificat depoſitum & uilificationem, et calliditates, & ingenia. Et dixit Zahel octaua domus ſuccedit ad angulum occidentalem, & ſignificat interfectionẽ & uenena letalia & quicquid hæreditatur ex mortuis, & omne quod interijt, &

Alma- ueruth.

rij‍t,& laborem & triſticiam & auxiliatores inimicorum ſeu aduerſariorum. Et dixit Alchabicius, quod ſignificat Almauerith, id eſt, omne quod hæreditatur ex mortuis, ſcilicet tam extraneorum q̃ coniunctorũ, quòd debent hæredes poſt mortẽ eorum poſſidere & ſignificat fine annorũ uitæ poſt ſenectutem. Et dixit Alezdegoz, quia dominus triplicitatis domus mortis, primus ſignificat mortem, ſecundus res antiquas, tertius Almauerith, & quicquid ſignificant ſocij eius. Et ego aſſentio ei, quod dixerunt ſupradicti ſapientes. & dico quòd octaua domus habet ſignificare dotes mulierum, bona, ſiue cenſum inimicorum & ſociorum. Dixit quidam, quòd ſignificat uſuras. Et habet etiam alia ſignificata: quia ſignificat fratres ſeruorum: quoniam eſt tertia à ſexta, & infirmitates fratrum, quia eſt ſexta à tertia, & inimicos & uxores & ſocios familiariorum quia eſt ſeptima à ſecunda, & religionem & longa itinera inimicorum occultorum: quoniam eſt nona à duodecima. Et magiſteria, & dignitates amicorum, quia eſt decima ab undecima, & amicos regũ, quia eſt undecima à decima. & inimicos occultos religioſorum, quia eſt undecima à nona.

De nona domo.

ET dixit Tiberiadis, nona domus eſt fidei & religionis, & longi itineris. Et dixit Adila, quod ſignificat uiſionem & ſapientiam & culturam deitatis omnesq́ religionis domus, & rerum præſcientiam. Et dixit Alchabicius, quod ſignificat ſapientiam, philoſophiam, ſcripturam, libros, epiſtolas, legatos, narrationem futurorum, ſomnia & ſignificat dimidium uitæ. Et dixit Zahel, nona domus eſt cadens ab angulo decimæ domus. Et ego dico, quod ſignificat famam ſecundũ quod ipſa & eius dominus fuerint diſpoſiti. Nam ſi dominus nonæ domus fuerit boni eſſe, ac bene diſpoſitus, fuerintque fortunæ in eo, ut Iuppiter, ſcilicet aut Venus, & ipſi liberi, nec impediti, uel caput draconis, ſignificat famam nati ac eius honorem magnum. Si autem fuerint in eo infortunæ Saturnus, ſcilicet aut Mars uel cauda draconis, ſignificat eius infamiam: & quanto magis ille malus fuerit impeditus, tanto magis augmentabitur infamia nati. Dixit Alezdegoz, quod dominus triplicitatis domus nonæ, primus ſignificat peregrinationẽ, & quid accidet nato ſeu interroganti in longis itineribus. Secundus ſignificat fidem ac religionem & ualetudinem earum atq́ modum. Tertius ſignificat ſapientiam & ſomnia, ſcientiam ſtellarum & ueritatẽ earum, & auguria & exercitium in eis. Et habent etiam nouem domus hæc alia ſignificata, uidelicet ſubſtantiam familiariorum, inimicorum, & ſociorum & uxorum, & abſentium, & eorum adiutorum: quoniam eſt ſecunda ab octaua, & fratres inimicorum &c. quia eſt tertia à ſeptima: & patres ſeruorũ, quia eſt quarta à ſexta: & filios filiorum, quia eſt quinta à quinta: & infirmitates patrum, quia eſt ſexta à quarta & uxores & ſocios & inimicos fratrũ: quia eſt ſeptima à tertia: et mortem familiariorum, quia eſt octaua à ſecunda: & habet ſignificare dignitates inimicorum occultorum, quia eſt decima à duodecima & amicos amicorum, quia eſt undecima ab undecima & inimicos occultos regũ, quia eſt duodecima à decima. Et hæc eſt cauſa quare prælati & alij religioſi ſemper aduerſantur regibus occultè.

De decima domo.

DIxerunt Albuas & alij antiqui, decima domus eſt domus regia & habet ſignificare imperium atq́ regnum, & magiſteria & dignitates, atque officia, & omnem artem quam quis exercet unde uocatur magiſter. Et dixit magiſter Quem deus uoluit, quòd ſignificat matres, auias, & omnes tales uetuſtas aſcendẽtes & ſoceras. Et dixit Adila, quia ſignificat diuina & honores & poteſtatias & ſimilia. Et dixit Alkindus quod ſignificat regem, gloriã & famam laudis. Et dixit Albategni, quod ſignificat iudices iudicantes cauſam, & operum ſuperſtites. Et dixit quidã ex antiquis, quod ſignificat ſubſtantiam furti ablatam. Et dixit Alchabicius, quia ſignificat dimidium annorum uitæ. Et dixit Alezdegoz dominus triplicitatis domus regiæ, primus ſignificat opes & exaltationem, & ſedis ſublimationem, & manſionem altiſsimam. Secundus ſignificat uocem imperij, & audaciam in eodem. Tertius ſignificat ſtabilitatem eius, atque durabilitatem.

Habet præterea decima domus hæc alia ſignificata: quoniam habet ſignificare ſubſtantiam religioſorum. quia eſt ſecunda à nona. Et fratres familiariorum inimicorum: quia eſt tertia ab octaua. Et patres inimicorum et ſociorum et uxorum, quia eſt quarta à ſeptima. & filios ſeruorum, quia eſt quinta à ſexta & infirmitates filiorum, quia eſt ſexta à quinta & inimicos & uxores & ſocios patrũ, quia eſt ſeptima a quarta: & mortem fratrum, quia eſt octaua à tertia. Et religionem familiariorum & abſentium, et eorum longa itinera, quia eſt nona à ſecunda et amicos inimicorum occultorum, quia eſt undecima à duodecima: & inimicos occultos amicorum, quia eſt duodecima ab undecima.

De undecima domo.

VNdecima domus, eſt domus fortunę, fiducię atque ſpei. Et dixit Zahel, quòd ſuccedit ad angulum medij cœli: & ſignificat ſubſtantiam regis, & eius redditus ſeu tributa, & eius milites & pedites ſeu auxiliatores, & uirum qui ſuccedit regi ſiue primum principem poſt eum, & ſignificat laudationes & filios. Et dixit Alchabicius, quod ſignificat miniſtros, & ſignificat finem annorum medietatis uitæ, & à medietate in antea. Et dixit Alezdegoz, quia dominus triplicitatis domus fiduciæ. Primus ſignificat fiduciã. Secundus uerò amicos. Tertius ſignificat utilitatem, ſeu profectum eorum. Et habet undecima domus hæc alia ſignificata: quoniam ſignificat ſubſtãtiam regis, quia eſt ſecunda à decima: & fratres religioſorum, quoniam eſt tertia à nona: & patres familiariorum inimicorum, quia eſt quarta ab octaua. Et filios inimicorum & ſociorum, quia eſt quinta à ſeptima & impedimenta & infirmitates ſeruorum, quia eſt ſexta à ſexta. Et inimicos & uxores filiorum, quia eſt ſeptima à quinta & mortem patrũ, quia eſt octaua à quarta: & religionem fratrũ & eorũ longa itinera, quia eſt nona à tertia et magiſteria familiariorũ, quia eſt decima à ſecunda & inimicos occultos inimicorũ occultorum, quia eſt duodecima à duodecima.

De duodecima domo.

DIxit Adila, duodecima domus habet ſignificare inimicos occultos, & deceptores & inuidos:

& habet ſignificare boues, equos, aſinos, camelos, & omnia animalia quæ equitantur, & ſimilia. & ſignificat mœrores, triſticias, planctus, fletus, lamentationes, ſuſurrationes, & ſimilia, blaſphemias, carceres, maleuolentias. Et dixit Zahel, quod ſignificat calliditates, malas cogitationes. Et dixit Alchabicius, quod ſignificat labores & mala ingenia: & ſignificat finem uitæ & quid cõtingat mulieribus ex conceptione & ex partu, ſiue bonum ſiue malũ. Et dixit Alezdegoz, dominus triplicitatis duodecimæ domus. Primus ſignificat inimicos. Secundus labores. Tertius beſtias ac pecora. Et quidam alij dicunt, quòd omnes domini triplicitatis domus duodecimæ & eius dominus, ſignificat carceres & incarceratos. Et alij dixerunt, quod octaua domus, ſignificat carceratos. Et alij dixerunt, quòd quarta domus ſignificat carceres. non tamen contradixit unus alteri: quoniam quarta domus ſignificat carceres: quia ſignificat captionem & ipſum actum capiendi. Octaua uerò ſignificat carceres: quoniã ſignificat ipſum actum incarcerãdi. Duodecima quidem ſignificat carceres: quoniam ſignificat locum carceris, & ipſum captum iam incarceratum: & in hoc differunt. Tamen omnes ſapientes concordauerunt in hoc, quòd quarta domus ſignificat carceres: quoniam ipſa eſt principium carceris & incarcerationis: quoniam ſi non eſſet captio & actus capiendi, non eſſet incarceratio neque actus incarcerandi. Et ſi non eſſet captio & actus capiendi, & incarceratio & actus incarcerandi, non eſſet locus incarcerationis, nec in quo aliquis ſtaret incarceratus. Et dicitur hæc domus incarceratis actu, propterea quia ipſa cadit à linea orientali: & quia eſt in ea gaudium Saturni, qui gaudet in planctu & lamentatione & ſimilibus. Et habet duodecima domus hæc alia ſignificata: quoniã habet ſignificare ſubſtantiam amicorũ quoniam eſt ſecunda ab undecima: & fratres regum, quia eſt tertia à decima: & patres religioſorũ, quia eſt quarta à nona: & filios familiariorum inimicorum &c. quia eſt quinta ab octaua. Et infirmitates uxorum, &c. quia eſt ſexta à ſeptima & uxores et inimicos ſeruorum, quia eſt ſeptima à ſexta: & mortem filiorum, quia eſt octaua à quinta & religionem & longa itinera patrũ, quia eſt nona à quarta: & magiſteria fratrum, quia eſt decima à tertia & amicos familiariorũ, quia eſt undecima à ſecunda: & inimicos occultos nati ſeu quærentis, quia eſt duodecima à prima. Et inueni quendã Florentinũ qui dabat duodecimã peregrino. Omnia iſta ſignificata quarumlibet domorum ſupradictarum oportet conſiderare & ſcire: ut ſi fuerit tibi facta quæſtio de aliquo prædictorum: uel fuerit tibi oſtenſa natiuitas alicuius, uel quęſtio uniuerſalis, quod tu poſſis iudicare ſuper illa quæſtione ſuper omnibus accidẽtibus nati ſeu quærentis, et omnium prædictarum perſonarũ, ſub aſcendente uno, licet ſit difficilimũ: tamen eſt tibi leuius inuenire quamlibet rem quam debueris conſiderare in iudicio tuo: quoniam ſi habueris natiuitatem alicuius bene, uel eius quæſtionẽ uniuerſalem, uel etiam aliam quæſtionẽ, poteris ei iudicare quid debeat ſibi accidere de omnibus ſupradictis ſignificatis, & quid ex omnibus ſupradictis perſonis, & quid omnibus eis ex eo & ab eo. Potes enim ei iudicare quid debeat eſſe de ſua perſona, de ſua ſubſtantia, & de his quæ ſignificantur per ſecundã domum: de ſuis fratribus, & de his quæ ſignificantur per tertiam domum: de ſuis parẽtibus, maioribus, & de his quæ ſignificantur per quartam domum: de ſuis filijs & de omnibus quæ ſignificantur per quintam domum: de ſuis ſeruis & animalibus paruis, & de omnibus quæ ſignificantur per ſextam domum: de ſuis uxoribus & de omnibus quæ ſignificantur per ſeptimam domum: quid de morte & de omnibus quæ ſignificantur per octauam domum: quid de religione & de omnibus quæ ſignificantur per nouam domũ: quid de ſuis magiſtratibus, & de omnibus ſuis parẽtibus, maioribus, fœminis, & de omnibus quæ ſignificãtur per decimã domum: de amicis & de omnibus quæ ſignificanẽ per undecimam domũ: quid de equis & beſtijs, & de omnibus quæ ſignificantur per duodecimã domum. Et ita intelligas de qualibet domo, de ſecunda ſcilicet, tertia & quarta, uſq; ad duodecimam. Et ſcias quod quælibet earum eſt ſibi ſua prima. & habet ſuam ſecundam & tertiam, quartam, quintam, ſextam, ſeptimam, octauam, nonam, decimam, undecimam, et duodecimã. Et habet ſecundũ quamlibet earum quælibet ſuas alias undecim domos pręter ſe à quibus recipit ſua ſignificata: ſicut prima orientalis recipit à ſuis domibus quæ omnia ex induſtria tua poteris bene diſcernere.

De ſignificatis duodecim domorum in contrariam partem inceſſus prædicti.
Cap. VI.

Primò de duodecima domo.

Aliud capitulũ, ſcilicet ſextum de ſignificatis Planetarũ in eis, quorum inceſſus eſt in contrariam partem, inceſſus prædicti: per quem ſcitur quid operentur Planetæ in unaquaq; domo in natiuitatibus, uel in quæſtionibus, incipiendo à duodecima retrogradãdo uſq; ad primã. Nam ſi fuerit tibi oſtẽſa natiuitas alicuius nati, uel fuerit tibi facta quæſtio de lucro, fuerit'que dominus 12. in prima domo, ſignificat quod natus ſeu quærens lucrabitur per familiares ſuos, uel per aliquod de ſignificatis duodecimæ domus, quæ dicta ſunt tibi ſuperius. Et ſi fuerit in ſecunda, ſignificabit natum ſeu quærentem facturum iter aliquod breue, ſeu motum paruum cauſa ſperatæ utilitatis, uel eum iturum ad aliquem ſuum conuicinum abſentem, uel ad aliquem de ſuis conſanguineis ſe minorẽ. Illud idem accidet nato tractu temporis in ſimilibus actibus. At ſi fuerit in tertia, de quacunq; re fuerit quæſtio, ſignificat quod res illa ſit occultãta, abſconſa in domo, uel in aliquo prędio. Et ſi fuerit res ſubterranda, quod ſit ſubterrata in aliquo dictorũ locorũ. Si fuerit in quarta, totum eius ſignificatũ erit in filijs uel ſimilibus. Et ſi fuerit quæſtio de itinere nõ longo, ſignificat quòd iter nõ erit ſibi placabile: accidẽt enim ei contraria, nec perficiet ei ad bonũ. Idem poterit dicere quod accident nato in ſuis ſimilibus factis. Quod ſi fuerit in quinta, & fuerit quæſtio de abſente, ſignificat q; ipſe ſit in manibus quorundã qui ſunt uel fuerunt aliquando ſui ſeruitores, & modo ſunt inimici occulti

culti. Si quidē fuerit in ſexta, & fuerit quæſtio de abſente, ſignificat quod ille de quo quæritur ſit in manibus inimicorū uel latronū ſeu abſciſorū uiarum, uel expulſorū, ſeu ſtipendiariorū. Si fuerit in ſeptima, et fuerit quæſtio, ut dictū eſt de abſente, ſignificat eum mortuū, uel ægritudine pernecabili laborare. At ſi eum in octaua inueneris, uidetur quod ſit longe à loco illo, uel in itinere longo, uel quod aliquis clericus ſiue religioſus tenet eum contra ſuam uoluntatē. Si in nona ipſum inueneris, ſignificat ipſum eſſe in manibus alicuius potentis, uel quòd mater ſua facit eum ſtare ubi ipſe eſt contra ſuam uoluntatē. Quod ſi fuerit in decima, ſignificat ipſum eſſe in loco ſibi cōuenienti, et cū ſuis amicis & cū diligentibꝰ. Si uerò in undecima fuerit, ſignificat ipſum non eſſe in bono ſtatu: imò poteſt dici ꝙ ſit in manibus quorundā inimicantiū ſibi cauſa inuidiæ, uolētes ei nocere, neſciētes quare, uel ſit in anguſtijs atq; laboribus, uel in carcere.

De undecima domo & eius domino.

SI dominus undecimæ domus fuerit in 12. & fuerit quæſtio de lucro, ſignificat illud, lucrabitur enim in abſentia ſua per familiares ſuos, uel per æquipollentes. Si fuerit in prima, & fuerit quæſtio de itinere breui, ſignificat illud iter utile atq; lucroſum. Si uerò fuerit in ſecūda, & fuerit quæſtio de re occultata, ſignificat illam peruenturā ad manus quærētis. Idem dicas de re immobili. Et ſi fuerit quęſtio de maioribus parētibus, ſignificat eorū ſtatum iuxta eſſe illius Planetæ. Si fuerit in tertia, & fuerit quæſtio de filijs, ſignificat eorū bonū eſſe: ſignificat etiam gaudiū & læticiā ex eis: & indumēta utilia & omne bonum eſſe. Et ſi fuerit in quarta, fueritq; natiuitas uel quæſtio uniuerſalis, ſignificat natū ſeu quærentē futurū iracundū et laborioſum, atq; infirmitatibꝰ circumuentū. Si fuerit alia quæſtio particularis, ſignificabit quærentē amiſſurum animalia ſua minora, & ſeruos & famulos & ſimilia. Si fuerit in quinta, ſignificat natū litigioſum futurū, & ꝙ in ſuis litibus cedet ei ſiniſtrè: ſimiliter etiam eueniet quærēti. Si uerò fuerit Venus, ſignificat ipſum contracturū matrimoniū cum pulchris mulieribꝰ. Si quidē Iupiter fuerit, ſignificat eum habiturū bonos ſocios & fortunam in mercatione. Si aūt fuerit aliquis aliorum, accidēt prędicta ſecundū eius diſpoſitionē. Nam ſi fuerit bene diſpoſitus, bene ſignificabit. Si uerò male, malū portendet, & ſignificabit etiam priuationē ſuorum bonorū, uel expulſionē ab eis. Si quidē fuerit in ſexta, fueritq; aliquis prędictorū malorū, ſignificabit mortē quęrentis. Et ſi fuerit in natiuitate alicuiꝰ, ſignificabit eum mala morte moriturū. Sed ſi fuerit Iupiter aut Sol, uel etiam Venus, ſignificabit lucrū cauſa dotis, uel fortè occupationē aliorum bonorū. Si uerò fuerit Mercurius uel Luna, & fuerit quæſtio de re timoroſa, ſignificat eius euacuationē, et annullationē. Si fuerit in ſeptima, & fuerit natiuitas uel quęſtio uniuerſalis de itinere, et fuerit aliqua ex fortunis, ſignificat itinera proficua & lucroſa. Si aūt fuerit ex infortunis, cōtrariū poteris iudicare. Si fuerit in octaua, ſignificat dominiū & honorē ſibi aduēturum, uel eum adhæſurum magiſterijs de natura illius ſignificatoris, prout ad eum pertinet, uel alicui magno uiro: uel quod mater eius diliget eum pręalijs filijs. Si quidem in nona permanſerit, ſignificat quod natus ſeu quærens ut multum adimplebit de ſuis uoluntatibus, & de his quibus habebit ſpem tam cauſa amicorū quàm alia de cauſa. Si fuerit in decima, ſignificat triſtitiā, alterationē, tribulationem atq; carcerē, & etiam animaliū maiorum, ablationem tam in natiuitatibus q̃ in quæſtionibus.

De decima domo, & eius domino.

SI uerò dominus decimę domus in undecima inuentus fuerit in aliqua quæſtione ſeu natiuitate, ſignificabit natum ſeu quærentē intraturū in familiam regis, uel alicuius magnatis apti regno, uel quòd ſit habiturus lucrū ſibi aptum. Si quidē fuerit in duodecima, & fuerit quæſtio de itinere breui, ſignificat illud non eſſe ſibi utile, & maximè ſi fuerit iter ad cōuicinos et ad conſanguineos ſe minores. & dubiū eum reddit, niſi eſſet cauſa maiorū animaliū. Si aūt fuerit in prima, ſignificat acquiſitionem domorum & aliorū prædiorū, & in ſua utilitate tam quærentis, quàm nati: & ſignificat ei bona uita & longa, & fortuna ex ſuis maioribus & conſanguineis. Quòd ſi fuerit in ſecūda, ſignificat quòd natus ſeu quærēs erit fortunatus in filijs, & gaudebit ex eis, & in comeſtionibus & indumentis: & in lucrādo ſubſtantiā, & eo magis ſi pars fortunæ fuerit ibi. Si quidē fuerit in tertia, ſignificat iram, laborē & triſticiā & infirmitates, nec erit fortunatus in animalibus minoribus aut perſonis ſibi ſubiectis: nec bene cedet exinde ſibi. Quod ſi fuerit in quarta, et fuerit Venus uel aliquis ex Planetis cōuertibilibus, & fuerit quæſtio de matrimonio, ſignificat quòd illud perficietur. Et ſi fuerit Iupiter, ſignificabit natū ſeu quærentē habiturum bonas uxores bonosq; ſocios, & fortunā in mercatione. Si quidē fuerit aliqua ex infortunis, ſignificabit ipſum habiturū lites atq; diſcordias, uel ſeparationem in uita à loco in quo ipſum inueneris, uel à proprijs bonis: & eo magis ſi fuerit de Planetis leuioribus: & iterum magis ſi quarta domus fuerit ſignum mobile. At ſi fuerit in quinta, fueritq; infortuna ſignificat malum eſſe nati, ſeu quærētis, ac ipſius mortē & deſtructionē. Si aūt fuerit fortuna ſignificabit natū, ſiue quærentē habiturū fortunā in dotibus mulierū & aliorum bonorū occupationē. Et ſi fuerit quæſtio de lucro, ſignificabit eius fortunam in alienis terris. Si aūt fuerit in ſexta, ſignificat lōga itinera nō bona pro nato ſiue quærēte, atque laborioſa & infortunata, niſi eſſet iter pro uernaculis, ſiue alijs ſeruientibus ſeu animalibus, nec eſt fortunatus in clericis. Quòd ſi fuerit in ſeptima, ſignificat natū ſeu quærentē acquiſiturū honorem, ſiue artē & lucrū cum mulieribus & cauſa mulierum. Si uerò in octaua fuerit, ſignificat eum adimpleturum multas de ſuis uoluntatibus, & eorum quæ ſperauerit & ſpecialiter de rebus mortuorum: & maximè occaſione amicorum uel alicuius fortunatæ rei. Si quidē fuerit in nona, ſignificat iram & tribulationem nato, ſeu quærenti aduenturam de rebus de quibus affectabat habere bonum & utilitatem, & in quibus habebat fiduciam.

De nona domo & eius domino.

SI autem dominus nonę domus fuerit in decima in natiuitate alicuius, ſeu queſtione, ſignificat natum ſeu quærentem habiturum bonā atq; de-

tentem & honorificam familiaritatẽ cum hominibus, & maxime cum nobilibus & magnatibus, & magnatorum domeſticis, & cum eis morã contracturum ſiue habiturũ ab eis uel ab alijs magiſtratibus. Quòd ſi fuerit in undecima, & fuerit quæſtio de itinere, ſignificat illud fortunatũ atq; fructiferum, & eo magis, ſi fuerit iter ad amicos uel cum amicis: ſignificabit etiam natum ſeu quærentẽ multas de ſuis cogitationibus ad eius uelle perfecturũ: uel quod ipſe adhærebit alicui magnæ parentelæ, quæ ſibi nota eſt. Si quidẽ fuerit in duodecima, ſignificat quòd ad natũ ſeu quærentẽ deueniant res aliquæ immobiles atq; infortunatæ necnõ ſibi nocibiles, licet nõ diu durabiles, uel quod lædetur, uel damnificabitũ à magnis animalibus. Si uerò fuerit in prima, fueritq; interrogatio de filijs, ſignificat quærentẽ ſeu natum habiturum filios bonos et utiles, & fortuniũ in eis & ex eis: erit etiam fortunatus in indumẽtis & gaudia ſibi eueniẽtia erunt durabilia. & lætabitur in omnibus delectabilibus: & bene uiuet atq; honorificè. Si quidem fuerit in ſecunda, & fuerit quæſtio de filijs ſeu uernaculis: uel de animalibus minoribus, ſignificat lucrũ & proficuum atq; utilitatẽ ex eis: idem etiam ex eis poteris iudicare nato. Quòd ſi fuerit in tertia, & fuerit quæſtio de matrimonio uel de ſocietate contrahenda, ſiue de mercatione faciẽda, ſignificat omnium prædictorũ fortunã bonã. & eo magis & certius, ſi fuerit ille ſignificator fortunatus. eritq; natus ſeu quærens fortunatus in conſanguineis, & maximè in ſenioribus & conuicinis: eritq; fortunatus in litibus, & accident ei litigia magna & erit fortunatus in ſocijs & mercationibus. Siquidẽ fuerit Venus, ſignificat eum fortunatũ in mulieribus. Si aũt fuerit aliqua ex infortunis cõtrarium ſignificabit. Si uerò fuerit in quarta, & fuerit quæſtio de morte, ſignificat eam aduenturã: & erit ſecundũ naturã Planetæ qui fuerit ſignificator rei prædictæ: ſignificat etiã quòd natus ſeu quærẽs hæreditabit bona mortuorum, et maximè immobilia & acquiret bona ex donibus uel cauſa mulierũ. Et ſi aliqua ex prędictis de cauſis nõ fuerit lucratus, uidetur quòd ſit lucraturus in terra extranea. Si aũt aliquis malorũ fuerit ſignificator mortis, Saturnus ſcilicet, aut Mars, ſignificat mortẽ illaudabilẽ: & accident in aliquo habitaculo ſibi hæc. Si autẽ fuerit in quinta, ſignificat iter laudabile cauſa filiorum, uel indumentorũ, uel comeſtionum, uel ex nuncijs, ſeu nunciationibus, eritq; fortunatus in itineribus mediocribus.

Quòd ſi fuerit in ſexta, ſignificat natum ſeu quærentem præponendũ & ſupereſſendum gentibus uilibus atq; minoribus: & quòd lucrabitũ ex animalibus paruis uel eorum occaſione. Et ſi fuerit in ſeptima, ſignificat eius fortunã in matrimonijs ſeu mulieribus, atq; mercationibus & ſocijs, necnõ in terris nõ ſuis. Siquidẽ fuerit in octaua, ſignificat natũ ſeu quęrentẽ caſurum in carcerẽ, ſeu grauẽ infirmitatem, ſeu mortalẽ atq; tribulationẽ. equidẽ ſi de magnis animalibus ſe intromiſerit, ſequetur inde damnũ & nocumentũ, nec inuenit in ſuam utilitatem: & dubitabitur ne lædant uel offendãt eum.

De octaua domo & eius domino.

SI dominus octauæ domus fuerit in nona, & fuerit quęſtio de abſente, ſignificat quòd abſens bene ſe habet, & maximè ſi fuerit eius ſignificator fortuna, ut ſi fuerit Iupiter, ſignificat quòd utitur cum aliquibus iudicibus uel cum eccleſiaſticis: uel ſtudet in ſcientijs addiſcẽdis. Si fuerit Venus, ſignificat quòd utatur cum mulieribus, uel cum libẽter comedentibus & bibentibus. Si autem fuerit Luna uel Mercurius, ſignificat quòd utitur cum uarijs & diuerſis perſonis, & quòd non moratur ſtabiliter, nec etiam firmiter in uno loco uel in una terra. Quod ſi fuerit Mars, & ipſe fortunatus & fortis, ſignificat quòd ipſe utitur aliqua arte quæ operatur & fit ferrum & ignem, & ſanguinis effuſionem: & uidetur quòd ille uſus cum prædictis perſonis ſit ei utilis & fructuoſus. At ſi fuerit in decima, & fuerit quęſtio de itinere breui, & maximè ſi fuerit iter ad aliquem magnatẽ uel occaſione alicuius magiſtratus: uel occaſione alicuius rei afferentis quærenti honorem, ſiguificabit illud ſecundũ intentionẽ quærentis res prædictas aduenturas. Siquidẽ fuerit in undecima, ſignificabit quòd amici eius ſtudent in faciendo quòd ipſe acquirat aliquam rem immobilem, ſibi utilem & honorabilem, ſi quæſtio fuerit de hoc. Si autem fuerit in duodecima, & fuerit quæſtio de filijs, ſignificat eorum malã filiationem, uel quòd non uiuent, & ſi uixerint, non gaudebit cum eis nec ex eis. Significabit etiam uenenum oblaturum quærenti ſiue nato in comeſtione: & quòd non erit fortunatus in indumentis: & quòd, ut multum, apportabũtur ei ambaxatæ atq; noua diſplicibilia ſibi. Si uerò fuerit in prima, ſignificat quòd habebit fortunam mediocrem in famulis atque uernaculis, & in animalibus paruis: et quòd non grauabitur multis uel grauibus infirmitatibus. Quòd ſi fuerit in ſecunda, ſignificat natum ſeu quærentẽ adepturum mulierem ex cuius occaſione ſequetur lucrum & utilitatem: & quòd habebit fortunam in mercatione rerum mobiliũ. Veruntamen ſi cõtraxerit ſocietatem cum aliquo, non diu durabit: eritq; litigioſus cum propria familia. Si uerò fuerit in tertia, & fuerit quæſtio de itinere paruo, ſignificat mortem in illo itinere. Et ſi fuerit quæſtio de dote, ſignificat eum habiturum illam, & cum uicinis uel in contrata in qua habitauerit quærens: ſin autem de hæreditate. Si fuerit in quarta & fuerit quæſtio de itinere longo, ſignificat illud malum graue atque durum, ſignificat etiam quęrentem acquiſiturum malam famam in illo. Et ſi fuerit quæſtio de aliquo clerico, ſignificat eum malum atque inhoneſtum & paucam fidem in rebus diuinis habentem. Idem poteris dicere de abſente ſi quæſtio fuerit de illo. Si autem fuerit in quinta, ſignificat natum uel quærentem fortunam in filijs et comeſtionibus atque indumentis habiturum. Si fuerit quæſtio de nuptijs uel epiſtola, ſignificat bonos nuncios, & in epiſtola continetur bonum. Si uerò fuerit in ſexta, & fuerit quæſtio de fortuna, ſignificat eam debilem & non bene firmam: nec erit natus ſeu quærens fortunatus in amicis: nec erunt ei bene ueridici: erit tamen fortunatus & in famulis & ſeruientibus, & in animalibus paruis. Siquidem fuerit in ſeptima, & fuerit quæſtio de carcere uel de infirmitate de qua dubitatur, ſignificat quærentem uiſurum ſiue incurſurum in id quod timuerit uel dubitauerit: & accidet

hoc

hoc ſibi cauſa mulieris uel ſocij aut mercatoris: & erit ei timendum grauamen à latronibus uel exulantibus ſeu expulſis: aut ludo uel produtione mulierum.

De ſeptima domo & eius domino.

SI autem dominus ſeptimæ domus fuerit in octaua in natiuitate alicuius, uel eius quæſtione, ſignificat natum ſeu quærentem lucraturum occaſione alicuius mortui: uel quòd hæreditabit bona mortuorũ. Et ſi fuerit quæſtio de morte ſocij mercatoris uel uxoris uel inimici, ſignificabit illam. Et ſi fuerit quæſtio de abſente, ſignificabit quòd abſens uxoretur in abſentia illa: et poſſibile erit, quòd incarceretur occaſione mulieris. Si fuerit in nona, & fuerit de aliquo itinere quæſtio, ſignificat illud inutile atq; non lucroſum, ſed potius damnoſum, & eo magis, ſi nona fuerit domus alicuius infortunæ: uel fuerit in ea infortuna impedita. Quòd ſi fuerit quæſtio, utrum coniungatur uir cum aliqua muliere uel alicui qui affectauerit introire in aliquam eccleſiam, ſignificabit illud. Si autem fuerit quæſtio utrum aliquis inueniat inimicos in uia: uel de uxore quæ ſuſpicatur mœchari cum aliquo clerico: aut quod ipſa intendit ire ad aliquam terrã, uel ad alium locum. uel clericus quem ipſe dicit ſit inimicaturus quærenti, ſignificabit illud. Si aũt fuerit quæſtio de expulſo ſeu exulato, ſignificat eius reditum. Quòd ſi fuerit in decima, & dubitauerit quærens nec rex uel alius laicus ſibi præpoſitus inimicetur ſibi: uel ſi eius inimici habebunt dominium ſuper eum: uel ſi aduerſarij obtinebunt contra eum in lite ſiue contentione: uel ſi dominus ſiue iudex fuerit fauorabilior inimicis aut aduerſarijs quàm ſibi, ſignificabit illud. Siquidem fuerit quæſtio utrum dominus ſiue alius præpoſitus ſibi aut medicus, corrumpat uel agat cum eius uxore, ſignificabit illud. At ſi fuerit quæſtio de contrahendo ſocietatem cum eo, ſignificat quòd ſocietas erit bona & utilis atque honorifica: & eo magis & utilius, ſi ſocietas fuerit rerum immobiliũ, & quòd quærens illa occaſione deueniet ad aliquam artem ſiue ad aliquod magiſterium. Si uerò fuerit in undecima, et fuerit quęſtio de filijs, ſignificat quòd eius filij erunt fortunati, & ipſe erit fortunatus in eis & ex eis, et in indumentis: hoc addito, ſi Planeta ſignificator fuerit fortuna et fortunatus atq; fortis: & quòd fortuna ſequetur quærentem quocunque ipſe iuerit. Illud idem poteris dicere de amicis, atq; de familiaribus regis & magnatis, qui fuerit aptus regno. Si autẽ fuerit in duodecima, ſignificat iram & triſtitiam ac infirmitatem nato, ſeu quærenti aduenturam hoc dico, ſi fuerit ſignificator infortuna uel infortunatus. Si autem fuerit fortuna uel fortunatus, ſignificabit eum adepturũ animalia tam maiora quàm minora: & etiam occupationem atq; inimicorum incarcerationem. Si quidem fuerit in prima, fueritq; fortuna & fortunatus, ſignificat natum ſeu quærentem fortunatum, ita quòd uix poterit meliorari ſtatus eius. Si autem fuerit infortuna & infortunatus, non poteſt deteriorari eius ſtatus, nec eius eſſe in omnibus actibus, præterquàm in expulſo & exule: quoniam illi ſignificat reuerſionem ad terram qua fuit expulſus. Quòd ſi fuerit mulier eiecta de domo à marito, uel ipſa ſuo proprio motu ſe abſentauerit, & fuerit quæſtio de hoc, ſignificat eam penitus reuerſuram. Si autem fuerit in ſecunda, & fuerit quæſtio de morte inimici uel uxoris uel ſocij, ſignificat illam: ſignificat etiam amiſſionem rerum mobilium cauſa latronum: aut damnum cauſa inimicorum, uel ludi, & uidetur etiam quòd eius familia inimicetur nato uel quærenti. Quòd ſi fuerit in tertia, & fuerit quæſtio de itinere & conſanguineis, ſignificat illud bonum & utile, dum modo non ſit ibi aliqua ex infortunis, & maximè cauda draconis. Si autem fuerit ibi aliqua ex aliquibus fortũnis, & fuerit iter per terram, augebitur eius bonitas: & eo magis, ſi tertium fuerit ſignum terreum. Si autem fuerit per aquam, erit melius ſignum aquaticum quàm terreum. Si uerò fuerit in quarta, ſignificat quòd eius inimici occupabunt de rebus immobilibus quærentis, ſi fuerit quæſtio de hoc. Et ſi fuerit quæſtio utrum pater uel auus uel ſocer accipiat uxorem, ſignificat illud euenturum: erit etiam poſſibile quòd aliquis prædictorum moueat ei litem de aliqua re. Quòd ſi fuerit in quinta, & fuerit quæſtio de re quam quærens affectat habere, uel acquirere, ſignificat eam fortunatam: ſignificat etiam quòd amici eius erunt ſibi fortes & conſtantes: & erit ei etiam poſſibile quòd eius filij & qui loco filiorum habentur, inimicentur ſibi. Et ſi fuerit quæſtio de uxorando, ſignificabit illud. & ſi habuerit uxorem ſuſpectam, uidetur quòd non ſit ſine macula. & uidetur quòd eius inimici auferant ei ſua indumenta: uel fortè auferant ea ſibi latrones: uel quòd eius inimici capient eius filium. Si quidem fuerit in ſexta & fuerit quæſtio de carcere, ſignificabit illum. Idem de infirmando dicendum uidetur. Et ſi habuerit uxorem ſuſpectam, uidetur ipſa cum aliquo iuuenculo rem habere: uel q; ipſe aliter ſit inimicaturus quærenti. Et ſi fuerit quæſtio de animalibus minoribus, uidetur quòd inimici auferant illa ſibi. Et ſi mulier quęrat, utrum eius uir agat cum iuuencula de qua ſuſpicatur, uidetur quòd ſit uerum: uidetur etiam quòd ſit habiturus ex ea filios.

De ſexta domo & eius domino.

SI dominus ſextę domus fuerit in ſeptima, et fuerit quæſtio de infirmitate, ſignificat eam eſſe cauſa amoris, ut hereos. Et ſi fuerit de ſeruiente, ſignificat quærentem adepturum ipſum, non tamen uidetur quòd ſit ei bene fidelis. Et ſi fuerit de mercatione, ſignificat bene eam lucroſam. cauendum tamen eſt ſi multum perſeuerauerit ea, ne finiatur in eius damnum. Si autem fuerit in octaua, & fuerit quæſtio de morte famuli uel animalium minorum, ſignificat illam. Et ſi fuerit de dote uel hæreditate mortuorum: uel de lucro ex conſanguineis, maximè ſe minoribus aut uicinis, ſignificabit quæſitum uenturum. At ſi fuerit in nona, ſignificat quærentem iturum uel iter facturum cauſa rei alicuius immobilis, & ipſum eam occupaturum: uel ut intret in aliquam eccleſiam, uel aliquam religionem, uel cum clericis conuerſationem habiturum. Si uero fuerit in decima in natiuitate uel quæſtione, ſignificabit nato ſiue quærenti bonos filios affuturos & honorabiles. Et ſi quæſierit aliquis utrum eius dominus infirmetur,

uel ab honore ſuo deponatur, dubitandum uideſur ne ſic eueniat. Et ſi fuerit quæſtio de matre uel de magiſtro ne infirmetur, uidetur illud ſignificare. Quòd ſi fuerit in undecima, & fuerit quæſtio de animalibus, ſignificat ea utilia. Et ſi fuerit quæſtio, utrum infirmetur amicus, ſignificabit illud. in alijs non bene diſponetur fortuna quærentis. Si quidem fuerit in duodecima, & fuerit quæſtio de infirmitate ſeruorum uel incarceratorum uel animalium, ſignificabit illam. Si autem in prima fuerit, & fuerit quæſtio de ſeruientibus uel de animalibus minoribus quid ſit de ipſis futurum, ſignificat quòd non diu ſtabunt in manibus eius: & ſi ſteterint, infirmabuntur: erit tamen utile in perſona quærentis. At ſi fuerit in ſecunda et fuerit quæſtio de introitu in aliquam eccleſiam, uel de itinere longo, ſignificabit illud bonum & utile atque lucroſum. Si uerò fuerit in tertia, & fuerit quæſtio de dignitate uel de arte cum conuicinis, uel de magiſtratu cum conſanguineis, ſignificat quòd cedet ei ſecundum quæſitum, nec prolongabitur multum tempus ad hoc. Quòd ſi fuerit in quarta, & fuerit quæſtio de rebus ſtabilibus, uel de ſuis conſanguineis ſe maioribus, ſignificat fortunam in eis. Sed ſi fuerit quæſtio de ciuitate, uel de caſtro: ſignificabit enim infirmitates in eam euenturas, & malorum hominum habitationem in ea, & ad malefaciendum ſtudentium & laborantium.

Siquidē fuerit in quinta, & fuerit quæſtio de rebus de quibus quærēs debeat lætari uel gaudere, uel de indumētis uel de prægnatione, ſignificabit illam. Et ſi fuerit quæſtio de aliqua infirmitate, ſignificabit illam eſſe de maleficijs ſiue de facturis.

De quinta domo & eius domino.

SI dominus quintæ domus fuerit in ſexta, & fuerit quæſtio utrum filius ſit infirmaturus, ſignificat illud eueturum: & ſi fuerit de occupatione ſeruientium uel animalium paruorum, ſecundum quòd quæſtio fuerit, ita futurum ſignificatur. Quòd ſi quæſtio fuerit de comeſtione uel de indumentis, ſignificaret inde ſiniſtrum euenturum quęrenti. Et ſi fuerit quæſtio de nuncio, ſignificabit infirmitatem illi aut iram in uia, & quòd malam epiſtolam aut ambaxatam portabit. Si autem fuerit in ſeptima, & fuerit quæſtio de eſſe filij, ſignificat illum copulaturum: & uidetur quòd faciat hoc contra uoluntatem parentum: erit'que timendum ne cadat filius in manus inimicorum, ſi habuerit illos: uel quòd ipſe fiat zanitor: aut uacillet cum meretricibus: uel forte adhærebit mercatoribus. Et ſi fuerit ibi Mars uel Saturnus, aut cauda draconis, aut Venus, malum ſignificabit pro omnibus ſupradictis. Et ſi fuerit quæſtio de furto, uidebitur quòd latro ſit eius filius. Si autem fuerit quæſtio de expulſu uel exule, ſignificat bonum pro ipſo· protendit enim eius gaudium atque reuerſionem in terram ſuam. Quòd ſi fuerit in octaua, & fuerit quæſtio de rebus hæreditarijs, & maximè immobilibus, ſignificat quærentem occupaturum illas. idem de rebus dotalibus eſt dicendum. Si autem fuerit de abſente, ſignificat eum bene ſe habere. Et ſi fuerit quæſtio utrum bona hęreditaria perueniant ad manus filij, ſignificabit illud. & ſi fuerit illud de prægnatione, ſignificabit fœtum non uitalem. At ſi fuerit in nona, & fuerit quæſtio de filio utrum ſit intraturus eccleſiam. uel ſit facturus aliquod magnum iter, ſignificabit illud· & eo magis ſi fuerit filius alicuius clerici: & erit bonū & tutū. & uidebuntur omnia hæc fore utilia pro quærēte. Et ſi fuerit quęſtio pro eccleſia Romana, ſignificat eam gaudere de re quęſita atq; lætari.

Si uero fuerit in decima, et fuerit quæſtio, utrū filius ſit adepturus artē uel officiū, ſignificabit illud cum labore atque fatigatione. & uidetur quòd ſit magis ſuper beſtijs aut uilibus perſonis. Si quidē fuerit in undecima, et fuerit quæſtio de mercatione uel de ſocietate contrahēda, uel de copulatione, fueritq; Mars ſignificator, ſignificabit iram & triſtitiā de omnibus ſupradictis. & etiam poſſet incarcerari quærēs illa occaſione. Si uero fuerit in duodecima, & fuerit quæſtio utrū filius incarceretur uel nō, & fuerit dubiū de hoc, ſignificabit illud. Si aūt fuerit quęſtio de ipſius infirmitate, ſignificat eius prolongationē: ſi de animalibus magnis, ſignificabit ex eis bonū & utilitatē. dubitatur tamē ne auferantur ei auditoribus ſub quadā ſpecie recti. Si aūt fuerit in prima, & fuerit natiuitas aut quæſtio de uita, ſignificat eam longam, atq; honorabilē, & ſine periculo, et uidetur quòd ſit cauſa eccleſiæ. At ſi fuerit in ſecūda, & fuerit quæſtio de lucro, ſignificabit illud & maximè de rebus mobilibus, uel de aliquo magiſterio ſiue officio, uel forte ab aliquo domino ſeu magnate. & ſi fuerit quæſtio de filijs, ſignificabit illos. & ſi fuerit quæſtio de nuncio uel epiſtola utrū ueniat, ſignificabit illud, & cum utilitate atq; honore. Eſt tamē cauendū à filijs, ſi habuerit filios, ne lædant eum occaſione rerū mobiliū. Et ſi fuerit quęſtio ſuper facto familiæ, ſignificat quòd omnes eius familiares gaudebūt, & nitētur lucrari bona ſide. Et ſi fuerit in tertia, et fuerit quęſtio de itinere ad conuicinos uel ad cōſanguineos, ſignificat illud quantū eſt in ſe fortunatꝰ ad bonū: et ſignificat gaudiū cauſa indumētorū et comeſtionū: eritq; in omnibꝰ utile. At ſi fuerit in quarta, & fuerit quæſtio de re occulta uel abſcōdita, ſignificabit illam. Et ſi fuerit de re ſtabili, ſignificat de ipſa irā & anguſtiā, atq; tribulationē. Et ſi fuerit de patre uel auo uel ſocero ſeu uitrico & eſſet de habēdo filiū, ſignificat ꝗ habebit illū. Et ſi eſſet ibi cauda draconis, tūc ſignificaret detrimentū atq; malū, et maximè cauſa ignis atq; ſanguinis effuſionis habitatorū eius. Et ſi eſſet quæſtio de fine alicuius rei, ſequeretur ex ea quærens gaudiū occaſione comeſtionis, uel indumentorū, uel deſpōſatione atq; ſimilibus, niſi cōtrà operetur cauda prædicta. Et ſi fuerit Venus ſignificatrix, & ipſa impedita, & foret quæſtio de dubitatione ciuitatis in qua quærēs habitaret, uel de qua ſe timeret, timendū erit ne ipſa patiatur detrimētū ab extraneis superuenietibꝰ illuc: niſi fortuna eſſet in ſecūda ab aſcendēte, quoniā tūc minuit maliciā. ſi aūt eſſet ibi malꝰ augmētatur malitia, & erit deteriꝰ eſſe in re illiꝰ.

De quarta domo & eius domino.

SI aūt dn̄s quartæ domus fuerit in quinta, & fuerit quæſtio de cōſanguineis minoribus, ſignificat eorū gaudiū & bonum eſſe. Et ſi fuerit quæſtio de ipſorū eſſe in terra in qua ſunt, uel eorū ſeparatione, ſignificat ſeparationem ipſorū à terra illa. Quòd ſi fuerit in 6. & fuerit quæſtio de uniuerſali ægritu-

ægritudine ciuium,ſeu habitatorum terræ, de qua fuerit facta quæſtio,uel alterius congregationis uel collegij uel etiã alicuius particularis domus ſeu familiæ,uel ſeruis ſiue famulis uel animalibus minoribus,ſignificabit illam. Si autem fuerit in ſeptima,& fuerit quæſtio de exule uel expulſo utrum reuertatur ad proprium habitaculum, & per quem modũ,& fuerit ſignificator Mars,ſignificabit quęrentem reuerſurũ ad propria per ferrum uel ignẽ, uel ſanguinis effuſionem. Si uero fuerit Saturnus, ſignificabit eum reuerſurum cum ira & dolore atq; triſticia,necnon & labore ſuo uel habitantiũ in terra illa,& hoc quaſi poſt deſperationem. Siquidem fuerit quæſtio de ſtatu rerum ſtabilium,ſignificabit uictoriam aduerſario ſeu litiganti cum quærente. Et ſi eſſet quæſtio de mercatura excogitata, ſignificabit illam uenturam ad quærentem. At ſi fuerit in octaua,& fuerit quæſtio de abſente,utrum reuertatur an non,ſignificat reuerſurum. Et ſi fuerit de accidentibus ciuitatis uel alterius terræ, ſignificat infirmitates & mortalitates intraturas in eam. Idẽ intelligas de qualibet domo,quę in habitaĩ & de maiorib꧊ cõſanguineis. Et ſi fuerit quæſtio de dote uel de hæreditate alicuiꝰ mortui, uel morituri,uel de rebus inimicorũ uel uxorũ,uel de mercatione, ſignificabit quòd deuenient ad quærentem iuxta quæſitum. Si uero fuerit de facturis uel huiuſmodi maleficijs,ſignificat quòd ſunt in domo. Quod ſi in quarta domo fuerit ſignum terreũ,ſignificat quòd ſunt ſub terra. Et ſi fuerit aquaticum,erunt in loco humido. Si autem fuerit aereum, erunt eleuatæ à terra. Siquidem fuerit igneum,erunt in extremo eleuationis domus. Si uero fuerit in nona, & fuerit quæſtio de aliquo clerico, uel epiſcopo, aut ſimilibus utrum moriatur an non, ſignificat eum moriturum. Et ſi fuerit de aliquo ex ſuis conſanguineis maioribus,utrum ſit intraturus in aliquam eccleſiã uel in aliquam religionem,ſignificabit illud. Si autem fuerit quæſtio de itinere,ſignificabit illud durũ & graue atq; infortunatum, niſi eſſet iturus cauſa poſſeſſionis alicuius. Et ſi fuerit quæſtio de fama quærentis,ſignificat eam uilem quaſi nullam futuram. Siquidem fuerit in decima,& fuerit quæſtio de magiſterio uel arte uel dominio ſeu dignitate uel honore alicuius conſanguinei maioris ſe,ſignificabit illum euenturũ illi pro quo fuerit facta quęſtio. Et ſi fuerit quæſtio de ipſorum uita,ſignificat eam longam futurã. Et ſi fuerit quæſtio de re quam quærens uelit quod ipſi adipiſcãtur,& maxime ſtabilem,ſignificabit eam illis aduenturam. Et ſi fuerit de ſtatu alicuius ciuitatis uel terræ,ſignificat eius augmentum atq; ſublimitatem. Quod ſi fuerit in undecima,& fuerit quæſtio de fortuna quærentis, uel alterius cuius ſua interſit quęrere,ſignificat eam bonam futuram. Et ſi fuerit quæſtio utrum bona publica deueniant ad manus conſanguineorũ ſuorum maiorũ,ſignificabit illud. Et ſi fuerit quæſtio utrũ comes uel nuncij comitis, ſeu poteſtatis uel alterius magnatis intrent in ciuitatẽ aliquã uel in domũ alicuius,ſignificabit illud. At ſi fuerit in duodecima,& fuerit quæſtio pro aliqua ciuitate uel terra,quid ex ea ſit futurũ,ſignificat eiꝰ malũ eſſe atq; proditionem. Et ſi fuerit pro conſanguineis,ſignificat eorum detrimentũ atq; malum eſſe,& etiã poſſit eſſe quòd ducerentur ad carcerem,uel ægrotabunt ægritudine quę chronicabitur. Quod ſi fuit quęſtio de animalibus magnis, uel de aliquo incarcerato, uel de abſente,ſignificat eorum reditum atq; reuerſionem. Si autẽ fuerit in prima, & fuerit quæſtio de perſona quærentis ſignificat eius malam diſpoſitionem. Si autem fuerit in ſecunda,& fuerit quæſtio de lucro,ſignificat illud futurũ, & maxime ab amicis uel à rebus ſtabilibus. Sed ſi fuerit quæſtio de rebus mobilibus,timendum eſt ne auferãtur ei, & maxime à maioribus conſanguineis. Si uero fuerit in tertia,& fuerit quæſtio de lucro, ſignificat quòd quærens non conſequatur illud niſi forte de animalibus maioribus. Et ſi fuerit quæſtio de lucro minorum conſanguineorum,uel etiam ęqualium, ſignificabit illud ex proprijs rebus uel ex rebꝰ fixis.

De tertia domo & eius domino.

SIquidẽ dominus tertiæ domus fuerit in quarta, & fuerit quæſtio de lucro,ſignificat quærentẽ lucraturũ res ſtabiles ex rebus ſtabilibus. Et ſi fuerit de aliqua ciuitate,uel aliquo caſtro, ſignificat eius durationem uenturã. Illud idem poteris dicere de domo uel prouincia deuenire poſt ſe. Siquidẽ fuerit in quinta,& fuerit quæſtio de filijs, ſignificat ꝙ habebit eos & gaudebit ex eis. Et ſi fuerit de itinere filij,uel de his quę pertinent ad tertiam,uel ad quintã domũ,bona erit quæſtio. Quod ſi fuerit in ſexta, & fuerit quæſtio de infirmitate uel de re de qua poſſit iraſci quærens, ſignificabit illã. Et ſi fuerit de ſeruo uel ancilla,de ſamulo uel famula,de cane uel aſture, uel ancipitre,uel aliquo ſimili,ſignificat eorum fugã. At ſi fuerit in ſeptima,& fuerit quæſtio utrũ cõſanguinei aut uicini opponant ſe illi,uel utrũ aliquis ſuus cõſanguineꝰ uxoreĩ,uel ſi uxor habeat rem cum aliquo cõſanguineo,uel de cõſanguineis quęrẽtis,uel cũ aliquo ex uicinis,ſignificabit illud. Si autẽ fuerit in octaua,& fuerit quæſtio de morte uel de dote,de qua interrogator timet,ſignificabit eũ caſurũ in id q̃d timet. Et ſi fuerit quæſtio de hæreditate alicuius mortui uel de dote mulieris, uel de lucro in terra ad quã ire intẽdit,ſignificabit illud. licet cũ labore atq; fatigatione. Et ſi fuerit de abſente,ſignificat eius reuerſionẽ licet etiã non citam. Si uero fuerit in nona,& fuerit quæſtio de intrãdo eccleſiã uel aliquam religionẽ,ſignificat illud. Et ſi fuerit quæſtio de morte alicuiꝰ,& ſignificator fuerit in fortuna,uel fuerit in fortuna in nona cũ eo,ſignificabit illã. ſin aũt,nõ. Et ſi fuerit quęſtio de itinere, ſignificabit illud bonũ niſi mali cõtra operenĩ. Et ſi fuerit quæſtio utrũ epiſcopus uel alius prælatus eĩ amiceĩ,ſignificat illud. idẽ dicas ſi fuerit de rebus ſtabilibus,ſignificat enim pro quærẽte bonũ. Si quidẽ fuerit in decima,& fuerit quæſtio de arte uel aliqua alia dignitate,uel officio,ſignificabit illud. Et ſi fuerit de itinere matris uel magnatis,uel alterius ſibi præpoſiti,ſignificat illud. Et ſi fuerit utrum ſit facturus uel contracturus parentelam,cum aliquo ſe maiori, uidebitur quòd fiat. Quod ſi fuerit in undecima, & ſi fuerit quæſtio, utrum ſit futurus familiaris regis ſeu rectoris: utrum ſit occupaturus bona regia, uel publica, ſignificat illud: ſignificabit etiam fortunam aduenturam quærenti, & quòd amplexabitur eum. Et ſi fuerit de itinere, ſignificat illud fortunatum & bonum,

At ſi fuerit in duodecima, & fuerit quæſtio de conſanguineis ſignificat eos infirmaturos uel incarceraturos, atq; prodirione circumuenturos. Et ſi fuerit de animalibus magnis uel de incarcerato, ſignificat bonum pro eis. Si uero fuerit in prima & fuerit quæſtio de uita quærentis, uel alterius cum ſua interſit quærere, ſignificat eam longam & utilẽ atq; bonam. Si autem fuerit in ſecunda, & fuerit quęſtio de rebus mobilibus, timendũ eſt ne fiat ei fraus ex eius conſanguineis uel à conuicinis uel etiam à ſuis familiaribus.

De ſecunda domo & eius domino.

SIquidem dominus ſecundę fuerit in tertia, & fuerit quæſtio utrũ quærens amittat res quales habet, ſignificabit eum amiſſurum eas, & hoc accidet cauſa conuicinorũ uel breuium itinerũ uel conſanguineorũ. Quod ſi fuerit in quarta, & fuerit quęſtio de cenſu ſignificat quærentem amiſſurũ illum, occaſione patris uel alicuius de conſanguineis. Et ſi fuerit de rebus ſtabilibus uel occultis uel ſubterratis, ſignificat bonum ſtatum pro quærente. At ſi fuerit in quinta, & fuerit quæſtio de filijs, ſignificat quærentem habiturum eos. Et ſi fuerit quæſtio quã noluerit tibi patefacere, ſignificat quòd eius intentio eſt de filijs uel pro filijs. Et ſi fuerit de nuncio, ſignificat eum uenturum. & ſi dubitauerit ne filia uel filiaſter auferat ei bona ſua, ſignificabit illud. Si autem fuerit de ſtatu familiæ, bona erit quæſtio.

Si uero fuerit in ſexta, & fuerit quæſtio ne ſerui uel famuli auferant ſibi de ſuis rebus, uel utrũ eius familiares infirment, ſignificabit illud. Si autem fuerit in ſeptima, & dubitauerit ne inimici uel latrones uel expulſi auferant ei bona ſua, ſignificabit illud. Et ſi fuerit quæſtio de expulſo, ſignificat eum reuerſurũ ad patriam ſuam. Et ſi fuerit quæſtio de matrimonio uel de dote uel de mercatione, ſignificabit quòd eueniet ei id quod intendit, ſed non ſequetur inde magnam utilitatẽ. & ſi eſſet de ludo, ſignificat eum ſibi damnoſum idem poteris dicere ſi fuerit ſuſpicatus de uxore uel de amaſia ne furẽtur ei aliquid. Quod ſi fuerit in octaua, & fuerit quęſtio de dote uel de poſito uel de debitis recuperãdis uel de hæreditate mortuorũ, & dominus primæ domus fuerit fortior domino ſeptimæ, ſignificabit illud acquiri. Et ſi fuerit quęſtio de abſente, ſignificat eum reuerſurum. Siquidem fuerit in nona, & fuerit quæſtio de cenſu, timendum eſt ne auferatur ei, & maxime ab eccleſia Romana. At ſi fuerit in decima, & fuerit quæſtio de lucro, ſignificat quærentẽ de arte uel domino lucrũ habiturũ, timendũ tamen eſt ne auferantur ei lucrata per poteſtatẽ uel aliũ dominatorẽ, & eo grauius ſi quæſtio fuerit de hoc.
Si uero fuerit in undecima, & fuerit quęſtio de fortuna, ſignificat quærentẽ fortunatum futurũ. Et ſi fuerit quæſtio, utrũ ſit habiturus quærens de bonis comitis uel alicuius domini ſeu magnatus, ſignificabit illud. cauendũ tamẽ eſt ne illud lucrũ auferatur et ab amicis. Si quidẽ fuerit in duodecima, & fuerit quæſtio pro familia utrum infirmetur, ſignificat illud, & infirmitate longa. Idem dicas, ſi fuerit de ipſorum incarceratione. Sed ſi fuerit de incarcerato, ſignificat eum euaſurum. Et ſi fuerit de animalibus magnis, erit quæſtio bona & utilis pro quærente.

De prima domo & eius domino.

SI dominus primæ domus fuerit in ſecunda, & fuerit quęſtio de lucro & fortuna fuerit in ſecunda, ſignificabit illud à ſeipſo & per ſemetipſum.

Et ſi fuerit in ſecunda infortuna, contrariũ ſignificabit. Si fuerit in tertia, & fuerit quæſtio de ire ad conſanguineos uel ad conuicinos: ſignificat illud bonum & utile. Si fuerit in quarta, & fuerit quæſtio de poſſeſſione occupanda, bona erit quæſtio, in omnibus alijs erit contraria. Et ſi fuerit in quinta, & fuerit quæſtio de ſtatu quęrentis: ſignificabit illud bonum, & quod gaudebit ex filijs & comeſtionibus, & lætabitur lude & ex eis his quæ ſignificantur per quintam domum. At ſi fuerit in ſexta, & fuerit quæſtio de re de qua ſit quærens habiturus iram uel anguſtiam, uel dubitauerit de infirmitate uentura, uel de non congruo labore, ſiue ignoto, ſignificabit eum caſurũ in id quod timet.

Et ſi fuerit de acquiſitione ſeruorum uel famulorum uel ſeruientis, aut animalium paruorum, ſignificabit illud. Si autem fuerit in ſeptima & fuerit quæſtio de cõputatione mulieris, aut de mercatione, utrũ fiat uel non: ſignificabit illud. Et ſi fuerit de expulſo uel exule, utrum reuertatur ad propria uel non, ſignificabit eum reuerſurum, in omnibus alijs negocijs contrariũ ſignificabit. Si quidem fuerit in octaua, & fuerit quæſtio de infirmo, ſignificat eum moriturum, & eo magis ſi fuerit ibi Mars aut Luna uel Mercurius impeditus. Si uero fuerit de acquiſitione cenſus alieni, uel de dote uel de hæreditate alicuius mortui, ſignificabit illud. Si fuerit in nona, & fuerit quæſtio de uiatione uel introitu alicuius in aliquam eccleſiam uel religionem, ſignificabit illud. Et ſi eſſet de itinere longo, ſignificat ꝙ iter non fiet tempore ordinato. & ſi fuerit incœptũ, non perficietur. Si fuerit in decima, & fuerit quęſtio de aliquo dominio uel magiſterio uel dignitate, ſignificat quòd perueniet ad quærentẽ quod intendit. Et ſi fuerit in undecima, & fuerit quæſtio de aliqua re quam expectat quærẽs, & eſt cum amicis uel ab amicis, & de qua ipſe habet fiduciã, ſignificat quòd eueniet ei ſecundum quòd intendit. Si autem fuerit in duodecima, & fuerit quæſtio de carcere uel de infirmitate chronica, uel melancholica: uel de proditione uel de iniuria, ſeu uiolentia, factura uel euentura quærenti, ſignificabit illud. Si fuerit ibi Venus aut Saturnus aut pars fortunæ cum domino primi: quoniam iſta mitigarent prædicta contraria, & maxime in facto incarcerati, ſignificaret enim exitum ipſius à carcere. Sed ſi fuerit quęſtio de peregrinis uel de animalibus magnis, ſignificabit bonum. Aſpice tamen ſi ceciderint ſignificatores in loca prædicta, utrũ aſpiciantur ab alijs Planetis uel non, uel utrum iungãtur cum eis in locis illis: quoniam boni augebunt bonum, & minuent malum, mali uero augebunt malum & minuent bonum.

De facilitate inueniendi ſignificatum uniuſcuiuſque domus.

HÆc omnia introduxi tibi de ſignificatis 12. domorũ, ut eſſet tibi leue inuenire ſignificatũ uniuſcuiuſq; domus: quoniã fuerunt aliquãdo aliqui, de quibus uidi plures, qui credebant Aſtrologos debere operari ſolummodo per primam & ſeptimam domum. Primã dabant quærenti, & ſeptimã quęſito ſeu

to ſeu rei quæſitæ. quod Iudicio meo non erat conueniens, & feci hoc ad tuum minorem laborē, quoniam erat graue ſemper quęrere per omnes domos ut inuenires ſignificatorē cuiuſlibet rei quæſitæ. Et quia non inueni aliquem prædeceſſorem noſtrorū intromiſiſſe ſe de hoc quod ego unq̄ meminerim, nō ꝗ credā eos ignoraſſe, ſed quia tęduit eos ſubire tantum laborem, & etiam relinquebant illud induſtriæ ſapienoum. Vode ſi fiat tibi quæſtio de aliqua re, poteris ſcire per quam domum poſſis inuenire ſignificatorem rei quęſitæ. Et poſſem tibi dicere multa alia ſignificata 12. domorum, ſed inducerem te in tantam prolixitatem atq; confuſionem, quòd generaret tibi tædium unde uidetur mihi quòd poſſent tibi ſufficere illa quæ dixi tibi, quia uix aut nunquā peruenient ad te tales quæſtiones, uel tales nanuitates, quin tu bene poſſes ſatisfacere per prædicta. Poteris enim prædicere nato ſeu quærenó quid ei accidere deberet ex omnibus ſupradictis, toto tempore uitæ ſuæ: ſi bene ſciueris horam natiuitatis ipſius, & uolueris recte intueri omnia ſupradicta cum diſcretione. Et ego dicā tibi ſuo loco & tempore qualiter quælibet perſona debear cōſiderari, ſiue pro ſe quærat, ſiue pro alio, & quis debeat quærere pro alió, & quomodo. Quoniam aliter aſpicitur illi qui quæret pro ſemetipſo. Aliter, qui quærit pro alio. Aliter ſi quærat ciuis uel habitator alicuius loci. Aliter ſi quærat expulſus uel bannitus, uel exulatus, ſeu abſens. Aliter ſi quærat clericus. Aliter ſi quærat laicus. Aliter ſi quærat clericus de laico & econtra. Et aliter ſi rex quærat de ſubiecto & econtra. Aliter ſi rex de populo. Aliter ſi econtra. Aliter ſi Papa de Epiſcopo. Aliter ſi Epiſcopus de Papa. Aliter ſi Epiſcopus de ſuis clericis. Aliter ſi clericus de ſuo Epiſcopo. Aliter ſi dominus de ſeruo. Aliter ſi econtra. Et ita de omnibus diuerſitatibus perſonarum intellige, quas diuerſitates & domos quæ dantur eis dicam tibi poſt hoc in iudiciorū negocio, ſic enim quęlibet perſona inueniet rem quæſtioois atq; iudicij.

De numeratione domorum & quare incipiunt à prima & uadunt uerſus quartam & à quarta in ſeptimam & à ſeptima in decimam & à decima in primam. Caput VII.

VT ſatisfiat quæſtioni & quæreoti de numeratione 12. domorum. Si aliquis uellet dicere, quòd non fiat ſecundū rectum ordinem, nnmerādæ ſunt. Numeramus enim eas incipiendo à prima, eundo ſub terra uerſus quartam, & à quarta uerſus ſeptimam, & à ſeptima uerſus decimam, & à decima uerſus primā, quę numeratio ſeu computatio domorum, uidetur fieri à dextra in ſiniſtrā. uidetur nanque, quòd debeamus eas numerare à prima eundo uerſus decimam, & à decima in ſeptimam, & à ſeptima in quartam, & à quarta in primam. Nam tunc incederemus ſecundum ordinem quo ſcribimus, incipiendo à ſiniſtra eundo uerſus dextram. Cauſa quare hoc fuit, hæc eſt, quoniam licet cœlum uoluatur ab oriente in occidentem motu primo, tamē Planetæ qui habent imprimere io corpora inferiora mouentur ab occidente in orientem motu ſecundo in contrariam partem motus primi qui eſt à dextra in ſiniſtrā, quoniam eſt contra ſucceſſionem ſignorum: aſcendunt enim ſigna de ſub terra quę eſt ſiniſtra cœli, ad illud quod eſt ſupra terram, quæ eſt dextra ipſius. Sed poſſes tu dicere ſorte, quòd Planetæ aliquando currunt in partem motus primi, ſcilicet quando ſunt retrogradi. Ad quod poteſt ita reſponderi, quòd motus retrogradationis oon eſt naturalis, ſed potius accidentalis: nec tamen eſt ex ioto cum motu primo, immo eſt ſemper ſecundum aliquid in cōtrarium motus primi, ſcilicet ex motu circulorum deferentium eos ad orientem in contrarium partis primi motus.

Quæ domus ſunt fortes, quæ fortiores, quæ debiles, quæ debiliores, & quæ mediocres. Caput VIII.

FEci tibi ſuperius mentionem de duodecim domibus quæ turres ſeu cuſpides appellantur, & de ipſarū ſignificatis, à prima uſq; ad duodecimam antecedendo, & à duodecima uſq; ad primam retrocedendo ſucceſſiue. Reſtat nunc dicendum quæ ipſarum ſint fortes, quæ fortiores, quæ debiles, quæ debiliores, quæ mediocres. Fortes Fortes ſunt quatuor anguli, ſcilicet prima domus, quæ eſt angulus orientalis, decima quæ eſt angulus meridionalis, ſepóma quæ eſt angulus occidētalis, quarta quæ eſt angulus ſeptentrionalis. Et ex illis quatuor, duæ ſunt fortiores alijs, ſcilicet prima & decima. Debiles ſunt quatuor, quæ ſunt cadeotes ab Debiles. angulis, ſcilicet tertia quæ cadit ab angulo terrę quę eſt quarta domus, nona quæ cadit ab angulo meridionali quæ eſt decima domus, duodecima quæ cadit ab angnlo orientali quæ eſt prima domus, ſexta quæ cadit ab angulo occidentali quæ eſt ſeptima domus. Et ex illis quatuor duæ ſunt debiliores alijs ſcilicet ſexta & duodecima. Reliquæ uero quatuor quæ ſunt 2.5.8.& 11. ſunt Mediocres, ſed tamen ha- Mediocres. bent maiorem participationem cum fortibus, quia uadunt ad eas, quàm cum debilibus, quoniam licet ſint cum eis contiguæ ſicut cum fortibus, tamen recedunt ab eis, & uadunt ad fortes. Nā ſecunda quæ ſuccedit primæ uadit ad eam, quinta quæ ſuccedit quartæ uadit ad eam, octaua quæ ſuccedit ſeptimæ uadit ad eam, undecima quæ ſuccedit 10. uadit ad eam. Et dixit Zahel, quòd digniora & fortiora loca circuli, ſunt anguli: minus uero digna, & minus fortiora ſunt ſuccedentia: debiliora uero cæteris alijs locis, ſunt cadentia. Et dixit quòd anguli ſignificant res præſentes, ſcilicet prima 10.7.4. ſuccedentia ſignificat, quod eſt futurum, & quod ſuccedit ei quod eſt præſens, ſcilicet 2.5.8.& 11. Cadētia uero, ſignificant quod iam fuit & quod receſſit, & nō eſt modo, ſcilicet 3.6.9.& 12. Ex prædictis angulis eſt fortior & dignior angulus orientalis, ſcilicet aſcendens. Et Planeta qui eſt in eo, eſt fortior, & maxime ſi habuerit ibi aliquam dignitatem uel domum, ſcilicet aut exaltationem aut terminum uel triplicitatem ſeu faciem nisi eſſet in caſibus exceptatis, uel ſi eſſet dominus 7. In aſcendente & ſimiliter, deinde ſuccedit angulus medij cœli, ſcilicet 10. in fortitudine. unde Planeta qui fuerit in 10. domo dicitur eſſe minus fortis quàm ille qui eſt in aſcendente, niſi in dignitaobus uel magiſtratibus ſeu magiſterijs uel alijs officijs laicalibus, & quæ ad laicos ſpectant, ut

alias

alias dictum eſt. Et iterum aliquid minus fortis erit ille qui fuerit in angulo occidentali, ſcilicet in ſeptima domo quàm ille qui fuerit in decima. Et adhuc erit minus fortis ille qui fuerit angulo terræ qui eſt quarta domus, quàm ille qui fuerit in ſeptima.

Et poſt angulos fortiora ſunt ſuccedentia ut dixi tibi: ſed undecima domus eſt fortior cæteris alijs ſuccedentibus, & ſuccedit ad quartam in fortitudine, ſed tamen erit Planeta qui fuerit in ea minus fortis, quàm ille qui fuerit in quarta. Et quinta ſuccedit undecimæ in fortitudine. unde Planeta qui fuerit in quinta, erit aliquid minus fortis, quàm ille qui fuerit in undecima, exceptis proprijs ſignificatis cuiuſlibet domus, in quibus eſt fortior eius dominus quàm alius, diſtinguenda ſignificata prout ſunt. Sed tamen licet ſuccedentia dicantur eſſe fortiora cadentibus, nona quæ eſt de cadentibus eſt fortior quàm ſit ſecunda, uel octaua quæ ſunt de ſuccedentibus. Et Planeta qui fuerit in nona, erit aliquid minus fortis quàm ille qui fuerit in quinta, ſed fortior illo qui fuerit in ſecunda uel octaua. Et tertia domus ſuccedit nonam in fortitudine, & præcedit ſecundam & octauam in aliquibus caſibus. unde Planeta qui fuerit in tertia, erit minus debilis quàm ille qui fuerit in ſecunda. Vnde prædicta ſeptē loca ſunt meliora, fortiora & laudabiliora cæteris alijs ſcilicet aſcendens, qui eſt fortior decima: & decima eſt fortior ſeptima, & ſeptima quæ eſt fortior quarta, & quarta quæ eſt fortior undecima. & undecima quæ eſt fortior quinta, & quinta quæ eſt fortior nona, & nona quæ eſt fortior tertia. Poſt illa ſeptem loca fortior ſiue minus debilis eſt tertia, quoniam eſt domus in qua gaudet Luna· tūc enim præualet tertia ſecundæ atq; octauę, ut in itineribus & ſimilibus, ſicut dictū eſt in quibus domibus gaudent Planetæ. Deinde ſecunda quoniam aſcendit poſt primam, in domo autem octaua dicitur eſſe magnum infortunium, quoniam eſt domus mortis, nec aſpicit aſcendens. Reſiduæ autem duæ domus, ſexta ſcilicet & duodecima ſunt malæ atq; ualde debiles, & infortunatæ, & dicuntur deteriores cęteris domibus. Et omnis Planeta qui fuerit in his, erit nullius profectus, quoniam ſexta ab aſcendente non aſpicit aſcendens, & eſt cadens ab eo, & eſt domus infirmitatis & omnium uitiorum & omnium morborum tam ſeparabilium quàm inſeparabilium. Et eſt locus gaudij Martis qui gaudet in combuſtionibus, ſanguinis effuſione, & in omnibus maleficijs quæ exercentur per ferrum uel ignem. Duodecima domus ſimiliter eſt cadens ab aſcendente, nec aſpicit illud, & eſt locus inimicorum occultorum non publice aduerſantium, & eſt locus anguſtiæ mœroris, laboris atque triſtitiæ & planctus & lamentationis, & eſt locus gaudij Saturni, qui gaudet in planctu, triſtitia, labore atq; lamentatione.

Quòd Planetæ uadunt contra firmamentum, ſcilicet contra motum primum. Caput IX.

DIxit Albumaſar, & philoſophi concordant in hoc, quòd omnes Planetæ currunt motu proprio contra motum firmamenti, niſi eſſent forte retrogradi, quod accidit tribus Planetis ſuperioribus, Saturno ſcilicet, Ioui & Marti: & duobus inferioribus, ſcilicet Veneri & Mercurio, luminaribus uero non accidit retrogradatio: accidit tamen eis uelocitas curſus & eius tarditas. Cauda uero & caput draconis currunt in contrarium motus Planetarum, ſcilicet contra ſucceſſionem ſignorum. Planetæ enim uadunt de Ariete in Taurū, de Tauro in Geminos, de Geminis in Cancrum, de Cancro in Leonem, de Leone in Virginem, de Virgine in Libram, de Libra in Scorpionem, de Scorpione in Sagittarium, de Sagittario in Capricornū, de Capricorno in Aquarium, de Aquario in Piſcē, de Piſce in Arietem. Caput autem & cauda uadunt in contrarium huius motus, uadunt enim de Ariete in Piſcem, de Piſce in Aquarium, de Aquario in Capricornum, & ita uſq; ad finem ſignorum retrogradando. Et dixit iterum Caucaph, caput enim draconis & cauda nihil aliud eſt, quàm circulorum luminarium adinuicem in duobus locis oppoſitis interſectio, unde in illis locis uel circa illa loca per 12. gradus uel quaſi accidit luminaribus eclipſis.

De coloribus quos ſignificant domus. Caput X.

CVm prædictæ 12. domus habeant ſignificare ſupradicta, poſſet forte aliquis exiſtimare, quòd non habent ſignificare aliqua alia. Sed non eſt ita, immo ſignificant nedum prædicta, ſed ſignificant colores diuerſos inuicem. Nam prima domus & ſeptima, ſignificant albedinem. ſecunda & duodecima ſignificant uiriditatē. tertia & undecima ſignificant croceitatem. quarta & decima ſignificant rubedinem. quinta & nona ſignificant colorem mellitum. ſexta & octaua ſignificant nigredinem. unde ſi fuerit neceſſe tibi aſpicere pro aliqua re in colore, aſpice in qua domorum inueneris ſignificatorem, & ſecundum illam domum iudica de colore rei quam quæſieris.

In quibus domibus Planetæ gaudent. Cap. XI.

DIxerunt Albumaſar, & Alchabicius, quòd unuſquiſq; Planetarū ſeptem, habet quandam potentiam accidentalem in aliqua ex ſupradictis 12. domorum, quæ uocatur gaudium.

Nam Mercurius gaudet in Prima. quoniam prima domus habet ſignificare corpus nati ſeu quærentis, & ob hoc gaudet Mercurius in eo, quia ipſe ſignificat ſcientiam, & ipſa eſt res qua magis adaptatur perſonæ nati ſeu quærentis quàm aliqua alia: ipſa enim ſola poteſt nobilitare hominem quod nullum aliud accidens poteſt facere. ☿ Luna gaudet in tertia, quoniam tertia habet ſignificare breuia itinera & feſtina, & quæ cito mutantur & reiterantur. unde quia Luna ſignificat etiam ueloces & feſtinas mutationes de uno propoſito ad aliud, de una re ad aliā, ob hoc gaudet in ea, quia nulla alia domus habet hoc ſignificare. ☾ Venus gaudet in quinta: quoniam eſt domus gaudij & delectationis & tripudij, & ipſa habet hoc ſignificare, ideo gaudet in ea, quia cæteræ domus non ſignificant hoc. ♀

Mars gaudet in ſexta, quoniam eſt domus deceptionis & infirmitatū & ſeruorū, & ipſe habet ſignificare ſeruos & deceptores & mendaces atq; falſidicos, ♂

ſidicos,& ideo gaudet in ea,quia cæteræ domus nõ
☉ ſignificant hoc. Sol gaudet in nona,quæ eſt do-
mus religionis,quia ipſe naturaliter ſignificat reli-
gionem,& ideo gaudet in ea, quia cæteræ domus
♃ nõ ſignificant hoc,licet ipſe ſignificat aliud. Iupi
ter gaudet in undecima,quoniã ipſe eſt fortuna,&
habet ſignificare fortunam & lucrum, & eſt natura
liter ſignificator pecuniæ & quęſtus, & domus un-
♄ decima ſignificat illud. Saturnus gaudet in duo-
decima,quoniam ipſa eſt domus mœroris ac triſti-
tię,laboris,lamẽtationis & fletus,& Saturnus gau-
det in illis,& ſimilibus.

In ſignificationibus domorum uel angulorum ſuccedentium & dominorum angulorum ſuccedentium & cadentium. Caput XII.

EſT dictum in ſignificatione 12. domorũ quòd
anguli ſignificant fortitudinẽ & perfectio-
nem,& aduētum rerum feſtinum, & magis
uelocem,& ſignificãt anguli & eorum domini ma
gnitudinẽ honoris,& precij atq; fortunæ. Cadentia
uero ab angulis ſignificãt debilitatem & detrimen-
tum & infortunium & tectionẽ rerum præter no-
nam & tertiam quæ ſignificãt apparitionem. ſexta
uero & duodecima ſignificant occultationem & te
ctionem & uilitatem rerum & dedecus & caſum fe
ſtinum. Succedentia uero angulorum, ſignificant
fortitudinem & fortunã mediam. Nam undecima
quæ ſuccedit decimæ,eſt fortior & dignior alijs, &
ſignificat fortunã mediam ex amicis & ex eo quòd
quis habeat fiduciã aliquam uel ex alia cauſa de his
quæ ſignificantur per domum undecimam.quinta
uero domus quæ ſuccedit quartæ ſignificat fortunã
mediam per donationes & per cauſam filiorum &
alacritatum atq; lætitia,uel ex alia cauſa de his quæ
ſignificantur per quintã domum. Secunda uero
quæ ſuccedit ad primam,ſignificat fortunam me-
diam ex cauſa ſubſtantiæ & miniſtrorum & fami-
liariorum,uel etiam alicuius eorum quę ſignifican
tur per domum ſecundam. Octaua quæ ſuccedit
ad ſeptimam,ſignificat fortunã mediam ex ſubſtã-
tia quæ hæreditatur ex mortuis,quam quidam Al-
mauerith uocant. Et dixit Alchabitius quòd ſignifi
cat eam ex rebus occultis uel ſaltem alia cauſa de his
quæ ſignificantur per octauam domum.

De ſignificatione dominorum angulorum & angulis, & primum de domino primi in prima.
Caput XIII.

CVm domini angulorũ fuerint in angulis,
habent iſta ſignificare,quoniam cum domi
nus primi fuerit in prima,ſignificat fortunã
nati,& eius acquiſitionem per ſemetipſum ex ſua
induſtria & fatigatione ſui corporis, & per ſuam fa
miliã,per ſuum ſtudium, & per ſuas ſollicitudines,
& per ea quæ ſignificantur per primam domum.
Cum autem fuerit in decima,ſignificat eius fortu
nam per magiſtratus ſuos,& per officia ſeu poteſta
tias, & per magiſteria ſublimia & altiora, & eti-
am per regem & communicationem cum regi-
bus ſeu magnatibus, & ſimilibus: & per ea quæ
etiam ſignificantur per domum decimam. Cum
autem fuerit in ſeptima,ſignificat eius fortunã per
cõuentiones & cõtractus quos faciet cum homini-
bus qui erunt ſibi utiles,& etiã per uxores & cauſa
mulierum & ſociorum,& per ea quæ ſignificantur
per domum ſeptimã. Cum autem fuerit in quar
ta,ſignificat eius fortunam cauſa patris uel aui uel
ſoceri,uel cauſa alicuius hæreditatis quæ perueniet
ad eum unde lucrabitur,& per productionẽ flumi
num ſeu aliarũ aquarũ,& plantationes arborũ &
ædificationes domorum & cauſa rerum antiquarũ
& radicalium, uel per theſaurum abſconditum,
quem inueniet ſubterratum, & ſimilia uel per ea
quæ ſignificantur per quartam domum.

De domino decimæ in decima.

CVm uero dominus decimæ fuerit in decima,
ſignificat fortunam per regnum magnum, &
per regem & magiſteria altiora,& per ea quæ ſigni
ficantur per decimam domum. Et cum fuerit do
minus decimæ in ſeptima,ſignificat fortunam per
regem ſeu regnum,& per uictoriam contentionũ,
& per illos quos habebit contra ſe contendentes,&
ex cauſis mulierum,uel per ea quæ ſignificãtur per
ſeptimam domum. Cum fuerit dominus decimæ
in quarta,ſignificat fortunã per regnum & per co
adunationem tributorum, & per tributorũ cauſas
ſeu occaſiones eorum,& per cultus terrarũ & ædifi
cationes ciuitatũ,caſtrorum,& ſimilium & per edu
ctiones & diuiſiones aquarũ & fluminũ, & per cu-
ſtodias ciuitatũ,caſtrorum & ſimiliũ & per res anti
quas & effoſſiones ſub terra,uel per aliquam ex re
bus quæ ſignificantur per quartam domũ. Cum
autem fuerit in prima,ſignificat fortunã per regnũ
& per rem laudabilem & famoſam, & per ingeniũ
ſuæ perſonæ,& per moram cum regibus & magna
tibus,& eorum propinquitatem, & ex cauſa uulgi
uel per ea quæ ſignificantur per primam domum.

De domino ſeptimæ in ſeptima.

CVm dominus ſeptimæ fuerit in ſeptima,ſigni-
ficat fortunam per negociationes & conuentio
nes & permutationes.Et ſi fuerit mulier per lacta-
tiones, & nutricationes,& uir per mulieres & ſo-
cios,& per uſus ſeminãdi,& ſimilia,uel per ea quę
ſignificantur per ſeptimam domum. Cum fuerit
in quarta,ſignificat fortunam per cõuentiones mu
lierum,& lucrabuntur mulieres pro ipſo,& in eius
utilitatem & per negociationes patrum & auorũ,
& eorum cauſas,& per cauſas hęreditatum,& plan
tationes arborum & uinearum & cultus terræ, &
ſimilium, uel per ea quæ ſignificantur per quar-
tam domum. Cum fuerit dominus ſeptimæ in
prima,ſignificat fortunam & quæſtum, & nego-
ciationes per cauſas medicinæ, & per Aſtrono-
miam, & per res & per operationes in ſpirituali-
bus rebus, atque ingenijs, uel per ea quæ ſignifi-
cantur per primam domum. Cum autem fue-
rit dominus ſeptimæ in decima, ſignificat fortu-
nium per cauſas regis,uel per ea quæ ſignificantur
per decimam domum.

De domino quartæ in quarta.

CVm dominus quartæ fuerit in quarta, ſignifi-
cat fortunam per cauſam magiſteriorum & ar
tium fabriliũ. Et ſi fuerit de genere agricolarũ,ſignĩ
ficat eius fortunã per cultus terrę ex fructu ſeu quę
ſtu,per cauſas patrũ & ſimilia, & res antiquas, uel
per ea

per ea quæ ſignificantur per quartam domum.

Cum autem fuerit dominus quartæ in aſcendente, ſignificat fortunam ex cultu terræ & fructu per ingenium & conſilij profunditatem, & per ea quæ ſignificantur per primam domum.

De domino quartæ in decima.

CVm autem fuerit dominus quartæ in decima, ſignificat fortunam ex cultu terrarum & ex fructu ſeu quæſtu per cauſas regum & magnatum ſeu nobilium & diuitum, & per fructus magiſteriorũ & ex eorum cauſa, & ſimilia: uel per ea quæ ſignificantur per decimam domum.

De domino quartæ in ſeptima.

CVm uero fuerit dominus quartæ in ſeptima, ſignificat fortunam & lucrum ſeu quæſtum, atq; profectum ex cultu terræ & ex fructu per cauſas uxorum, ſociorum, & inimicorum atq; contentionum, & per negociationes, & ſimilia quæ ſignificantur per ſeptimam domum.

De ſignificatione dominorum ſuccedentium in ſuccedentibus.

DOmini uero ſuccedentium in ſuccedentibus, ſignificat fortunam mediam, in ſuccedentibus quilibet eorum in quolibet ſuccedenti, per ea quæ ſignificantur per illud ſuccedẽs, ſicut dictum eſt de dominis angulorum in quolibet angulo ſecundum ſua ſignificata.

De ſignificatione dominorum cadentium in cadentibus.

DOmini autem cadentium ſignificant infortunium & impedimentum, in cadentibus quilibet eorum in quolibet cadenti per ea quæ ſignificantur per illud cadens, ſicut dictum eſt de dominis angulorum in quolibet angulo ſecundum ſua ſignificata. Iſta ſunt quæ ſignificant domini prædictarum domorum in prædictis domibus, ſed exemplificatum eſt de dominis angulorum, ut ſit exemplar de dominis ſuccedentium & de dominis cadentium.

De *inueniendo ſignificatore rei quæſitæ.* *Caput* XIIII.

ET ad hoc ut tu non cadas in errorem neque in ambiguitatem de ſignificationibus rerũ quæ ſignificantur per quamlibet domum, docebo te inuenire Planetam qui fuerit ſignificator rei quam tu quęſieris. Non enim eſt dominus ſigni ſemper ſignificator rei, quæ ſignificatur per domũ illam de qua quæritur, immo eſt aliquando aliquis Planeta dominus domus, & alius qui non eſt dominus domus, eſt fortior in domo illa. Fortior enim dicitur ille, qui habet ibi plures dignitates ſeu fortitudines, & qui fuerit plurium fortitudinũ in domo rei, uel qui habet ſignificare rem illã de qua eſt quæſtio. Et ille Planeta dicitur ſignificator, quẽ Alchabicius Almutes uocat, id eſt uictor. Et dicitur uictor, quoniam excedit alios Planetas in fortitudine in domo quæſita. Cuius exemplar eſt hic. Facta fuit quædam quæſtio de ſubſtantia, cuius aſcendẽs fuerit primus gradus Piſces. Aries fuit ſecunda domus, uidelicet ſextus gradus eius quę eſt domus ſubſtãtiæ, uidetur modo q; Mars qui eſt dominus Arietis ſit ſignificator ſubſtantiæ, ſed non eſt ita. Mars habet ibi ſex fortitudines tantum, quoniã habet ibi quinq; ex domo & unam ex facie, & ſic ſunt ibi ſex fortitudines Martis. Et eſt idem ſignũ, exaltatio Solis qui habet ibi ſeptem fortitudines, quatuor ex exaltatione & tria ex triplicitate, & ſic Sol habet ibi ſeptem fortitudines prædictas. Vnde ipſe remanet ſignificator ſubſtantiæ & nõ Mars, propter maiorem numerum fortitudinũ quam habet ibi Sol. Tamen licet Sol in hac quæſtione ſit dominator ſuper ſubſtantiam, erit Mars ipſius particeps, ſed poterit ibi minus quàm Sol. Et ſi Sol fuerit taliter impeditus, q; non poterit eſſe ſignificator, deueniet tunc ſignificatio ad Martẽ, & ſimiliter ad Iouem, ſi Mars fuerit debilis, ita q; non poſſit eſſe ſignificator. Et Luna erit ſemper particeps. Præterea Iupiter habet ibi aliquid facere, unde habet aliqualem participationem cum eis, habet enim ibi duas fortitudines propter terminum quem habet ibi, & etiam eſt particeps alia de cauſa, quoniam eſt naturaliter ſignificator ſubſtantię. Et fuit in hac quæſtione 12. gradus Tauri tertia domus, unde ſi eſſet quæſtio de fratribus, uel de aliquo de his quæ ſignificantur per tertiam domum, oportet te proſpicere tunc Planetam qui eſſet fortior in ea. Et ita intellige de cæteris domibus & de cæteris ſignificatis earum. Et debes etiã proſpicere in quæſtione de ſubſtantia, partem ſubſtantiæ, quam poteris ſic inuenire. Vide quis Planetarum ſit ſignificator ſubſtantię, & uide in quo gradu alicuius ſigni ipſe ſit, & minue illum de gradu domus ſubſtantiæ, & illud quod remanet eſt locus partis ſubſtantiæ, ſicut tu inuenies quando ſuo loco de partibus tractabitur. Tamen ponam tibi hic exemplum ſecundæ domus iſtius quæſtionis, quæ eſt domus ſubſtantiæ quæ fuit 6. gradus Arietis Et Mars qui eſt dominus Arietis fuit inuẽtus in 8. gradu Scorpionis. Debes nunc minuere Scorpionem de Ariete, ſed hoc non potes quia tu non potes minuere 8. de uno, adde 8. 12. ſigna & minue 8. gradus Scorpionis de 12. ſignis & 6. gradibus, & remanebũt tibi 4. ſigna 28. gradus, incipiesq; proijcere à 6. gradu Arietis qui eſt initium domus ſubſtantiæ, & cadet pars ſubſtantiæ in Leone in 28 gradu eiuſdem Leonis. Et ita facies de parte fortunæ & cæteris partibus. Sed pars fortunæ accipitur alio modo, & leuiori, ſicut in tractatu de partibus dicetur. Et ita facies de cęteris domibus, de tertia ſcilicet & quarta & quinta, &c. Et ſic inuenies ſignificatorem rei quam quæſieris, ſemper ponendo ſignificatorem illum qui fuerit maioris fortitudinis in domo ſignificante rem quæſitam.

Almutes.

De poteſtatibus accidentalibus. *Caput* XV.

DIcitur de Planetis quòd ſint in ſua ſimilitudine, ſeruato tamẽ modo ſecundum quòd dicetur in tractatu de partibus quam Alchabicius, & alij ſapientes Aym uocant, ſcilicet cum Planeta diurnus fuerit in die ſupra terram, & in nocte ſub terra, & nocturnus in nocte ſupra terram & in die ſub terra. Et Planeta maſculinus cum fuerit in ſigno maſculino, & fœmininus in ſigno fœminino. Cum ſic fuerit Planeta dicitur eſſe in ſua ſimilitudine. Quoniam diurna gaudent diurnitate, nocturna nocturnitate, maſculina maſculinitate, fœminina

Aym.

minina fœmineitate. Vnde cum Planeta fuerit ſignificator alicuius rei, & fuerit in ſua ſimilitudine, melius & perfectius perficiet rem quam ſignificauerit, quàm cum non fuerit in ſua ſimilitudine. Et eſt Aym quędam fortitudo, & tunc erit Planeta aliquantulum fortior quàm cum non eſt in ſua Aym, ſicuti eſt qui eſt in ſtatu in quo lucretur & ſatisfacit quodammodo ſuæ intentioni, & proficit & fortuna uidetur ei fauere.

INCIPIT TRACTATVS TERTIVS DE NATVRIS SEPTEM PLANETARVM, & quid ſit illis proprium, & quid habeat ſignificare de eſſe cuiuslibet rei ſecundum eſſe ſuum, & ſecundum naturas ſuas, & quid imprimant in inferiora ſecundum diuerſitatem qualitatum ſuorum motuum.

De Saturno quid ſignificet. *Caput primum.*



b POſtquàm peruentum eſt ad perſectionem eius quod intendebatur de circulo ſignorum & eius diuiſione, atq; accidentibus ipſius, faciendum eſt illud ſequi, commemorationem ſeptem Planetarum, & narrare naturas ipſorum, & eorum ſignificata, & impreſſiones quas imprimunt in inferiora, & primum de Saturno. Dixit Alchabicius, Saturnus eſt Planeta maſculinus diurnus, & operatur frigiditatem & ſiccitatem diſtemperatam: & eſt ſignificator patrum & auorum & omnium aſcēdentium qui ſignificantur per quartam domum, ſed hoc potius eſt per accidens, quàm per naturam: Ipſe enim naturaliter habet ſignificare perſonam ſeu corpus nati: propterea quòd primum quod accidit homini eſt perſona per quam datur ſibi eſſe. Et Saturnus eſt in primo circulo Planetarum, & eſt primus Planeta in ordine ipſorū, & quem omnes alij ſequuntur, & etiam primus qui exercet operationem ſuam in concepto poſt caſum ſeminis in matricem, conſtringendo & coadunando materiam illam de qua formatur conceptus. Operationes enim ſtellarum fixarum, quę ſunt principale agens non ſentiuntur in his manifeſte, ſed Planetarum tantum, quæ ſunt agens ſecundario. Alchabicius uero, & alij qui dixerunt, quòd Saturnus eſt ſignificator patrum, & rerum antiquarum & grauium, habuerūt reſpectum ad eius tardum motum & grauē & eius ponderoſitatem, & ob hoc poſuerunt ipſum ſignificatorem parentum antiquorum & rerum antiquarū & grauium, nec ſine conuenienti cauſa. Quod ſi fuerit ſignificator alicuius natiuitatis & ipſe orientalis, & fuerit natiuitas diurna de leui, nō perueniet natus ad complementum ſuæ uitæ naturalis: poterit tamen peruenire uſq; ad initium ſenectutis quę eſt à 60. anno in antea, niſi aliud impediat contra naturam, ſicut uidemus maximam partem hominum mori ante tempus debitum, ut ferro, igne, caſu, ruina, ſubmerſione, & multis alijs de cauſis quæ non ſunt de conſideratione naturæ, neq; de ipſius intentione, prout ſuperius dictum eſt. Si autem fuerit orientalis & natiuitas fuerit nocturna, ſignificat quòd nati uita erit uſque ad finem ſenectutis, niſi prædicta impediant, ut dixi, de quibus dicetur infrà in tractatu natiuitatum. Et dixit totum quòd ſignificat grauitatem frigoris & ſiccitatis diſtemperatæ. Et ex humoribus ſignificat melancholiam. Et ex complexionibus corporum, ſignificat melancholiam, & fortaſſis erit illa melancholia cum admixtione phlegmatis, & cum pōderoſitate atq; grauedine corporis nati, ita quòd non erit leuis inceſſus, nec leuiter ſaliens, nec addiſcet natare uel ſimilia quæ faciunt ad oſtendendum leuitatem corporis, & erit fœtidus & mali odoris, ac ſi ſit de fœtore hircino, & facit homines multæ comeſtionis. Et ſi inciperet Saturninus diligere aliquem, quod raro contingit, diliget eum dilectione uera. Et ſi incœperit odire aliquem, quod pluries accidit, odiet eum odio ultimato, & uix aut nunquam deſiſtet ab odio illo. Et dixit Albuaz, quòd ſi fuerit boni eſſe, ſignificat profunditatem ſcientiæ, & conſiliū bonum & profundum, tale quòd uix aut nunquam ſciet alius meliorare illud. Et ex magiſterijs ſignificat res antiquas & laborioſas, & graues & precioſas, & opera aquatica uel quæ fiunt prope aquas, ſicut ſunt molendina, pontes, naues, & ſimilia. & productiones aquarum, & cultus terræ, ſcilicet agrorum, plantationes arborum, ædificationes domorum & maxime domorum religioſorum induentium nigras ueſtes: ſi fuerit fortunatus & boni eſſe. Si autem fuerit infortunatus & mali eſſe, ſignificat res antiquas & uiles ſicut ſunt ligoniſationes, foſſiones fouearum uilium, & in locis fœtidis, & portationes lapidum, & cementi cum collo ad muros, & maxime ad muros ſubterratos, uel ciuitatū, & qui fiunt iuxta foueas, & confectiones multarum ex quibus fiunt lateres, & ſimilia. Et ut multum tales uiuunt in labore & anguſtia & paupertate, & comedunt mala cibaria & fœtida. Et dixit Alchabicius, quòd habet ſignificare nautas ſcilicet uiles, cum fuerit mali eſſe. Et ſi fuerit boni eſſe, ſignificat nautas magnos & diuites, illos ſcilicet qui ditantur ex nauigatione, & erit ueræ dilectionis, & ſpacioſus & patiens. Et ſi fuerit Saturnus mali eſſe, natus indiſcretus, triſtis, mœrēs, malæ ſuſpicionis, ſtudens in ſuſpicando omne malum, & in commouendo homines ſuſurrationibus & malis inſtigationibus. Et ſi fuerit boni eſſe, ſignificat res antiquas & durabiles, ſicut ſunt hæredita-

tes quæ deueniunt aliunde,& maxime ex mortuis, & prædia quæ acquirēt ab eo per fas potius quàm per nefas. Si uero fuerit mali eſſe, ſignificat quòd utetur natus aquis putridis & ſordidis & paludoſis & fœtidis & ueteribus, quæ diutius ſteterunt in uno loco ſicut in piſcinis, & ſimilibus & aquis mali ſaporis & conuertibilibus, nec abhorrebit eas bibere, & libenter morabitur in paludibus uel prope ipſas, & comedet piſces putridos & carnes putridas, nec uidebitur ſentire inde nocumentum. Et habet ſignificare de infirmitatibus epilepſiam, ſiue morbum caducum, ſignificat morbos phlegmaticos & melancholicos, & congelatos, duros, terreſtres & compactos, & ut multum habet ſignificare morbos qui non curantur, ut lepra, albaras, morphea, fiſtulæ profundæ & cauæ atq; duræ, & in locis neruoſis, & alias ſimiles ægritudines. Et ſignificat quòd accident illi morbi nato cum fuerit Saturnus ſignificator, & fuerit talis eſſe. Et in quęſtionibus infirmitatum ut multum ſignificabit tales ægritudines. Et ſignificat peregrinationes longinquas & laborioſas, & uix fiet quando ipſe fuerit mali eſſe, ſi ipſe fuerit ſignificator itineris quin iter ſit laborioſum & aſperum, & quaſi intolerabile, & ſignificat carceres duros, & aſperos. Et habet ſignificare quòd accipiet pignora pignorantium ſe inuicem in cuſtodia, ſed non curabit multum componere inter ipſos. Et ſignificat grauitatem corporis & tarditatem & laborem & mentis afflictionem, & malas cogitationes, & ſubſtantiam mortuorū quæ remanet poſt ipſos & patres & auos & fratres longæuiores nato, & ſeruos & eunuchos & uiles perſonas. Et ſi fuerit Saturnus ſolus ſignificator alicuius natiuitatis quòd non complectatur ei alius, erit naturale officium nati, operari coria & facere operationes ex eis.

De complexione Saturni cum Ioue, & alijs Planetis.

QVod ſi iungitur ei Iupiter, ſignificat operationem chartarum in quibus ſcribuntur libri eccleſiarum & diuina uerba atq; de diuinitate tractantia, & in quibus ſcribūtur uerba de rebus ſuperioribus & cœleſtibus, ut ſunt iudicia aſtrorum, tam theoricalia quàm practicaliā, & omnium ſubtiliū artium, & iudicia legum, & ſimilia. Et ſi iūgitur ei Mars, ſignificat operationem coriorum de quibus fiunt ſolea. Et ſi iungitur ei Sol, ſignificat operationē coriorum quæ ſumuntur ſimul & aggregantur ex illa futura, ut pelles, & ſubtelares, & ſimilia. Et ſi iungitur ei Venus, ſignificat operationem coriorū ex quibus fiūt tympana, cymbala, & omnia inſtrumenta quæ faciunt ad ſonum delectationis, & ludi, & ſimilia. Et ſi iungitur ei Mercurius, ſignificat operationem coriorum, ſcilicet pergamenorū, in quibus ſcribuntur ſcripturæ quæ fiunt ad perpetuam memoriam, ſicut ſunt teſtamenta, inſtrumēta emptionum & uenditionum, & ſimilia: & pergamena in quibus ſcribuntur rationes expenſarum, quæ fiunt in curijs magnatum, & diuitum, & aliorum qui uolunt habere memoriam ſuarū expenſarum, & in quibus ſcribuntur rationes mercatorum & campſorum, & ſimilia. Et ſi iungitur ei Luna, ſignificat operationē ſeu præparationē coriorum animalium ſylueſtrium, & etiam domeſticorū mor ticinorū, & his ſimilia. Vnde ſi natus uoluerit operari opera coriorū, iudica ei ſecundum q; tu uideris de complexione Saturni cum aliquo Planetarū, & ſecundū illum modum ſe intromittat de operationibus coriorum. Et de ſectis habet ſignificare fidem Iudaicam, ſcilicet uetus teſtamentum, & omnem ſectam quæ confitetur unitatem. Et ſi fuerit mali eſſe, ſignificat credulitatem unitatis cum hæſitatione ſeu dubitatione multa. Et dixit Meſſahala, qui fuit unus de peritiſſimis Aſtrologis, & in hac ſcientia ualde perſpicuus, quòd ideo ſignificat fidē Iudaicā, quia ipſa eſt de antiquioribus, & nulla lex poſitiua reperitur antiquior illa, & omnes aliæ leges & omnes ſectę confitentur eam, & ipſa nullam aliam legem confitetur, nec confitetur aliquam ſectam ſicut omnes alij Planetę iunguntur Saturno, & ipſe nulli alij Planetarum iungitur. Et habet ſignificare indumēta nigra, & eos qui naturaliter nigris ueſtibus utūtur tam religioſos ſeu clauſtrales, quàm alios. Et de metallis ſignificat ferrum, plumbum. Et dixit Albubetri, q; ſignificat interiora auris, & ſplenē & ſtomachū. Et habet ex coloribus nigrū. Et ex ſaporibus ſtipticū & acetoſum. Et ex diebus ſabbatū & ex noctibus illā quæ præcedit diem Mercurij. Et quantitas orbis eius eſt nouē graduū.

Et anni firdarij ipſius ſunt 12. Maximi uero 464. Maiores 57. Medij 43. & dimidius. Minores 30. Et dicuntur anni eius maiores 57. eo q; ipſi conſiderantur ſecundū quantitatem graduum terminorū qui cōtingunt ei pro ſuis terminis ex gradibus 12. ſignorū. Medij uero dicūtur 43. & dimidius: quoniā ipſi conſiderantur ſecundū annos eius maiores, cū minoribus aggregatos, qui ſunt 87. cuius medietas eſt 43. & dimidius. Minores uero cōſiderantur à curſu ſuo tardo, quoniā ipſe perficit illum in 30. annis, & inde traxerūt anni eius minores ſuum numerū, ſcilicet 30. Fortitudo eius in plagis circuli eſt in partibus ſeptentrionalibus. Et dixit Meſſala, q; Saturnus ſignificat de figuris hominū hominē inter nigrum & croceū, qui cum ambulauerit mergit oculos ſuos in terra pōderoſus, cum ambulat adiungit pedes & habet eos curuos, paruos oculos habēs, cutim ſiccā, neruoſus, rarā habens barbā in maxillis. labia ſpiſſa, callidus, ingenioſus, ſeductor, interfector & maxime abſconſe. Et dixit Dorotheus, q; ſignificat hominem ualde piloſum corpore, iunctis ſupercilijs. Et ex partibus habet partē fortitudinis & ſtabilitatis. Et ſignificat cauſas terrarū & hæreditatū, & eos qui præſunt operibus & audaciā & laborē & ingenia & cauſas mortis. Et dixit Adila, Saturnus dat hominē eſſe fuſcū, raros in barba faciens pilos, turpē, ſæpius operantē in aqua, grauē, pigrum, nunq̄ aut uix ridentē, & hi quos Saturnus ſubiectos habet, ſcilicet quorū eſt ſignificator in calcaneis, fiſſuras quas uulgus appellat radias ſæpe patiuntur, reddit hominē coloris glauci, quādoq; pectus facit ſubtile capilloſq; aſperos & incultos, turpia ueſtimēta potius nigra ſuos iubet indui, hoc in fine faciendum, quia Saturnū ſemper eſſe triſtes & malā uoluntatē habere uident. Vnde cum uolueris iudicare aliquid de aliquo Saturnino, uel in ſui natiuitate, uel in ſua quęſtione, cōſidera ſupradicta, & ſecundū illa iudicabis. Quod ſi quærat forte aliquis, quare Saturnus habeat ſignificata iſta, & iſtas impreſ-

impreſſiones inferre, licet uideatur hoc potius eſſe naturalis q̃ aſtrologi, tamē cauſa uidetur poſſe aſſignari, uidelicet ꝙ motus octauæ ſphæræ ab oriente ad occidentē eſſe reperit, non prout habet eſſe, ſed prout ipſa eſt apta nata poſſe moueri. Et dicit habere motorē extrinſecū, & ut quibuſdā uiſum eſt, mouet à prima cauſa. Planetę uero habēt moueri ab occidente in orientē in contrariā partē motus primi, ſiue motus octauæ ſphæræ. Et dicunt habere motorē intrinſecū, ſcilicet intelligentiam prout quibuſdā uiſum eſt. Et hoc habet oriri diſcordia & cōtrarietas & rebellio atq; inimicitias ex quibus odium & malitia oriri atq; cōſurgere ſolēt, & Saturnus eſt magis propinquus illi cōtrarietati, & ideo magis alijs qui ſunt ab illa contrarietate remoti hoc ſignificat.

De Ioue quid ſignificet. *Caput II.*



♃ Dixit Alchabitius, Iupiter eſt fortuna maſculin⁹, diurnus, & eſt ſignificator ſubſtāntę naturaliter: quia ſubſtātia eſt ſecūdū accidēs, q̊d accidit nato poſt ortū ſuū, & ꝙ prius occurrit ei neceſſariū, ſic & Iupiter eſt ſecūdus Planeta, q eſt in ordine Planetarū primus poſt ipſum. Et eſt ſimiliter Iupiter ſecūdus Planeta, qui exercet operationē ſuam in cōcepto, ſcilicet tribuēdo ei ſpiritū & uitā. Et operat per naturā ſuā, caliditatē & humiditatē, temperatā, aereā & ſanguineam. Et de ætate ſignificat iuuentutē uſq; ad perfectionē ætatis, quæ dicit iuuentus, & eſt à 14. anno, uel à 21. uſq; 40. uel 45. annū. Et de magiſterijs habet illa quę pertinēt ad legē & iudicare iuſte atq; honeſte. Et habet intueri quādo uidet aliquos inter ſe altercātes ſeu litigantes, & ponere pacē inter eos, & concordiā mittere in eos, & in bonis ſemper ſtudere. Et habet ſignificare abundantiā ſubſtātiæ. Et ex negotijs illa quæ fiunt abſq; ſeductione. Et ſignificat animā, uitam, lętitiā & religionē & ueritatē, patientiā & omne præceptū bonū, pulchrū & precioſum, & quicquid ad honeſtatē pertinet. Et ſignificat abundantiā Veneris. Et ſignificat ex infirmitatibus quicquid fuerit ex ſanguine augmentato per modū augmentationis, quæ nō fuerit ſuperflua, ita ꝙ nō exterminet naturā nec ex ſanguine aduſto neq; cōuertibili. Et eſt Planeta ſapiētiæ, intellectus & boni uſus. Quod ſi Iupiter fuerit bene diſpoſitus, fueritq; orietalis & in angulo, erit natus bonę qualitatis, benignus, iuſtus, honorabit ſenes, eritq; ſanus cōſultor, adiutor indigentiū, bonæ notitiæ, diliget amicos, erit intellectus boni. At ſi Iupiter fuerit infortunatus, teſte Ptolemęo, natus erit ignarus bene facere, uerſatus circa diabolicas operationes, ſtudebit ſub ſpē hypocriſis, morabit in locis orationū, libenter morabit ſolitarius, & in criptis & cauernoſis locis, atq; ſpelūcis, & illa occaſione futura prædicet, non diliget quenq̃, nullos habebit amicos, filios abhorrebit, cū hominibus fugiet conuerſari, nec uolet ab aliquo honorari, erit infidelis, nullus de ipſo cōfidere poterit, erit etiam malus, debilis, inſipiens, laborioſus, electionis prauæ.

De cōplexione eius cū Saturno & alijs Planetis.

Qui ſi iungit cum Saturno, ſignificat ſcientiā nigromātiæ & artem magicā & incantationes & exorciſmos, & ſimilia. Si aūt iungitur ei Mars, ſignificat ſcientiā medicinæ & maxime chirurgię. Si uero iungitur ei Sol ſignificat ſcientiam ſectarū, & prudentiā in cōtentionibus & diſputationibus, & ſciet defendere fidem rectā, & impugnare hęreticos fidei, atq; artiū, nec permittet ſibi fieri cōcluſionem falſam, & in omnibus erit bonus & ordinatus diſputator, nec garrulus. Et ſi iungitur ei Venus, ſignificat cōpoſitionem ſonorū, & aliarū ſcientiarū delectabiliū. Erit enim nat⁹ citharizator, iubilator, & ſapiens in inſtrumētis muſicis. Si aūt iungitur ei Mercurius, ſignificat ſcientiā Arithmeticę, & omniū quæ ad numerū pertinent, & ſcientiā ſcribendi præ alijs ſcriptoribus, ſi uoluerit ſtudere in ea, & philoſophiā, ſcilicet Aſtronomiā, & omnes alias ſcientias quadruuiales. Si aūt iungitur ei Luna, ſignificat ſcientiā diſpoſitionis aquarū & menſuræ earū, & terrarū, & natationes & productiones fluminū, & ſimilia. Et ex qualitate animi ſignificat largitatē & uerecundiā atq; iuſtitiā. Et ex ſectis ſignificat pluralitatē & ſimulationē: finget enim ille cuius Iupiter fuerit ſignificator, quādo Luna iungit ei ſe uelle tenere hanc ſectā & illā, & neutrā, bene ſeruabit: nec tamē eius intentio erit mala. Et dixerūt Camcaph & Guellius, ꝙ ſignificat hepar, ſtomachū, artē ſiniſtrā, brachia & uentrē, ſcilicet ab umbilico infra & inferiora pectinis, & ſignificat inteſtina. Et ex coloribus cinericeū, uiridē, & eorū ſimiles. Et ex ſaporibus ſignificat ſaporē dulcem. Et quātitas orbis eius eſt 9. graduū. Et ex diebus habet diem Iouis & ex noctibus habet illā quæ præcedit diem Lunæ. Et anni firdariæ eius ſunt 12. Et anni eius maximi ſunt 428. Maiores 78. Medij 45. & dimidius. Minores uero ſunt 12. Et fortitudo eius circuli eſt in occidente. Et dicuntur anni eius maiores 79. eo ꝙ ipſi cōſiderantur ſecundū quātitatem graduū terminorū, qui cōtingunt ei pro ſuis terminis ex gradibus 12. ſignorū. Medij uero dicunt 45. & dimidius. quoniā ipſi cōſiderant ſecundū numerū qui ꝓuenit ex aggregatione annorū eius, maiorū & minorū, qui fiunt 91. quibus dimidiatis cōtingunt pro parte 45. & dimidius. Minores uero cōſiderant ſecundū curſum eius in ecentrico, quem ipſe peragūt in 12. annis. & inde traxerūt anni ei⁹ minores ſuū numerū ſcilicet 12. Et dixit Meſſala, ꝙ ſignificat de figuris hominū hominem albū, habentem oculos nō prorſus nigros, nares nō æquales & breues, caluū, in aliquo dentiū habentem nigredinem pulchræ ſtaturæ, boni animi, bonis moribus, pulchri corporis. Et dixit Dorotheus magnos habentem oculos, & pupillā latam, barbā criſpā. Et ex partibus habet partem beatitudinis & ꝓfectus. Et ſignificat fidem & appetitū in bonis. Et ex operibus ſalubritatem & ſecuritatem, & participationem. Et ex regionibus habet Alchirat,

Babyloniã, Azomi, Perſidam, Almaden, Alandes.

Et dixit Sacerdos, Iupiter bonum & honeſtum conſtituit hominem, cui barbam dat habere rotundam, pulchrosq́ oculos, duos dentes anteriores cæteris maiores, atque aliquando aliquantiſper diuerſos, in facie huius hominis color aureus admixtus albo, libenter utitur pulchris indumentis, capillos habens quandoque longos ipſosq́ pulchros, in eſſe religioſorum, terram in eundo proſpicit.

De Marte quid ſignificet. Caput III.



♂ DIxit Alchabicius, Mars eſt Planeta maſculinus, nocturnus, malus, operatur per naturam ſuam calorem & ſiccitatem, diſtemperatam igneam, cholericam, amari ſaporis. Et ſignificator fratrum naturaliter, & peregrinationum. Et ob hoc eſt Mars naturaliter ſignificator fratrum, quoniam fratres ſunt tertium accidens quod accidet nato poſt conceptionem, ſolicet poſt natiuitatem, & quod natus magis diligit inter illa quæ poſſunt ei prius occurrere, ſic & Mars eſt tertius Planeta qui eſt in ordine Planetarum, & ſequitur Saturnum in ordine ipſorum tertius. Et eſt ſimiliter Mars tertius Planeta, qui exercet operationem ſuam in hoc concepto, ſcilicet operando in eo per ſanguinem, & rubificando illum. Et eſt ſignificator peregrinationum, quoniam in peregrinationibus accidunt peregrinantibus incommoda multa, & multæ anguſtiæ & prædationes atque labores impij, & ſimilia: quæ aſſimilantur ſignificatis Martis. Et habet ex ætate hominum iuuentutem collectam à 22. anno ſcilicet uſque ad 45. ita quòd utrique includantur. Et ex magiſterijs omne magiſterium, quod exercetur per ferrum & ignem, ſicut eſt percutere ferrum, cum martellis, ſuper incudem, uel alio modo. & exercere opus fabrorum, furnariorum, fornaſariorum, carnificum, barberiorum, & ſimilia.

De complexione eius cum Saturno, & alijs Planetis.

QVod ſi iungatur cum Saturno, ſignificat opus
♄ fabrorum quod fit ex ferro tantum, & maxime ferramenta cum quibus exercetur opus terrarum, ut ſunt ligones motoria, uomeres, & ſimilia. Si
♃ autem iungatur cum Ioue, ſignificat opera fabrorum quæ fiunt de ære & plumbo, ut ſunt opera de
☉ peltro, & ſimilia. Si uero iungatur ei Sol, ſignificat opera fabricantium, quæ fiunt ex auro nondum hactenus laborato. ſicut ſunt bizantij, termini, auguſtani, floreni, aurei, medaliæ, maſſannicinæ, & omne aliud opus ex auro rudi. Et ſi iungatur ei
Venus, ſignificat opera fabricantium, quæ fiunt ♀
pro ornamentis mulierum, ſicut annuli, monilia,
& ſimilia. Et ſi iungitur ei Mercurius, ſignifi- ☿
cat opera fabricantium quæ fiunt ad coniuendum res coniunctas, & ad iungendum eas ſimul, quæ ſunt ſubulæ, acus, & ſimilia. Si quidem iun-
gatur ei Luna, ſignificat opera fabricantium per ☾
quæ fiunt libræ, lances, bilances, crateres, ciphi argentei, & uaſa cum quibus menſuratur potus in tabernis, & cum quibus bibitur in curijs diuitum, & ſimilia.

De ſignificatis ipſius cum ſolus fuerit ſignificator.

ET cum fuerit ſolus ſignificator, ſignificat opus medicinæ tam chirurgiæ, quàm alterius partis medicinæ. Quod ſi nullus Planetarum complectitur, ſignificat opus medicinæ quod fit per apertionem uenarum, ſicut eſt phlebotomia, & apertio apoſtematum & exiccatio uulnerum, & ſimilia. Et dixit Alchabicius, quòd cum complectitur ei Saturnus, ſignificat opus medicinæ uulnerum, & ſimilia. Et cum complectitur ei Iupiter, ſignificat opus naturarum, & curam oculorum. Et ſi complectitur ei Venus, ſignificat opus ornamenti quod pertinet ad barberios, ſicut tonſura capillorum & barbarum, & unguium abſciſio. Et ſi complectitur ei Mercurius, ſignificat abſciſionem uenarum. Et cum complectitur ei Luna, ſignificat eradicationem dentium, & purgationem aurium, & ſimilia. Et cum per ſe ſolus fuerit ſignificator, ſignificat iniurias miſerorum, & quòd libenter iniuriabitur minoribus, & effuſionem ſanguinis, uulnera, occiſiones, combuſtiones, decapitationes, contumelias, fures, tabernarios, latrones diurnos, ſuperbos, mendaces, periuros, deriſores, falſarios, tam monetæ, quàm chartarum & oppreſſiones per uim, nocendo quibus poterit, & iracundiam & abſciſiones uiarum, & feſtinationem & ducatus exercitus, & inuerecundiam, & leuitatem, nec uerecundabitur ex aliquo malo quod fecerit, & ſignificat peregrinationes extra terram, & extra patriam ſuam, & abundantiam coitus. Et ſi fuerit mali eſſe, fueritque ſignificator mulieris, abortiet: & aliquando erit ipſa eadem culpabilis illius aborſus. Et ſignificat fratres medios & ſcientiam atque diſcretionem curæ beſtiarum, erit enim archimandrica. Et ſignificat ex infirmitatibus febres calidas, ſcilicet illas quæ fiunt ex cholera non aduſta, & ſine cauſa, & phreneſim ueram & etiam non ueram, & puſtulas ſanguineas, imperiginem, albaras, & rubedines aduenticias, quæ fiunt in corpore præter naturam cum aſperitate atque fœditate, & pruritus & lentigines, & ægritudines comedentes carnes corporis, ſicut ſunt morbus regius, canceres, & ſimilia: & ſignificat hemicraneam, & ignem ſacrum, & ſimilia. Et ſignificat etiam quòd comedet natus carnes putridas, & non bene coctas. Et ſignificat pauores & cogitationes horribiles inquietantes homines qui mouent & impediunt atq; inanes reddunt. Et habet ſignificare quicquid fuit cum inflammatione caloris. Ex qualitatibus animi commotionem & eius conturbationem ſignificat.

De

De complexione ipſius cum Saturno.

QVod ſi iungatur cum Saturno, ſignificat odiũ & inuidiam maximam, & erit natus ualde inuidus: & gaudebit & lætabitur cum uiderit alicui euenire malum & tribulationem aliquam, uel aliquod damnum. Et ex ſectis diliget illam in qua fuerit diſcordia & bellum, & illi libenter adhærebit. & cito mutabitur à ſecta in ſectam, & ab una fide in aliam: nec erit in aliqua earum bene perſeuerãs, niſi forte per accidens coartando uoluntatem ſuam, & utetur hæſitatione & mutatione cum celeritate, ab obligatione in obligationem, ſicut faciunt quidam qui ſemper tenentur debitis, & manent in eis impliciti, nec ſciunt ſe ab eis expedire, ſed cum uitant unum, & expediunt ſe ab illo, incurrunt in aliud. Et quando uolunt ſatisfacere uni ex creditoribus, accipiunt ab alio et ſemper manent inuoluti in eis, & in anguſtijs illa de cauſa. Et modo faciũt hoc. modo deſtruunt illud idem: et mutant ſua teſtamenta & faciunt alia, & nunquam manent diu nec perſeuerant in eodem propoſito. erunt tamen omnia hæc ſub unitate. Et dixerũt Alchaiat & Albubeter, quoniam habet ex membris corporis ciſtim, fellis, renes, uenas, decurſum ſpermatis, & dorſum. Et ex coloribus habet rubedinem, et ex ſaporibus amarum. Et quantitas orbis eius eſt 8. graduum. Et ex diebus habet diem Martis, & ex noctibus habet illam quæ præcedit diem ſabbati. Et anni eius firdariæ erunt ſeptem. Anni eius maximi ſunt 214. & maiores ſunt 66. Medij autem 40. & dimidius. Minores uero ſunt 15. Et dicuntur anni eius maiores 66. quoniam conſiderantur ſecundum quantitatẽ numeri graduũ qui contingunt ei de numero graduum 12. ſignorum pro ſuis terminis. Medij uero dicuntur 40. & dimidius, quoniam ipſi conſiderantur ſecundum quantitatem medietatis numeri aggregationis annorum, & maiorum & minorũ qui eſt 81. quibus diuiſis ſunt 40. cum dimidio. Minores autem conſiderantur alio modo quàm in prædictis: quoniam ipſe circuit ſuum epicyclum in 15. annis 8. uicibus, & inde traxerunt ſuum nomen, ſcilicet 15. quia nullo alio numero annorum facit hoc. Et fortitudo eius eſt in partibus meridiei. Et dixit Meſſala quia ſignificat de imaginibus hominũ hominem rubeum facie habentem capillos rubeos: faciem rotundam, leuiter omnem dehoneſtatem: habentem oculos croceos, horribilem aſpectu, audacem, habentem in pede ſignum & maculam. Et dixit Dorotheus quòd ſignificat hominem acutum aſpectu. Et habet ex regionibus Hieruſalem & terram Romanorum uſq; ad occidentem. Et ex partibus habet partem audaciæ. Et dixit quòd ſignificat perſeuerantiam & conuenientiam, animi amorem, calliditatem, ſuperbiam, audaciam, negationẽ & acuitatem & feſtinationem in omnibus rebus.

Dixit Adila: Mars dat homini curuũ habere corp⁹, atq; craſſum: & faciet hominẽ ſchiſmaticum, id eſt zizaniam et diſcordiã inter homines ſeminantẽ. huius in facie color rubeus mixt⁹ cũ nigro, id eſt Martialis, ut ſi dicatur brunum habet colorem. ut hi qui ad ſolem & calorem uadũt, ita quòd nec eſt niger, nec eſt uere rubeus, ſed habet colorem horribilem: & habet aliquando in facie grana rubea & raros pilos quandoq; in barba quaſi ſicut ſpadones.

De Sole quid ſignificet. *Caput IIII.*



DIxit Alchabitius, Sol eſt Planeta maſculinus, diurnus, fortuna per aſpectum: per coniunctionem uero corporalem malus, operatur calorem & ſiccitatem per naturam ſuam. ☉ Et eſt ſignificator patrum naturaliter, ſi natiuitas fuerit diurna. Et ob hoc eſt Sol ſignificator patrum naturaliter, quoniam quarta domus eſt ſignificatrix patrum: & Sol eſt quartus Planeta à Saturno, ſequens ipſum, in ordine ipſorum, ſcilicet tertius poſt ipſum: & etiam, quia ipſe eſt quartus Planeta, qui exercet operationem ſuam in concepto, ſcilicet operando in ipſo, per calorem naturalem, uel ei ſimilem in dando ſpiritum & membra officialia concepto & animam uitalem & liniationem faciei. Et eſt res quam natus diligit præ alijs rebus, præter fratres de his quæ poſſunt ei accidere ante filios, exceptis prædictis 2. poſt natiuitatem. Et habet ſignificare lumen & ſplendorem, & pulchritudinem atque intellectum & fidem. Et ſignificat etiam regnum magnum, & omnes alias dignitates laicales tam magnatum quàm aliorum. Et hoc ideo quoniam ipſe eſt poſitus in medio aliorum, tanquam rex, & alij ſtant iuxta ipſum: quidam ab una parte, quidam ab alia: ſuperiores ſcilicet, à dextra eius: inferiores, à ſiniſtra. Et ipſe habet poſſe in omnes Planetas, quoniam comburit eos omnes. Præterea motus eius eſt quaſi uniformis, et non uariatur nec alteratur, ſed ſemper ſeruat eundem ſimilẽ inceſſum annuatim. Et eſt eius motus nobiliſſimus præ motibus aliorum Planetarum, nec retrogradat ſicut retrogradant alij. Sed poſſes dicere, quòd Luna non retrogradat: quod eſt uerum, ſed tamen licet ipſa non retrogradet, tamen recipit talem tarditatem quæ poteſt quaſi æquiparari retrogradationi. Sed poſſes dicere quòd Luna eclipſat aliquando Solem. Ad quod dicendum eſt, quòd etiam Luna habet aliquando ſignificare regna & magiſtratus. Et ſignificat naturaliter regem Romanorum, qui habet potentiam ſuper regem Babyloniæ de iure, cuius Sol eſt ſignificator naturaliter. Et habet etiam Sol quandam prærogatiuam ſuper Lunam, ſcilicet quia Luna non eſt corpus ſplendidum, neque luminoſum, immo recipit quicquid luminis uel ſplendoris habet à Sole. et ob hoc minus reddit & minus impedit. Quare hoc fit, non audet dici, ne forte quidam immo multi fatui tunicati nobis inſurgant, uolentibus uti ratione ueraci, atque cauſa ueritati conſona, quam ipſi ignorant: ſapientes uero ipſorum non ignorant eam

nec reprehendunt aſtrologos, immo commendant eos & diligunt, ſed fatui eorum dicerent quòd eſſet hæreſis, ignorantes quid hæreſis ſit. Et ex ætate hominis ſignificat finem iuuentutis, quæ eſt à 45. anno uſque ad 60. Participat cum uniuerſis planetis in diſpoſitione annorum. Et habet ex magiſterijs regnũ, regimina, principatum. Et habet etiam ſignificare illos qui nouerunt bene lanceare lanceas, & iaculare iacula, uenationem atque uenenationem quæ fit per modum uenenandi: ſicut faciunt aliquando aliqui qui uenenant ſagittas cum quibus occidunt feras. Et habet ſignificare purgationem corporis, cum omni ſpecie purgandi cum quibus corpora hominum purgantur interius & exterius. Et ex infirmitatibus ſignificat infirmitates calidas & ſiccas, apparentes in corporibus hominum. Et ex ſubſtantia ſignificat aurum plurimum, & maxime rude. Et dixit Alchabicius, quòd ſignificat uniuerſas ſpecies ſubſtantiæ. Et ex qualitatibus animi ſublimitatem atq; ſubtilitatem, & ea quæ ſequuntur honeſtatem & largitatem & gloriam atque mentis prolixitatem. Et ex ſectis ſignificat culturam bonam & ſimilia. Et dixit Alchabicius quòd ſignificat imperium uocis atque fortitudinem celeritatis.

De ſignificatione ipſius cum Saturno & alijs Planetis.

♄ QVi ſi iungatur cum Saturno ſignificat uillicationem, & huiuſmodi principatu. Et ſi iunga-
♃ tur cum Ioue, ſignificat principatum in fide atq; religione, et ſignificat etiam omne iudicium inter homines, iudicans opera minorũ uel oppreſſorum &
♂ ſimilia. Si autem iungatur Marti ſignificat ducatum exercitus, & inueſtigationem bellorum: uale-
♀ bit enim natus in his. Quòd ſi iungitur ei Venus, ſignificat regnum per obſequium potentum
☿ & per mulieres. Si uero iungatur ei Mercurius, ſignificat conſultores regum & incultores librorũ
☾ & magnorum operum hæreditatum. Et ſi iungitur ei Luna, ſignificat opus legatorum & detectiones conſiliorum & his ſimilia. Et dixerũt Guellius & Atabari quòd Sol ſignificat imaginem uultus hominis: & proprie ex uiris oculum dextrum et ex mulieribus ſiniſtrum. Et dixerunt Ben & Alboali, quòd ſignificat ex membris cor, medullam & femora. Et ex infirmitatibus illas quæ fiunt in ore, ſicut ſunt canceres & aliæ quę comedunt carnes oris, & omne detrimentum oris, & deſcenſionem aquæ in oculum. Et uirtus eius & poteſtas maxime eſt in capite. Et dixerunt Indi, quia cum fuerit in aſcendente, erit comburens, et habebit ille cuius tunc fuerit ſignificator in facie ſignũ. Et ex coloribus habet colorem æmulũ, qui uidetur participare cum omni colore: & ſecundum quoſdam ſignificat colorẽ album. Et ex ſaporibus habet acutum, & ex diebus habet diem dominicum, & ex noctibus illam quæ præcedit diem Iouis. Et quantitas orbis eius 15. graduum ante ſcilicet & retro. Et ita intellige de omni orbe Planetarum ſcilicet ante & retro. Et anni firdariæ eius ſunt decem. Et anni eius maximi 461. & ſecundum quoſdam ſi illos exceſſerit, erunt mille. Et anni eius maiores ſunt 120. quoniam cõſiderantur ſecundum quantitatem numeri graduum qui contingunt ei pro ſuis terminis numero graduum 12. ſignorum: quia licet ſol non habeat terminos aſſignatos per ſigna ſicut habent 5. erratici: tamen habent uirtutem in prædicta medietate circuli ſignorum quæ eſt ab initio Leonis uſq; in finem Capricorni, quam habent Planetæ in ſuis terminis & eſſent 180. Sed quia ſunt in illa medietate 2. domus duarum infortunarum, quę ſunt Scorpio & Capricornus, diminuuntur ei 60. anni. 30. pro unaquaq; illarum domorũ, & remanent tantum 120. ex quibus reſultat aſpectus trinus. Anni uero ipſius medij extrahuntur alio modo quàm extrahantur alij. Mediantur enim anni eius maiores & uni medietati adduntur anni eius minores & fiunt 79. quibus dimidiatis una medietas facit 39. & dimidium & illi ſunt anni Solis medij. Minores uero conſiderantur à numero graduum eius exaltationis, ut dictũ eſt ſuprà in 19. gradu Arietis, & illic eſt numerus annorum Solis minorum. Et fortitudo eius eſt in partibus orentis. Et dixit Meſſala, quia ſignificat de figuris hominum eum qui habuerit colorem inter croceum & nigrũ, tectum cum rubore, breuis ſtaturæ: ut in quibuſdam criſpum, caluum atq; pulchri corporis. Et dixit Dorotheus, figura Solis et Lunę eſt ſicut figura Planetarum qui cum eis fuerint, & eius qui dignior fuerit loco eorum. Si ergo uolueris ſcire figuram Solis, ſcito quòd ſit crocea, habens partem ruboris capillorum, oculi eius aliquantulũ crocei. Et habet ex regionibus Conacant & Oracen & Perſidam & terram Romanorũ. Et ex partibus habet partem futurorum & diuinationis. Et eſt ſignificator naturarum, & ſpiritus ſapientię & elationis & perfectionis, fidei quoq; atq; ſcientiarum & gaudij. Et dixit Adila, Sol facit hominem carne plenũ, pulchræ faciei atq; albæ oculorũ quandoq; magnorum: huius in facie color albus citrino cõmixtus: habet uero ſolaris homo, pulchram plenamq; barbam, capillos etiam gerit extenſos.

De Venere quid ſignificet. *Caput* V.



DIxerunt Albumaſar atq; Alchabicius, Venus eſt fortuna: & eſt Planeta fœmininus, nocturnus: & habet ſignificare mulieres & uxores. Et ſi fuerit natiuitas diurna, ut ait Alchabicius, ſignificat matres. et ut ait Sacerdos ſignificat ſorores minores. Et eſt ſignificatrix filiorũ naturaliter: quoniam filij ſignificantur per quintam domũ, & Venus eſt quintus Planeta à Saturno, ſcilicet quartus poſt ipſum ſequens eum in ordine ipſorũ. Et etiam quia ipſa eſt quintus Planeta, qui exercet operationem ſuam in concepto complendo ſcilicet ſexum maris et fœminæ cuiuſcunq; ſexus fuerit conceptus, & perficiendo

do illi naſum & ſupercilia & totam diſpoſitionem faciei. Et quia Venus eſt Planeta delectationis & gaudij, & quinta domus ſimiliter attribuitur filijs, & ſignificat eos quoniam filij ſunt accidens in quo magis gaudet natus et delectatur natura in eis plus quàm in alijs. In tractatu uero natiuitatum dicetur latius quid dicendum fuerit ſuper his: tamen dicam tibi nunc aliquid ex eis. Quoniam quando uolueris ſcire eſſe nati, & uolueris ſcire quid accidat ei à mulieribus, matre ſcilicet uel uxoribus uel ſororibus minoribus, & ſimilia. uide in hora natiuitatis ſi Venus ſit Almubtem in natiuitate, tunc ſcias quoniam bene ei erit generaliter ex mulieribus. Et ſi ipſa non fuerit ſignificatrix natiuitatis, quòd nõ ſit Almubtẽ ſuper illam, uide quomodo & unde aſpiciat dominum primi. Nam ſi aſpexerit eum de ſeptimo à trino aſpectu, diligetur natus ab uxoribus dilectione perfecta. Et ſi aſpexerit eum inde à ſextili aſpectu, diligetur ab uxoribus, ſed non dilectione perfecta: immo erunt aliquando inter eos altercationes & iurgia, & aliquando diligent ſe inuicẽ, aliquando uero non: modo hoc, modo illud. Et ſi aſpexerit eum de ſeptimo, quadrato aſpectu, tunc parum gaudebit natus cum uxore. & ut multum erunt inter eos aliquales altercationes, & non bene aſſociabuntur ſimul. Si uerò aſpexerit eum de oppoſitione nunquam gaudebit natus cum uxore, & magis timetur hoc cũ prima, nec bene erit ei ab ea: & ſemper erunt rixæ atq; diſcordiæ inter ipſos. Et ſi aſpexerit Venus ſignificatorem natiuitatis de decima domo aliquo prædictorum aſpectuum: dic quod ita erit nato à matre, ſicut dixiſti, quid erit ei ab uxore. Quoniam ſi aſpexerit Venus ſignificatorem de ſeptima domo, de bono aſpectu, dic quòd nato erit bonum à matre de malo uero, dic quod ei erit malum à matre. Et ſi aſpexerit Venus ſignificatorem nati à quarta aliquo iſtorum aſpectuum, dic quòd ita cedet ei à ſororibus minoribus, ſecundum aſpectum quo ipſum aſpexerit, quemadmodum dixiſti de matre. Et habet Venus per naturam ſuam operari frigiditatẽ et humiditatem cum temperie. Et habet ſignificare ſimiliter ex ætate hominis adoleſcentiam & maxime in mera iuuentute, quæ eſt à 14. anno uſq; ad 22. Et habet ex magiſterijs ſcire facere inſtrumenta laudorum, & ludorum & ludere ad calculos & ludere ad aleas. Iſta erunt officia illius cuius Venus fuerit ſignificatrix: & quę magis approximabũtur ei: & quæ ipſe melius ſciet facere ſi uoluerit ſe intromittere de eis: & ſi intromiſerit ſe de alijs, non addiſcet, nec ſciet ita bene ſicut iſta. Et erit ille cuius Venus fuerit ſignificatrix uiuens in ocio, & melius ſciet ducere uitam ſuam, & delicatius uiuere & curialius quàm alius qui ſit ualde deterior eo. Et erit fornicator & ex toto filius fornicationis: & libenter exercebit omnem cultum uenereum, & abundabit in coitu, ita quòd aliquando exterminabitur natura ipſius illa de cauſa: & ſciet componere coronas, & ſerta, & omnia ornamenta, & ſpecialiter muliebria: & utetur libenter ornamentis ſui corporis & ibit coopertus pulchris indumentis & mundis: & ſciet operari aurum & argentum & facere monilia: & omnia talia quæ pertinẽt ad ornamentum corporis, & maxime quæ pertinent ad ornamenta mulierũ, ſi adhæſerit illis magiſterijs. Et iſtud eſt quòd nõ permittit aliquando quoſdam peruenire ad perfectionem ſuorum magiſteriorum ſeu officiorum, quoniam utuntur ſcilicet artibus & officijs quæ non ſunt ipſorum naturaliter: & ipſi nunquam perfecte addiſcunt illa: & cum labore addiſcunt quicquid capiunt ex eis. ſed illa quæ pertinent ad eos naturaliter, addiſcunt leuiter & bene. Et ſunt uenerei homines, ludi & riſus & tripudij atque alacritatis & gaudij, & libenter utuntur comeſtionibus & potationibus in ſocietatibus. & inebriantur uenerei cinus alijs, & confidunt de alijs, & ſæpa decipiuntur ab eis. Et habet Venus ſignificare dilectionem, largitatem, amorẽ, & iuſtitiam, et ſimilia. Et conuerſantur in domibus orationis uenerei, ut appareant quòd nõ ſunt, & retinent fidẽ, & cupiũt audire ſonos inſtrumentorũ muſicorum, & ualent in eis plus alijs hominibus.

De complexione Veneris cum Saturno & alijs Planetis.

QVæ ſi iungatur cum Saturno, ſignificat ſonum cantationum, lamentationũ, & quibus deflent mortui, atq; quibus homines utuntur quando ædificant, & ſimilia. Si aũt iungatur cum Ioue, ſignificat quòd natus erit doctus in ſonis lectionum & cantilenarum eccleſiaſticarũ, & in omni cantu ſpectante ad clericos & religioſos, & uiẽres in domib⁹ orationis, & altaria et laudem domini Ieſu Chriſti.

Quòd ſi iungaſ cum Marte, ſignificat ſonos ſeu cantationes laicorũ et dominorũ præliorum, et cantus qui fiũt in prælijs, ſicut ſunt tubę, fiſtulæ, cimbala, & ſimilia: & ſignificat ſonos ſeu cãtus in quibus fit mentio captionis, ligationis, laboris, interfectionis, & percuſſionis armorũ & flagellorũ, ſicut fit in cõmemoratiõe geſtorũ antiquorũ, ut rememorari geſta Troiæ, Franciæ, Romæ, Britanniæ, & ſimilia: ſciet eñ natus cãtare illas cãtatiões. Quòd ſi iũgatur Soli, ſignificat ꝙ ſciet natus ſonos, ſeu cãtus qui fiunt cũ lignis quibus utunſ homines corã regibus & magnatibus, ſicut rottę, uiolæ cytharę, ſampucę, leuta, & ſimilia. Et ſi iungaſ ei Mercurius, ſignificat ſonos quibus fiũt melodię et cõponunſ uerſus, ſicut ſunt liræ, & ſimilia. Si aũt iungaſ ei Luna, ſignificat cantus quibus utunſ nautæ in nauigationibus & erectionib⁹ ſeu eleuationib⁹ uelorũ in altũ, & ſimilia. Et de infirmitatibus ſignificat infirmitates frigidas & humidas, quæ accidũt ut multũ in mẽbris genitalib⁹ uel circa illa et ſimilia. Et ſignificat ꝙ natus erit aptus ad ſciendũ aptare atq; præparare ea quæ ſpectãt ad pulchritudinẽ, ſicut ſunt pallia, ueſtimẽta mulierũ, & earũ ornamẽta, et quę pingũtur in ornamẽtis cũ auro, margaritis, friſiis, et ſimilibus. Et ex qualitate animi ſignificat ſuauitatem. & ſignificat amicitiã & comeſtionẽ & cupiditatem comeſtionis & potationis, & coitus, & ſimilia. Et ex ſectis ſignificat idololatriã, & eas in quibus exercentur comeſtiones atq; potationes. Et dixerunt Guellius & Cancaph, quòd ſignificat de corpore hominis anchas, ſpinam dorſi, ſperma, & eius decurſum. Albuam uero & Arabari dixerunt, quoniam habet ſignificare pinguedines, renes, & umbilicum & uentrem, uuluam quoq; atque matricem. Et ex coloribus habet album, & ex ſapo-

ribus unctuoſum : & ex diebus diem Veneris & ex noctibus habet eam quæ præcedit diem Martis. Et quantitas orbis eius eſt 7. graduum ante & totidem retro. Et anni eius firdarij ſunt octo, & maiores 82. & medij 45. minores uero octo & maximi ſecundum Alchabicium ſunt 1151. Et dicuntur anni eius maiores 82. ſecundum numerum graduum duodecim ſignorum, qui contingunt ei pro ſuis terminis ſecundum quem numerum ipſi conſiderantur. Medij uero dicuntur 45. quoniam ipſi conſiderantur ſecundum numerum medietans numerorum ipſius maiorum atque minorum ſimul aggregatorum : quibus ſimul aggregatis faciunt 90. quorum medietas eſt 45. Minores uero ſunt octo, qui traxerunt ſuum numerum ab eo quòd Venus circuit ſuum epicyclum in octo annis quinquies, quod non poteſt facere in alio numero annorum. Ecentricum circuit in 348. diebus. Et fortitudo eius in plagis mundi eſt in dextra occidentis. Et dixit Meſſala, quòd ſignificat de figuris hominum hominem album trahentem ad nigredinem pulchri corporis, pulchrorum capillorum habentem faciem rotundam, & paruas maxillas, & pulchros oculos & nigredo ipſorum eſt maior albedine. Et dixit Dorotheus pulchram habens faciem, pulchros oculos, nigredo ipſorũ plus quàm oporteat, & multos capillos. Et dixit quòd ſignificat hominem album confectum rubore craſſum: & oſtendit beneuolentiam. Et habet ex regionibus Alhegem & Alyemen, & totam terram Arabum: quoniam eius ſignificata magis apparent in illis partibus quàm in alijs. Et habet ex partibus partem deſiderij. Et ſignificat amicitiam & dilectionem & patientiam, & ludum atque coniunctionem maſculorum ad inuicem, per modum turpem & prohibitum, atque nepharium & abhorrendum. Et dixit Adila, Venus pulchros facit capillos, & pulchra ſupercilia. Homo autem venereus dulcia & mollia effundit uerba: per omnia dulciflua habet eloquia: oſcula iungit amica. Eſt autem in ſui uultus & totius corporis compoſitione ſtudioſus: mouet ſe leuiter in eundo aut aliquid agendo mediocris eſt ſtaturæ & laſciuus.

De Mercurio quid ſignificet.
Caput VI.



☿ Dixit Alchabicius, Mercurius eſt Planeta commixtus, maſculinus, diurnus, inclinatur per naturam ſuam illi cui complectitur ex Planetis & ſignis, ita ut ſi iungatur bono Planetæ, quòd efficitur bonus : & ſi iungatur malo, efficitur malus. Et ſi iungatur Planetæ maſculino, dicitur maſculinus : & ſi nocturno nocturnus : & ſi diurno diurnus. Et habet ſignificare fratres minores : unde proſpice in natiuitate alicuius nati, & uide qualiter ſe habeat Mercurius cum domino primi ſiue cum ſignificatore natiuitatis : nam ſi eum Mercurius aſpexerit à trino uel à ſextili aſpectu, bene erit nato ex fratribus ſuis minoribus, & maxime cum receptione. Et ſi aſpexerit eum à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, male erit ei ex eis, maxime ſi receptio interueniat : ſimiliter dic de coniunctione corporali : idem intelligas de aſpectibus eius cum Luna. Et eſt mercurialis magis diligens amaſias quàm uxores : & libentius adhærebit eis. Et ſignificat Mercurius æſtimationem & cogitationem dilectionis Dei, quantum eſt ex conſcientia ſua, licet aliàs ſit laſciuus in non licitis : & bonam habebit credulitatem & deuote morabitur in templis, & alijs oraculis eccleſiarum : & erit bonæ fidei & catholicæ opinionis. Et ſi fuerit Mercurius ſolus ſignificator natiuitatis, & fuerit in natura ſua, ita quòd nullus Planetarum iungatur cum eo, nec participet etiam cum ipſo, erit natus in principio iuuentutis, ſui ſenſus, & creſcet ſuæ uoluntatis, & ſuorum morum propriorum, & hoc accidet ei in primis decem annis ſuæ iuuentutis ſcilicet adoleſcentiæ. Et dixit Alchabicius, quòd ſignificat res terrenas & augmentationem rerum creſcendo. Et ex ætate habet iuuentutem & profectum in ea: & quòd ſignificat ex operibus opera quæ generant cognitionem ueritatis, et rethoricam: erit enim ordinatus in ſua loquela. Et habet Mercurius ſignificare geometriam, atque ſcientiam negociationis, & ſciet diſponere negotia multa, & de multis ſe intromittet, & ſciet illa ducere ad effectum. Et habebit cognitionem in multis rebus, & noſcet res uenales & alias in quibus fuerit utilitas. Et ſi fuerit effectus clericus, erit bonus & placabilis prædicator. Et dixit Atla quod ſignificat philoſophiam, & auguria, & ſcripturam, & prouerbia. erit bonus moralis etiam addiſcet arithmeticã ſcientiam. Erit enim mercurialis bonus uerificator & operabitur in hoc maxime.

De complexione ipſius cum Saturno & alijs Planetis.

Qui ſi iungatur cum Saturno, ſignificat opus apertícandi atq; menſurandi terras, & diuidendi poſſeſſiones & hæreditates inter conſortes, & hęredes mortuorum. Et ſcientiam numerandi & æſtimandi quæ oporteat habere aliquem ad faciendũ aliquod ædificium, ſicut turrim & domum, uel aliquod ſimile & ſcientiam ordinandi telas, ſicut ſunt illi qui texunt pannos laneos, uel lineos, ſeu pignolatum, & ſimilia. ♄ Quod ſi iũgatur Ioui, ſignificat opus numerandi et faciendi melodias librorũ eccleſiarum, & alios cantus ſciet indifferẽter, & ſaltus ludorum, & ſimilia. ♃ Quòd ſi iũgatur Marti, ſignificat quòd natus cui fuerit ſignificator, ſciet ꝓducere exercitũ, & ſciet eos bene ordinare atq; ſoluere pręliantibus atq; guerrarijs redditus quos percipere debuerint et quòd ſciet bene pręliari et bene percutere illos cum quibus fuerit præliatus, cũ lanceis & gladijs ♂

dijs, clauis, & alijs nocibilibus armis, & ſimilibus. ☉ Quòd ſi iungatur Soli, ſignificat eum præeſſe numero regum, & ſubſtantiæ dominorum, magnatum & nobilium & diuitum. ſciet enim diſponere facta ipſorum, & regere familias eorum, & producere ipſorum familiaria facta. ♀ Quòd ſi iungatur cum Venere, ſignificet quòd ſciet numerum ſonorum cordarum, inſtrumentorum muſicorum, ſicut cythararum, uialarum, fiſtularum, organorum, ☾ arparum, tympanorum, & ſimilium. Quòd ſi iungatur ei Luna, ſignificat quòd natus ſciet ſeruire in curijs regum, magnatum, nobilium, & aliorũ. ſicut eſt ponere fercula coram diſcumbentibus: incidere panem & carnes coram eis, & ſimilia. Et de infirmitatibus ſignificat infirmitates animæ naturaliter, ſicuti eſt magnanimitas paruipẽdendo magna & puſillanimitas magnificando parua & cogitationes horribiles: & inquietationem mentis atq; dubietatis, ita quòd aliquando uidebitur amens, & ſimilia. Et ſi ille cum quo iungit̃ fuerit bene diſpoſitus, ſignificat bonam qualitatem animæ & ſi fuerit male diſpoſitus, ſignificat malam qualitatem animæ.

De Mercurio cum fuerit fortunatus.

CVm autem fuerit Mercurius fortunatus erit bonitas & fortuna ipſius ſecundum bonitatem & ſecundum fortunam illius qui fortunat eum: & ſecundum locum in quo ipſe fuerit bene diſpoſitus. Et cum fuerit malus & infortunatus, erit eius malitia & infortuniũ ſecundum naturam et ſecundum eſſe & ſecundum infortunium illius qui infortunat eum. & ſecundum locum in quo fuerit ille malus: uel qui infortunat eum. Et dixit Alchabicius, quòd ſignificat ex ſectis, culturam unitatis ueræ, atq; legum rationabilium, & horum ſimiliũ: & illud ſignificat cũ hypocriſi atq; ſimulatione, fingens ſe meliorem eſſe quàm ſit, nõ tamen cum hæreſi. Et dixerunt Albuas & Ebrianus, quòd ſignificat de corpore hominis umbilicum, & femora, crura, neruos, uenas, & arterias. Er de coloribus ſignificat omnem colorem commixtum atq; uariatum.

Et dixit Guelius, quòd ſignificat alezeminiũ, qui eſt quidam rolor ſimilis colori lilij agreſtis. Et ex ſaporibus ſignificat acetoſum. Et qñãtitas orbir eius eſt ſeptem graduum. Et ex diebus habet diem Mercurij: & ex noctibus eam quæ præcedit diem dominicum. Et anni eius firdariæ ſunt 13. Et anni eius maiores ſunt 76. medij uerò 48. minores 20. maximi quoq; 460. Et dicuntur anni eius maiores 76, quoniam 76. gradus contingunt ei de gradibus 12. ſignorum pro ſuis terminis ſecundũ quem numerum ipſi conſiderantur. Medij uero dicuntur 48. eo quòd ipſi conſiderantur ſecundum medietatem numeri annorum ipſius maiorum et minorum ſimul aggregatorum & diuiſorũ in duo media, qui ſunt 96. quorum medietas eſt 48. Minores quidem ſuut 20. eo quòd Mercuriur in 20. annis reperitur facere 63. reuolutiones in epicyclo, quas non facit in alio numero annorum. & inde traxerunt illum numerum. & circuit̃ ecentricum in decem menſibus fere. Et fortitudo eius in partibus mũdi eſt in ſeptentrione. Et dixit Iaphar, quòd Mercurius à medio retrogradationis ſuæ uſq; ad ſtationem ſuam ſecundam ſignificat pueritiam. Et à ſtatione ſua ſecunda uſq; ad cõiunctionem Solis corporalem, ſignificat iuuentutem & dilectionem & amicitiam & concordiam & eius inquiſitionem & amoris imitationẽ. Et à cõiunctione Solis uſq; ad ſtationem ſuam primam, ſignificat ſenectutem & à ſtatione ſua prima uſq; ad medium retrogradationis ſuę, ſignificat decrepitam & contrarietatem & diſſimulationẽ & tarditatem, & uerecundiam, præter quàm in acquirendo pecuniam, & occupationem rerum modis omnibus quibus poterit, accumulabit eas natus, per phas & nephas. Et cum fuerit Mercurius in medio retrogradationis ſuæ, & fuerit ſignificator alicuius nati, erit mediocris uelocitatis natus ille, propter ingenium quod habebit debile. Et cum fuerit prope ſtationem ſuam ſecundam, ſignificat quod natus erit uelocis ingenij: ſed non ultimatæ uelocitatis: et erit boni ingenij in ſciendo aperire ingenia hominum cum blandicijs, ita quod reuelabunt ei ſecreta. Et cum iunctus fuerit Soli per corpus, & fuerit directus, & fuerit ſignificator alicuius, ſignificat quòd natus erit uelocis ingenij & expanſi, & lati et magni atq; profundi & bonæ memorię. & idem accidet de alijs Planetis, præter quàm de Luna. Et dixit Meſſala, quòd Mercurius ſignificat de figuris hominum, hominem habentem colorem, non multum album nec multum nigrum, habentem frontem eleuatam, faciem longam, naſum longum, oculos pulchros non ex toto nigros, rarã nigramq; barbam in maxillis, & longos habentem digitos. Et ex regionibus habet Aqualem & Magidem & omnes regiones Indorũ. Et ex partibur habet partem negociationis, quoniam habet ſignificare negociatores propter nimiam ſolicitudinis æſtuationẽ, quam ſignificat & propter nimium ſtudium quod uiget in eo in inquirendo diuerſa. Et ſignificat timorem & infeſtationem, & bellum, & inimicitias, & ſeditiones & contrarietates. Et ſignificat etiam profectũ, & magiſterium, & ſubtilitatem in omnibus operibus, & in omnibus inquiſitionibus de quibus ſe uoluerit intromittere natus. Sciet enim ſubtiliter inquirere ab omni homine quod uoluerit: & ſubtiliter inquirere cuncta quę ab aliquibus inquiruntur ex dictis ſiue factis. Et dixit ſacerdos Mercurius dat homini gracile habere corpus. Eſt autem mercurialis ſapiens, lectioni libenter uacans: ſtaturæ ſæpius mediocris, ſufficienter acquirens amicos, non leuiter eos retinens. Et dixir quòd habet pulchram barbam, ſed raram atque paruam, ſubtilia gerens quandoq; labia naſumq; ſimiliter.

De Luna & quid ſignificet Caput VII.



☾ DIxit Albumaſar & Alchabiciꝰ, Luna eſt fortuna
fœminina nocturna operaſ per naturã ſuã fri
giditatem & humiditatẽ: & eſt ſignificatrix matrũ.
Vnde ſi natiuitas fuerit nocturna habet ſignificare
quæ accidẽt nato ex matre. Vnde debes cõſiderare
qualiter ſe habeat Luna cum ſignificatore nati: qm̃
ſi aſpexerit eum bono aſpectu, trino ſcilicet uel ſex
tili uel receperit eũ receptione ꝑfecta, bene erit na-
to ex matre. Si aũt aſpexerit eũ malo aſpectu, male
erit ei ex matre. Et illud idem intellige de matre ex
filio: quia ſi ſignificator natiuitatis receperit Lunã,
bene erit matri ex nato. Si aũt male aſpexerit eam ſi
ne receptione, male erit matri ex nato. Et dixit Al
chabiciꝰ ꝙ eſt in ea phlegma tẽperatũ. Et ſignificat
ætatẽ puerilẽ, & initiũ creſcẽdi, ſcilicet primos qua
tuor annos à natiuitate ꝓpter ſuas crebras & uelo
ces mutationes, ad modũ mutationũ puerilium. Et di
xit idem philoſophꝰ, quod habet ex operibꝰ legatio
nes & mandata & opera aquarũ atq; terrarũ, & ter
ræ cultũ, ſecundũ quantitatẽ ſuæ bonitatis uel ſuæ
malitię. Et ſignificat principatum. ſciet em̃ ꝓducere
res regũ, & principũ & magnatũ ſi præfuerit eis, &
ſimilia. ſi fuerit tunc fortunata, & in bono aſpectu
Solis uel dñi decimæ domꝰ trino ſcilicet uel ſextili.
Et de ſubſtantia ſignificat argentũ. Et ſignificat for
tunam in cultu terræ, ſi habuerit dignitatẽ hora na
tiuitatis in quarta domo. Et ex fide ſignificat religio
nem, quoniã lunares ut multũ fiunt religioſi, et ma
xime in iuuẽtute: tamẽ aliquãdo nõ bene ſeruãt ꝓ-
miſſa deo. & raro bene perſeuerãt in religionibꝰ. &
fiunt exinde fabulæ uulgi. Et ex infirmitatibꝰ ſigni
ficat epilepſiam, & torſionẽ uultꝰ: & illas quæ perti
nent ad paralyſim, et maxime particularẽ: et ſpecia-
liter illas quæ fiunt in lingua & labijs & oculis. Et
habet ſignificare cõmotionẽ membrorũ quæ fiunt
ex aliquibꝰ ægritudinibꝰ, quod ſæpe accidit ex ægri
tudinibꝰ frigidis & humidis, ut phlegmaticis. Et ha
bet ſignificare qualitatẽ animi, ſecundum commix
tionem ſuam cum Planetis: quoniã ſi iungitur cum
bono Planeta, erit qualitas animi nati bona. ſi uero
iungatur cum malo, erit qualitas eius mala.

De complexione Lunæ cum Saturno &
alijs Planetis.

♄ QVæ ſi iungaſ cum Saturno in natiuitate alicuiꝰ
maris uel fœminę, ſignificat ꝙ natꝰ habebit ho
mines odio, & ſimulabit ſe ipſos diligere, & erit in-
uidus: & gaudebit in damnis aliorum: & dolebit de
ipſorũ utilitatibꝰ: & uidebiſ ei ꝙ omne alterıꝰ bonũ
♃ ſit ſibi nocumentũ. Et ſi iungaſ cum Ioue, ſignifi
cat ꝙ natus erit cautꝰ, & erit honeſtꝰ, atq; in omni-
bus benignꝰ: & ducet bonã & pulchrã & honorabi
lem et placabilẽ uitam, et in omni modo laudabilẽ
♂ Et ſi iungaſ cum Marte, ſignificat ꝙ natꝰ erit ſu-
ſurrator & inuidꝰ: & ſtudebit in malitijs & in ſuſur
rationibus. & in ſeminãdo zizanias inter homines
in omnibus & quę ſint alijs damnoſa, nec curabit,
ſi non ſint ſibi utilia, dũmodo credat alijs eſſe noci-
tiua hoc tñ præuiſo, ꝙ receptio frangit malitiã ſu-
☉ pradictã. At ſi iungaſ cum Sole à trino uel ſextili
aſpectu, ſiue cum receptione, perfectiꝰ cõplebunſ ſi
gnificata: & ſignificat ꝙ natꝰ ſeu interrogãs intro-
mittet ſe de diſponẽdo res regales & magnatũ et no
bilium & diuitũ q ſunt apti regno. Si aũt iungaſ
♀ cũ Venere, ſignificat ꝙ natꝰ erit curialis & benignꝰ
& ſuauis & boni animi & honeſtis moribꝰ: et erit ce
ler et leuis et uelocis morꝰ. et uteſ diuinis obſequijs:
nec dicet malũ de aliquo nec dicet alicui ruſticitatẽ ☿
ſua culpa. Si uero iungaſ cũ Mercurio cũ receptio
ne, ſignificat ꝙ natꝰ erit cõcionator facundꝰ, et ꝙ ad
hærebit ſcripturæ, atq; rhetoricæ & erit ordinatꝰ in
omni ſua locutiõe & in omni ſuo dictatu tã metri-
co q̃ ꝓſaico. Si aũt ſine receptiõe à trino uel ſextili
aſpectu, erit infra hoc. Si uero à quarto aſpectu uel
oppoſitiõe, erit loquax, & multa uana uerba & inu
tilia fundet. nec uolet alijs dare uicẽ loquendi. & in
terrumpet eorũ dicta nec uolet ꝙ ſua interrũpanſ.
Et dixerũt Gueliꝰ & Albuã, quia ſignificat cogita
tionem & nouitatẽ animi & debilitatẽ ingenij atq;
ſenſꝰ. & linguæ grauitatẽ & mulieres honeſtas. Vn
de debes cõſiderare in natiuitatibꝰ mulierũ, ſi fuerit
iuncta Mercurio ſicut dictũ eſt, qm̃ ſignificat tũc ꝙ ☾
mulier erit honeſta & bona, & boni animi & erit li
benſ nutriẽs pueros & erit fortunata in hoc. & erit
aſtitrix parturiẽtiũ: & ſignificat matres & materte-
ras & pręberrices ciborũ. ſciet em̃ natꝰ præbere ciba
ria alijs. Et dixerũt Toz Græcꝰ, & Albuã, quia tũc
ſignificat ꝓprie pulmonẽ et cerebrũ. Et de coloribꝰ
ſignificat citrinũ. Et de ſaporibus ſalſum. Et ſignifi
cat ex mulieribꝰ oculum dextrũ & ex uiris ſiniſtrũ.
Vnde debes cõſiderare in natiuitatibꝰ, ſi Luna fue-
rit impedita: quia ſignificat impedimentum oculi,
quod accidet magis quãdo fuerit impedita in arie-
te. in uiris impedit ſiniſtrũ, & in mulieribꝰ dextrũ.
Aut em̃ naſceſ cũ oculo impedito aut impedieſ eius
oculꝰ ante mortẽ eius naturalẽ, impedimẽto inſepa
rabili & aliquando perdet natꝰ oculũ ex toto. Et ex
diebꝰ habet diem Lunę: & ex noctibꝰ illã quæ pręce
det diem Veneris. Et quantitas orbis eius eſt 12. gra
duum. Et anni firdarię ipſiꝰ ſunt nouẽ. anni eius
minores 25. medij 39 & dimidiꝰ. Et quidã uoluerũt
dicere ꝙ eſſet 66. quorũ oppoſitioni nõ uideo cau-
ſam quare aſſentiã. Maiores aũt 108. maximi uero
420. Et dicunſ anni eius maiores 108. eo ꝙ ipſa ha-
beat illã uirtutẽ in illa medietate circuli ſignorum,
quę eſt à principio Aquarij uſq; in finẽ Cancri, quã
habẽt alij Planetę in ſuis terminis, & eſſent 180. ſed
diminuunſ ei 60. ꝓpter duas domos duarum infor
tunarum quę ſunt Aquariꝰ & Aries & diminuunſ
ei iterũ 12. anni, ꝓpterea ꝙ illa medietas minuit in
ſuis eleuationibus ab eo ꝙ ſunt principia primi cli-
matis uſq; in finẽ ſeptimi climatis, quod attribuitur
Lunæ 12. gradꝰ: unde remanẽt tantũ 108. Medij ue-
ro dicunſ 39. & dimidiꝰ ea ratiõe qua dicunſ medij
anni Solis: nec minuũſ tũc prædicti 12. gradꝰ. Mino
res ſiquidẽ ſunt 25. & hoc ideo quia cũ fuerit Luna
in fine 25. graduũ Arietis qui eſt utriuſq; luminaris:
tangit em̃ 19. gradũ Arietis, qui eſt de exaltatiõe So
lis: et tãgit ternũ gradũ Tauri, q eſt de exaltatiõe ſua:
& ꝓpter diminutionẽ prędictorũ 12. annorũ à ſuis
annis maioribꝰ addit ſecundũ medietatẽ illorũ an
nis minoribꝰ Solis ſex, & ſic fiunt 25. anni. Et forti-
tudo eius in partibꝰ mũdi eſt in dextra occidentis.

De formis quas ſignificat Luna.

ET dixit Meſſahala quod ſignificat de figuris ho
minum hominẽ album commixtũ cum rubo-
re niueum, ſupercilijs beneuolis, habentem oculos
non ex toto magnos faciem rotundam, pulchrum
ſtatum. Et ex terris artore & exthomam & adila. Et
dixit

dixit Sacerdos, Luna dat hominem nullius eſſe ſeruitij, quoniam die ac nocte ire deſiderat huc atq; illuc diſcurrens: nec leuiter ſtabilis manet alicubi: quòd eſt uerũ, ſi ipſa fuerit in natiuitate tarda curſu, ſine receptione perfecta, & fuerit iuncta Planetæ uelocis curſus, & maximè de ioferioribus. Et dixit, lunaris homo habet faciem rotundam: ſtaturã mediocrem. Eſt autem alteratio maior oculis, aut eſt per oculum percuſſus. Et dixit, qoòd eſt uir ſtrabo oel omnino aloor orbis oculorũ. Et ut breuiter tibi uerũ fatear, alter oculorũ nullatenus uicio carebit. Et dixit Sarcinator in quodam ſuo tractatu: quia Luna ſignificat à principio ſui nouilunij uſq; ad ſeptem dies annos ſuos pueritiæ, & à 7. die uſq; ad 14. ſignificat annos iuuẽtutis, & à 14. uſq; ad 21. ſenectutis annos ſignificat: & à 21. uſq; in finẽ menſis, ſignificat annos ſenij. Et cum fuerit ſub radijs Solis, ſignificat ſecreta & occulta. ſignificat etiã occultanda: unde tunc eſt bonũ tractare & facere ea quæ occultãda ſunt, illa ſcilicet quę uolumus populo latere, antequam ſeparetur à Sole. Illa uero quæ uolumus occultari ad tempus poſtq̃ fuerit ſeparata à Sole antequam exeat de ſub radijs Solis. Et ab initio menſis uſq; ad oppoſitionẽ, ſignificat omne quòd futurum eſt. & ab oppoſitione uſq; in finem menſis ſignificat omne quod deſtruendũ eſt. Et ab initio menſis uſq; ad pleniluniũ, ipſa & Sol ſignificant accuſatores. Et ab initio menſis oſq; ad oppoſitionem, ſignificat lucrũ & continentiã: et ab oppoſitione uſq; in finẽ mẽſis, ſignificat ſtipendia & diſperſiones: quoniam cum fuerit natiuitas in initio menſis, erit natus intentus lucro et retentioni lucratorum quantũ eſt ex hoc. Et cũ fuerit in fine mẽſis, erit natus intentꝰ expenſis, & diſperget ſubſtantiã, ita quòd declinabit eius modꝰ expẽdendi in prodigalitatẽ. Et ſignificat in initio menſis de iudicio actorem et rem quæſitã et proſperitatẽ actoris & rei quæſitę: et in fine menſis ſignificat contrariũ, ut ait Alchabiciꝰ: & in oppoſitione ſignificat cõtrarietatem. Et cũ fuerit inter corpꝰ Lunę, et oppoſitionẽ Solis 15. gradꝰ ſignificat eſſe initij cõtrarietatis et eius cauſam. Et cũ fuerit ſeparata ab oppoſitione Solis, ſignificat cauſas erectionis à cõtrarietate. Et in exitu ſuo de ſub radijs Solis, ſignificat exitũ ab occultatione atq; occultorũ detectionẽ, & his ſimilia. Et in introitu ſuo ſub radijs Solis, ſignificat aptationẽ ad occultãdũ & maximè illa quæ uolumus magis occultari atq; latere. Et ab hora ſeparationis ſuæ à Sole ſignificat aptationẽ exitus ab occultatione. Et ab hora exitus ſui de ſub radijs Solis, ſignificat aperitionẽ & aduentũ ab abſentia: uidetur enim tunc ſignificare aduentũ abſentis, ſi fuerit facta quæſtio de abſente quando Luna fuerit ſic diſpoſita.

De ſignificatione Lunę io qoarto aſpectu Solis.

DIxit Alchabiciꝰ, & dum in quarto aſpectu Solis fuerit, ſignificat deſcenſionẽ ab alto in infimũ, ſicut ſæpe accidit illis qui habent magnas dignitates, & magiſtratus altos, & depononi ab eis inuiti, & reprehenſibiliter. Et illud idem accidit in quarto aſpectu ſecundo: & eſt etiã qoartꝰ aſpectus ſecundꝰ deterior primo: quoniam licet ſignificat in quarto aſpectu primo diminutionẽ ſtatus: tamẽ ſignificat apparitionẽ rerom et lucrũ et augmentũ cõtinẽtiæ: ſed in quarto aſpectu ſecũdo ſignificat contrariũ.

De ſignificatione Lunæ à coniunctione uſq; ad dimidium ſui luminis.

DIxerunt Ptolemæꝰ, Arthephiꝰ, & Archaphalã, qui in hac ſciẽtia plorimũ ualuiſſe ſunt inuẽti ꝙ Luna à cõiunctione Solis uſq; dimidiũ ſui luminis, erit natura eius humiditas: quoniã habet tũc ſignificare humiditatẽ. Et à medietate ſui luminis, uſq; ad impletionem erit natura calor quoniã habet tunc ſignificare caliditatẽ. Et ab impletione uſque ad dimidiũ ſui luminis ſecundũ, erit natura eiꝰ ſiccitas: qm̄ habet tũc ſignificare ſiccitatẽ. Et à dimidio ſui luminis ſecũdo erit natura eiꝰ frigiditas, qm̄ habet tũc ſignificare frigiditatẽ. Ite, dixerũt, ꝙ reliqui Planetę, ſcilicet Saturnꝰ, Iupiter & Mars ab ortu ſuo uſq; ad ſtationẽ primã, in oatura humiditatis erũt, & ſignificãt iuuentutẽ, ſcilicet quæ eſt à 14. anoo uſq; ad 41. Et à ſtatione ſua prima, uſq; ad oppoſitionẽ Solis, cũ ſunt in medio ſuæ retrogradationis, ſunt in natura caloris: qm̄ habẽt tũc ſignificare caliditatẽ. & ſignificãt perfectã ætatẽ, illã ſcilicet quæ eſt à 41. anno uſq; ad 62. Et ab oppoſitione Solis, ſcilicet cum ſunt in medio ſuæ retrogradationis uſq; ad ſuã ſtationẽ ſecundã, ſunt in naturã ſiccitatis: qm̄ habẽt tũc ſignificare ſiccitatẽ nõ uerãi & ſignificant ſenectutẽ illã ſcilicet quæ eſt à 62. anno uſq; ad 90. Et à ſtatione ſua ſecũda uſq; ad occultationẽ ſub radijs Solis, erũt in natura frigiditatis, qm̄ habẽt tunc ſignificare frigiditatẽ: & ſignificant ſeniũ ſiue decrepitã illã, ſcilicet quæ eſt à 90. anno uſq; io finẽ uitæ hominis, quæ poteſt aliqñ eſſe uſq; ad 110 annos & pauci reperiunt̃ qui hos tranſcendant: licet quidã aliquãdo aliud mẽtiant̃. Vnde modo inferiores ſcilicet Venꝰ & Mercuriꝰ à medietate ſuæ lõgitudinis lõgioris uſq; ad ſtationẽ ſuam primã, ſignificãt id quod ſignificat Luna in prima medietate ſui luminis. Et à ſtatione ſua prima uſque ad mediũ ſuæ lõgitudinis ꝓpioris, ſignificãt id quod ſignificat Luna à medietate ſui luminis oſq; ad impletionẽ. Et à medio ſuę lõgitudinis propioris uſq; ad ſtationẽ ſuã ſecundã, ſignificãt id quod ſignificat Luna ab impletione uſq; ad dimidiũ ſui luminis ſecundũ. Et à ſtatione ſua ſecũda uſq; ad medietatẽ ſuæ longitudinis lõgioris, ſignificant id quod ſignificat Luna à dimidio ſui luminis ſecundo, uſq; ad cõiunctionẽ Solis. Sol uero ab initio Arietis, oſq; in finẽ geminorũ, ſignificat pueritiã. A principio Cancri uſq; in finẽ Virginis, ſignificat iuuentutẽ. A principio Librę uſq; in finẽ Sagittarij, ſignificat collectã ætatẽ. A principio Capricorni uſque in finẽ Piſcis, ſignificat ſenectutẽ. Et dixerũt Arthephiꝰ et Argafalã ꝙ Sol ſignificat animã: et Luna ſignificat cogitationes. Vnde debes conſiderare in natiuitate alicuiꝰ, ſi Sol fuerit bene diſpoſitꝰ, & in bono loco ab aſcendente: qm̄ ſignificat ꝙ animæ eius erit beneuola naturaliter. Et ſi fuerit male diſpoſitꝰ, & in loco maligno ab aſcendẽte, ſignificat ꝙ anima eius erit maleuola naturaliter: per accidẽs tamen poterit conſtringere atq; emendare illam malam ſuam uoluntatẽ ex arbitrio ſuo libero: ſicut accidit aliquando & multotiẽs in iſtis religionibꝰ & religioſis: & etiam in alijs diſcretis perſonis, ſuas maleuolentias cognoſcentibus. Et ſi Lona fuerit bene diſpoſita, ut dictũ eſt de Sole, erunt cogitationes nati in bono & ad bonũ. Et ſi ipſa fuerit male diſpo-

diſpoſita, eius cogitationes erunt malæ, & in malo & ad malum. Et dixerunt, quòd Saturnus habet ſignificare mœrorem & triſtitiam & planctum & lamentationem, & laborem, & malum. Et Iupiter habet ſignificare ſapientiam, rationem, & honeſtatem, & bonum. Et Mars habet ſignificare irã, furorem, & contrarietatem, & mutationem ad malum potius quàm ad bonum. Venus habet ſignificare delectationem, ludum, & gaudium, & alacritatem. Mercurius habet ſignificare rationabilitatem, diſcretionem, dialecticam, & diſciplinam. Et dicitur Luna pædagoga, & habere ſignificationem ſuper omni re, & participare cum omni Planeta, in natiuitatibus, interrogationibus, itineribus, & initijs omnium rerum, & medijs & finibus earũ: quoniam ipſa eſt mediatrix inter cœlos atq; alios Planetas & elementa. Et licet cœli ſeu corpora ſupercœleſtia agant in elementa, tamen ſemper fit hoc mediante Luna, quia ipſa eſt locata inter alios Planetas & elementa, ita quòd ipſa non poſſunt corrumpi, neq; mutari ab eis uel ab aliquo illorum, quin uirtus illa mutans ſeu alterans, tranſeat per eius radios ſiue per eius potentiam.

De capite & cauda draconis quid ſignificent. *Caput* VIII.

Caput uero draconis eſt fortuna naturaliter, & de natura maſculina, ſed per accidens, aliquando fit infortuna. Eſt enim natura eius compoſita de natura Iouis, & de natura Veneris, & hoc habet augmentationem atque ſignificare res quę augmentũ ſuſpiciũt, regnum ſcilicet & dignitates, & ſubſtãtiam, & ſublimitatẽ atque fortunã bonam. Et dixerunt Adila & Argafalã, quòd proprium capitis eſt augmẽtare, præterquàm in datione annorum, minuit enim 12. partẽ earũ cum



fuerit cum ſignificatore. Vnde cum fuerit cum fortunis, auget fortunã eorum, & cum fuerit cum malis, auget maliciam eorum, & tunc fit infortuna accidẽtaliter. Et anni firdariæ eius ſunt tres. Cauda uero eius eſt mala naturaliter, & de natura fœminina, ſed per accidens aliquando fit fortuna. Et eſt natura ipſius compoſita de natura Saturni & Martis. Et habet ſignificare diminutionem, deiectionem ſcilicet & caſum atq; paupertatem & omnis boni diminutionem atque omnis fortunæ. Et dixerunt idem philoſophi, quòd proprium caudæ ſit diminuere, quæ cum fuerit cum fortunis minuit fortunam eorum, & cum fuerit cum malis, minuit malitiam eorum, & tunc fit eius fortunium accidentaliter. Vnde dictum eſt, quòd caput ſit cum fortunis fortuna, & cum malis malum, cauda uero cum bonis mala, & cum malis bona. Et anni firdariæ illius duo ſunt.

Quid operetur quiſque Planetarum in conceptione puerorum. *Caput* IX.

Submittam hic quædam de his quæ operantur Planetæ in conceptione puerorum.

Nam primo menſe dixit Sacerdos, quòd Saturnus coagulat materiam atq; conſtringit, & deficcat, nõ tamen arefaciendo. Vnde ſi fuerit Saturnus bene diſpoſitus, tunc erit comparatio illius cõcepti bene ordinata & bene diſpoſita, ita quòd quilibet aliorum Planetarum poterit bene operari, quod ad eum pertinuerit in conceptio, ſecundum ſuum eſſe atq; ſecundũ ſuam diſpoſitionem. Si autem fuerit Saturnus tunc male diſpoſitus, erit compactio ſeu coadunatio materiei cõcepti male diſpoſita, nec unquam poterit forma uel diſpoſitio illius concepti bene ordinari, licet alij Planetę ſint bene diſpoſiti. Secundo uero menſe Iupiter ſpiritũ & membra tribuit, unde ſi fuerit tunc Iupiter bene diſpoſitus & boni eſſe, erunt membra concepti bene diſpoſita & bene ordinata, & undique naturali calle formata, & eius ſpiritus & eius anhelitus bonus, & inſpirabit & reſpirabit ſuauiter, & bene abſq; labore atq; impedimento reſpirationis. Si autem fuerit Iupiter mali eſſe, atq; male diſpoſitus, erit econtra.

Tertio uero menſe Mars operatur in eo per ſanguinem rubefaciendo illum, & in forma ſanguinis deducendo. Vnde ſi fuerit tunc Mars bene diſpoſitus & boni eſſe, erit ſanguis concepti bonus & purus, & bene corpus concepti nutriens, & uix & rariſſime ſuperabundans, ita quòd inferat lęſionem, niſi forte propter uitam inordinatam, quod poſſet facere uim naturæ. Si autem fuerit tunc Mars male diſpoſitus, erit econtra. Quarto autem menſe, Sol dat ſeu complet ei membra principaliora, & dat calorem membris & confortat calorẽ naturalem & augmentat illum, & rectificat ad omnes ſuas operationes exercendas. Vnde ſi fuerit tunc Sol bene diſpoſitus, erit calor naturalis concepti bonus & utilis, & bene conſeruans natum, atque ſuas operationes omnes bene perficiens, & rariſſime permittens ſe uinci à calore nõ naturali, & erit diu durans in corpore nati. Si quidem Sol fuerit tunc male diſpoſitus, erit econtra. Quinto uero menſe Venus complet cõcepto aures, naſum, ſupercilia, & totam diſpoſitionem faciei, atq; teſticulos, & adiuuat operationem aliorum Planetarum. Vnde ſi fuerit tunc Venus bene diſpoſita, erit conceptus poſt natiuitatem ſuam uenuſtus, habens pulchros oculos, pulchra ſupercilia, pulchrum naſum, pulchras aures & totam diſpoſitionem faciei alacritate beatam.

Si uero fuerit tunc Venus male diſpoſita, erit econtra. Sexto uero menſe Mercurius renes, linguam, pulmonem, componit, & perficit omnia foramina, & omnia concaua corporis nondum completa, & complebuntur omnia hęc ſecundum diſpoſitionẽ Mercurij. Septimo uero menſe Luna omnes

nes canales pulmonis aperit,&perficit ipſum,ſi aliquid defuerit, & perficit tracheã, arteriã,& uuam: diuidit limitibus ſuis omnia membra corporis nõdum diuiſa. Vnde ſi fuerit tunc bene diſpoſita, erunt omnia hæc habilia.quodlibet eorum ad officium ſibi deputatum . Si uero fuerit male diſpoſita erit econtra. Et hæc eſt cauſa ſcilicet impedimentum Lunæ quare quidam pueri naſcuntur impediti in aliqua parte ſui corporis . Accidit enim hoc, propter impedimentum Lunæ,& accidunt illa impedimenta in illo membro quod eſt deputatum illi ſigno in quo tunc Luna fuerit impedita. Et ſi fuerit in prima medietate, ſignificat quòd accidet impedimentum in dextra parte nati. Si uero fuerit in ultima medietate,accidet in parte ſiniſtra nati.Et quia in ſeptem menſibus quilibet Planeta eſt operatus in concepto ſuam uirtutem & quod ſuum eſt,ſi naſcatur puer,poteſt eſſe de iure uitalis. Et ego uidi plures qui fuerunt nati in fine ſeptem menſium poſt conceptionem,& uixerunt tempore longo,& pater meus fuit unus ex illis prout eius genitrix aſſerebat,qui uixit 107.ſe teſtante. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Saturnum,qui octauo mẽſe membra infantis ſua frigiditate conſolidat & cõſtringit atq; condenſat.Inde fit,ut ſi tunc puer naſcatur non uiuit,& hoc accidit propter diſtemperantiam frigiditatis Saturni,eſſe pueri tunc diſponentis. Nono autem menſe Iupiter regnat,qui tunc mẽbra infantis temperie ſua ſeparans à matris utero,abrupto coitidone,ſalutifere educit,& ſic pueri qui tunc naſcuntur creduntur eſſe uitales. Poſſet tamen dici, quòd Hermes cui Ptolemæus aſſenſit,quòd moræ concepti in utero ſunt 3.maior ſcilicet,quæ conſtat ex 288. diebus,& media quæ ex 273 . diebus:atque minor quæ conſtat ex 258.diebus,& nulla illarum diuiditur per aliquem numerum menſium ex ſupradictis. Ad quod poſſes reſpondere,quod Ptolemæus & Hermes conſiderauerunt illos partus,qui communiter accidunt,non conſiderantes qui pueri debeant eſſe uitales uel non : ſed ſolum communes moras infantium in utero, & fuerunt ſimiliter locuti de illis qui tranſeunt ſeptimum menſem in mora, nec etiam eorum regula fuit ita generalis, quin poſſit ei derogari per ſpecialem. Ipſi enim nõ potuerunt tranſire ſicco pede callem illum, nec eſt de mea interpretatione diſputare ſuper his,quia ſatis uidetur quòd poſſit ſaluari & planificari utrunque.Sed hic hactenus redeundum eſt ad propoſitum iuxta huius operis intentionem.

Qualiter diſponatur uita nati ſecundum annos nutritionis cuiuslibet Planetarum. *Caput* X .

ET eſt aliquid dicendum de diſpoſitione naturalis uitæ nati,qualiter quilibet ex Planetis diſponat à principio ſui uſque in finem eius. Cuius ordo talis eſt : Luna enim,quæ eſt propinquior terræ & omnibus Planetis uelocior dicitur,& incipiendo ab inferioribus eſt primus Planetarum in ordine,diſponit uitam nati ab eius principio quatuor annis, qui ſunt eius anni nutritionis. Et dicitur illa diſpoſitio,& reputatur quaſi nutritio . Deinde diſponit Mercurius 10 . annis qui ſunt ſui anni nutritionis . Deinde diſponit Venus ſeptem annis qui ſunt anni nutritionis. Deinde diſponit Sol 19 . annis qui ſunt ſui anni nutritionis. Deinde diſponit Mars 15.annis qui ſunt ſui anni nutritionis . Deinde diſponit Iupiter 12 . annis qui ſunt ſui anni nutritionis . Deinde diſponit Saturnus 30.annis qui ſunt ſui anni nutritionis . Si quidem hos tranſierit natus reuertitur diſpoſitio ad Lunam,poſtmodum ad Mercurium,& ſic ad cæteros Planetas ut dictum eſt. Vnde in quacunque diſpoſitione aliquis prædictorum diſpoſitorum bene diſpoſitus fuerit in illo tempore, bene diſponetur uita nati,& econtra . Et addet uel diminuet in annis illis ſignificatori nati in tempore illo , iuxta ſuam diſpoſitionem atq; ſuum eſſe.

Quem ex diebus & quam ex noctibus habeat quiſque Planeta,& quare denominetur ab eo & de horis inæqualibus & de horis maſculinis & fœmininis.
Caput X I.

QVilibet Planetarum habet proprium diem & propriam noctem ſibi deputatas , unde cum fuerit aliquis dies deputatus uel aliqua nox alicui Planetæ , erit prima hora illius diei uel illius noctis illius Planetæ à quo denominatur , & ſecunda erit Planetæ qui ſuccedit illum in ordine Planetarum. Verbi gratia,dies Dominica eſt tota Solis : quoniam prima hora diei Dominicæ eſt Solis. Dies Lunæ , eſt tota Lunæ:quoniam prima hora illius eſt Lunæ. Dies Martis, eſt tota Martis:quoniam prima hora illius diei eſt Martis. Dies Mercurij,eſt tota Mercurij: quoniam prima hora ipſius eſt Mercurij. Dies Iouis,eſt tota Iouis:quoniam prima hora ipſius eſt Iouis. Dies Veneris , eſt tota Veneris : quoniam prima hora ipſius eſt Veneris. Dies Sabbati , eſt tota Saturni:quoniam prima hora illius eſt Saturni. Item dico , quòd prima hora diei dominicæ eſt Solis:Et ſecunda eſt Veneris , quæ eum ſuccedit in ordine Planetarum . Tertia Mercurij,qui ſuccedit Veneri. Quarta Lunæ,quæ ſuccedit Mercurio. Deinde incipit à ſuperiori , & eſt eius quinta hora Saturni,à quo incipitur poſt Lunam . Sexta eſt Iouis , qui ſuccedit Saturno in ordine . Septima Martis,qui ſuccedit Ioui in ordine . Iterum octaua Solis, qui ſuccedit Marti. Nona Veneris quæ ſuccedit Soli . Decima Mercurij , qui ſuccedit Veneri . Vndecima Lunæ , quæ ſuccedit Mercurio. Duodecima Saturni,qui ſuccedit (ut dictum eſt) Lunæ,& ſic habes 12.horas diei tam æquales quàm inæquales.

De horis noctis æqualibus & inæqualibus.

SIcut quilibet Planeta habet proprium diem ſibi deputatum , ſic & quilibet eorum habet propriam noctem ſibi deputatam,& ab eo denominatam.Nam tota nox quæ ſuccedit ad diem dominicam,dicitur eſſe Iouis : quoniam prima hora illius eſt Iouis,ſecunda Martis,tertia Solis,quarta Veneris,quinta Mercurij, ſexta Lunæ, ſeptima Saturni, octaua Iouis,nona Martis,decima Solis,undecima Veneris , duodecima Mercurij . Et ſic habes duodecim horas noctis tam æquales quàm inæquales.

De horis maſculinis & fœmininis.

SVnt etiam ex horis tam noctis quàm diei, quædam maſculinæ quædam fœmininæ. Nam prima hora cuiuſq; diei, atq; prima hora cuiuslibet noctis, dicitur eſſe maſculina, ſecunda fœminina, tertia maſculina, quarta fœmmina, quinta maſculina, ſexta fœminina, ſeptima maſculina, octaua fœminina, nona maſculina, decima fœminina, undecima maſculina, duodecima fœminina. Vnde debes conſiderare horam natiuitatis alicuius maſculi, utrum ſit maſculina, quoniam ſi ſic fuerit, facit ad bene eſſe maſculinitatis, & ſi fuerit fœminina facit ad non bene eſſe maſculinitatis, effœminat enim natum aliquantulum. Et ſi fuerit hora fœminina in natiuitate fœminæ, facit ad bene eſſe fœmineitatis, & facit eam eſſe in natura fœmineitatis.

Et ſi fuerit hora maſculina, facit eam decliuare aliquantulum ad maſculinitatem, & facit quodammodo naturam uiraginis, licet non ex toto.

De formis ſeu figuris quas ſigna dant natis.
Caput XII.

DIctum eſt de formis ſeu figuris quas Planetæ dant illis, quorum ſunt ſignificatores. Reſtat autem ut etiam aliud dicatur de ipſarum figurarum ſeu formatũ adiutorijs, quod

Hylem uidetur quodammodo pertinere ad Hylem, quæ dicitur radix uitæ. Sicuti enim Planetæ ſuas figuras tribuunt natis, ſic & ſigna faciunt. Nõ enim quodlibet per ſe dat formam completam nato, ſed ambo ſimul alterum, ſcilicet cum altero: quia Planeta nõ poſſet dare nato effigiem per ſe ſine ſigno, neq; ſignum per ſe ſine Planeta, ſicut nec mater poſſet gignere filium ſine patre, nec pater ſine matre. Aliquis enim non poteſt naſci, quin aliquod ſignum aſcendat: nec poteſt aliquid naſci, quin aliquis Planeta ſit dominus ſigni tunc aſcendentis, & ſic oportet quòd utrunq; participet cum altero in natiuitate cuiuslibet nati. Vnde ſigna derogant Planetis, ut non ſit figura nati ex toto talis qualem Planeta dat. Sic & Planeta derogat ſigno, ut non ſit figura nati ex toto qualem ſignum dat, & quãdoq; unum adiuuat alterum. Hæ ſunt figuræ quas ſigna dant hominibus. Nam Aries facit hominem habentem collum longum, & faciem longam, multos capillos, oculos interdum graues, aures paruas, & corpus ut multum curuum. Taurus facit hominem habentem faciem amplam, quandoq; curuam: & ſi non habuerit faciem amplam, habebit naſum grandem: & ſi non habebit naturaliter grandem, tractu tamen temporis habebit per accidẽs nares longas, oculos nigros & graues, capillos hirſutos ſeu eleuatos, collum groſſum & pinguem, quaſi plus quàm deceat: uerecundum, qui terram proſpicit in eundo, honeſte incedentem, nõ ſtabilem quaſi uagum, ſed non credas ei uxorem tuam in ſecreto. Gemini, facit hominem habentem mediocrem ſtaturam, pectus amplum, perſonam conuenientem. Cancer, facit hominem habentem corpus incompoſitũ, & cutim totius corporis groſſam, & reddit hominem ſuperius ſubtilem, inferius groſſum, habẽtem dentes tortos, oculos paruos. Leo, facit hominem induſtrium, & notum ualde, atque intelligentem, ſuperius groſſum, inferius ſubtilem, nec efficitur inde indecens, magnanimum, crura ſubtilia. Virgo, facit hominem habentem pulchram perſonam, & bonam uoluntatem, pulchros oculos, & faciem decentem. Libra, facit hominem habentem faciem conuenientem, mediocriter carnoſum, qui etiam mulieres amabit. Scorpio, facit hominem habentem faciem rubicundam & paruam, multos capillos, oculos paruos, longa crura, pedes magnos, cito mutabilem: in cuius ore uix aut nunquam inuenietur ueritas, iraſcentem, litigatorem: & cum omnibus litem & rixam, & quaſi pro nihilo facientem. Sagittarius, facit hominem habentem longas coxas, & longam faciem, & milam faciei amplam, mentum ſubtile & ut multum pulchriorem à tergo, quàm anterius, capillos ſubtiles, & aliquando uentrem maiorem debito, & delectatur in equitando. Capricornus, facit hominem habentem crura ſubtilia, corpus ſiccum, faciem hircinam, multos capillos. Aquarius, facit hominem altum & uanũ, glorioſum & arrogantem, qui etiam erit magnus expoſitor & multum ſit prodigus, & deuaſtator bonorum, pulchram habentem faciem & coloratam, & aliquando unum crus longius altero. Piſcis, facit hominem habentem pectus amplum, caput paruum, pulchram barbam, atque florentem, & milam faciei reſpectu ſui capitis amplam, colorem album, rotundos habentem oculos, magnanimem. Accidit tamen ſæpiſſime ut non inueniantur homines ſic facti, & illud eſt per accidens, & non per naturam: quoniam aliquando inuenitur ſignificator natiuitatis ita diſpoſitus, quòd contradicit ſigno, & non permittit eius ſignificata perfici, ut ſecundum naturam ſigni perficerentur. Et aliquando inuenitur ita diſpoſitus, & ita debilis, & ita remotus à potentia complendi ſua ſignificata, quòd ſignum contradicit ei taliter, quòd eius ſignificata non perficiuntur, ut de natura Planetæ perfici deberent. Tu tamen ex induſtria tua potes iſta conſiderare quare eueniant, & quomodo. Non enim poſſum tibi ſcribere cuncta particularia, quæ poſſunt in futuris temporibus euenire.

De diuerſis accidentibus, quæ accidunt hominibus.
Caput XIII.

SVnt quædam accidentia, quæ accidunt hominibus, de quibus non inueni aliquid dictum per aliquem philoſophorum, unde animus meus quieſcat: nec tamen credo, nec uidetur uerisſimile, quòd fuerit hoc propterea, quòd ignorarent illud, ſed potius quòd uidebatur eis opus diffuſum atque prolixum, unde timuerunt ne tædium audientibus generaretur, & etiam reliquerunt illud induſtriæ ſapientum, ſicuti ſunt iſta. Videmus enim ex magno patre atque magna matre, naſci paruum filium, & ex paruo patre & parua matre, naſci magnum filium, & ex albo nigrum, & ex nigro album, ex pingui macilentum, & ex macilento pinguem. Quoſdam uidemus pingues, quoſdam carnoſos, quoſdam macilentos, quoſdam inter utrunque. Quoſdam pingues uidemus fortes, & probos, & audaces, & leues, & leuiter incedentes. Quoſ-

tes. Quoſdam ex eiſdem debiles & graues, & grauiter incedentes, uiles & timidos. Quoſdam ſapientes, quoſdam fatuos, etiam ex eiſdem parentibus natos tam ſapientes quàm fatuos. Quoſdam ex uilibus & pauperibus peruenire ad magnas diuitias & dignitates & famam. Quoſdam uero ex magnatibus & nobilibus peruenire ad maximam depreſſionem & paupertatem, ita quòd reputantur quaſi pro nihilo. Quoſdam uidemus qui nullo modo aſſimilantur patribus, unde aliquando accuſantur matres de hoc, quod non ſunt culpabiles. Quoſdam qui aſſimilantur patribus: quoſdam qui aſſimilantur auis uel proauis tam maternis quàm paternis. Et quoſdam diuerſos, uidemus exercere ſimul & ſemel & eodem tempore unam & eandem artem, & quidam ex his ditantur ex ea, & quidam depauperantur ex eadem, & aliquando melius ſcientes eam & minores expenſas facientes, & miſerijs uiuentes, nec tamen ditantur: quoſdam econtrario. Quoſdam uidemus cum non ſint multum ſapientes, uerba quorum audiuntur & creduntur & ſapientiora reputantur quàm illorum qui ſunt aliquando ſapientes, & econtrario. Quoſdam uidemus qui manent ſemper ſani, quoſdam ſemper infirmi, quoſdam ſemiſani, quoſdam quibus in ſuis infirmitatibus medicinæ proſunt atque medicorum curæ, quoſdam quibus nocent. Videmus quoſdam qui abundant diuitijs, & carent filijs, quoſdam qui abundant filijs & carent diuitijs, quoſdam qui abundant utroque, quoſdam qui carent utroque, quoſdam qui ad tempus abundant prædictis, quoſdam qui ad tempus carent prædictis. Quoſdam qui aliquando abundant filijs, & uident mortem eorum & triſtantur ex eis. Quoſdam qui dimittunt eos poſt mortem & hæreditant filij bona ipſorum. Sunt ſimiliter quidam qui gerunt officia muliebria, & quædam mulieres quæ gerunt officia uirilia, & bellant & faciunt multa quæ ad uiros ſpectant, ſicut fuit quædam Maria Cremenſis, quæ gerebat uirilia arma, ſicut uir, ut uenabula, & uenabatur apros, & filia Girzauenſis quæ uocabatur Fredona, & plures alias. Et quidam qui ſunt optimi cantores & habent uoces bene ſonoras. Et quidam qui nihil nouerunt canere. Et quidam qui nouerunt optime ſonare muſica inſtrumenta, & uti eis. Et quidam qui nec ſciunt nec ſcire potuerũt: nouerunt tamẽ in quibuſdam alijs, melius alijs hominibus. Et quoſdam uidemus gaudere in uno die & in alio triſtari, etiã ſine manifeſta cauſa. Et quoſdam gaudere in die in quo triſtantur alij. & quoſdam triſtari in die in quo gaudent alij. & quoſdam gaudere in die bono & triſtari in malo, & quoſdam triſtari in die bono & gaudere in die malo. quoſdam uidemus balbutientes, quoſdam loquaces, quoſdam ſapientes habentes pauca uerba, & non bene ordinata, quoſdam habentes multa uerba & bene ordinata, quoſdam multa & non bene ordinata, tam ſapientes quàm non ſapientes. Et multa alia accidentia uidemus hominibus eueniri, de quibus eſſet graue facere ſingularem mentionem: tamen unde ipſa eueniant, & quare, ego annuente deo faciam tibi mentionem, & exponam ea in tractatu natiuitatum. Et licet opus uideatur diffuſum, erit tamen tantæ utilitatis, quòd non generabit tibi tædium in legendo uel in ipſo ſtudendo, & dicentur ibi quædam inuſitata, & quaſi inaudita, ſicut ſunt iſta: quia uidemus quòd nulla facies hominis eſt ita ſimilis faciei alterius, quin ſit inter eas aliqua diſſimilitudo, & ſimilia.


INCIPIT SECVNDA PARS DE HIS QVÆ ACCIDVNT PLANETIS in ſemetipſis, & quid accidit uni ab altero.

De his quæ accidunt Planetis in ſemetipſis. Caput primum.

IN iſta ſecunda parte tertij tractatus dicendum eſt de quibuſdam accidentibus, quæ accidunt Planetis in ſemetipſis & ad inuicem, & loquar tibi ut iam introducto & non ut introducendo. Et dicam tibi primo ſecundum ueſtigia philoſophorum, de his quæ accidunt Planetis in ſemetipſis. Et ſunt iſta de illis accidentibus, ſcilicet quando Planeta eſt aſcendens in circulo augis ſuæ, & quando eſt deſcendens in eodem circulo, & quando eſt nec aſcendens in ipſo nec deſcendens. Et dixit Alchabicius, ſignificatio eorum quæ accidunt Planetis in ſemetipſis, eſt ut ſit Planeta aſcendens in circulo ſuæ augis, minor lumine & magnitudine atque curſu. Nam cum Planeta fuerit in remotiori parte ſui ecentrici, à terra in qua eſt eius aux, ipſe apparet tunc minor lumine & magnitudine ſui corporis, & uidetur tardior curſu, non quòd ipſe currat minus uno die quàm alio, in eo quòd ipſe currit per lineam ſui epiciculi, ſed propter ſitum partium epiciculi ſic apparet. Et cum eſt in oppoſito ſuæ augis, uidelicet in illa parte ſui ecentrici, quæ eſt magis propinqua terræ, tunc ipſe apparet maior lumine & magnitudine ſui corporis, atque curſu uelocior. In remotiori parte ſui ecentrici, uidetur tardior curſu, propter maiores compaſſus graduum in illa parte quàm in alia. In propinquiori uero parte ipſius, uidetur uelocior curſu, propter minores compaſſus graduum in illa parte quàm in alia: quoniam ipſe citius percurrit minores compaſſus quàm maiores, cum ſemper currat æqualiter, ſicut dixi. Vnde uidetur tunc uelocioris curſus quo ad octauum cœlum, quàm ſit quo ad ſuum ecentricum. In remotiori quidem parte uidetur tardior curſu quo ad octauum cœlum, propterea quia ipſe perambulat maiores compaſſus graduum, qui ſunt in illa parte quàm in alia, tardius quàm minores. Gradus enim ecentrici ſunt maiores ex parte augis, quàm ex alia ei oppoſita, quod accidit propter declinationem centri ecentrici à centro terræ quod eſt centrum octauæ ſphæræ.

Aux. Longitudo.

Et putauerunt aliqui quòd aux eſſet remotior locus epiciculi, non uim facientes in auge, ſed forte æquiuocantes in ea large loquendo. Sed aux uera, eſt ſolummodo remotior locus ecentrici & non epiciculi. In epiciculo non conſiderantur niſi longitudo longior, & longitudo propior. Longitudo longior, eſt illa pars epiciculi quæ eſt ſupra lineam ecentrici. Longitudo uero propior, eſt illa pars epiciculi quæ eſt infra lineam ecentrici, & ſic in hoc differunt ab inuicem aux & lõgitudo. Præterea quòd aux non conſideretur in epiciculo, patet per hoc: quoniam epiciculus circuit totum ecentricum. Vnde aliquando eſt in auge, ſcilicet in remotiori parte ecentrici, aliquando in oppoſito augis, ſcilicet in propinquiori parte ecentrici, aliquando inter hæc loca, ſcilicet augem & eius oppoſitum. Et circuit epiciculus omnia ſigna, ſed aux ecentrici manet ſemper fixa in uno ſigno & in uno loco, & ſic ſolum in ecentrico conſideratur aux. Auges ſunt ita ut in præſenti opere tibi narro. Nam aux Solis & aux Ve-



neris eſt in uno & eodem gradu, ſcilicet in 18. Geminorum & in 50. minuto ipſius. Aux Martis eſt in ſecundo gradu Leonis, ſcilicet in 51. minuto ipſius. Aux Iouis eſt in 15. gradu Virginis, ſcilicet in 30. minuto ipſius. Aux Saturni eſt in primo gradu Sagittarij in quinto minuto ipſius. Aux Mercurij eſt in 18. gradu Libræ, ſcilicet in 10. minuto ipſius. Aux uero Lunæ non diſtinguitur, ſicut diſtinguuntur aliæ auges aliorum Planetarum: quoniam ipſa nõ ſubtrahitur à medio curſu ſuo in æquationibus, ſicut fit in alijs Planetis, quod accidit propter curſum centri ecentrici in circulo paruo, cuius centrum eſt centrum orbis ſignorum. Quando Planeta eſt in medio circuli, ita quòd ſit tantum de circulo ſtellarum fixarum ſupra Planetam, quantum infra ſiue ante augem fuerit, ſiue retro, tunc ipſe uidetur æqualis corpore atq; lumine: in omnibus alijs locis apparet aut maior aut minor lumine atq; corpore. Et cum fuerit uadens ad angem, & fuerint inter ipſum & augem 90. gradus æquales uel infra, tunc inci-

incipit apparere minor lumine atque corpore,& ſic ceſſat minorificari paulatim atque paulatim, donec ipſe perueniat ad augem quæ eſt remotior pars ecentrici. Et cum incœperit ſe ſeparare ab auge, incipit apparere maior lumine atque corpore, & ita non ceſſat maiorificari, quantum eſt in aſpectu uſque dum ipſe ſit elongatus ab auge per 90. gradus æquales, qui conſiderantur in circulo ſignorum & apparet æqualis, ſicut dictum eſt. Ab inde in antea maiorificatur lumine atque corpore ſenſibilius, quàm prius, donec ipſe perueniat ad oppoſitum augis, quæ pars ecentrici propinquior terræ. Et ſi fuerit argumentum Planetæ æquatum ab uno gradu uſque in ſex ſigna, erit augens numerum ſiue curſum. Et ſi fuerit à ſex ſignis uſque ad 12. erit minuens curſum. Et ſi fuerit tantum ſex ſigna, uel tantum 12. erit Planeta nec augens, nec minuens curſum. Et ſic conſideratur in epiciculo directio & retrogradatio atque ſtatio & uelocitas & tarditas curſus. Nam cum Planeta fuerit in illa parte epiciculi quæ eſt ſupra ecentricum, dicitur directus. Et cum fuerit in illa parte epiciculi quæ eſt infra ecentricum, dicitur retrogradus. Et cum fuerit in locis contactus lineæ ecentrici cum linea epiciculi, dicitur ſtationarius. Et cum fuerit inter illa duo loca contactus, ſcilicet à capite lineæ diametri epiciculi quæ diſtat parum à linea ecentrici, dicitur tardus curſu. Sed quia illud opus non eſt de conſideratione iſtius, dimittam dicere de ipſo plus, & reuertar ad propoſitum, & maxime cum omnia hæc ſint latius dicta in Alfragano, cuius intentio tractare fuit de motibus ſupercœleſtium corporum, & eorum diuerſitate. Et quando æquatio æquata alicuius Planetæ additur ſuper medium curſum eius, tunc auget curſum ſiue numerum. Et quando minuitur æquatio æquata de medio curſu Planetæ, tunc minuit numerum ſiue curſum. & illa æquatio conſideratur ſecundum epiciculum, & non ſecundum ecentricum. Et quando Saturnus uel Iupiter uel Mars uadunt plus medio curſu ſuo, dicitur minuens curſum ſiue numerum ſuum. Medius autem curſus Saturni in die uno eſt duo minuta & 35. tertia. Medius curſus Iouis eſt quatuor minuta & 59. ſecunda. Medius curſus Martis eſt 31. minuta & 26. ſecunda. Et quando quilibet eorum uadit tantum quantum eſt medius curſus eius, dicitur quòd curſus eius ſit æqualis, hoc eſt, nec augens nec diminuens. Et quando Sol aut Venus aut Mercurius uadunt in die uno plus medio curſu Solis, qui eſt 59. minuta & octo ſecunda dicitur augens curſum. & quando uadit minus 59. minutis & octo ſecundis dicitur minuens curſum. Et cum Sol eſt prope augem ſuam ante uel retro 90. gradibus dicitur curſus eius æqualis ſiue medius. Et cum eſt minus 90. dicitur eius curſus tardus. Et quando eſt diſtans ab ea uel ante uel retro plus 90. gradibus, dicitur curſus eius uelox. Et quando uadit 59. minutis & octo ſecundis tantum dicitur curſus eius æqualis. Et quando Luna uadit in die uno plus 13. gradibus & decem minutis & 35. ſecundis, dicitur augens curſum. Et quando uadit minus 13. gradibus & decem minutis & 35. ſecundis, dicitur minuens curſum. Et quando uadit 13. gradibus & decem minutis & 35. ſecundis tantum, dicitur curſus eius æqualis.

Directus. *Retrogradus* *Stationarius.* *Tardus* *Curſus* ♄ ♃ ♂

Quando Planetæ ſunt ſeptentrionales, & quando meridionales. *Caput* II.

Accidit autem Planetis, ut ſint aliquando ſeptentrionales, aliquando uero meridionales. Efficitur autem Planeta ſeptentrionalis, quando ipſe tranſit Genzahar ſuum, hoc eſt in loco in quo linea ecentrici Planetæ ſecat uiam Solis. Vnde cum ipſe tranſit à meridie in ſeptentrionem, eſt tranſitus eius per locum contactus ecentrici ſui cum ecentrico Solis. Et donec ipſe manet in illa parte ſui ecentrici quæ eſt ex parte ſeptentrionis à uia Solis, dicitur ſeptentrionalis; donec ipſe ueniat ad alium locum contactus, qui eſt in oppoſito illius tranſitus, & redeat ad partem illam ecentrici quæ eſt à parte meridiei ecentrici Solis, & in tota illa medietate, dicitur meridionalis. Et cum tranſierit prædictum primum locum contactus uſque in tria ſigna integra, erit ſeptentrionalis aſcendens, & à tribus ſignis uſque in ſextum erit ſeptentrionalis deſcendens. Et cum tranſierit iterum dictum locum contactus, rediens ad meridiem uſque ad tria ſigna integra, erit meridionalis deſcendens, & à tribus uſque in ſex integra qui eſt locus Genzahar eius à quo ipſe incipit eſſe ſeptentrionalis, erit meridianus aſcendens. Iſta ſunt quæ accidunt Planetis in ſemetipſis. *Genzahar.*

De his quæ accidunt Planetis ad inuicem, uni ſcilicet eorum ab altero. *Caput* III.

In iſto capitulo tractandum eſt de his quæ accidunt uni Planetæ ab altero ſecundum dicta philoſophorum, hoc eſt ad inuicem. Et eſt in primis dicendum de his quæ accidunt Saturno, Ioui, Marti, Veneri, Mercurio à luminaribus, & erga luminaria. Et dixit Ptolemæus, quòd cum Planeta uidet ſe facie ad faciem, tunc Planeta dicitur eſſe in Almuguea Planetæ. Almuguea, uiſio facie ad faciem ſonat, hoc enim uerbum Ptolemæi uidetur quodammodo ſcabroſum, ſed eſt ita intelligendum ſcilicet, quòd cum Planeta fuerit occidentalis à Sole, dicitur eſſe in almuguea Solis. Et caue ne decipiaris in hoc, quòd Ptolemæus dixit occidentalis, ne intelligas quòd Planeta occidat poſt Solem, ſicut intelligitur alibi occidentalitas. Sed occidentalis à Sole intellexit Ptolemæus, ut Planeta ſit ex parte occidentis, ita quòd occidat antequàm occidat Sol. Et intellexit Ptolemæus, quando ipſe dixit facie ad faciem, hoc eſt, ut ſit inter Planetam & Solem tantum quantum eſt inter domum Solis & domum Planetæ hoc intelligas cum Planeta diſtat de quocunque loco à Sole tantum quantum eſt inter domum ſuam & Leonem, qui eſt domus Solis. Verbi gratia, ponatur quòd Saturnus diſtet à Sole tantum quantum eſt inter Leonem & Capricornum, qui eſt domus Saturni, ſcilicet ut ſit Sol in uno ſigno qualecunque ſignum ſit, & Saturnus ſit in uno ſigno quod diſtet ab illo tantum quantum di- *Almuguea*

ſtat Capricornus à Leone, uidelicet ut ſit unus eorum in ſexto ſigno ab altero, ſicut Capricornus eſt ſextum ſignum à Leone. Et ſit inter eos de ſignis & gradibus & minutis tantum, quantum eſt inter illa duo ſigna, uno eorum computato in numero: altero uero excluſo, quod eſt quinq; ſigna integra, tūc erit Saturnus in Almuguea Solis. Verbi gratia. ponatur quòd ſit Sol in duodecimo gradu Leonis, & Saturnus ſit etiam in duodecimo gradu Piſciū: modo Saturnus eſt in ſexto ſigno à Sole, computato ſigno in quo eſt quilibet eorum, ſcilicet Leone, Cancro, Geminis, Tauro, Ariete, atq; Piſcibus nunc diſtat Saturnus à Sole tantum quantum eſt inter Leonem, qui eſt domus Solis, & Capricornum, qui eſt domus Saturni, ita quòd cadunt inter eos quinque ſigna integra. quoniam à 12. gradu Piſcium uſque ad 12. gradum Leonis ſunt quinq; ſigna integra, ſcilicet Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, ſicut cadunt quinque ſigna integra inter Leonem & Capricornum, quę ſunt Libra, Scorpio, Sagittarius, & Capricornus. A 12. enim gradu Leonis uſque ad 12. gradum Cancri eſt unum ſignum integrum. A 12. gradu Cancri uſq; ad 12. gradum Geminorum eſt unum ſignum integrum, & ſic ſunt duo ſigna. A 12. gradu Geminorum uſque ad 12. gradum Cancri eſt unum ſignum integrum, & ſic ſunt tria ſigna. A 12. gradu Tauri uſq; in 12. gradum Arietis eſt unum ſignum integrum, & ſic ſunt quatuor ſigna. A 12. gradu Arietis uſq; in 12. gradum Piſcium, eſt unum ſignum integrum, & ſic ſunt quinque ſigna integra. Signum enim non perficitur in ſigno in quo incipit, ſed perficitur in ſecundo ſigno à ſe. Similiter oportet ad hoc ut Iupiter ſit in almuguea Solis, ut cadat inter ipſum & Solem de ſignis, gradibus atque minutis tantum, quantum eſt inter Leonem & Sagittarium, qui eſt domus Iouis, & hoc eſt quatuor ſigna integra, ſcilicet ut ſit Iupiter in quinto ſigno à Sole. Verbi gratia, ſit Sol in aliquo ſigno, ponamus in Geminis, oportebit nunc quòd Iupiter ſit in Aquario, ad hoc ut ipſe diſtet à Sole per quatuor ſigna integra, nec plus nec minus. Aquarius enim eſt quintum ſignum à Geminis in ſimili gradu atq; minutis. Sit ergo Sol in tertio gradu Geminorum: modo à tertio gradu Geminorum uſq; in tertium gradum Tauri, eſt unum ſignum integrum, & à tertio gradu Tauri uſque in tertium gradum Arietis, eſt unum ſignum integrū, & ſic ſunt duo ſigna integra. Et à tertio gradu Arietis uſq; in tertium gradum Piſcium eſt unum ſignū integrum, & ſic ſunt tria ſigna. Et à tertio gradu Piſcium uſq; in tertium gradum Aquarij eſt unum ſignum integrum, & ſic ſunt quatuor ſigna integra, & ſic erit Iupiter in quinto ſigno à Sole. Similiter ad hoc ut Mars ſit in almuguea Solis, oportet ut ſit in quarto ſigno à Sole, ita quòd cadant inter eos de ſignis & gradibus atque minutis tria ſigna integra, ſicut cadunt inter Leonem & Scorpionem, qui eſt domus Martis, & ut dictum eſt uno incluſo: altero excluſo, ut in cæteris. Vt ponatur quòd ſit Sol in quarto gradu Arietis, oportet nunc ut ſit Mars in quarto gradu Capricorni, quoniam inter quartum gradum Arietis, & quartum gradum Capricorni, ſunt tria ſigna integra. nam à quarto gradu Arietis uſq; in quartum gradū Piſcium, eſt unum ſignum integrum, & à quarto gradu Piſcium uſq; in quartū gradū Aquarij eſt unum ſignum integrū, & ſic ſunt duo ſigna integra. Et inter quartū gradum Aquarij & quartū gradum Capricorni, eſt unum ſignū integrum, & ſic ſunt tria ſigna integra. & ſic erit Mars in quarto ſigno à Sole. In Venere aūt nō cōſideratur Almuguea, ſicut in alijs Planetis: quoniam ipſa non elongatur tantum à Sole quantum diſtat domus eius à domo Solis. Sed dicitur eſſe in almuguea Solis, quando ipſa occidit antequàm occidat Sol, & eſt in ultima elongatione à Sole, ita quòd non poſſit plus elongari ab eo. De Mercurio autem eſt dicendum, quòd ad hoc ut ipſe ſit in almuguea Solis, oportet ut ipſe ſit in ſecundo ſigno à Sole, ita quòd unum ſignum integrum cadat inter ipſum & Solem, ſicuti unum ſignum integrum eſt inter Leonem & Virginem quæ eſt domus Mercurij. Vt ponatur quòd Sol ſit in nono gradu Capricorni & 12. minuto nunc oportet quòd Mercurius ſit in nono gradu Sagittarij & 12. minuto: quoniam inter nonum gradum & 12. minutum Capricorni. & nonum gradum & 12. minutum Sagittarij, eſt unum ſignum integrum. Luna uero non dicitur eſſe in almuguea Solis, propterea quòd luminaria non dicuntur eſſe in almuguea luminaris, & etiam oporteret quòd ipſa eſſet lōge à Sole per unum ſignum tantum, cum eſſet in almuguea Solis, ſi eam deberet recipere & cum ipſa poſſet recipere almuguea quæ poſſet inferre uel conferre ſenſibilitatem.

De almuguea.

IN almuguea quidem Lunæ conſiderandum eſt, & te ſcire oportet, quòd ſicut Planeta, qui eſt in almuguea Solis, eſt occidētalis à Sole: hoc eſt, quòd ipſe occidat antequàm Sol: ita oportet, quòd ex aduerſo Planeta, qui eſt in almuguea Lunæ ſit orientalis ab ea taliter quòd ipſe occidat poſt Lunam, & non ante ipſam: & Luna occidat ante ipſum & non poſt. Et dixit Ptolemæus, cum fuerit Planeta diſtans à Sole poſt tantum quantum diſtat domus eius à domo Solis, & à Luna tantum quantum diſtat domus eius à domo Lunæ, uel fuerit tutus à radijs eorum, tunc eſt in almuguea.

De almuguea aliorum Planetarum.

DE almuguea uero aliorum Planetarum, non curauerunt ſapientes facere mentionem: quia non crediderunt in eis eſſe magnam uim: tamen quilibet aliorum quinque Planetarum habet ſuam almugueam. Almuguea enim trium ſuperiorum conſiderantur, ſicut almuguea Solis, & duorum inferiorum ſicut conſideratur almuguea Lunæ. Et quilibet eorum poteſt eſſe in almuguea alterius, ſcilicet cum diſtat ab eo tantum quantum diſtat domus eius à domo alterius, quæ eſt ei magis propinqua, & ſemper inferior recipit almugueam à ſuperiori ſe, præter Saturnū qui recipit eius almugueam à Mercurio.

De *alitiſal Planetarum.* Cap. IIII.

EST & alterum eſſe Planetarum erga ſe inuicem, uidelicet corporalis ſiue aſpectualis coniunctio, ſiue applicatio, quam Alchabitius alitiſal

Alitiſal alitiſal ſiue continuatio uocat. Corporalis enim coniunctio, eſt quando Planeta iungitur Planetæ in eodem ſigno. Aſpectualis uero, eſt quando duo Planetæ fuerint in duobus diuerſis ſignis aſpicientibus ſe ad inuicem, trino uel ſextili, ſiue quadrato aſpectu, & leuis fuerit minus gradibus in ſuo ſigno quàm ponderoſus in ſuo, ita tamen quòd ſint ſex gradus uel minus inter eos, ſcilicet inter radios unius & corpus alterius. Verbi gratia ponatur, quòd ſit Venus uel Mercurius in quarto gradu Arietis, & Mars uel Iupiter uel Saturnus ſit in decimo gradu Geminorum, uel Cancri uel Leonis ante ſe: uel ſit in decimo gradu Aquarij uel Capricorni uel Sagittarij poſt ſe tunc Venus uel Mercurius iungitur illi per aſpectum, donec perueniat ad eius aſpectum, gradu per gradum. Et illud idem intellige de coniunctione corporali, ut ſit Venus uel Mercurius in quarto gradu Arietis, & aliquis ſuperiorum Planetarum ſit in decimo gradu eiuſdem Arietis: modo leuis iungitur ponderoſo per corpus, & dicitur ſemper iunctus ei donec compleat ſuam coniunctionem cum eo in eodem minuto: ſed poſtquàm tranſiuerit eum per unum minutum, dicitur ſeparatus ab eo. Quod dixi tibi de Venere & Mercurio, intellige de omnibus alijs: quoniam ſemper leuis iungitur ponderoſo, & minus ponderoſus iungitur ponderoſiori, donec perueniatur ad Saturnum. Saturnus enim, quoniam ponderoſior cæteris, nulli Planetarum iungitur, prout alias dictum eſt, ſed omnes alij iunguntur ei. Alchabicius tamen dixit, quòd non dicitur Planeta iunctus Planetæ, niſi iungatur ei gradu per gradum, ſiue corporalis ſit illa coniunctio, ſiue aſpectualis: ipſe tamen intellexit ipſum actum perficiendi rem. Meſſahala uero, cui ualde crediderunt ſapientes, dixit quòd ex quo Planeta proijcit radios ſuos ſuper Planetam, dicitur ei iunctus: quod eſt uerum, niſi alius Planeta prohibeat eorum coniunctionem. Præterea coniungitur unus Planeta cum altero, & ſignificantur exinde effectus rerum. Vnde quando unus Planeta proijcit radios ſuos ſuper radios alterius, & diſtat ab eo tantum quantum ſunt orbes amborum, dicitur quòd unus perat coniunctionem alterius, & ſignificat effectum rei quæſitæ, niſi alius Planeta deſtruat uel impediat, & dicitur illa coniunctio grauis. Et quando diſtant tantum quantum eſt orbis unius Planetæ, dicitur coniunctio abſolute, & niſi aliquid impediat ut dixi ſignificat effectum rei. Et quando orbis leuis tangit corpus ponderoſi, dicitur quòd ponderoſus ſit in gradibus leuis. Et conſiderantur omnia hæc tam in aſpectu quàm in coniunctione corporali.

Coniūctio grauis.

Quando Planetæ dicuntur orientales & quando occidentales. Caput V.

SAturnus & Iupiter ex quo exeunt de ſub radijs Solis, ut ait Alchabicius uocantur orientales, & dicuntur augmentari in fortitudine uſque dum elongentur à Sole triginta gradibus: ſicut æger qui poſt criſim augmentatur in ſua fortitudine atque proſperitate, donec reſumat ſuas priſtinas uires, & redeat ad ſuum ſtatum in quo erat antequàm inciperet ægrotare, & ſecurius maneat. Deinde ab illis triginta uſque ad alios triginta dicuntur orientales fortes, quoniam tunc ſunt in maiori ſecuritate à Sole quàm unquam eſſe poſſunt: non enim timent eum tunc in aliquo, ſicut non timet ille ægritudinem qui euaſit ab ea, & iam reſumpſit omnes ſuas uires, immo poſt perfectam liberationem & uirium reſumptionem effectus eſt aliquando carnoſior & fortior ſolito, ſi tamen eius complexio ſit bene diſpoſita ad illud ſuſcipiendum. Et cum tranſiuerint Solem ſexaginta gradibus, ſcilicet quòd Sol ſit tantum elongatus ab eis, uocantur orientales, euntes ad debilitatem, donec ipſi ueniant ad elongationem nonaginta graduum à Sole, & tunc uocantur orientales debiles, donec ueniant ad retrogradationem. Et poſtquàm incœperint retrogradare, uocantur orientales retrogradi, donec ipſi ſint in oppoſitione Solis gradu per gradum. Et poſtquàm tranſiuerint gradum oppoſitionis Solis, donec ipſi ueniant ad directionem, uocantur occidentales retrogradi. Deinde à gradu directionis uſque ad ſexageſimum gradum poſt directionem, ſunt occidentales fortes, non quòd ſint uere fortes, ſed minus debiles. Deinde à dictis ſexaginta gradibus uſque dum ſit longitudo eorum à Sole triginta graduum, dicuntur occidentales, euntes ad debilitatem. Deinde uſque dum ueniant ad principium combuſtionis, dicuntur occidentales debiles. Et poſtquam incœperint intrare ſub radijs Solis, donec ueniant ad gradum eius, dicuntur occidentales combuſti. Et conſiderantur omnes iſti gradus ſecundum zodiacum & eius gradus, & non ſecundum ecentricum uel ſecundum epiciculum.

De duobus inferioribus, quando ſunt orientales, & quando occidentales. Caput VI.

VEnus uero & Mercurius cum ſeparantur à Sole, & ipſi retrogradi uocantur orientales debiles. Et ex quo ipſi incipiunt dirigi uſque dum ſint prope Solem, ita quòd tot gradus ſint inter ipſos & Solem, quot fuerant inter Solem & ipſos quando incœperunt retrogradari, dicuntur orientales fortes. Deinde uſque ad medium illorum graduum qui remanſerunt inter locum prædictum & radios Solis, dicuntur orientales debiles. Et ex quo incipiunt intrare ſub radijs Solis uſque dum ipſi ſint in eodem gradu cum Sole, dicuntur orientales combuſti. Deinde uſque dum perambulant omnes alios gradus combuſtionis, dicuntur occidentales combuſti, euntes ad apparitionem. Et ex quo incipiunt apparere de ſub radijs Solis in directione uſque ad decimumquintum gradum poſt apparitionem, dicuntur occidentales fortes. Deinde uſque ad medietatem graduum, qui ſunt inter locum illum & ſtationem ſuam primam, dicuntur occidentales, euntes ad debilitatem. Deinde uſque ad principium ſuæ retrogradationis, dicuntur occidentales debiles. Deinde uſque dum ueniant ad radios Solis, dicuntur occidentales retrogradi, ſiue debiliſſimi. Et poſtquam incœperint intrare ſub radios, donec ueniant ad gra-

dum Solis, dicuntur occidentales combuſti. Et omnis Planeta ex quo exiuerit de ſub radijs Solis, donec iungatur alteri Planetæ, ſiue per corpus ſiue per aſpectum, dicitur eſſe in lumine ſuo. Iſtud eſt eſſe Planetarum cum luminaribus: unde tu debes conſiderare in natiuitatibus ſeu interrogationibus, & uidere ſignificatorem nati, ſiue interrogantis, utrum ſignificat bonum uel malum. nam ſi ſignificauerit bonum, & fuerit in bono loco ſui epicicli, uel ſui ecentrici, ſignificabit illud bonum completum quantum eſt ex hoc. Et ſi fuerint ſuperiores orientales fortes, & fuerint aſcendentes ad longitudinem longiorem, uel ad ſuam augem, uel fuerint ueloces curſu, & maxime ſi fuerint ſeptentrionales: quoniam tunc fiet res melius & perfectius & uelocius, & cum minori labore. Si uero fuerint orientales debiles, uel euntes ad debilitatem: uel fuerint deſcendentes in aliquo prædictorum circulorum, ſignificant effectum rei: ſed cum labore atque inſtantia, & tardius atque cum ſolicitudine, & cum aliquali diminutione, & hoc ita in natiuitatibus ſicut in interrogationibus. Siquidem fuerint occidentales minuent iterum bonum. Et ſi fuerint occidentales debiles, minuent iterum plus de ſignificato. Et ſi fuerint retrogradi uel combuſti, minuent iterum magis, & cum labore & inſtantia & ſolicitudine atque anguſtia dabunt quod dare debuerunt, & maxime ſi cum hoc fuerint meridionales.

De duſtoria ſiue Aym Planetarum.
Caput VII.

Duſtoria aym. DIxit Alchabicius, quòd tunc Planeta dicitur eſſe in ſua duſtoria, quando eſt in ſuo Aym, ſiue in ſua ſimilitudine: hoc eſt ut ſit Planeta maſculinus in ſigno maſculino, & fœmininus in fœminino. Et diurnus in die ſuper terram, & in nocte ſub terra, & nocturnus in nocte ſuper terram, & in die ſub terra. ſitque in die orientalis à Sole, & in nocte occidentalis à Luna. Et ut ſit Planeta in aliquo angulorum aſcendentis, & aliquod ex luminaribus ſit in aliquo angulorum quadraturæ illius Planetæ. Vt uerbi gratia, ſit quintus gradus Tauri aſcendens, quod eſt tunc prima domus, oportet tunc quòd ſit Planeta in quarta domo, uel in decima ab aſcendente, ad hoc ut ſit in angulo aſcendentis in quinto ſcilicet gradu ſigni facientis domum illam, ita quòd tria ſigna integra cadant inter illas domos, & aſcendens & luminare aliquod ſit in quadratura illius Planetæ, ita ſcilicet quòd cadant inter eos nonaginta gradus, inter Planetam ſcilicet & luminare. Duſtoria alia. Dicitur & alio modo duſtoria, & illa interpretatur dexterario ſiue ſecuritas: hoc eſt, quando Planeta fuerit in die orientalis à Sole, & in nocte occidentalis à Luna. Orientalis ſcilicet à Sole, ut oriatur ante eum, & occidentalis à Luna, ut occidat ante eam, ita ſcilicet ut ſint inter Planetam, & Solem ſiue Lunam ſexaginta gradus. Et ſit ſimiliter luminare in ſuo Aym, ſcilicet Sol in die ſupra terram, & in nocte ſub terra, & Luna neceſſario ſic habet eſſe, in nocte ſuper terram, & in die ſub terra. Et ob hoc dixerunt ſapientes, ut ſit Planeta tutus à radijs luminarium, quia ex quo Planeta intrat ſub radios Solis, ita quòd tegatur ab eis, dicitur combuſtus, donec exeat de ſub radijs eius & appareat. Et cum incipit intrare ſub radios, dicitur incipere comburi, uel cecidiſſe in combuſtionem, & dum eſt ſub radijs prope Solem, per duodecim gradus, uadens ad eum, ſi fuerit de inferioribus uel ſeparatus, recedens ab ipſo per duos gradus, uel infra: uel fuerit de ſuperioribus & Sol iuerit ad eum, & fuerit prope ipſum, per duodecim gradus, uel dimiſerit eum poſt ſe, per duos gradus, uel infra, dicitur oppreſſus. Et cum fuerit cum Sole in uno gradu, ita quòd ſint inter eos ſedecim minuta uel minus, tam per latitudinem quàm per longitudinem, quod raro contingit, dicitur eſſe unitus, & tunc efficitur fortis, quia dicitur eſſe in camino Solis, hoc eſt in corde ipſius. Et multi ex tractatoribus ſtellarum, & ſpecialiter mei temporis. concordauerunt in hoc, quòd quando Planeta diſtat à Sole per ſedecim minuta uel minus, efficitur fortis, & dicitur eſſe in corde Solis. Ego uero ſum concors cum eis, ſed non ſimpliciter: quoniam ad hoc, ut ſit Planeta in camino ſiue in corde Solis, oportet quòd ipſe ſit diſtans à Sole, ad minus ſedecim minutis ſecundum longitudinem & ſecundum latitudinem, & iſta fuit intentio philoſophorum, quia ſi Planeta diſtet à Sole, per longitudinem minus ſedecim minutis, & ſecundum latitudinem diſtet plus ſedecim minutis, nihilominus eſt combuſtus, quoniam differentia combuſtionis latitudinis, quaſi inſenſibilis eſt, à combuſtione longitudinis. Et dixit Alchabicius, cum tranſierit Planeta eandem unionem, ſcillicet quòd tres ſuperiores remanſerint poſt Solem quinque gradibus, & tres inferiores fuerint elongati ab eo quinque gradibus, dicitur euaſus, ſiue directi fuerint ſiue retrogradi. Et dixerunt philoſophi hoc ad maiorem cautelam, & ad certiorem certitudinem, ne poſſent in aliquo decipi. Ego autem credo Planetam euaſum, ex quo fuerit ſeparatus à Sole per duos gradus, uel ultra, ſiue ante fuerit, ſiue retro: Et dicitur Planeta euaſus, ad ſimilitudinem ægri, quem reliquit febris: nec tamen conualuit adhuc, ita quòd dicatur liberatus, nec eſt liberatus penitus: tamen eſt extra periculum, donec conualeſcat, poſtea dicitur liberatus. Et ita eſt de Planeta, cum ipſe intrat combuſtionem, eſt ſicut ille qui incipit ægrotare. Et cum eſt in ultimata combuſtione, eſt ſicut infirmus, quando paroxiſmus eſt in ſtatu, quòd ſit, quando febris eſt superuentura, & eſt iam ut in fieri. Et cum eſt ſeparatus à Sole uſque ad duos gradus, eſt ſicut æger, cui ſuperuenit criſis, nec eſt adhuc completa, ſicut ſudor, ſomnus, fluxus, & ſimilia facientia criſim. Et cum eſt ab illis 2. gradibus, uſq; ad alios tres, ſcillcet complementum 5. graduum, eſt ſicut infirmus cui ſuperuenit criſis, & eſt iam completa. Et cum eſt ab illis 5. gradibus elongationis à Sole, uſq; dum exeat de ſub radijs, eſt ſicut infirmus, cuius ægritudo ceſſat atq; manifeſte diminuitur, & eſt penitus liberatus à cõbuſtione, ſicut æger eſt penitus liberatus ab ægritudine, ſed nõ reſumpſit adhuc priſtinas uires,

eſt ta-

eſt tamen ſecurus ab ægritudine illa.

De tribus ſuperioribus ex quo apparuerint de ſub radijs Solis. Caput VIII.

ET poſtquàm Saturnus, Iupiter & Mars, apparuerint de ſub radijs Solis, & fuerint penitus extra combuſtionem, ita quòd uideatur mane in oriente ante Solem, uocantur orientales dextri, donec ueniant ad oppoſitum Solis. Et augmentatur eorum fortitudo, uſq; dum elongentur à corpore Solis per 30. gradus. Et ab inde uſq; alios 30. gradus, ita quòd ſit eorum longitudo à corpore Solis 60. gradus, ſunt orientales fortes. Et ab illis 60. gradibus in antea, ſunt orientales, euntes ad debilitatem, donec ueniant ad ſtationem primam, & incipiant retrogradare. A ſtatione prima in antea, uſque dum opponatur eis Sol directa linea, gradu per gradum, ſunt orientales retrogradi. Sed poſtq̃ Sol pertranſiuerit eos per oppoſitionem, ſunt occidentales retrogradi, uſq; dum ueneriint ad ſtationem ſecundam, & incipiant dirigi. Et abinde uſq; dum Sol appropinquat eis per 30 gradus, ſunt occidentales fortes. Abinde in antea, uſq; dum Sol appropinquet eis per 15. gradus, dicuntur occidentales, euntes ad debilitatem. Poſtmodum ſunt occidentales debiles, donec intrent ſub radios Solis. Ab inde in antea, ſunt occidentales combuſti, uſq; dum uniantur cum Sole in eodem gradu. Et cum fuerint in oppoſitione Solis, uocitur oppoſiti. Et cum tranſiuerint oppoſitionem, uocantur occidentales ſiniſtri. Et eſt eis quoddam impedimentum, non modicum, quoniam incipiunt timere, ne iterum ueniant ad combuſtionem, ſicut timet ille, quando aliquis inſequitur, qui incipit fatigari in fuga, & uidet illum qui inſequitur eum, auferentem iam ſibi de uia, & uidet eum ualociorem ſe, & appropinquare ſibi: timet enim, ne non poſſet euadere manus illius.

De Venere & Mercurio cum ſeparantur à Sole.

VEnus uero & Mercurius, ex quo ſeparantur à Sole, fuerintq; retrogradi, ſunt orientales uſque dum ipſi ueniant ad ſtationem primam, & incipiant dirigi. A directione uero in antea, uſque dum ipſi elongentur tantum, quantum erant longe ab eo, quando incœperunt retrogradare, ſunt orientales fortes. Deinde uſque dum appropinquant Soli, per uiginti gradus, ſunt orientales debiles, uſque dum intrent ſub radios Solis. Poſtquàm fuerint ſub radijs, ſunt orientales combuſti, uſque dum uniantur cum Sole. Et dixit Alchabicius, deinde ſunt combuſti, euntes ad apparitionem, quouſque uideantur. Et ex quo ſeparantur à Sole directione, dicuntur occidentales fortes, uſque dum ueniant ad retrogradationem. Et ex quo incœperint retrogradare, uſque dum iterum uniantur cum Sole, dicuntur occidentales debiles. Et dixit, cum Planeta exierit de ſub radijs Solis, & nulli Planetæ iunctus fuerit, dicitur quòd ſit in lumine ſuo. Hoc eſt eſſe Planetarum cum luminaribus.

De coniunctione Planetarum ſecundum latitudinem. Caput IX.

FActa eſt mentio in præcedentibus, de coniunctione Planetarum, & illa mentio fuit de coniunctione ipſorum ſecundum longitudinem, conſiderando illam coniunctionem de oriente ad occidentem uel econtra. Nunc autem reſtat dicendum, de ipſorum coniunctione ſecundum latitudinem, & eſt illa quæ fit inter eos à meridie ad ſeptentrionem, uel econtra uel ad utranq; partem. Eſt autem coniunctio latitudinis, ut unus Planetarum coniungatur alteri, ſecundum latitudinem ſuam, ſcilicet ut ſi unus Planeta fuerit iungens alteri per corpus ſuum, & fuerint ambo in uno gradu, erit coniunctio eorum per latitudinem & æqualis, ſiue ſeptentrionalis fuerit illa coniunctio ſeu applicatio, ſiue meridionalis, quoniam erit latitudo uniuſcuiuſque eorum, ad unam & eandem partem. Et ſi fuerit eorum coniunctio per oppoſitionem, erunt latitudines eorum æquales, ita ſcilicet ut latitudo unius ſit aſcendens in ſeptentrionem, & alterius aſcendens in meridiem. Et licet illud uerbum uideatur forte ad intelligendum, tamen in ſe leue eſt: quoniam cum Planeta uadit ad longitudinem longiorem, tunc eſt aſcendens in ſeptentrionem. Et oportet ad hoc, ut unus iungatur alteri per oppoſitionem, quòd unus ſit in una quarta ſui epicicli, & alter ſit in ſuo epiciculo, in quarta oppoſita illi. Omnes aliæ coniunctiones, quæ fiunt per alium modum quàm per iſtum, ſunt coniunctiones longitudinis & non latitudinis. Et eſt ille modus, ut ſit unus Planeta ſeptentrionalis aſcendens in ſeptentrionem, & alter meridianus deſcendens in meridiem. Hæc eſt coniunctio latitudinis. Sapientes tamen huius artis, & ſpecialiter illi, qui utuntur Almanach, non multum curant de iſta cõiunctione latitudinis in ſuis iudicijs quod mihi non uidetur congruum, maxime in magnis factis, ut ſunt nauitates, quæſtiones uniuerſales, reuolutiones annorum, & ſimilia.

De euacuatione curſus Planetarum. Caput X.

POſtquàm unus Planeta fuerit iunctus alteri, & fuerit coniunctio eorum perfecta, & poſt perfectionem fuerit tranſacta, ita quòd unus eorum ſit ſeparatus ab alio, & poſt ſeparationem nulli alteri Planetæ iungatur, dicitur uacuus curſu, quoniam ipſe tunc currit ſolitarius. Et tamdiu durabit eſſe uacuus curſu, donec ipſe iungatur alteri, uel petat eius coniunctionem, ſicut dictum eſt alias, & hoc eſt ei quoddam impedimentum.

Et dixit Alchabicius, quòd quandiu fuerit aliquis Planeta in aliquo ſigno ſolitarius, & alius Planeta non aſpexerit illud ſignum, dicitur quòd ſit feralis ſiue agreſtis: & hoc ſimiliter eſt ei magnum impedimentum, & res horribilis ualde.

De translatione naturæ Planetarum. Caput XI.

OPinio fuit quorundam philoſophorum, quòd unus Planeta transfert naturam alterius, ad alterum abſolute. Dixerũt enim, quòd

quòd quando Planeta leuis, ſeparatur à ponderoſo, & iungitur alteri, ſiue ponderoſiori eo, ſiue leuiori, quòd transfert naturam primi ad ſecundum. Quod mihi uidetur obſcurum quodammodo, ita ſimpliciter confiteri: non enim uidetur ueriſimile, quòd licet unus Planeta iungatur alteri (niſi iungatur ei de aliqua ſuarum dignitatum) quòd ipſe det ei uirtutem ſuam, uel committat naturam uel diſpoſitionem ſuam illi, iuxta illud philoſophi dicentis: non dat Planeta aliquid in loco, in quo nihil promiſit. Vnde ſi Planeta non dat ei naturam ſeu uirtutem ſuam, non uidetur, quòd ipſe poſſit portare naturam alterius ad alium. Et etiam ſi daret uel committeret eam ſibi, eadem ratione non uidetur, quòd det eam alteri niſi iungatur eidem de aliqua ſuarum dignitatum. Et credo, quòd hæc fuerit eorum intentio, licet eam non expreſſerint.

Sed ſi Planeta leuis, iungeretur Planetæ ponderoſo de aliqua dignitate ponderoſi, committeret ei ponderoſus naturam, & diſpoſitionem ſuam, & poſſet eam portare ſecum, donec iungeretur alteri Planetæ, quem inueniret in aliqua ſua dignitate, & illi committeret quod acceperat, niſi forte deliteret ex coniunctione alterius, illa uirtus, licet non committeret eam ſibi: non enim uidetur uериſimile, quòd aliquis det ignoto in terra aliena, quod acquiſiuit ſibi. Tamen quoniam ipſi fuerunt ſapientiores me, ſuſtinenda ſunt dicta ipſorum, qualiſcunque fuiſſet eorum intentio. Et dixerunt, Planetam ferre naturam Planetæ, ad alterum, ſub tali exemplo.



Figura translationis & redditus luminis

Erat Luna iuncta Veneri in uno ſigno, & in uno gradu, ut ponatur in 4. gradu Tauri, & cum ſeparata fuit à Venere, iuncta eſt Marti, in 6. gradu eiuſdem Tauri, uel in quocunque alio gradu fuerit, qui eſt ponderoſior Venere, uel Mercurio, qui eſt leuior ea: modo Luna transfert naturam Veneris ad Martem, ſiue ad alium quemcunque primo inueniat, uel cui primo iuncta eſt. Venus enim commiſerat diſpoſitionem ſuam atque naturam Lunæ, & ipſa commiſit illi, quem primo inuenit, & cui primo iuncta fuit, illud quod ſibi commiſſum fuerat à Venere. Et dixerunt, quòd eſt alius modus translationis naturæ alicuius Planetæ ad alium, uidelicet ut Planeta leuis iungatur ponderoſo, & ille ponderoſus iungatur alteri ponderoſiori ſe, modo ponderoſus, qui eſt medius inter leuem & ponderoſiorem, transfert naturam leuis ad ponderoſiorem. Verbi gratia, iunctus fuit Mercurius Veneri in 10. gradu Piſcis, uel in quocunque alio, & poſt ſeparationem à Venere, iunctus fuit Soli, in 12. gradu Piſcis, uel in quocunque alio, & Sol iterum iunctus eſt Marti, in 14. gradu eiuſdem Piſcis, uel in quocunque alio, dummodo gradus ſint correlatiui ſibi inuicem modo Mercurius transfert naturam Veneris ad Solem, & Sol transfert eam ad Martem. Sed ſi nullus illorum duorum ponderoſiorum, iungatur alicui Planetæ ſolus, ſed iungantur ambo ſimul & ſemel uni Planetæ, tunc ille tertius Planeta dicitur, quòd reddit lumen illorum, ad illum locum circuli, quem ipſe aſpicit. Et hoc dicitur redditus luminis, ſub tali exemplo. Separatus fuit Mercurius à Venere, de decimo gradu Piſcis, uel de quocunque, & poſt ſeparationem à Venere, iunctus fuit Soli & Marti, in 12. gradu eiuſdem Piſcis, uel in quocunque, & ipſi iuncti ſunt iterum Ioui, in 13. gradu eiuſdem Piſcis, uel in quocunque, ſed Iupiter nulli alteri Planetæ iunctus eſt: modo transfert Iupiter lumen Veneris ad illum locum circuli, quem ipſe aſpicit ſcilicet ad 13. gradum Tauri ante ſe ſextili aſpectu. Et ad 13. gradum Geminorum quadrato aſpectu, & ad 13. gradum Cancri trino aſpectu, & ad 13. gradum Capricorni retro ſextili aſpectu, & ad 13. gradum Sagittarij quadrato aſpectu, & ad 13. gradum Scorpionis trino aſpectu.

De redditu luminis Planetarum, & eius abſciſione. Caput XII.

Dicto de translatione naturæ Planetarum, reſtat dicendum de redditu luminis eorum & eius abſciſione. Et eſt, ut ſi unus Planeta petat coniunctionem alterius, ſed non iunguntur adhuc ſimul, & alius Planeta præter illos, iungatur primo, illi cuius coniunctionem petebat primus, & ille tertius reddit lumen tertij ad primum, dicitur redditus luminis, & dicitur eius abſciſio. Abſciſio. Luminis redditus.



Figura abſciſionis, redditus luminis, & prohibitionis cõiũctionis

Verbi gratia, ponatur quòd Sol eſſet in 12. gradu Cancri, & Saturnus in 18. gradu Libræ, & Iupiter in 15. gradu Geminorum: eſt modo Sol, petens coniunctionem Saturni à quarto aſpectu: ſed Iupiter qui eſt ma-

eſt magis prope coniunctionem Saturni quàm Sol, iungitur ei à trino aſpectu, & abſcindit lumen Solis à Saturno: & hæc dicitur abſciſio luminis. Et dicitur ſimiliter redditus luminis. quoniam Saturnus reddit Soli lumen, quod iam incœpit recipere ab eo, & recipit lumen Iouis, qui eſt ei magis propinquus: quoniam eſt in 15. gradu ſigni, in quo eſt: & Sol eſt tantum in 12. gradu ſigni in quo eſt, & ſic poteſt deſtrui res de qua fieret quæſtio, uel habetur ſpes. Et fit hoc, per modum quem faciunt aliqui mercatores, uel quiuis alij, qui conſueuerunt uendere & emere res aliquas: petit enim unus aliquo alio, ut uendat ſibi rem aliquam, & ſperat ille qui petit rem ſe habiturũ eam, per modum, per quem eam petit, nec credit quòd aliquis alius ſe intromittat de ipſa, & tunc uenit alius ex tranſuerſo, & dat aliquid plus uenditori quàm promiſerat ſibi primus, & accipit rem: fruſtrat rem, uel facit aliquem alium interponere ſe, ita quòd fruſtrat eam à primo, & acquirit rem pro ſe. Et eſt hæc res ualde conſideranda in quæſtionibus, quoniam multum fruſtrantur res, etiam poſtquàm uidentur directæ. Et debes ſcire quòd redditus luminis conſiderantur ſecundum aſpectum. Translatio uero naturæ ſiue uirtutis conſideratur, ſecundum coniunctionem corporalem & ſecundum aſpectum, ſed ut plurimum ſecundum coniunctionem corporalem.

De prohibitione coniunctionis & quare aliquando res non perficiuntur. Caput XIII.

Prohibitio.

PRohibitio coniunctionis, & quòd res aliquando non perficiuntur, fit duobus modis, quorum unus eſt, quando tres Planetæ fuerint in uno ſigno, in diuerſis gradibus, & magis ponderoſus, fuerit plus gradibus quàm alij: & unus aliorum duorum petierit coniunctionem illius ponderoſioris, & inter ipſum & illum cuius coniunctionem petit, ipſe fuerit alius in medio: ille qui eſt in medio, prohibet illum qui eſt minus gradibus, ne iungatur alteri qui eſt plus gradibus eis ambobus, nec iungitur ei, donec ille medius trãſeat coniunctionem ponderoſioris, & dimittat eum poſt ſe. Verbi gratia, Sol erat in 10. gradu Capricorni & Mars erat in 14. gradu eiuſdem Capricorni: & Iupiter erat in 16. gradu eiuſdem ſigni, petebat nunc Sol iungi Ioui, ſed Mars qui erat inter eos ſcilicet magis propinquus Ioui quàm Sol, prohibebat ne Sol iungeretur Ioui: & ipſe Mars iungebatur ei: & ita non ceſſabat Mars prohibere coniunctionem Solis cum Ioue, donec ipſe tranſiret eum, & dimitteret eum poſt ſe, & tunc iungebatur Sol Ioui, ex quo Mars tranſiuerat eum: unde ſi non foret adhuc penitus deſtructa res, de qua quæreretur, poterat perfici tunc, cum eſſent coniuncti, ſcilicet Sol & Iupiter. Secundus modus eſt; ut duo Planetæ ſint in uno ſigno, & leuis iungatur ponderoſo per corpus, alter quoq; iungatur ponderoſo per aſpectum, à ſimili gradu à quo iungitur ei ille, qui eſt ſecum in eodem ſigno, ſcilicet cum ponderoſo. modo ille qui iungitur ei in eodem ſigno, annullat coniunctionem aſpicientis, & prohibet eum ab ea, ſcilicet coniunctione ponderoſi: quoniam coniunctio corporalis fortior eſt aſpectuali. Verbi gratia: erat Venus in 4. gradu Arietis, & Mars in 9. gradu eiuſdem Arietis, & Luna in quarto gradu Aquarij, uolens ſe iungere Marti per aſpectum, & iuncta eſſet ei, niſi aliud impediſſet: ſed Venus quæ iungebatur Marti corporaliter, prohibebat coniunctionem Lunæ à Marte ratione prædicta, ſcilicet quòd coniunctio corporalis deſtruit aſpectum: aſpectus uero non annulat coniunctionem corporalem. Secus eſſet, ſi aſpiciẽs eſſet plus gradibus in ſuo ſigno, quàm ille qui iungitur per corpus: quoniã tunc eſſet coniunctio aſpicientis, & non coniungentis per corpus, ſub hoc exemplo. Erat Venus ut dixi in 4. gradu Arietis, & Mars in 9. gradu eiuſdem Arietis, & Luna in 6. gradu Aquarij, modo Luna iungitur Marti, & annulat coniunctionem Veneris à Marte, quoniam ipſa aſpicit eum à proximiori gradu, quàm iungebatur ei Venus. Et dicitur quòd ſi aliquis Planeta iungatur, cum domino ſigni in quo fuerit, uel cum domino exaltationis eiuſdem ſigni, uel cum domino termini uel triplicitatis, uel faciei, ſiue per corpus ſiue per aſpectũ, quòd Planeta qui eſt dominus ſigni, uel alicuius dignitatis illius, committit & dat diſpoſitionem & naturam atq; uirtutẽ ſuam illi. Hoc quidem uerum eſt, ſi iungatur cum domino domus, uel exaltationis, uel cum domino duarũ de alijs dignitatibus minoribus, ſcilicet cum domino termini, & triplicitatis, uel cum domino termini & faciei, uel cum domino faciei & triplicitatis. Sed ſi iungitur cum domino termini tantum, uel cum domino triplicitatis, uel cũ domino faciei, non recipit eum dominus alicuius illarum dignitatũ terminorum ab una ſola, quia nõ ſunt tantæ uirtutis, quod una earum ſola poſſit facere receptionẽ, ſine adminiculo alterius. Vnde Planeta qui recipit aliũ de illis dignitatibus, ut dixi, committit illi diſpoſitionem ſuam, etiam ſi forent inimici, à quocunq; aſpectu aut à coniunctione. Verbi gratia, erat Luna in 3. gradu Arietis, & Mars qui eſt dominus Arietis, erat in 8. gradu Geminorũ, uel Cancri, uel Leonis ante ſe, uel Aquarij, uel Capricorni, uel Sagittarij poſt ſe, modo iungebatur Luna Marti per aſpectum, & ipſe recipiebat eam de domo ſua, & cõmittebat ei uirtutem atq; diſpoſitionem ſuam. Vel erat Luna in dicto 3. gradu Arietis, & Sol qui eſt dominus exaltationis Arietis, erat in 8. uel in 9. gradu Geminorum, uel Cancri, uel Leonis ante ſe, uel in 8. uel in 9 gradu Aquarij, uel Capricorni, uel Sagittarij poſt ſe: modo iungebatur Luna Soli per aſpectũ, & ipſe recipiebat eam de exaltatione ſua, & cõmittebat ei fortitudinem ſuam. Vel erat Luna in dicto 3. gradu Arietis, & Iupiter qui eſt dominus primi termini Arietis, & eſt etiam dominus triplicitatis Arietis, erat in 5. gradu Geminorũ, uel Cancri, uel Leonis ante ſe, uel in 5. gradu Aquarij, Capricorni, uel Sagittarij poſt ſe: modo iungebatur Luna Ioui per aſpectum, & ipſe recipiebat eam de termino, & triplicitate ſua, & committebat ei uirtutem atq; diſpoſitionem ſuam, ac ſi reciperet eam de domo, uel de exaltatione. Hæc eſt cõmiſſio ſeu datio uirtutis, atq; diſpoſitionis Planetarum. Sed ſi Luna iungeretur Saturno, qui eſt dominus triplicitatis Arietis, nec habet ibi aliam dignitatem, non reciperet eam: quoniam non habet ibi, niſi unam de illis minoribus dignitatibus, de quibus non poteſt fieri perfecta

fecta

fecta receptio. Alchabicius tamen uidetur ueile dicere, quòd Planeta qui eſt in domo, uel exaltatione, uel in aliqua dignitate alicuius Planetæ, ſi iungatur cum eo, quòd ille, cuius eſt dignitas, dat & committit naturam ſuam illi cuius ſententiam ego non infringo, nec dico eſſe abijciendam, cum ipſe fuerit introductorius, unde potius eſt ſuſtinendus, quàm ſi alius dixiſſet, & cum ipſe plurimum ualuiſſet in introductorio. Et dixit, quòd quando Planeta fuerit in aliqua ſuarum dignitatum, & fuerit coniunctus alicui Planetæ per corpus, dabit ei fortitudinem ſuam, & hoc ſimiliter ſoluitur ratione prædicta. Et ſi fuerit Planeta in tali ſua dignitate, quòd alius Planeta habeat ibi aliquam dignitatē, & fuerit ei iunctus in ea, dat ſibi ſuam fortitudinem, ita quòd ille cui ipſe iungitur, habet utranque fortitudinem ſeu naturam. Verbi gratia, erat Iupiter in 9. gradu Arietis, & Mars erat in 5. gradu eiuſdem Arietis, modo Mars iungitur Ioui, & recipit eum de domo ſua, unde committit illi fortitudinem, ſiue diſpoſitionem ſuam atq; naturam, & habet ibi Iupiter dignitatem triplicitatis, unde habet modo utranq; dignitatem ſuam, ſcilicet quam habet ibi ex triplicitate, & illam quam dat ſibi Mars ex domo, & illa commixtio quam facit ſibi Mars, dicitur receptio quam philoſophi Alcobol uocant.

Alcobol.

De redditu uirtutis, quando Planeta reddit eam illi qui ſibi dedit. Caput XIIII.

QVando aliquis Planeta iungitur alteri, & dat uel committit ſibi uirtutem ſeu diſpoſitionem ſuam, & ille cui datur uirtus ſeu diſpoſitio, fuerit retrogradus uel combuſtus, non poteſt illam uirtutem retinere, unde reddit illi qui eam ſibi dedit, quoniam non poteſt eam retinere, propter debilitatem quam habet ex iſta retrogradatione, ſeu ex combuſtione. Tunc ſi fuerint ambo in angulis, uel in ſuccedentibus angulorum, erit redditus ille bonus & utilis, & cum proficuo. Et ſi fuerit etiam ille, qui coniungitur alteri in angulo, & ille cui ipſe iungitur receperit eum, ſiue fuerit in angulo, ſiue in ſuccedenti angulum, erit redditus cum proficuo & utilitate.

Redditio uirtutis.



Verbi gratia, erat Iupiter in Ariete, ponatur in decimo gradu, ſed ipſe erat retrogradus, uel combuſtus, & erat in angulo. ponatur quòd eſſet aſcendens eiuſdem Arietis quintus, & Mars erat in quarto gradu Capricorni, in angulo decimę domus, uel erat in Aquario in quarto gradu in ſuccedenti angulum, iungebatur Mars Ioui per aſpectum, & recipiebat eum de domo ſua, & committebat ſibi diſpoſitionem & uirtutem ſuam, ſed Iupiter quia erat retrogradus, non potuit retinere illam uirtutem, unde reddidit eam ſibi, & talis redditus fuit bonus & utilis cum proficuo, quoniam Mars erat in angulo uel ſuccedenti angulum, ita quòd bene potuit retinere illam uirtutem ſibi redditam à Ioue, & remanſit poſtea tota uirtus Marti, ita quòd bene proficietur res de qua eſſet quæſtio ex ſua uirtute, & ex illa ſua potentia. Si uero fuerit Planeta qui iungitur, ſcilicet leuis, ſeu ille cui redditur uirtus, cadens ab angulo, ubicunq; fuerit ponderoſus, ſeu ille qui reddit uirtutem, ſiue in angulo ſiue in ſuccedenti ſeu cadenti, erit redditus inutilis & malus & cum detrimento. Verbi gratia, fuit aſcendens 14. gradus Tauri, & Iupiter in quarto gradu Arietis, cadens ab angulo, & Mars in tertio gradu Cancri, ſimiliter cadens: recepitq; Mars Iouem, & commiſit illi diſpoſitionem ſuam, ſed Iupiter quoniam erat cadens ab angulo, non potuit retinere uirtutem ſibi à Marte commiſſam, unde reddidit eam ſibi: ſed Mars quoniam erat ſimiliter cadens ab angulo, nec potuit retinere uirtutem ſibi à Ioue redditam, propter debilitatem ſui caſus ab angulo, quod fuit ei potius ad damnum quàm ad utilitatem. Ad exemplum, cuiuſdam qui habebat in humero faſcem, quem non poterat portare, dedit illum alteri, & ille reddidit eum ſibi, nō ualenti portare, ille redditus non fuit ei utilis, ſed damnoſus. & ſic deſtructa fuit cauſa, de qua erat quęſtio, ſi quęſtio fuerit facta de aliqua re, & annullata propter debilitatem Iouis, qui nō potuit retinere uirtutem, ſibi à Marte cōmiſſam: Marti tamen debili ab eo redditā, qui eam retinere non potuit, nec potuit rem ducere ad effectum, & hoc fecit debilitas utriuſq;. Ego tamē inueni aliquos, qui uidebātur mihi diuerſi ab alijs, & erant in quadam ſua opinione, quòd non credebant, quòd redditus uirtutis ſeu diſpoſitionis eſſet aliquid, ſicut fuit ille tyrānus Ycilinus de Romano, & erat quidam eius Aſtrologus nomine Salionus quem credo aſſenſiſſe ſibi, potius ex timore quàm quòd crederet ita eſſe. Et hoc credo propterea, quia Ycilinus habebat quendam eius fratrem in compedibus, de quo ipſe timebat ne occideret eum. Et dicebat quòd Luna, & quilibet Planeta leuis, accipiebat naturam illius cui iungebatur, & quilibet ponderoſus dabat uirtutem ſuam leui, ſiue reciperet eum ſiue non, & multas alias opiniones erroneas habebat.

De refrenatione Planetarum. Caput XV.

REfrenatur unus Planeta, à coniunctione alterius in hunc modum, uidelicet quando aliquis Planetarum, uult coniungi alteri Planetæ ſiue applicari ſibi, & credit perficere illam coniunctionem, & interim antequàm illa coniunctio perficiat, accidit ei retrogradatio, & ſic non perfici- Refrenatio.

perficitur coniunctio quam petebat, & quam Planeta ille perficre credebat : ſicuti refrenat aliquis equum uolentem currere, tenens habenas, & non permittit illum currere, quo intendebat equus. Vnde dicitur Planeta tunc refrenari, à coniunctione alterius Planetæ. Verbi grana, erat Iupiter in .16. gradu piſcium, & Mars erat in ſeptimo gradu eiuſdem ſigni, uolens iungi Ioui: ſed cum peruenit Mars ad .14. gradum Piſcium, effectus eſt retrogradus: unde retrogradatio illa refrenauit illum à Ioue, ita quòd non potuit perficere coniunctionem: & annullatũ eſt omne ſignificatum eius, ita quòd ſi putaret quærens perficere ipſam rẽ, eſſet in ſpe perficiendi eam, donec Mars foret directus: dubitaret tamen, & haberet ſemper remorſum conſcientiæ, ne res illa perficeretur: tamen maior eſſet ſpes, quòd res perficeretur, quàm ſuſpirio de non perficiẽdo eam & ita nõ ceſſaret in ſpe perficiendi eam, donec accideret Marti tetrogradatio: nam tunc deſperaret, ne non poſſet perficere rem excogitatã. Et hæc proprie dicitur


Aliciclhea. refrenatio, quam Alchabicius uocat aliciclhæ.

De contrarietate Planetarum. Caput XVI.

Cõtrarietas. ALiquando accidit Planetis contrarietas, & fit in hunc modum, uidelicet quando aliquis Planeta leuis, fuerit in aliquo ſigno multis gradibus: et alius ponderoſior, fuerit minus gradibus quàm leuis : & tertius Planeta qui ſit leuior primo, ſit iterum minus gradibus quàm ponderoſus, uadens ad ponderoſiorem uolẽs iungi ei: ſed ante quàm iungatur ſibi: alter qui erat plus gradibus cæteris, effectus eſt retrogradus: & in illa retrogradatione iunctus eſt põderoſiori, antequàm iungatur ei leuis, qui petebat eius coniunctionem: & poſtea dimittens ipſum ponderoſiorẽ, retrogradando iungiter alteri Planetæ leui: tunc deſtruit coniunctionem illius leuis directi, qui petebat coniunctionem ponderoſioris, & deſtruit rem quæ ſignificabatur per illam coniunctionẽ, etiam ſi foret completa. Verbi gratia, erat Iupiter in Aquario 26. gradibus, & Saturnus in Aquario 24. gradibus, & Mars in eodem ſigno 15. gradibus, petens coniunctionem Saturni, uolẽs iungi ei, interim Iupiter eſt effectus retrogradus, et fuit iunctus Saturno per retrogradationem ſuam, & tranſiuit ipſum in retrogradatione illa, & dimiſit eum poſt ſe, & retrogradando iunctus eſt iterum Marti, & non permiſit Martem iungi cum Saturno. Et hęc appellatur contrarietas quoniam deuenit contrarium eius, quod debebat deuenire : debebat enim Iupiter, cum ipſe minus ſit ponderoſus Saturno, & tranſiuerit eum, ire uiam ſuam, & nõ iungi ei: immo debebat Mars iungi Saturno, qui inſequebatur eum: erat enim minus ponderoſus eo, & minus põderoſus quàm Iupiter. Vnde ſi eſſet facta quæſtio aliqua, de aliqua re, quæ ſignificaret debere fieri aut perfici, per coniunctionem Martis & Saturni, deſtrueretur res propter retrogradationem Iouis, qui iunctus Saturno retrogradando, antequam compleretur cõiunctio Martis cum Saturno: etiam poſtquam interrogator putauerat eam directam, & debere perfici.

Halintirad. Et talem contrarietatem Achabitius uocat Halintirad.

De fruſtratione coniunctionis Planetarum. Caput XVII.



Fruſtratio. FRuſtratio uero coniunctionis unius Planetæ ab alio fit in hunc modum, uidelicet quando unus Planeta, uult coniungi alteri ſe ponderoſiori, & petit eius coniunctionem in aliquo ſigno, ſed non poteſt iungi ei in illo, immo ille ponderoſus mutatur in aliud ſignum: & quidam alius Planeta aſpicit illud ſignum, ita quòd ille cui uolebat alter iungi primo, obuiat radijs illius aſpicientis, antequam poſſet iungi illi ponderoſo, ille qui uolebat primo iungi ſibi, ita quòd iungitur ei per aſpectũ: quoniam radij illius qui aſpiciebat, erant ita in principio ſigni, quòd oportuit quòd ille, cuius coniunctionẽ petebat alter, primo iungeretur cum aſpiciente, quàm iungeretur illi qui uolebat ei iungi per corpus : & ſic deſtructa eſt illa coniunctio & fruſtrata. Et ut leuius intelligas, ponam tibi exemplum huius rei, quoniã textus eſt fortis ualde. Verbi gratia, erat Mars 28. gradus Arietis, & Venus erat in 17. gradu eiuſdem Arietis, petens coniunctionem Martis, & Iupiter erat in ſecundo gradu Cancri, erantq; radij Iouis in initio Tauri, ita quòd quãdocunq; Mars egrediebatur de Ariete, & tangebat aliquid de Tauro, in continẽti iungebatur Ioui per aſpectum, antequam ſcilicet Venus poſſet inſequi Martem, cuius cõiunctionem ipſa petebat, & illud fruſtrauit coniunctionem Veneris cum Marte, ita quòd Venus fruſtra petijt eius coniunctionẽ, quoniam non potuit eam perficere, propter obuiationem radiorum Iouis, & eius coniunctionem cum Marte: ſicut accidit aliquando in caſibus uenaticis, quando inſequitur unus eorum feram, & ſecutus eſt eam capere, antequam eum capiat alter eam, capit & ſic fuſtratur uenatio ſua. Vnde ſi foret facta quæſtio aliqua, de aliqua re quæ uideretur debere perfici per coniunctionem Veneris cum Marte corporalem, fruſtraretur & deſtrueretur per coniunctionem Martis aſpectualẽ cum Ioue. Et ita fit multotiens, quòd quando aliquis laborauit & ſtuduit diutius, ut poſſet perficere rem aliquam, & credebat ſemper & erat in ſpe, ut poſſet eam perficere: & interim ex improuiſo uenit alter, & ſine labore perfi-

dit eam, & abſtulit eam, ſub tali exemplo. Facta fuit quæſtio de matrimonio, aſcendente libra, & Venus erat in Ariete, uolens ſe iungere Marti, ut dictũ eſt, & uidebatur quòd Mars deberet eam recipere de Ariete. Et ille cuius ſignificator erat Mars, dabat bonam intentionem illi, cuius ſignificatrix erat Venus de perficiẽdo quòd ille petebat: & de bona conſcientia proponens, & credens facere quòd petebatur ab eo: et durantibus illis uerbis, apparuit quoddam aliud factũ, quod nõ excogitauerat ille, quod forte utilum eſt ei utilius illo uel quod neſciuit ei dicere, ſicut pluries accidit. & ita dimiſit iam diu examinatum, & perfecit illud incõcuſſum, & quod nouiter accidit ei ex improuiſo.

De abſciſione luminis unius Planetæ ab altero. Caput XVIII.

Abſciſio luminis. ABſciſio luminis unius Planetæ ab altero, fit in hunc modum, ſcilicet ut ſi unus uelit coniungi alteri ſe ponderoſiori, & alius Planeta fuerit in ſecundo ſigno, á ſigno in quo fuerit ille ponderoſior: & antequam primus iungatur illi, cui uolebat iungi, qui eſt ponderoſior eo: ille tertius qui eſt ponderoſior omnibus, efficitur retrogradus, et retrogradando iungitur illi, cui uolebat iungi primus leuis. Abſcindit modo iſte ponderoſior, lumen leuis ab alio, qui eſt minus ponderoſus eo. & non permittit illam coniunctionem perfici. & ſic deſtruitur res de qua erat facta quæſtio.



Verbi gratia, erat Mars in 24. gradu Arietis, & Sol in. 15. gradu Sagittarij, petẽs coniunctionẽ Martis. & uolens ſibi coniungi per aſpectum, & proijciebat lumen ſuum, ſuper lumen Martis: & Iupiter erat in tertio gradu Tauri, & interim effectus eſt retrogradus. & Iupiter iunctus eſt Marti in ipſa retrogradatione, antequam Sol poſſet perficere coniunctionem ſuam cum Marte & abſcidit Iupiter lumen Solis á Marte, & ita deſtructa eſt coniunctio illa & anullata. Vnde ſi foret quæſtio de aliqua re quæ uideretur debere perfici per coniunctionẽ Solis & Martis, deſtrueretur, propter coniunctionem Iouis cum Marte. Fit etiam alio modo abſciſio luminis Planetarum, unius ſcilicet ab altero, uidelicet ut ſi aliquis Planeta petat coniunctionem alterius ſe ponderoſioris, & ipſe ponderoſior iterum petat coniunctionem alterius ponderoſioris ſe & antequam ille primus leuis iungatur ſecũdo põderoſiori, ille põderoſus iungat alteri, ſcilicet tertio ſe ponderoſiori: modo ille tertius, abſcindit lumen ſecundi á primo leuiori: & ita deſtruitur cauſa quę ſignificabatur per illam coniunctionem, ſicut ſuperius dictum eſt. Verbi gratia, erat Mercurius in 10. gradu Arietis, uel cuiuſcunque alterius ſigni, petens coniunctionem Veneris, quę erat in 20. gradu eiuſdem ſigni, & Mars erat in 22. gradu eiuſdẽ ſigni, cui primo iuncta eſt Venus quàm Mercurius iungeretur ei modo Mars abſcindit lumen Veneris, á Mercurio cum Venere.

In quibus locis Planetæ fiunt fortes, & in quibus debiles, & in quibus fiunt fortunæ, et in quibus infortunæ. Caput XIX.

SVnt quædam loca, in quibus Planetæ confortantur, & fiunt fortes, & quædam in quibus fiunt debiles, & quædam in quibus fiunt boni, & fortunæ: & quædam in quibus fiunt mali & infortunæ. Loca enim in quibus ipſi fiunt fortes, & fortunę, ſunt iſta, ſcilicet ut ſint in aſpectibus bonorum Planetarum & fortunarũ, trino uel ſextili uel ſaltem quadrato, & maxime ſi fuerit aſpectus cum receptione: quoniã tunc efficiũtur fortunæ, etiam ſi fuerint mali. Et ut ſint in locis, in quibus mali Planetæ ſint cadentes ab eis, ita quòd non iungantur ipſis, nec ipſi eis. Et ut ſint ſeparati á fortunis, et iuncti fortunis: uel ſint inter duas fortunas: uel ſint inter radios duorum Planetarum fortunarũ. Verbi gratia, erat Iupiter in 10. gradu Arietis: & Venus erat in 20. gradu Sagittarij: & Luna in 15. gradu Leonis: modo Luna ſeparabatur á Ioue trino aſpectu, qui fit de Ariete & Leone, & iungebatur Veneri, ſimiliter trino aſpectu, qui fit de Leone ad Sagittarium. Similiter ut ſint in domibus in quibus gaudent, ſcilicet Saturnus duodecima, ut alias dictum eſt, Iupiter in undecima, Mars in ſexta, Sol in nona, Venus in quinta, Mercurius in prima, Luna in tertia. Similiter ut ſint in ſignis, in quibus gaudẽt dum intrant, ſcilicet Saturnus in Aquario, Iupiter in Sagittario, Mars in Scorpione: Venus in Tauro, Mercurius in Virgine. Et ut ſint angulis uel ſuccedentibus angulorum. Et ut ſint uniti cum Sole ſicut dictum eſt alias: quoniam non eſt Planeta unitus, niſi ſit iuxta Solem, minus 16. minutis ante & retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum: quia non dicitur Planeta in corde Solis, niſi ſit ita ut dixi. Etiam ſi eſſet in eodem minuto ſecum ſecundum longitudinem, & eſſet longe ab eo plus 16. minutis per latitudinem: nihilominus eſſet combuſtus, nec poſſit ob hoc dici fortis. Et ut ſint Planetę in aſpectu Solis trino uel ſextili, uel trino, uel ſextili Lunæ, et ipſa ſit tunc fortunata. Et ut ſint ueloces curſu aucti lumine & numero. Et ut ſint in ſuis dignitatibus, in domibus, ſcilicet, uel exaltationibus, uel terminis, uel triplicitatibus, uel faciebus. Vel ſint in ſuis ſimilitudinibus ſupradictis, hoc eſt, maſculinus in ſigno maſculino, et fœmininus in ſigno fœminino, et diurnus in die ſuper terram, & in nocte ſub terra, & econtra. Aut ſint recepti, uel ſint in gradibus lucidis. Et ut ſint ſeptentrionales aſcendentes. et ſint aſcendentes in circulis

circulis

tulis ſuarum augium. Et ut ſint directi, uel in ſtatione ſua ſecunda quilibet eorum, quando uult dirigi. Et ut ſint exeuntes de ſub radijs Solis: uel ſint Saturnus Iupiter & Mars orientales à Sole, nō multum remoti ab eo, ita quod non uadant ad debilitatem. Et maſculini ſint in quartis maſculinis, quæ ſunt ab aſcendēte uſque ad decimā, & à ſeptima uſque ad quartā. Et fœminini, in quartis fœmininis, quæ ſunt à decima uſque ſeptimam, & à quarta uſque ad aſcendens. Et Sol ſimiliter gaudet in quartis maſculinis, niſi quando eſt in Libra, quoniam eſt ibi eius caſus. Et ut ſint Venus & Mercurius, & Luna occidentales à Sole, ita quod occidant ueſpere poſt ipſum. Et ut ſint in quartis fœmininis, & Luna ſit in die ſub terra, & in nocte ſuper terram. Et ut ſit in ſigno fœminino, & loco fœminino: uel ſit Luna in exaltatione Solis. Hec ſunt loca, in quibus Planetæ fiunt fortes: & fortunæ, dummodo ſint alias liberi ab impedimentis.

Quando, & in quibus locis Planetæ fiunt debiles. *Caput* XX.

Debilitas & infortuna.

DIctum eſt de fortitudinibus & fortunijs: nunc dicendum eſt de debilitatibus & infortunijs. Et hoc fit multis modis, ſcilicet ut ſint in corporali coniunctione malorum, uel in aliquo eorum aſpectu ſine receptione uel ſint ita prope malos, uel radios eorum, quòd ſint inter eos, ſcilicet inter Planetam malum, uel eius radios, minus quàm ſit terminus illius Planetę: ſicut ſi eſſet Iupiter in Ariete, et Saturnus eſſet prope eum, uel eius radij minus ſex gradibus, qui ſunt terminus Iouis in Ariete: uel eſſet ibi Venus, & Saturnus eſſet prope eam, uel eius radij minus octo gradibus, qui ſunt ſecundus terminus Veneris in Ariete: uel eſſet ibi Mercurius, & eſſent inter ipſum & Saturnum, uel eius radios minus ſeptem gradibus, qui ſunt terminus ſcilicet tertius Mercurij in Ariete. Et ita debes intelligere, de quolibet Planeta, & de quolibet termino cuiuſuis Planetæ, & in quolibet ſigno: uel quòd ſint Planetæ in terminis malorum: & ut ſint in domibus eorum non recepti: aut ſint mali eleuati ſuper eos, ſcilicet quòd ſint ſeptentrionales ab eis, à decima, uel ab undecima à locis eorum uidelicet, à quarto uel trino aſpectu, poſtremo qui ſit à tergo: & eo deterius, ſi mali non receperint eos: ſiquidem receperint eos, minuit receptio malitiam eorū. Aut ſi fuerint ſub radijs Solis, uel in eius oppoſitione, qui ſunt gradus combuſti. uel in eius quarto aſpectu ſine receptione, aut fuerint cum capite, uel cauda draconis: uel fuerint in ſuis zenzahar, ita quòd ſint inter ipſos, & caput uel caudam, uel eorum zenzahar 12. gradus ante uel minus, uel 10. poſt aut minus. Et de illis Planetis, qui magis impediuntur à ſuis zenzahar, ſunt Sol & Luna, quando fuerint inter eos, & caput uel caudam draconis 12. gradus ante uel minus, quoniam ibi patiuntur eclipſim, quòd eſt eis magnum detrimentum: uel ſint Planetæ obſeſſi à malis, uel ab eorum radijs. Et ex infortunijs planetarum eſt, ut ſit Planeta retrogradus: aut ſit cadēs ab aſcendente, ita quòd non aſpiciat illud: aut ſit tardus curſu: aut ſit in ſtatione ſua prima, ſcilicet ut fiat retrogradus: aut ſit in gradib⁹ tenebroſis, aut ſit Planeta maſculinus in gradibus fœmininis, uel in ſigno fœminino: aut ſit in die ſub terra, & in nocte ſuper terrā: aut ſit Planeta fœmininus in gradibus maſculinis, uel in ſigno maſculino: uel ſit in die ſuper terram, uel in nocte ſub terra aut ſint in oppoſitione domorum, uel exaltationum ſuarum: aut ſint meridiani, uel deſcendentes in meridiem: aut ſint cadentes ab angulis, uel eorum ſuccedentibus: uel ſint in domibus cadentibus ab aſcendente: aut ſint in uia combuſta, quæ eſt à medietate Libræ, uſque ad medietatem Scorpionis: aut iungatur aliquis eorum Planetæ retrogrado, uel combuſto, uel alio modo impedito. aut non ſint recepti: aut ſint tres altiores occidentales à Sole, in quartis fœmininis: aut ſint tres inferiores orientales à Sole, in quartis maſculinis. Et ut Sol ſit in ſignis fœmininis, uel in quartis fœmininis, niſi ſit in nona, quę eſt dom⁹ gaudij ſui, quoniam ipſe habet ſignificare religionem, ſicut domus noua, teſte Philoſopho. Aut ſit Luna combuſta. aut in gradibus deſcenſionis ſuæ: aut iungatur Planetis, quę ſunt in deſcenſione ſua: uel ſit in oppoſitione Solis. Aut ſit iuncta malis, uel in eorum oppoſitione, uel quarto aſpectu, ſine receptione, uel ſit obſeſſa à duobus malis, uel eorum radijs. Aut ſit cum capite uel cauda draconis, ut dictum eſt. aut ſit in geminis, non recepta à Mercurio. aut ſit in terminis malorum. aut ſit cadens ab angulis: uel iuncta Planetæ deſcendenti ab eis: uel ſit in uia combuſta. uel ſit tarda curſu, aut ſit in fine menſis lunaris non recepta: aut ſit in gradibus fumoſis, uel tenebroſis, uel putealibus, uel azemena. Vnde dixerunt ſapientes, quòd quando Luna fuerit ſic impedita, uix poteſt eſſe quin habeat aliquod ex dictis impedimentis, ita quòd non eſt bonum incipere aliquod opus, unde ſperatur bonum, nec aliquod iter ſeu peregrinationem: nec laudatur in natiuitatibus. Vnde ſi naſcitur tunc aliquis, quando Luna fuerit impedita aliquo iſtorum impedimentorum, quod raro accidit quin ipſa ſit impedita aliquo eorum, ſi natiuitas per ſe fuerit bona, minuit nato de bono, quod ſignificatur per natiuitatem, ſecundū quantitatē ſeu qualitatē impedimenti: & ſi fuerit mala, augmētat nato malū. Et ita de itineribus ſeu peregrinationibus: ſi fuerit iter bonū minuit bonitatem: ſi uero fuerit malū, augmentat malitiam, ſecundū quòd fuerit impedimentū ipſi⁹.

De obſeſſione Planetarū, atq; ſignorū. *Cap.* XXI.

Obſeſſio.

ALiquando dicitur Planeta obſeſſus: & hoc fit duobus modis. Vno ſcilicet quòd appellatur ueneratio: & illa obſeſſio dicitur bona in bona parte, ſcilicet ut ſit Planeta inter duas fortunas, uel earū radios, ita quòd habeat unam fortunā ante ſe, uel radios eius, & unā poſt ſe uel radios eius, ita quòd ſeparetur ab una uel eius radijs, & iungatur alteri uel eius radijs. Alio modo dicitur Planeta obſeſſus: & illa obſeſſio eſt mala, & in mala parte, ſcilicet ut ſit Planeta inter duos malos uel eorum radios, ita ſcilicet quòd habeat unum malū ante ſe uel eius radios: et alium malū uel eius radios poſt ſe. Quemadmodum uero Planeta dicitur obſeſſus: ita & ſignum dicitur obſeſſum, ut ait Alchabicius. Et dixit, quod ſi Sol, uel alia fortuna aſpexerit Planetā uel

ſignum obſeſſum, à trino uel ſextili aſpectu, ita q; cadant inter Planetam et Solem, uel aliam fortunā, uel eius radios aut ſignū, minus ſeptem gradibus, quod ſoluitur illa malitia ſiue illa obſeſſio. Et dicitur ſignum obſeſſum, ſi una ex fortunis, uel eius radijs fuerit ante ipſum: & alia fortuna, uel eius radij poſt ipſum, & illa obſeſſio eſt bona. Et dicitur ſignum obſeſſum, ſi unus malus, uel eius radij fuerint ante ipſum: & alter malus, uel eius radij, fuerint poſt ipſum: & illa obſeſſio dicitur mala.

Qualiter unus Planeta, diligat alium: et qualiter diligatur ab altero: & qualiter inuicem odio ſe habeant. Cap. XXII.

Dilectio & odiū.

DIxerunt antiqui ſapientes, quòd quidam Planetarum ſunt ſe inuicem diligentes: & quidam eorum ſe innicem odientes. Nam dixerunt quòd Iupiter diligit omnes Planetas, et eſt amicus omnium naturaliter: & ipſi omnes diligūt eum: & omnes ſunt eius amici præter Martem. Venus diligit omnes Planetas, et omnes diligunt eam præter Saturnum. Saturnus diligit Iouem, Solem, & Lunam, & ipſi eum: & odit Martem, & Venerē, & ipſi eum: & Venus odio habet eum, plus quàm Mars. Mercurius cum applicatur diligētibus Saturnum, diligit eum: cum applicatur odientibus, odit eum. Mars diligit Venerem ſolam, & ipſa eum: cęteros odit: ipſi eum ſed Iupiter & Sol odiūt eum plus cæteris. Sol diligit Iouem, & Venerē dilectione perfecta, & ipſi eum: & odit Martem, Mercuriū, & Lunam, & ipſi eum. Mercurius diligit Iouem, & Venerem, & ipſi eum: & odit Martem, Solem, Lunam, & Saturnum, ut dixi. Luna diligit Saturnum, Iouem, & Venerem, & ipſi eam: & odit Martem, et Solem, & Mercuriū. Caput draco[illegible], diligit Iouem, & Venerem, & ipſi illud, de alijs non curat. Cauda eius, diligit Saturnum, & Martem, & ipſi eam: & odit Iouem, Solem, & Venerem, & Lunam, & ipſi eam. Item dixerūt, quòd eſt quædam alia ſpecies inimicitatis, ſcilicet quòd duo Planetæ habent domos ſuas oppoſitas, uel exaltationes, ſicut ſunt Saturnus, & luminaria: Iupiter, & Mercurius. Mars, et Venus, qui habent domos ſuas oppoſitas. Et ſicut Saturnus, & Sol: Iupiter & Mars, qui habent exaltationes ſuas oppoſitas, ſed talis inimicicitas, eſt potius per accidēs quàm per naturam. Vnde tu debes conſiderare in iudicijs, ſiue quęſtionū, ſiue natiuitatum, ſiue cuiuſcunq; modi ſint, quòd quicquid fuerit ſignificatū per aliquem Planetarū, de his quæ uidentur debere accidere nato, ſeu interroganti, ſi fuerit illud ſignificatū bonum, et ſignificabitur per Planetam, qui inimicatur domino aſcendētis natiuitatis, ſeu quæſtionis, quòd nō ita libēter dabit uel faciet rem illam quam dare uel facere debuerit, et ſemper cū aliquali diminutione fiet. Sed licet inimicentur Planetę ſibi inuicē, ut dictum eſt, tamē ſi aliquis eorum iungatur alteri, uel inuenit unus aliū in domo, uel in exaltatione ſua recipit eum, et uidet eum bono animo, & bona uoluntate: et obliuiſcitur omnem inimicitiā, nec recordatur aliquid ex ea. Sicut ſi aliquis inueniat aliquem ſuum inimicū, qui nō eſſet inimicus, inimicitia ultimata, ſeu capitali, in domo ſua, uel in loco in quo habet dignitatē, ſeu magiſtratum, ut poteſtariam, & ſimilia, quòd recipit eum, & honorificat eum alacri facie, timēs ne reprehendatur, ſi aliud faceret, niſi eſſet homo ſilueſter, & ualde feralis, cuius mens non cōſociaretur hominibus, nec pateretur aſſociari, ſicut ille tyrannus Cilinus de Romano, cuius tyrannidi non fuit inuenta ſimilis, qui nulli pepercit ordini: nulli pepercit religioni: nulli pepercit nobilitati: nulli pepercit ętati: nulli pepercit ſexui: nulli pepercit ſanguini ſuo, uel alieno, immo ſine cauſa propriū fratrem: propriū nepotē proprijs manibus interfecit. Et ego uidi omnia hæc. Et illa talis receptio, & illa bonæ uolūtatis oſtēſio, dicitur apertio portarū, quia aperit ſibi portas & hoſtia, et ſecurū eū reddit: nō eñ poteſt manifeſtius dicere, intra in domū q̄ aperire ſibi portas.

Apertio portarum.

De ipſorum amicitia. Caput XXII.

Amicitia.

SIcut aliquādo cadit inimicitia inter Planetas, ſic & amicitia cadit inter eoſdē, uidelicet quando Planeta, concordat cum alio Planeta in natura, & qualitate, atq; ſubſtantia, & poteſtate: ſicut concordant Mars, & Sol in caliditate & ſiccitate, et eſt Mars dominus exaltationis Solis, in qua apparet eius fortitudo multa. Et fortior omnib' iſtis amicitijs eſt, cōcordantia in natura. Vnde debes ſemper cōſiderare in natiuitatibus, ſeu quæſtionibus, quid ſignificetur per aliquem Planetarum, de his quæ debent accidere nato, ſiue interroganti, quòd ſi fuerit bonū, & fuerit ſignificatū per aliquem Planetarū, qui amicetur domino aſcendentis, natiuitatis ſeu quæſtionis, quia libentius, & alacrius, & perfectius dabit, uel faciet rem illam, ille qui dare uel facere debuerit, & ſemper ſine diminutione. Sicuti quando aliquis diuidit res aliquas, inter aliquos, quòd amico ſuo partem rei quam diuidit, nititur dare illi meliorem: & quando dat illi, qui non eſt totaliter eius amicus, ſiue qui inimicatur ei, licet det, tamē nititur dare ſibi minus bonam partem, rei quæ diuiditur. Et ut concordant Venus & Luna in frigiditate & humiditate: & eſt Venus domina exaltationis Lunæ. & ſic concordant Iupiter, & Venus in beniuolentia, & boni collatione atq; fortunij, & tempore.

INCIPIT TRACTATVS QVARTVS, DE CONSIDERATIONE QVARVNDAM CONiunctionum, & quorundam aliorum, quæ oportet aſtrologum ſcire, & conſiderare.

De expoſitione quorundam nominum aſtrologorum. Caput I.

ISTE tractatus, eſt de fortioribus qui ſunt in tota cōſideratione aſtronomię, qui ad iudicia pertinere uidentur, unde oportet, quòd tu adhibeas totam mentem, & totam tuam intentionem ei, taliter quòd non ſis alijs rebus deditus, donec ipſius intentionem percipias: quòd ſi aliter faceres, deciperes temetipſum, & perderes opus & tempus tuum

tuum, & me forte, licet indebite, blaſphemares, me nihil dixiſſe affirmans. Initium uero huius tractatus, ſunt coniunctiones ſignificantes res, quæ fiunt in hoc mundo: & ſunt ſex iſtæ cōiunctiones, quarū prima & omnibus maior, eſt coniunctio Saturni et Iouis, in primo termino Arietis, ſiue in ipſius Arietis initio. & illa fit in. 960. annis ſolū ſemel, quæ habet ſignificare res magnas uenturas in mūdo. Secunda uero eorum cōiunctio, habet fieri in primo termino ſiue gradu, uniuſcuiuſcūq; triplicitatis, tā igneæ, quàm terreæ, tam aereæ, q̄ aquaticæ: & iſta fit in omnibus. 240. annis ſemel tantū. Præterea, faciūt in unaquaq; triplicitate, alias cōiunctiones: & eſt aliquando poſſibile, quòd faciūt in una triplicitate, 13. cōiunctiones, in hunc modū: finit una coniunctio in principio alicui⁹ triplicitatis, quæ incipit in alia triplicitate, ita prope finem eius, quòd non poterāt in ea cōpleri: unde denominatur ab illa triplicitate in qua finit. Et finit ita in principio illius, quòd aliæ 12. poſſunt incipere, atq; finiri in eadem triplicitate omnes, & ſic fiunt in eadem 13. coniunctiones. hoc accidit, ſi una cōinnctio finiat in principio alicuius triplicitatis, ita quòd non tranſcēdat 54. minuta primi gradus illius triplicitatis. Et fiūt iſtæ 13. cōiunctiones in una triplicitate, ſicut aliquā do fiunt duæ coniunctiones Solis & Lunæ in uno ſigno, & in uno menſe ſolari. uerbi gratia, fuit facta cōiunctio Solis et Lunę in primo gradu Arietis,

Saphar menſis

& fuit coniunctio Saphar qui eſt ſecundus menſis, qui cōſtat ex 29. diebus: & antequā egrederetur Sol de Ariete, facta fuit alia cōiunctio in 30. gradu Arietis, uel forte in 29. & ſic factæ ſunt duæ cōiunctiones in Ariete. Similiter facta fuit una coniunctio, in primo die Auguſti, & ante quàm egrederet Sol de Auguſto, ita quòd cōpleretur ille menſis lunaris, facta fuit alia cōiunctio ſolis et Lunę, in 30. die Auguſti & ita factę ſunt duę cōiunctiones Solis et Lunę, in uno menſe: non quòd ambæ incœperint in eo, ſed quoniā ambæ finitæ ſunt in eo. & ita eſt de coniūctionibus Saturni & Iouis, quando faciūt 13. coniunctiones, in una triplicitate. Poſtea mutatur illa cōiunctio ad triplicitatē, quæ ſuccedit ad primā: ut ſi fuerint factę primę cōiunctiones eorum, in triplicitate ignea, mutantur ad triplicitatem terream, & de terrea ad aeream, & de aerea ad aquaticam: & iterum de aquatica reuertitur ad igneam, ſcilicet ad triplicitatem arietis: & de triplicitate Arietis, ad triplicitatem Tauri: de triplicitate Tauri, ad triplicitatē geminorum: de triplicitate Geminorum, ad triplicitatem Cancri: de triplicitate iterum Cancri ad triplicitatem Arietis, & ſic in infinitum.

Qualiter corpora ſupercæleſtia mouentur, ſecundum diuerſos motus Planetarum. Caput II.

COniunctiones ſuperiorū corporū, ſenſibiliter mutabilium, fiunt ſecundū diuerſitates motuū ipſorum, tam naturaliū, quàm localium: & exinde fiunt effectus ipſorū, in indiuiduis inferioribus inſenſibilibus. Et illi motus naturales, conſiderantur ſecundū tres diuiſiones, quia diuiſiones appellantur, & conſiderantur hic ſecundum ſucceſſiuū ordinem circulorum, 7. Planetarum in hunc modum, uidelicet, quòd prima diuiſio, cōſideratur ſecundū motus trium Planetarum ſuperiorum, qui ſunt Saturnus, Iupiter, & Mars, ſecundum quòd tu inuenies infrà, in tractatu de natiuitatibus ſufficienter determinatum. Secunda uero conſideratur, ſecundum Planetam in medio aliorū locatū, qui eſt Sol: Tertia ſiquidē conſideratur, ſecundū motus trium inferiorū, qui ſunt Venus, Mercurius, et Luna. Prima nanq; diuiſio Planetarum ſcilicet ſuperiorū, tripliciter eſt, & triformiter imprimit in indiuidua inferiora: et hoc ſecundum tres motuū diuerſitates, primi ſcilicet atq; ſecundi, et tertij. Primus nanq; motus, mouetur ſuper medio. Secundus, mouet à medio. Tertius uero non mouetur ſuper primo, nec à primo, nec ſuper medio, nec à medio, ſed ad medium. Vnde prima diuiſio Planetarū ſuperiorū cōſideratur, & refertur ad motum primū, qui præeſt motui medio, eo quòd illi Planetæ, appropinquant motui primo, & elongantur à motu tertio, qui eſt ad motū mediū. Et conſiderant illę diuiſiones motuum, ſuper indiuiduis particularibus, quorum durabilitas expectatur, ut ſunt ædificationes domorū, & ſimilia, quæ principiū habent, et eorum medium non feſtinat, & eorum finis à ſuo principio multum elongatur: & hæc attribuuntur Saturno, qui habet affinitatē præ cæteris, cum motu primo. Et eorum medium Ioui attribuitur, quoniā ſicut Iupiter eſt inter alios ſuperiores medius, ac in medio ipſorum locatus, & inter illos motus eius, motus ſit mediocris, ideo medium illarum rerum eſt ei attributum, & etiam earum cōplementa ſunt ſibi attributa, & ſecundum ipſum cōſiderantur. Et quia ipſe eſt magis propinquus Marti, cui attribuitur finis rerum, quàm Saturnus: & magis propinquus Saturno, cui attribuitur principiū quàm Marti, ideo attributum eſt ſibi mediū, & complemēta rerum ſecundū ipſum cōſideratū. Finis uero attributus eſt Marti, quoniā ipſe eſt poſitus in fine primæ diuiſionis, et quia finis facit deſtructionem rerum: & ob hoc attributa ſunt ei bella, & guerrę, atq; contentiones, quoniam illa magis faciunt ad conſumptionem, & diminutionē, atq; deſtructionē, quàm cætera. Principium enim indicat rerum eſſe: medium uerò earum perfectionē: finis uero ipſarum deſtructionem. Et quia multitudo diuerſorum motuum multiplicantur, et diuerſitates inter homines, & diſcordiæ uoluntatum ipſorum: et exinde oriuntur bella & contentiones, quæ faciūt ad deſtructiones rerum, & ad earum fines. Et quicquid dicatur, à quibuſdam ignorantibus creatorem ſuū, qui cuncta diſpoſuit ordinatim, & nihil ſine cauſa fecit: hæc fuit cauſa quare fuerunt hæc tria, tribus Planetis ſuperioribus, tanquam principia in ſignificatione prima, præcedentia ea quæ ſequuntur, ex ſignificatione ſecunda, quæ ſignificantur ab alijs Planetis, attributa. Et ſic teſte Philoſopho, motus primus mouetur à medio: & motus tertius mouetur ad medium. Et motus ſecundus medius eſt, naturaliter attributus ſoli, qui eſt luminare maius, & eius effectibus: & ille motus eſt à medio, per relationem, quia ipſe eſt affinis illi motui: & eſt in ordine circulorū, circulariter in medio aliorum poſitus, & quicquid ad eum refertur eſt inter motum primum, & motum tertium. Et quia eius motus, eſt minus tardus quàm ſuperiores, & minus uelox quàm inferio-

res,ob hanc cauſam dicitur ſignificator regum, atque diuitum,ſeu magnatum,atque alijs, præeſſe & dominari uolentium:& quia ipſe participat cum diuiſione prima, & perpenditur eius ſignificatum in ſecunda fortius,quàm alicuins alterius, & ſuccedit Marti in ordine circulorum. Motus autem tertius, eſt attributus tribus Planetis inferioribus, ad motum medium, propter remotionem ipſorum à motu primo, qui eſt ſuper motum medium:& eorum effectus ſunt ſuper rebus feſtiuis, & quarum longitudo non expectatur: & propter ipſorum motum uelocem,habentem cum rebus feſtiuis affinitatem,licet quodammodo ſapiant motum primũ, tamen habent affinitatem cum motu tertio.Et conſiderantur eorum motus naturales, ſecundum tres diuiſiones motuum trium Planetarum ſuperiorũ. Data eſt enim ſignificatio coniugij, & indumentorum ordinantiũ corpora, & ſimilium, Veueri, propter eius correlationem ad Saturnum. Sicut enim Saturnus,eſt primus & altior trium Planetarum ſuperiorum, & conſiderantur principia rerum magnæ durabilitatis, atq; longæuæ ab ipſo,ſic & Venus eſt primus Planetarum trium inferiorum,& ſecundum ipſam cõſiderantur principia rerum,quarum magna durabilitas ſeu prolixitas non expectatur, & ſuccedit Soli, in ordine circulorum. Mercurio uero data eſt ſignificatio ſuper res ſignificantes perfectionem rerum, non diutius durabilium, ut ſunt numeri,& ſcripturæ,& menſurationes, atque ſculpturæ,& ſimilia,quarum licet quædam diu durant,non tamẽ fiunt niſi ad rerum memoriam, ut hominum obliuiones emendent,& quoniam eius ſignificatio,eſt affinis ſignificationi Iouis, & ei correlatiua, quæ habet ſignificare perfectionem rerum longæuarum.Sicut enim Iupiter,eſt medius inter Planetas ſuperiores,ita et Mercurius,eſt medius inter Planetas inferiores, & ſuccedit Veneri in ordine circulorum. Lunæ uero data eſt ſignificatio ſuper res mobiles,& uelociter ſe mutantes,& ſuper peregrinationes,& ſuper omnes res uelociter mutationem ſuſcipientes,& quarum finis feſtinat, & eius ſignificata correlatiua ſunt ad ſignificata Martis,ſicuti enim Mars eſt tertius,atque ultimus trium Planetarum ſuperiorum,& ſignificat finem rerum diu durabilium,ſic & Luna eſt tertius,atq; ultimus trium Planetarũ inferiorum·& eſt affinis tertiæ diuiſioni,ſignificatæ per Martem & ſignificat finem rerum,uelociter ad ſuum finem peruenientium:& ſic cedit Mercurius in ordine circulorum,prout infrà in tractatu natiuitatum latius dicetur. Nec credas,has ſignificationes fore attributas his tribus Planetis niſi cauſa indigentiæ, illorum quos naturalis neceſſitas ad eos impellit,ſicut ſunt ritus hominum,& oppoſitiones,& conditiones,& leges,et ſecundum ſuos apologos uiuentium, quæ omnia numero atq; ſcriptura perficiuntur,& in ſuum debitum actum apparenter perueniunt, tam in eis, quàm ad bella,contentiones, & itinera, & cæteras mutationes quæ non niſi per motum perfectionẽ ſuſcipiunt. Et fuerunt attributa hæc ſupradicta ſignificata,dictis tribus inferioribus, quoniam ſunt ueluti ſecũdarij, per relationem ad motum, ſiue ad eſſe primum.& propter illud quod ipſi exinde conſequuntur. Et quia ex eorum ſignificatis,& aliorum, habetur præſcientia effectuum eorum, quæ uniuerſaliter uentura ſunt, ſecundum eorum curſum,& per quem ad eorum particulares perueniatur cognitiones,quas coniunctiones prædictas perpendere poſſimus,ſi eas recte uoluerim⁹ intueri,ſcilicet Saturni, cum Ioue & Marte,in locis prędictis. De iſtis tamẽ motibus,& eorũ ſignificatis,dicet latius in tractatu natiuitatũ,& magis ad unguem.

De coniunctione Saturni, & Martis. Caput III.

Tertia uero cõiunctio,eſt cõiunctio Saturni, & Martis,quã ipſi faciũt,in initio Cancri, ſiue in eius primo gradu,uel ſaltẽ in eius primo termino,& hoc fit in omnibus 30.annis ſemel.

Sed poſſes dicere,quare fuit cõſiderata ſolũmodo coniunctio,quã faciũt Saturnus & Mars in principio Cancri, cum & ipſi coniungantur in principijs aliorum ſignorum,ſimiliter et aliarum triplicitatũ, ſicut & in principio Cancri . Ad quod poteſt ſic reſpõderi,quòd eorum coniunctio, magis fuit conſiderata in initio Cancri quàm alibi, quoniã ipſa eſt deterior omnibus alijs coniũctionibus,quas ipſi faciunt,licet omnes aliæ ſint malæ,&minus malitioſa eſt illa,quam ipſi faciũt in principio Capricorni, quoniam recipiuntur inuicẽ,& minuitur eorũ malitia. Capricornus eſt dignitas utriuſq; domus,ſcilicet Saturni, & exaltatio Martis:nam Cancer eſt detrimentum utriuſq;,ſcilicet Saturni & Martis,quod eſt eius maximum impedimentũ:& mali quantumcunq; magis ſunt impediti, tantũ efficiũtur deteriores,& augmentaĩ eorum malitia, & eorum impedimentum. In alijs enim ſignis,non habent ita manifeſta detrimenta. Et licet lædant,& offendant in alijs, non tamen nocent tantum, quantum in illo: quoniã tunc eueniũt maxime mutationes in mundo,& maxima accidentia,quòd non accidit in alijs cõiunctionibus,quas faciunt alibi. Mutanĩ etenim regna,aut fiunt guerrę terribiles,ex quibus ſequuntur interfectiones ſuffocantes, captiones prauæ, deſtructiones regnorum,combuſtiones ignis,& multæ ſanguinum effuſiones,fames,mortalitates, ſterilitates,atq; multitudines peſtilentiarũ . Et ſi fuerint orientales,accident cito eorũ ſignificata,prout fuerint propinqui Soli, uel remoti ab eo. Et ſi fuerint occidentales,prolongabuntur,et tardabunt eorum ſignificata. Vnde conſiderabis aſcendens coniunctionis eorum,quando ſcilicet conuenerint in minuto:& uide numerum graduũ longitudinis, quæ fuerit inter eos & Solem, ex quibus facies ſigna, dando ſcilicet unicuiq; ſigno 30.gradus, ſi fuerit aſcendens ſignum fixum, & ipſi fuerint occidentales,ſignificabunt annos aduentus eorum ſignificati,ſecundum numerum ſignorum, qui tibi deuenerit de gradibus diſtantiæ,inter ipſos & Solem. Et ſi fuerint orientales,loco annorum pone menſes . Et ſi fuerit ſignum commune,& ipſi occidentales,loco annorum pone menſes. Et ſi fuerint orientales, loco menſiũ pone hebdomadas. Et ſi fuerit ſignũ mobile,loco annorũ pone hebdomadas,ſi fuerint occidentales. ſi uero fuerint orientales, loco hebdomadarum pone dies . Et quando das unum ſignũ pro anno, da pro 2.gradibus & 30. minutis menſem, & pro 37. minutis 30,ſecũdis hebdomadam,

&

& pro 5.minutis,& 21.ſecundis diem,quoniā infra
hæc tempora eueniēt ſignificata eorum, ſi bene æ-
quaueris ad aſcendens perfectionis coniunctionis
eorum. Eſt ibi conſiderandum tamen, utrum
angulus primæ domus, ſit rectus an remotus, quo
niam ſi fuerit rectus, ſcilicet quòd ſit unum ſignū,
& non faciat niſi unam domum, euenient iſta ſe-
cundum quòd dixi tibi in temporibus nominatis
& æqualibus. Si autem fuerit remotus,eueniet a-
lio modo, quoniam ſi angulus ille cōtineat minus
30.gradibus,tardabit ſignificatum,hoc eſt ſi unum
ſignum fecerit duas domos,ſicut pluries accidit. Si
uero contineat plus 30.gradibus, hoc eſt quòd in-
cludatur ibi unum ſignum,quod non nominetur,
uel alio modo contineat plures gradus quàm 30. fe
ſtinabit ſignificatū & accelerabit.ut ponatur quòd
ſit 5.gradus Leonis prima domus,et 27.gradus eiuſ
dem ſigni,ſit ſecunda domus: modo iſtud ſignum
facit duas domos, & tardat ſignificatū pro decima
parte,ſicut decima pars ipſius cadit in aliam domū:
& ſi plus caderet de ipſo in eam,plus tardaret ſigni
ficatum:& ſi caderet nona pars ipſius in aliam do-
mum,tardaret pro nona parte temporis ſuū ſignifi
catum. ſi octaua caderet,tardaret pro octaua parte:
& ita de cæteris partibus ſigni. At ſi includeretur u-
num ſignum,ut ſi eſſet 28. gradus Piſcis prima do-
mus,& tertius gradus Tauri eſſet ſecunda domus:
modo includeretur aries totus in prima domo:et fe
ſtinaret ſignificatum ſecundum quantitatem gra-
duum,quos caperet prima domus plures 30. & qui,
deberent eſſe de ſecunda,qui ſunt de piſce 2.& 3. de
Tauro:& ſic feſtinaret ſignificatum pro ſexta parte
ſui temporis, ſicut ſexta pars unius ſigni caderet in
eam domum, plus quàm deberet ſecundum recti-
tudinem angulotum. Et ſic intelligas pro qualibet
ſigni proportione. Similiter ſi fuerint ipſos & So-
lem ita pauci gradus, quòd non poſſit ex eis fieri ſi
gnum integrum,hoc eſt quòd ſint minus 30. Et fue
rit aſcendens tale ſignum, quòd oriatur in minus
duabus horis æqualibus, ſignificat dies. Et ſi fue-
rint inter ipſos & Solem,tot gradus,de quibus poſ
ſit fieri ſignum integrum,ſcilicet quòd ſint 30.fue-
ritq; aſcendens ſignum,quod oriatur in duabus ho
ris tantum,ſignificat menſes. Et ſi fuerit aſcendens
ſignum,quod oriatur plus duabus horis, ſignificat
annos ſeruata proportione ſubſtantia in gradibus
& minutis,ſicut dixi. Eſt etiam ſciendum, quòd ſi
gnificata coniunctionū eorum cadent ut pluries,
ſuper ea quæ ſignificantur, per ſignum quod fue-
rit aſcendens, hora mediæ cōiunctionis eorum,uel
per eius dominum & ita de ſigno in quo fuerit eo-
rum cōiunctio. Et ſi fuerint in parte oriētali, quan-
do complebitur eorum cōiunctio, ita ſcilicet quòd
conueniant in uno minuto, uel fuerint iuncti Pla-
netis orientalibus, accident illa ſignificata in parte
orientis. Et ſi fuerint in meridie, iuncti Planetis me
ridianis,accident in parte meridiei. Et ſi fuerint iun
cti Planetis occidentalibus, uel fuerint occidenta-
les,accident in parte occidētali. Et ſi non fuerint in
aliqua illarum partium, ſed fuerint ſeptētrionales,
uel fuerint iuncti Planetis ſeptentrionalibus, acci-
dent in ſeptentrione. Cancer ut dixi eſt detrimen
tum Saturni & Martis, quoniam eſt oppoſitū Ca-
pricorni, qui eſt domus Saturni, & eſt exaltatio
Martis:et omne ſeptimum ſignum à domo, uel ab
exaltatione alicuius Planetæ, dicitur eſſe ipſius Pla
netæ detrimentum. Aries eſt oppoſitum Libræ,
quæ eſt exaltatio Saturni: ſed nō eſt oppoſitum a-
licuius dignitatis Martis, immo eſt eius dignitas.

Taurus eſt oppoſitum Scorpionis,qui eſt domus
Martis, ſed non eſt oppoſitum domus, uel exalta-
tionis Saturni. Vnde coniunctiones eorum,in ini-
tijs aliorum ſignorum, ſeu aliarum triplicitatum,
ſunt infra coniunctionem eorum, in initio Cancri
& minus malitioſæ. Gemini uero,non eſt oppoſi-
tum domus,uel exaltationis alicuius eorum.

De *quarta coniunctione* Saturni *&* Iouis. *Caput* IIII.

QVarta uero cōiunctio eſt Saturni & Iouiſ,
quæ ſit in omnibus 20. annis ſemel, ita ꝙ
in unaquaq; triplicitate 12.coniunctiones.
Et quod hoc ſit uerū,ꝙ ipſi faciūt 12. cōiunctiones
in qualibet triplicitate,patet per hoc, ſi bene intue-
beris eius ueritatem. Multiplicitatis enim 12.in 20.
aut 20.in 12.quod idem eſt,faciunt 240.& ſic con-
iunguntur in 240.annis 12.uicibus, faciendo in ſin
gulis 20.annis unam coniunctionem. Et ſic faciunt
inter omnes triplicitates,antequam redeant ad eun
dem punctum in quo fecerunt primam cōiunctio
nem 48. coniunctiones: unde faciunt in 240. an-
nis 12.coniunctiones,multiplicatis enim 240.in 4.
faciunt 960.& tunc redit eorum cōiunctio ad prin
cipium Arietis, uel ad principium alterius cuiuſli-
bet triplicitatis. Et ita intellige de quolibet loco, in
quo fecerunt aliquam coniunctionē: ſemper enim
redibunt illuc,in omnibus 960.annnis ſemel.

De *quinta coniunctione* Solis *cum alijs* Planetis, *Caput* V.

QVinta autem coniunctio eſt illa, quam fa-
cit Sol cum Planetis,in introitu ſuo in pri-
mum minutum Arietis, uel alij Planetę ſibi
inuicem: illa enim habet ſua ſignificata: quandoq;
parua,quandoque magna,quandoq; bona,quan-
doque mala, quandoq; mediocria,ſicut in tracta-
tu reuolutionum plenarie dicetur: longum enim et
laborioſum eſſet,nec philoſophicum, ſi tangeretur
nunc hic,nec ordinatum. Et ſi conſideratur ſimili-
ter introitus Solis in Ariete,et eius aſcendens,in ho
ra illa, & eius minutum in omni anno,in quo de-
bet ſibi aliqua de coniunctionibus ſupradictis, Sa-
turni ſcilicet, cum aliquo dictorum Planetarū: quo
niam in illo anno habet coniunctio Solis, cum Pla
netis,oſtendere maiora ſignificata quàm in alijs.

De *ſexta coniunctione.* *Caput* VI.

SExta quidem coniunctio Solis & Lunæ in eo
dem minuto, quæ fit in omni initio cuiuſ-
cunq; mēſis lunaris ſemel,& eorū oppoſitio-
ne quæ fit in medietate cuiuſq; menſis lunaris. Et
illæ ſimiliter habent ſua ſignificata diuerſa,ſicut in
tractatu de pluuijs dicetur, & etiam in reuolu
tionibus quædam de ipſis tibi dicam,quæ
uidebuntur expedire.

De horis combuſtis & incombuſtis, poſt coniunctiones Solis & Lunæ, quod quidam Albiam ſiue Abiuth uocant. Caput VII.

Albuſ ſiue A biuth.

DIxerunt quidam antiquorũ ſapientũ, à quibus
ego nolo deuiare, quòd poſt coniunctionẽ So-
lis & Lunæ, ab ipſo minuto eiuſdẽ coniunctionis,
ſunt duodecim horæ quæ dicũtur cõbuſtę & poſt il
las duodecim combuſtas, ſunt 72. horæ quæ dicun-
tur incombuſtæ: & poſt illas 72. incombuſtas ſunt
12. cõbuſtæ: & ita uſq; ad gradũ & minutũ alterius
cõiunctionis ſequẽtis. Et dixerũt, quòd diuideban
tur illæ 12. horæ cõbuſtę, in tres partes æquales, dan
do unicuiq; parti quatuor de illis horis. Et dicebãt,
quòd qui incœperit in primis quatuor horis bella-
re, uel ad bellũ ire, timendum eſt ei mors corporis
ſui. Et qui incœperit in 4. horis ſecundis bellare, uel
ad bellum ire, timendum eſt ei captio, uel uulne-
ratio, ſiue aliqua percuſſio, ſine amiſſione uitæ. Et
qui incœperit, in 4. horis ultimis bellare, uel ad bel
lum ire, timendũ eſt ei amiſſio ſubſtantię, & eorum
qui cum eo fuerint, & poterit etiam perdere de per
ſonis adiutorũ ſuorum. Et qui incœperit, in pri-
mis quatuor horis arare, uel ad arandum ire, timen
dum eſt ei perditio fructuũ ſperatorũ, ex aratione il
la. Et qui incœperit, in 4. horis ſecũdis arare, uel ad
arandum ire, timendũ eſt ei detrimentũ magnum,
in omnibus quæ poſſidet, & etiam in corpore ſuo,
ſine amiſſione uitæ. Et qui incœperit, in ultimis
quatuor horis arare, uel ad arandum ire, timẽdum
eſt ei diminutio ſuprum ſeminum.

De duodena Lunæ.

ITem fit ex ipſis horis alia diuiſio, quæ appella-
tur 12 horæ Solis & Lunæ, ſcilicet 12. Lunæ: & eſt
res ualde obſeruanda, uidelicet quòd tu debes ſci-
re horam coniunctionis Solis & Lunæ & eius mi-
nutum, & accipere 12. horas poſt coniunctionem, et
diuidere ipſas in tres partes æquales, dando ſcilicet
unicuiq; parti 4. horas, & primam diuiſionem da-
re Soli, qui eſt primus dominus primæ triplicitatis,
ſcilicet igneæ, & ſecundam debes dare ſecundo do
mino eiuſdẽ triplicitatis, ſcilicet Ioui & tertiam de-
bes dare tertio domino ipſius triplicitatis, qui eſt Sa
turnus & debes iudicare ſecũdum eſſe illorum do
minorum, ſicut tibi exponã in ſequentibus. Dein
de debes dare alias 12. quas dediſti infra dominos
triplicitatis primæ, & iudicare ſecundum dominos
triplicitatis ſecũdæ, ſcilicet terreæ, dando ſcilicet pri
mas 4. horas Veneri, quæ eſt primus dominus tri-
plicitatis ſecundę, ſcilicet terreæ. Secundas 4. Lunę,
quæ eſt ſecundus dominus eiuſdem triplicitatis. Vl
timas uero 4. Marti, qui eſt tertius dominus ipſius
triplicitatis. Deinde debes dare 12. horas dominis
triplicitatis aereæ, ſcilicet tertiæ poſt illas 12. quas de
diſti dominis triplicitatis ſecundę, dando ſcilicet pri
mas 4. horas Saturno, qui eſt primus dominus ter-
tiæ triplicitatis. Secundas 4. Mercurio, qui eſt ſecun
dus dominus triplicitatis aereæ. Vltimas uero 4. Io
ui, qui eſt ultimus dominus triplicitatis eiuſdem.

Deinde debes dare alias 12. horas, dominis tripli
citatis quartæ, ſcilicet aquaticæ, dando ſcilicet pri-
mas 4. horas Veneri, quæ eſt primus dominus tri-
plicitatis quartæ. Secundas uero 4. Marti, qui eſt ſe
cundus dominus eiuſdem triplicitatis. Vltimas ue-
ro 4. debes dare Lunæ, quę eſt ultimus dominus tri
plicitatis quartæ ſcilicet aquaticæ. Et ita debes face-
re cum omni domino cuiuſcũq; triplicitatis, donec
reuertatur diſpoſitio ad Solem, & perueniatur ad
gradum & minutũ alterius cõiunctionis ſequẽtis.
Et omnes iſtas horas conſiderabis ſecundum inæ-
qualitatem, & non ſecundum æqualitatem. Et ob
hoc dixit Ptolemæus, ſerua duodenam Lunæ, quo
niam hæc eſt illa duodena Lunæ, de qua ipſe intel-
lexit. Nam ſemper cum Luna fuerit in aliqua illa-
rum duodenarũ, erit eius eſſe atq; diſpoſitio, ſecun-
dum eſſe illius Planetæ, cui fuerit deputata illa ter-
tia pars duodenę, in qua fuerit tunc Luna. Vnde ui
tanda eſt duodena Lunę, ſecundum diſpoſitionem
illius Planetę cui attribuię ſunt illæ 4. horæ, qui nõ
eſt ponendus ex parte illius, cui eligis ſi unquã po-
tes uitare, niſi accideret ex infortunio alicuiꝰ, quòd
principium ſui belli, uel ſui itineris ad bellũ, caderet
in aliquam ex illis horis combuſtis prohibitis: eſſet
enim ei timendum periculum ſupra dictum. Et eo
fortius contingent illæ quatuor horæ, ex duodena
Lunæ, ſi eſſet tunc male diſpoſita: quia tunc non eſ
ſet ei remediũ, etiam habita bona electione ad bel-
lum, ſolus deus poſſet auertere. Attamen 12. horæ
combuſtæ prædictæ, magis ſunt uitandæ, quoniam
iſtę ſubalternantur illis. Et ſic attingũt unicuiq; Pla
netæ 12. gradus, de ipſis duodenis inter Planetas æ-
qualiter diuidendo: unde efficiuntur illi gradus, in-
ter omnes 84. quoniam 12. multiplicatis in ſeptem,
faciunt 84. Deinde reuertitur octaua duodena ad
Solem, & fiunt diuiſiones duodenarũ, iterum ut di
ctum eſt in præcedentibus, donec perueniatur ad
cõiunctionem ſecundam. Deinde dixerunt ſapien-
tes, quòd poſt prædictas 12. horas cõbuſtas, in qui-
bus non eſt bonum facere, uel incipere aliquid de
prædictis, neq; utile ſunt 72. horæ incõbuſtę, in qui
bus poteſt incipere uel facere quod uult, niſi aliud
impediat. & ita donec perueniatur ad ſecundã con-
iunctionem. Vnde debes conſiderare in iudicijs, &
ſpecialiter in illis rebus, de quibus feci tibi mentio
nem uidere, ne principium alicuius rei, quam face-
re uel incipere intendis, tu uel quiuis alius, cadat in
aliquam illarum horarum prohibitarũ, ſiue ſit iter
ſiue aliud, & uitare illud in quantumcunq; tu ma-
gis potes.

De inuentione gradus aſcendentis natiuitatis, uel alicuius quæſtionis, ſeu alicuius principij, cuius habentur aliqua indicia quaſi ſemicerta. Caput VIII.

DIcto de coniunctionibus, & de horis combuſtis
& incombuſtis, licet non uideatur de philoſo-
phica ordinatione, tamẽ faciam tibi hic mentionẽ,
de inueniendo gradum aſcendentis alicuius initij,
cui nõ habetur certitudo, dummodo habeantur ex
inde aliqua indicia, quæ uideantur oſtendere proxi
mitatem, licet non ſint bene certa, ſed quaſi ſemicer
ta: quod accidit aliquando, quòd mater uel baiula,
ſeu aliæ obſtetrices, nõ bene ſciunt horam natiuita
tis pueri: nec etiã illi qui interſunt alicui rei: ſed ha-
bent eam prope ueritatem, non multũ remotã, for-
te per horã, uel dimidiũ horę uel circa. Vnde dicunt,
iſte puer fuit natus, circa horam tertiam, uel ſextã,
uel

uel nonam:uel forte dicent,circa mediam noctem
uel circa aurorã diei,uel circa primũ ſomnũ,ſicut ali
quando conſueuerũt laici dicere: uel de aliqua alia
re dicent,circa talem horã fuit,ſicut eſt quãdo dan-
tur uexilla,uel fit principiũ alicuius ædificij, uel ali
qua diſpoſitio, & ſimilia:tunc non poteſt tibi dari
certitudo illius horæ, per illa iudicia : ſed datur tibi
prope horam. Vnde ad hoc ut poſſis inuenire cer
tam horam illius natiuitatis, uel illius rei, oportet
quòd tu æques Planetas ad illam horã quam pro-
pinquius potes,ita quòd nõ diſtes ab illa hora,quã
dicunt obſtetrices, uel mater, uel aliquis alius plus
una hora æquali, & uide quòd ſignũ tunc aſcẽdat,
& conſidera, utrũ illa natiuitas,ſiue illud principiũ,
cuiuſcunq; rei fuerit,ſit cõiunctionalis ſeu præuen
tionalis,& uide gradũ in quo fuit facta illa coniun
ctio,ſeu prçuẽtio:& cõſidera,quis Planetarũ ſit for
tior ac potẽtior præ multitudine dignitatũ,ſeu for-
titudinum in illo gradu, & uide quot gradibus ipſe
perambulauerit,de ſigno in quo eſt,& facies aſcen-
dens gradum ſigni quod uidetur aſcendere tunc,ſi-
mile gradui in quo fuerit ille Planeta, qui fuerit al-
mutem in gradu coniunctionis ſeu præuentionis.

Verbi gratia, uidebat̃ tibi ſecũdũ æquationẽ quã
feceras,ad horam incertã,quod habueras per indi-
cia prima,quòd foret aſcendẽs quart9 gradus Arie-
tis,per æſtimationẽ tuã, ut dixi,eo q potuiſti com-
prehendere de natiuitate, ſeu re non bene certa &
cõiunctio,uel præuẽtio fuerat in 10. gradu Arietis:
modo Sol eſt fortior in gradu cõiunctionis,quàm
aliquis Planeta præ multitudine dignitatũ ſicut a-
liàs dictũ eſt. Æqua ergo Solẽ, ad horã illã, & uide
in quo gradu alicui9 ſigni fuerit: ut ponat̃ quòd ſit
in 17. gradu Aquarij:debes nunc mutare aſcendẽs,
quod inueneras primo, per arbitriũ, & facere q ſit
aſcendẽs Aries,qui primo uidebat̃ eſſe quartus gra
dus 17. gradus:& ita uerificabis aſcendẽs quod quç
ris. Et ſi inueniſſes per tuum arbitriũ, q foret aſcen
dens pluſquã eſſet Planeta almutẽ in ſigno,in quo
eſt,reduc ad quantitatẽ graduum eius,ut ſi eſſet 24.
uel plus uel minus reduc ad 17. ſicut eſt Sol in ſi-
gno ſuo. & ita intellige de quolibet, & iuxta illud
aſcendẽs cõſtitue alias domos.Sed quia ego faciã ti
bi,annuẽte deo, ſpecialẽ tractatũ de natiuitatib9,in
quo exponã tibi omnia hçc,et explicabo ad unguẽ,
non ſiſto hic modo plus, ut rectior ſeruetur ordo.

INCIPIT TRACTATVS QVINTVS, IN CONSIDERATIONIBVS QVÆ CADVNT ſuper iudicijs,ſecundum motus & ſignificata ſtellarum,& ſuper quibuſdam capitulis,ad iudiciorum introductionem pertinentibus. Et ſunt in eo 146. capitula, ſeu conſiderationes.

EX his aũt quæ ad iudicia ſpectant,pri-
mordialiter ſex ſunt cõſideranda, pro-
ut inferius ſuo loco dicet̃. Primo natio
nes,nationumq; generationes.Secũdo
familiarũ conſtitutiones,atq; familias,
ſingularũ domorum familiarũ ordinationes.Ter-
tio diuitũ & potentũ negociorũ diſponẽs. Quarto
indiuiduorũ humanç ſpeciei,cõſiderationes.Quin-
to electiões,ſiue operũ inceptiões.Sexto quæſtiões
tã uniuerſales q̃ particulares.& ſic poteſt ad Aſtro-
nomica iudicia perueniri. Sed antequã ad ipſa per-
ueniatur ſunt præmittẽda quædã,quæ ad rem ipſo
rum facere uident̃,ſicuti eſt cõſiderare modum quç
rendi eum,quis de re aliqua quærere intẽdit,& etiã
intueri alias conſiderationes, & alios modos,quos
oportet te in iudiciorũ negotio cõſiderare. Et ſunt
146. cõſiderationes,quas eſſet impoſſibile omnes ſi
mul & ſemel adaptare : ſed poſtq̃ nominauero eas
tibi,omnes dicã tibi ultimo,illas ſine quib9 aſtrolo
gus nõ poteſt pfecte iudicare. Attamen dicã tibi pri
mo modũ,quem quicunq; uoluerit aliquid quære-
re ab aſtrologo,ſeruare debet:quoniã iudicare de fu
turis,prout aliàs dicit̃,difficilimũ eſt,nec poteſt iu-
dicari certũ ad unguẽ de futuris:poteſt tamẽ iudica
ri ita prope ueritatẽ, q ſatis aſſimilat̃ & appropin-
quat uero:nec multũ differt ab eo, quaſi inſenſibili
ter. Et licet ſit difficilimũ de futuris iudicari:non ta
men eſt labor euitandus, quin ſcire nitamur, quic-
quid nñq̃ de iudicijs à mente humana poteſt attin-
gi. Et quia inferiora regũtur à ſuperioribus, prout
omnes unanimiter cõfitent̃,& eſt uerũ ut aliàs dict
tur:& diſpoſitio ſuperiorũ corporũ, poteſt ſciri per
ipſorũ motuũ dimenſiones, qui à peritis ad unguẽ
ſunt inuenti,atq; manifeſte probati,poſſumus iudi
care de futuris,& quid ex illis motibus cõcidat,atq;
uentura prædicere. Habet enim ars iſta præcepta:
præcepta enim aſtronomiç ſunt eius finis:& eius fi
nis ſunt iudicia,ſicut alibi tangit̃, quod facit contra
illud,quod dicũt qui aſtronomiã reprehendere ni-
tuntur, qui uident̃ uelle dicere,ipſam nihil eſſe:non
enim eſſet ars,ſi nõ haberet propria præcepta. ipſa
enim eſt ars ut dictum eſt aliàs,quod nemo diffite-
tur:ergo habet finem : & eius finis eſt iudicium:&
aſtrologus habet conſiderare iudicia:et iudicia ſunt
ex accidentibus, quæ imprimuntur in inferiora, ex
motibus ſuperiorum corporum, & eorum qualita
tibus propter eorum effectus in ea.

CONſideratio prima,in his quæ mouẽt hominẽ
ad quæſtionem faciendam:& ſunt tres motus.

Primus eſt motus animæ, quãdo quis mouet̃ ex
ſua intẽtione,ad quçſtionẽ faciendã. Secundus eſt
motus ſuperiorũ corporũ, ſcilicet quando quis quç
rit quòd ipſa imprimunt,in rẽ quæſitã,quid inde fu-
turum ſit. Terti9 eſt mot9 liberi arbitrij,q poteſt eſ
ſe ipſe actus quærendi:quia licet anima moueat̃ ad
quçrendũ, nõ ſufficit, niſi ſuperiora corpora ducãt
ad quçſtionẽ faciendã:nec ſufficit mot9 ſtellarũ,niſi
ex motu liberi arbitrij, perueniat̃ ad actũ quærẽdi.

SEcunda cõſideratio,eſt in modo quem debet ſer
uare quilibet,q uult aliquid quærere ab aſtrolo-
go. Et eſt ut cum ipſe uult interrogare aſtrologũ de
præſentib9,aut prçteritis,ſeu futuris,oportet eũ hũc
modũ quærẽdi ſeruare, uidelicet q ipſe debet depre
cari dominũ deũ, à quo omne bonũ ducit exordiũ,
et omni deuotione,et ſpiritu cõtrito ipſum exorare,
quod ipſe cõcedat ei eũ peruenire ad cognitionẽ ue
ritatis eorũ, de quibus interrogare intẽdit. Deinde
ad Aſtrologũ,cum hac ueritatis debet ire intentio-
ne,de quo uult quæſiturus, & de quo interroga-
re propoſuerit, & cuius intentionem retinuerit in
corde

corde ſuo, per diem & noctem, uel plus, non quolibet mentis motu tactus, ſicut aliquando plures imperiti facere conſueuerunt, ſicut aliàs dicitur: & ſic qui dixit, qui dedit ut quæras, addet ut inuenias. Hoc modo de qualibet interrogatione debere fieri cenſeo, niſi eſſet forte aliquando ſubitus caſus, ſubito emergens, qui ſubitam quæſtionem, atq; ſubitam reſponſionem, quæ non ſuſcipiat dilationem, ſicut pluries accidit fieri, cogat: cuius tamen ſemper nomen altiſſimi ſit exordiũ, quia enim quidam aliquando aliter faciunt, & ſeipſos decipiendi cauſa fiunt, & aſtrologum cogunt aliquando immo pluries mentiri· ſtultus enim interrogator, ſapientẽ facit reſpõdentem, aliquando deuiare, & diffamant, & uilipendunt eum homines ignorantes fatuitatẽ illius qui male quæſiuit, cum aſtrologus non ſit culpabilis ut diffametur aut uilipendatur.

TErtia cõſideratio, eſt uidere quot modis operentur Planetę in inferioribus, propter diuerſitates qualitatũ prædictorũ motuũ. Et ſunt 16. modi quibus accidunt diuerſitates operationum, & effectuũ omnium rerum, quæ fiunt & perficiũtur· & earum quæ non fiunt, & quæ non perficiunt & earũ quæ ex parte fiunt & perficiuntur: & ex parte non fiunt nec perficiuntur, qui dicentur inferius.

QVarta conſideratio, eſt cauſarũ iuuantiũ res ut fiant, & ut perficiant, & quæ ſunt prohibentes res, ut non fiant, nec perficiant: & quæ ſint cauſę deſtruẽtes res, poſtquã fuerint perfectæ, quod pluries accidit. Et fiũt hæc 16. modis ut dixi, ſecundũ 16. motuum diuerſitates &c. Quorũ primus eſt, aduentus ſiue profectus rerũ, ſiue in rebus quem philoſophi Alocohol uocant. Secundus eſt deterioratio, quem ipſi uocant Aliber. Tertius eſt cõiunctio, ſeu reuerſio, quem ipſi uocant Alitiſal. Quartus eſt ſeparatio, ſeu diſiũctio, quem ipſi uocãt Alinchirat. Quintus eſt translatio luminis, quem ipſi uocant Annecad. Sextus eſt, collectio, ſiue aggregatio, quem ipſi uocant Algemei. Septimus eſt uetatio, uel prohibitio, quem ipſi uocãt Almana. Octauus eſt receptio, quem ipſi uocant Alcobol. Nonus eſt euacuatio curſus, quem ipſi uocant Gaſralcobol. Decimus eſt cõceſſio, uel permiſſio, quem ipſi uocant Galaalocir. Vndecimus eſt redditus uirtutis, uel diſpoſitionis, quem ipſi uocant Alteat.

Duodecimus eſt pulſatio uirtutis, quem ipſi uocant Dalpha alchoa. Tredecimus eſt pulſatio diſpoſitionis, quẽ ipſi uocãt Daſaaredbit. Decimuſ quartus eſt uirtus, ſeu fortitudo, quem ipſi uocant Alcoeuah. Quindecimus eſt debilitas, quem ipſi uocant Adirof. Sedecimus eſt eſſe Lunæ, quem ipſi uocãt Gnaymel alchamaur, quod eſt eſſe malũ, prout ſapiẽtes antiqui dixerũt, atq; Lunę uitioſitas.

COnſideratio quinta eſt, quot modis accidit tale eſſe Lunæ. Dixeruntq; philoſophi, quòd accidit hoc decem modis. Mihi autem uidetur, quòd poſſint addi ſeptem, & ſic erunt 17. modi, quibus fiunt impedimenta, et detrimenta in omnibus rebus quę impediuntur, & in omnibus initijs, & in omnibus interrogationibus, & in omnibus itineribus, & in omnibus natiuitatibus, & in omnibus quæ agere uolumus, uel agere intendimus. Quorum primus eſt, ut ſit Luna combuſta, ſcilicet infrà radios Solis, ante eum minus 15. gradibus, à tergo ſcilicet Solis, quando uadit ad eum: & poſt eum minus 12. gradibus, hoc eſt, quando recedit ab eo, ut exeat de ſub radijs eius: quoniam poſſibile eſt, ut appareat deſub radijs eius. Et eſt ei maius impedimentum, quando uadit ad Solem, quàm ſit quando recedit ab eo: quoniã quando recedit, & eſt ſeparata ab eo per quinq; gradus, dicitur euaſa, licet non ſit ex toto liberata, ſicut & quando febris dimiſit ægrum, quia licet ſit debilis & confractus, tamen dicitur liberatus, quoniam eſt iam ſecurus de ſalute uentura. Secũdus eſt, ut ſit in gradibus deſcẽſionis ſuæ, ſcilicet in tertio gradu Scorpionis, uel toto Scorpione, & in toto Capricorno: aut iungatur Planetæ in deſcẽſione ſua, ſcilicet quòd Planeta ſit in deſcẽſione ſua, uel in deſcẽſione Lunæ: ut ipſa iungatur Soli, & ipſe ſit in Scorpione, uel in Capricorno: uel eſſet Sol in ſua propria deſcenſione, ſcilicet in Aquario, uel in Libra, ſcilicet in eius 19. gradu: uel in tota Libra: uel ſi iungeretur Marti, & ipſe in Libra, uel in Tauro, uel in 28 gradu Cancri, uel in toto Cancro. Et ita de omnibus alijs Planetis intellige. Tertius eſt, ut ſit in gradibus cõbuſtis, quorum deteriores ſunt 12. gradus, qui ſunt ante gradũ, qui eſt directe oppoſitus gradui, in quo eſt Sol, in quocũq; gradu Sol fuerit. Quartus eſt, ut ſit iuncta alicui malorum, uel in eius oppoſito, uel quarto aſpectu, ſine receptione perfecta, ut ſi iungeretur Saturno uel Marti· ſecus aũt eſſet, ſi interueniret receptio perfecta, quoniã tunc minus impediunt· In omnibus alijs locis impediũt eam, de aſpectibus prædictis, ac de coniunctione corporali, niſi eſſet in locis, in quibus malus haberet duas de dignitatibus minoribus, ut Saturnus, in ultimis quatuor gradibus Arietis, in quibus habet terminũ, et triplicitatẽ: et in ultimis quatuor gradibus Geminorũ, in quibus habet ſimiliter duas dignitates. Et ut Mars in ultimis 10. gradibus Piſcũ, in quibus habet faciẽ et triplicitatẽ. Et ita intellige de omnibus alijs ſignis, & locis, in quibus habẽt duas de illis dignitatibus minoribus.

Quintus eſt, ut ſit cum capite draconis, uel eius cauda, ita quòd ſit inter eos minus 12. gradibus, quoniã eſt terminus, intra quem eclipſatur Luna.

Sextus eſt, ut ſit in geminis, quod eſt ſignũ 12. à domo ſua. Septimus, ut ſit in finibus ſignorum, qui ſunt termini malorũ, exceptis ultimis ſex gradibus Leonis, qui ſunt terminus Iouis: ſed in primis ſex gradibus eius impedit, quia ſunt termin⁹ Saturni. Sed poſſes tu forte dicere, q; ipſa ſit impedita in primis ſex gradibus Cancri, qui ſunt termin⁹ Martis, tamẽ nõ impedit ibi, ſicut in alijs terminis malorum, nam aliquid detrahit ſibi: quoniã Cancer eſt eius domus, & eius maxima fortitudo. Octauus eſt, ut ſit in ſexto, octauo, nono, uel duodecimo, ab aſcendente nõ recepta· uel iungatur Planetæ in aliquo eorũ: uel ſit in tertio, in eo quòd tertiũ eſt de cadentibus ab angulis: ſed quoniã ipſa dicitur gaudere in ipſo, non ita impeditur in eo, ſicut in alijs cadentib⁹ ab angulis. Nonus, ut ſit à 15. gradu Librę, uſq; in finem 15. graduũ Scorpionis, qui 30. gradus ſunt uia cõbuſta. Decim⁹, ut ſit uacua curſu, ſcilicet nulli Planetarũ iuncta per corpus, uel per aſpectum, uel ſit ſiueſtris, ſeu feralis, quod accidit quãdo ipſa eſt uacua curſu, & eſt in loco, in quo nullam habet dignitatẽ. Vndecim⁹, ut ſit tarda curſu,

quo-

quoniã tunc aſſimilatur Planetæ retrogrado. Duodecimus, ut ſit in defectu ſui luminis, ita quòd nihil aut parum uideatur de ipſa, uadens ad combuſtionem, quod accidit in fine menſis lunaris. Tredecimus, ut ſit obſeſſa inter duos malos impedientes eam. Decimuſquartus, ut ſit in gradibus azemena. Quintuſdecimus, ut ſit in gradibus putealibus. Sedecimus, ut ſit in gradibus fumoſis. Decimuſſeptimus, ut ſit in gradibus tenebroſis, de quibus omnibus, tu habes tabulas ſuperius notatas, in tractatu primo iſtius operis.

CONſideratio ſexta, eſt alius modus debilitationis Planetarum, non multum diſcrepans à ſupradicto, qui habet fieri decem modis. Quorum primus eſt, ut ſit Planeta cadens ab angulis, et ab aſcendente, ut non aſpiciat illud. Secundus eſt, ut ſit Planeta retrogradus. Tertius eſt, ut ſit combuſtus, hoc eſt 15. gradibus ante Solem, & minus poſt ipſum inferiores uero impediuntur plus, quando ſunt poſt Solem: & minus quãdo ſunt ante ipſum, quãdo ſunt directi: retrogradi uero ecõtra. Quartus, ut ſit aliquis eorum in oppoſitione, uel in corporali cõiunctione, uel quarto aſpectu alicuius malorum, uel plurium, ſine receptione. Quintus eſt, ut ſit obſeſſus à duobus malis, ſcilicet ut ſeparetur ab uno, & iungatur alteri ſine receptione perfecta, de domo, uel exaltatione, uel de duabus dignitatibus minoribus, quæ ſunt terminus, triplicitas, & facies. Sextus, ut ſit Planeta iunctus Planetæ in deſcenſione ſua, uel in caſu ſuo, in oppoſitione ſcilicet domus, uel exaltationis ſuæ. Septimus, ut iungatur Planetæ cadenti, ab aſcendente, uel ſeparetur à Planeta, qui eum recipiebat, et iungatur alteri, qui eum nõ recipiat. Octauus, ut ſit peregrinus, hoc eſt, ut ſit in loco in quo non habeat aliquam dignitatem, uel ſint ſuperiores ſecuti à Sole, uel inferiores inſequantur eum. Nonus, ut ſit Planeta cũ capite draconis, uel eius cauda, ſine latitudine. Decimus, ut ſit Planeta impediẽs ſemetipſum, hoc eſt, ut ſit in ſeptimo à domo ſua ſcilicet, uel non receptus. Iſta ſunt decem impedimenta Planetarũ, quibus fiunt impedimenta in natiuitatibus, in interrogationibus, itineribus, & in omnibus operibus, quę facere uel incipere intẽdimus. Omnes iſtos modos impedimentorum Planetarum, oportet te ſcire. Sunt & alij modi, quos oportet te ſcire, de quibuſdam quorum faciam tibi mentionem, qui uidentur fore tibi magis neceſſarij: quoniã eſſet graue, immo grauiſſimũ, conſiderare illos modos omnes: ſunt enim, quos eſſet impoſſibile, te omnes ſimul & ſemel adaptare ut dixi: ſed dicam tibi illos, qui ſunt tibi magis neceſſarij, et ſine quibus nõ poſſes perfecte iudicare. Alios forte nominabo tibi, ſed non exponã omnes, ne tædium tibi generarẽt: quorum quidam ſunt fortiſſimi boni: quidam fortiores boni: quidam fortes boni: quidam debiles boni: quidam debiliores boni: quidam debiliſſimi boni: quidam occulti: quidã manifeſti: quidam ſunt fortiſſimi mali: quidam fortiores mali: quidam fortes mali: quidam debiles mali: quidam debiliores mali: quidam debiliſſimi mali.

CONſideratio ſeptima, eſt ut caueas tibi ab illis modis, quibus poteſt aſtrologus errare, de quibus ſapientes quatuor nominauerũt. Primus, eſt ſi interrogator, neſciuerit interrogare. Secundus, ſi aſtrologus acceperit umbram in loco inæquali, uel cum inſtrumento falſo. Tertius, ſi ignorauit, utrũ Sol iam receſſerit, de linea medij cœli uel utrum ſit in linea, uel ante ipſam, uel poſt ipſam. Quartus, ſi æquales fuerint fortunæ, et infortunæ: unde tunc non debes recipere aliquam quæſtionem, ſi tu potes euitare. Mihi autem uidetur, quòd poſſint addi alij tres modi, quibus aſtrologus poteſt errare. Vno, ſcilicet ſi interrogator uenerit ad eum cauſa tentandi, ſicut aliqui aliquando faciunt, qui dicunt: eamus ad talem aſtrologum, et quæramus de tali re, & uidebimus ſi ipſe dixerit nobis ueritatem: ſicut faciebant Iudæi domino Ieſu Chriſto. Alio modo, ſimiliter uidetur quòd poſſit errare aſtrologus, ſcilicet ſi interrogator non quærat ex intentione, ſicut faciũt aliquando quidam, qui quando obuiant aſtrologo, uel quando uadunt pro alijs ſuis factis, cogitant aliquam rem, de qua uolunt interrogare aſtrologum, & ſic ex improuiſo quærunt, et tunc poteſt ibi cadere error. Et poſſes tu dicere, quomodo potero ego ſcire, utrũ interrogator quærat ex intentione, an nõ: uel quærat cauſa tentandi, uel non. Ad quod dico tibi, quòd uidetur mihi res ualde ardua, & ualde difficilis: ſed tamen hoc fui expertus pluries, & inueni fore uerum, quoniã aſpiciebam horam interrogationis, & uidebam aſcendens ipſius, & ſi inueniebam alicuius ſigni, in linea orientali, quòd eſſet aſcendens, inter finem unius ſigni, & principium alterius, dicebam quòd ipſe nõ quærebat ex intẽtione: aut quòd ipſe quærebat cauſa tentandi: & inueni plures qui confitebantur mihi, quòd ita erat, et reputabant me poſtea ſcire aliud, quàm crederent prius & adhibebant fidem arti, cum prius non adhibuiſſent. Et ego quando inueniebam aſcendens aliquo, ut dixi, dicebam ei, frater noli me tangare, niſi tu quæras ex intentione: quia ſuſpicor ne tu uelis me decipere, non proponendo hanc quæſtionem ut debuiſti: ſed ſi tu uis, quòd ego laborem pro facto tuo, prouideas mihi pro labore meo: & incontinenti, ſi ipſa erat deceptio, recedebat. Alio modo ſcilicet tertio, poteſt errare aſtrologus, ut ſi dominus aſcendentis, & dominus horę non fuerint idem: uel dominus aſcendentis, & dominus horæ, non ſint eiuſdem triplicitatis: uel non ſint eiuſdem complexionis, cum aſcendente: ſi enim ita inueneris, non erit quæſtio radicalis, prout expertus fui multotiens. Hoc autem ideo recitaui tibi, ut tu ſcias quibus hominibus tu debeas aſpicere. quoniam, ut ait philoſophus, res exit ſecundum qualitatem ſollicitudinis interrogantis: & ſecundum quòd ipſe uenerit ad te ſub neceſſitate, quaſi triſtis, aut cogitãs, & ſicut ſperãs quòd tu poſſis, & ſcias ei reſpondere ueritatem, ad quæſtionem ſuam illi enim potes aſpicere ſecure.

CONſideratio octaua, eſt ut uideas & conſideres, quot ex prædictis modis, ſeu ex prædictis conſiderationibus, quibus oportet te uti in iudicijs, debeas conſiderare, qui ſunt 30. ſcilicet 16. ſupradicti, de impedimentis Lunæ: & 10. quibus impediuntur & debilitantur Planetæ. & quatuor quibus gaudent Planetæ, ſicut dixi tibi ſuperius in capitulo de gaudijs Planetarum. Quorum quatuor minorũ primus, eſt uidere locũ in quo quilibet

Planeta

Planeta gaudet, ſicut Mercurius qui gaudet in aſcendente, Luna in tertia, Venus in quinta,, Mars in ſexta, Sol in nona, Iupiter in undecima, Saturnus in duodecima. Secundus eſt, ut ſit Planeta in domo ſua, in qua gaudet, ut aliàs dictum eſt, ut Saturnus qui gaudet in Aquario, Iupiter in Sagittario, Mars in Scorpione, Sol in Leone, Venus in Tauro, Mercurius in Virgine, Luna in Cancro. Et non pigeat te, ſi aliquando reitero tibi aliqua, de his quæ aliàs dicta ſunt, quoniā leuius eſt tibi uidere, quod uis, ubi oportet & quādoq; quærere alias. Tertius eſt, ut ſint Planetæ diurni, qui ſunt Saturnus, Iupiter, Sol & Mercurius, cum diurnis in oriente, & ſint orientales à Sole. ſintq; iuxta lineam orientalē: & nocturni, qui ſunt Mars, Venus, Luna & Mercurius, cum nocturnis ſint in occidente, & occidētales à Sole, & maxime iuxta lineam occidentalem. Quartus eſt, ut ſint tres ſuperiores ſcilicet Saturnus, Iupiter, Mars, in quartis maſculinis quæ à ſunt à cuſpide decimæ domus, uſq; ad cuſpidem primæ domus: & à cuſpide quartæ domus, uſq; ad cuſpidem ſeptimæ domus. Et ut Venus & Luna ſint in quartis fœmininis, quæ ſunt à cuſpide aſcendentis, uſq; in cuſpidem quartę, & à cuſpide ſeptimæ domus, uſq; in cuſpidem decimæ domus, Mercurius uerò gaudet cū Planetis maſculinis, in quartis maſculinis, & cum Planetis fœmininis, in quartis fœmininis.

CONſideratio nona, eſt uidere modos iuuantes, uel nocentes in rebus, ut fiant, uel ut non fiant, tam manifeſtos quàm occultos: tam bonos quàm malos. Sunt enim 21. Quorum primus, eſt fortiſſimus, occultus, iuuans. Secundus, eſt fortior, occultus, iuuans. Tertius, eſt fortis, occultus, iuuās.

Quartus, eſt debilis, occultus, iuuans. Quintus, eſt debilior, occultus, iuuans. Sextus, eſt debiliſſimus, occultus, iuuans. Septimus, eſt fortiſſimus, manifeſte iuuans. Octauus, eſt fortior, manifeſte iuuans. Nonus, eſt fortis, manifeſte iuuans. Decimus, eſt debilis, manifeſte iuuās. Vndecimus, eſt debilior, manifeſte iuuans. Duodecimus eſt debiliſſimus, manifeſte iuuans. Tredecimus, eſt fortiſſimus, occultus, nocens. Decimuſquartus, eſt fortior, occultus, nocens. Quindecimus, eſt fortis, occultus, nocens. Sedecimus eſt debilis, occultus, nocens. Decimuſſeptimus, eſt debilior, occultus, nocens. Decimuſoctauus, eſt debiliſſimus, occultus, nocens. Decimuſnonus, eſt fortiſſimus, manifeſte nocēs. Vigeſimus, eſt fortior manifeſte nocēs. Vigeſimuſprimus, eſt fortis manifeſte nocens de quibus omnibus faciā tibi mentionem. Et hæc eſt res occulta, et ſecreta ex ſecretis iudiciorum aſtrorum, de qua non curauerunt antiqui: & nihil manifeſtū de ipſa dixerunt, quod ego inuenerim præter quòd Haly uiſus eſt aliquid tetigiſſe de ipſa in expoſitione 23. uerbi centiloquij Ptolemęi. Nec credo ipſos dimiſiſſe, propter ignorantiam ſed potius propter inſuetudinem: & quia nolebant generare tædium auditoribus, uel legentibus, nec eorum mentes grauare. Ipſi enim iudicauerunt ſecundum quòd inuenerūt Planetas diſpoſitos in domibus in ſignis, & ſecundum eorum fortitudinem, atq; ipſorum debilitatem: & ſecundum partem fortunæ: ſimiliter & ſecundū quædam alia, quæ eis uiſa ſunt inter illa. Tu autem debes conſiderare in tuis iudicijs ea quæ ipſi conſiderauerunt in ſuis, & inſuper quicquid aliud de contingentibus conſiderare potes. Debes enim conſiderare atq; uidere, quando tu erigis figuram aliquam, dominatorem rei quæſitæ, ſiue inceptæ, uel incipiendæ, ſeu faciendæ, ſi aliqua de ſtellis fixis, quæ ſit de natura ipſius, ſit in loco in quo ipſe habeat domū, uel exaltationem, & ſit ſecum in eodem minuto: quia tunc illa ſtella iuuabit ſignificatorem taliter, & in tantum, quòd perficietur res, etiam ultra quàm ſit intentio quærentis, ſeu incipientis uel faciētis eam. Et iſte eſt fortiſſimus occultus iuuans: neſciet enim unde hoc ſibi eueniat. Si uero fuerit illa ſtella cum ſignificatore in eodem gradu, ab uno minuto uſq; in 16. ante, uel uſq; in 5. retro, iuuabit eum, ſed non tantum. Et iſte eſt fortior occultus iuuans. Si uero fuerit cum eo, in gradu eodem à 16. minutis uſq; in 50. iuuabit iterum minus. & iſte eſt fortis occultus, iuuans. Si uero fuerit cum eo in eodem gradu, in loco in quo habeat ſignificator duas de minoribus dignitatibus, in eodem minuto uel ab uno uſq; in 16. iuuabit eum iterum minus. & ille erit debilis, occultus, iuuans. Si uero fuerit in eodem gradu, longe à ſignificatore, plus 16. minutis uſque in 50. iuuabit eum adhuc minus, & iſte erit debilior occultus iuuans. Si uero fuerit in loco, in quo ſignificator non habeat aliquam dignitatem, iuuabit eum aliquid, ſed quaſi inſenſibiliter. & iſte erit debiliſſimus, occultus, iuuans. Et nocentes ſunt in contrarium iuuantium: nam ſi Planeta qui fuerit ſignificator alicuius rei, fuerit in tali loco, in quo nō habeat aliquam dignitatem cum aliqua de ſtellis fixis, quæ ſit contraria naturæ ipſius, in eodem minuto, nocebit ei, & non permittet rem perfici, & uidebitur per figuram ſuper illa re erectam, quod debeat perfici res, & tunc culpabitur, & uilipendetur aſtrologus iniuſte, & ex cauſa quam non meruit: & aſtronomia dicetur fallibilis, atq; nihil eſſe ab idiotis, & blaſphemantibus eam, et iſte erit fortiſſimus, occultus, nocens. Si uero fuerit cum ea, in loco in quo habeat unam, de prædictis minoribus dignitatibus, extra primum minutum, uſque in 16. tunc nocebit minus, & minus impediet. & iſte erit fortior occultus nocēs. At ſi fuerit in loco, in quo habeat duas de ipſis dignitatibus minoribus, in eodem gradu, cum aliqua de ipſis ſtellis à 16. minutis ultra, nocebit tunc iterū minus. & iſte erit fortis occultus nocens. Si uero fuerit illa ſtella in domo, uel exaltatione ſignificatoris, non in eodem minuto, ſed alio extra ipſum, uſque in 16. minuta, nocebit adhuc minus. & iſte erit debilis, occultus, nocens. Si autem fuerit ſtella cum ſignificatore in domo, uel exaltatione à 16. minutis, uſque in 50. nocebit iterum minus. & ille erit debilior, occultus, nocens. Si quidem fuerit ſtella cum ſignificatore in eodem gradu, in aliqua de dignitatibus maioribus à 50. minutis, uſque in finem gradus illius, nocebit iterum minus. & iſte erit debiliſſimus, occultus, nocens.

Stellas autem fixas, quæ ſunt de naturis Planetarum, & de cōtrarijs, eorum non nominabūtur hic: eſſet enim uerbum prolixū: ſed in tractatu de reuolutionibus, dicā tibi quaſdā, quas oportebit te conſiderare in qualibet reuolutione: quaſdā dicam tibi, in tractatu natiuitatū: quaſdam alias in tractatu de

pluuijs

pluuijs,ſi dei bonitas prçſtiterit mihi uitam,cum integritate corporis,ad hoc opus perficiendum.

De modis ſupradictis,qui ſint fortiſſimi boni &c.& qui ſint fortiſſimi mali.

NOlo tamen obliuiſci, quin dicam tibi modos, de quibus feci mentionem ſuperius, uidelicet qui ſunt fortiſſimi boni, &c. & qui ſunt fortiſſimi mali &c.& illi omnes ſunt manifeſti,& non occulti,ſiue boni ſint,ſiue mali. Fortiſſimus manifeſte bonus eſt,quãdo Planeta ſignificator alicuius rei, fuerit in domo ſua,in angulo,in ipſo minuto cuſpidis,directus,uelox curſu,receptus, liber ab omni impedimento,quod rariſſime contingit. Fortior manifeſte bonus eſt,ut ſit ſignificator in domo,uel exaltatione ſua, in angulo, uno gradu ante lineã, duobus poſt:liber à malis,& receptus, quod rarius contingit. Fortis manifeſte bonus eſt,ut ſit ſignificator in angulo,in domo,uel exaltatione ſua ante lineam tribus gradibus,uel quinque poſt ipſam. Debilis manifeſte bonus eſt,ut ſit Planeta in duabus de ſuis dignitatibus minoribus, in angulo 5. gradibus ante,uel 15.poſt,uel ſit in domo, uel exaltatione ſua, in ſuccedenti angulum, liber à malis.

Debilior manifeſte bonus eſt, ut ſit Planeta ſignificator, in domo, uel in exaltatione ſua, uel in duabus de alijs ſuis dignitatibus minoribus, in cadentibus,aſpiciẽs aſcendens. Debiliſſimus manifeſte bon⁹ eſt, ut ſit Planeta ſignificator,in aliqua ſuarum dignitatum maiorũ,uel in duabus de minoribus,non aſpiciens aſcendens,uel in una de minoribus tantum, aſpiciens illud, uel iungatur Planetæ aſpicienti aſcendẽs,& in illo habenti teſtimonium. Fortiſſimus manifeſte malus eſt, ut ſit ſignificator,in loco in quo nullam habeat dignitatẽ, nullum gaudium,nõ receptus, obſeſſus à duobus malis,cadens ab angulo,& cadens ab aſcendente,et eo fortius ſi fuerit iunctus, cum aliqua de ſtellis fixis malis. Sunt & alij modi præter ſupradictos, iuuantes,& alij nocentes,tam occulti, quàm manifeſti,& fiunt per coniunctiones,et aſpectus Planetarum,quos omnes longum eſſet ſingulariter hic enarrare : de quibus non facio modo mentionem: fiet tamẽ de quibuſdam ex eis,in tractatu hoc:prolongaretur enim ſermo,quòd generaret tçdium audienti & legenti. Nec etiam exemplifico tibi,de omnibus ſupradictis,propter nimiam uerborum prolixitatem. Sed dicam tibi ulterius, de conſiderationibus,ſeu capitulis,quæ principaliter ſpectant ad primam faciem iudiciorum. Quarum prima eſt, conſideratio nona,& eſt,ut ſcias quòd Luna præ omnibus alijs Planetis,habet ſimilitudinẽ cum rebus inferioribus generibus,ſcilicet et generum ſpeciebus, atq; indiuiduis ſpecierum:& hoc accidit ei propter effectus ſuos,quos habet in terrenis omnibus:et ex frequentibus reuolutionibus, quas reuolutiones facit circa elementa,& circa elementata, quod eſt propter ſuam nimiam appropinquationem terrç. Ipſa enim habet paruiorem circulum, quàm alius Planetarum. Infra circulum enim ſuum, non continetur aliquis alius circulus, ſed ſolum elementa,& cætera corruptibilia. Luna ſi quidem eſt mediatrix inter ſtellas,& inferiora:ſuus enim circulus continetur à circulo Mercurij. Mercurij autem circulus,continetur à circulo Veneris. Veneris circulus,continetur à circulo Solis. Solis circulus,continetur à circulo Martis. Martis circulus,continetur à circulo Iouis. Iouis circulus,continetur à circulo Saturni. Saturni circulus, continetur à circulo ſtellarum fixarum, ultra quem non intereſt aſtrologi ſe intromittere, licet aliter quibuſdam uiſum fuerit, quam cauſam hic diſputare non intendo. Tu enim uides,quòd Luna in nouilunio apparet parua,ſubtilis & pauca : deinde augmentatur lumen eius, & uidetur quòd creſcat paulatim, donec illuminetur totum corpus eius, ex parte quam uidemus, & ſit in complemento ſui luminis:deinde minuitur lumen ipſius paulatim, ac pedetentim, donec ad nihilum deueniat : ita faciunt corpora, tam rationalium quàm non rationalium, & omnium uegetabilium. Vide enim quomodo naſcuntur homines: augmentantur & creſcunt, donec perficiantur in ſua determinata magnitudine:deinde minuuntur, & incipiunt declinare ſimiliter, & declinant donec eorum uita finiatur,ſic & cætera faciunt. Vnde ſemper eſt ponẽda Luna ſignificatrix,omnis rei & omnis initij, omniſq; natiuitatis : & eius bonum eſſe, eſt bonum eſſe omnis rei.et eius malum eſſe,eſt malum eſſe omnis rei . Et eſt eius uirtus, atque ipſius potentia tanta, quòd etiam ſi dominus aſcendentis, ſiue alius ſignificator alicuius rei, ſit impeditus,ita quòd non poſſit facere uel perficere quod debet,& ipſa inueniatur fortis,nihilominus perficietur res. Eſt enim rerum omnium pædagoga:& eſt delatrix uirtutum omnium Planetarum ad Planetas,unius ſcilicet ad alterum, ità quòd recipit diſpoſitionem unius Planetæ, & defert eam ad aliũ. Et uiſum eſt quibuſdam,quòd ipſa ſemper hoc faciat. In qua opinione fuit ille tyrannus Cylinus de Romano,ſcilicet quòd cũ ipſa ſeparat ab uno Planeta,recipiat uirtutem illius, & portet eam ad aliũ, & committat eam illi,quem prius inuenit. Et uidetur quibuſdam,quòd Zael dixerit illud idem,ſed intentio Zaelis, non fuit abſoluta. Ipſe enim credidit, quòd Luna portaret illud quod eſſet ei commiſſum : & ſi non eſſet ei commiſſum, non portaret aliquid ad aliquem,cui ego aſſentio. Luna enim quando iungitur alicui Planetæ, qui recipiat eam, tunc Planeta committit ei diſpoſitionem, & ipſa portat eam ſecum,& committit illi,quem primo inuenit,in aliqua ſuarum fortitudinum & nõ alteri. Iuxta illud non dat Planeta aliquid,in loco in quo nihil promiſit.

COnſideratio 10. eſt ut proſpicias ſtellas fixas iuuantes ſeu nocẽtes, de quibus dicetur in tractatu reuolutionum ſuo loco,& tempore, quæ multũ habent operari circa iudicia,& inducunt aliquando aſtrologum in errorem.

COnſideratio 11. eſt intueri atq; conſiderare Planetas malos,& uidere quid ſignificẽt. Nam Saturnus, & Mars, ſicut dixi tibi ſuperius, ſunt mali naturaliter. Saturnus quidem,propter excedẽtiam frigoris. Mars uero,propter excedentiam caloris, in eis uincentis,ſiue dominantis, nõ quòd aliquis eorum ſit in ueritate calidus, uel frigidus,ſed habent hoc in uirtute:& ille eſt eorum effectus:& ob hoc ſignificant malum,& detrimentum,ac impedimentum in rebus, niſi receperint mali ſignificatorem, uel Lunam de domo,uel de exaltatione, uel de dua

bus ſuis dignitatibus minoribus: uel fuerint ipſi mali ſignificatores: quoniã tunc refrenant omnem ſuam malitiam, ab illo quem recipiunt, nec impediunt eum, à quocunq; aſpectu aſpexerint: melius tamen ſi à trino uel ſextili. Si uero non receperint, magnificatur eorum malitia, & eo fortius ſi aſpexerint ab oppoſitione, uel à quarto aſpectu. Siquidem fuerit aſpectus trinus, uel ſextilis, licet ſine receptione, minus tunc impediẽt. Zael tamen uidetur uelle dicere, quòd mali refrenant malitiã ſuam, ſi aſpexerint à trino, uel ſextili aſpectu: ſed eius intentio fuit quòd minus impediunt, nõ tamẽ dixit, quòd eorum malitia penitus refrenatur.

CONſideratio 11. eſt proſpicere fortunas, & uidere quid ſignificẽt. Nam Iupiter, & Venus ſunt fortunæ naturaliter, & ſunt temporati. & ob hoc dicuntur eſſe abſque omni malitia, quia nemini nocent, niſi forte aliquando per accidens, quòd non accidit de ipſorum intentione, raròq; contingit. Habent enim imprimere cum temperamento, atque profectu, ſuos & non ſuos adiuuare ſemper nituntur, ſiue recipiant, ſiue non: melius tamen ſi receperint: & aſpectus trinus, uel ſextilis eſt melior, ac utilior quarto: & quartus eſt melior oppoſitione.

CONſideratio 13. eſt uidere Solem, & ipſius ſignificata, quoniam ipſe dicitur fortuna, & eſt ſcilicet per aſpectũ qualiſcunq; ſcilicet fuerit aſpectus. niſi ſit ab oppoſitione ſed per coniunctionẽ corporalem efficitur malus, quoniã tunc dicit comburere atq; infortunare omnẽ ſtellã, niſi fuerit illa ſtella in Zanũ Solis, ſicut dictũ eſt ſuprà: quia tunc eſt in corde Solis: & omnis ſtella in corde Solis efficit fortis.

CONſideratio 14 eſt proſpicere Mercuriũ, & Lunam, et uidere cui Planetarũ coniũguntur: quoniam habent ſignificare illud, quod ſignificat ille, cui aliquis eorum iungitur: ſunt enim conuertibilis naturæ.

CONſideratio 15. eſt cõſiderare modos, quib⁹ Planetę habẽt imprimere in inferiora, et ſunt duo: unus bonus, & alter malus: quia fortunæ, habẽt imprimere bonũ naturaliter. Infortunę habent imprimere, ſiue inferre malũ naturaliter. Vnde tu debes ſemper quando uides fortunas ſperare bonum: & quando uides malos, timere malum, niſi prædicta minuant illud.

CONſideratio 16. eſt uidere utrũ Planeta ſignificator alicuius rei, ſit impeditus ab aliquo malorum: quoniam Planeta nõ dicitur impeditus à malo, niſi malus proijciat radios ſuos, ſuper radios eius, ſecundũ quantitatẽ orbium eorũ luminũ. Ex quo uero proijcit lumen ſuum, ſiue radios ſuos ſuper lumen, ſiue radios Planetæ, dicitur Planeta impeditus, donec malus tranſeat eum. Et dixit Zael, q̃ ex quo malus Planeta, tranſiuerit Planetã quem impediebat per unum gradum integrũ, dicitur Planeta liberatus à malo. Mihi tamen uidetur, quòd ex quo malus tranſiuerit eum per unum minutũ, Planeta dicatur liberatus, & euaſus, quoniã ipſe non poteſt immittere poſtea niſi timorẽ. Præterea immittet maiorẽ timorẽ, cum tranſiuerit eum tantum per unum minutũ, quàm cum tranſiuerit eum per unum gradũ: ſed tamẽ eſt talis ille timor, quem immittit malus, cum tranſiuerit Planetã per unũ minutum tantũ, quòd non uidetur illi cuius eſt res, q̃ poſſet euadere non tamẽ ſine aliquali ramuſculo, alicuius ſpei. Sub tali exemplo, fecit quęſtionẽ quidam uolens ire ad præliũ, utrũ reuerteret ſanus à prælio an nõ: & fuit aſcendẽs Gemini 13. gradus et Mercurius in Aquario 7. gradibus & 54. minutis, in nono iunct⁹ Saturno, qui erat ſimiliter in Aquario 7. gradibus & 53. minutis, ſeparabaturq; Mercurius à Saturno, qui erat domin⁹ domus mortis, iam per unum minutum: uidebatur ergo, quòd ille debebat in prælio illo mori, propter cõiunctionẽ, quã faciebat cum Saturno in 8. gradu Aquarij: unde ille fuit in periculo mortis, & timuit timore quaſi ultimato, & credidit interfici ab inimicis, & perſecutus fuit ab eis, ita quòd nõ uidebatur, quòd poſſit euadere: pluresq; iniecerũt man⁹ in eum: ultimo tamẽ euaſit ab eis, quaſi poſt deſperationẽ: quia nõ credebat poſſe euadere. Et hoc accidit ei propter Mercurium, qui erat iam ſeparatus à Saturno. Et dixit Zael, quòd ſi Planeta malus, qui fuerit impediens aliquod negotium, fuerit cadens ab aſcendente, ita quòd non aſpiciat, non impedit, ſed immittit tantum timorem.

CONſideratio 17. eſt proſpicere utrum Planeta ſignificator ſit ſaluus, ita quòd non impediatur ab aliquo malorũ: & aliqua ex fortunis proijciat radios ſuos, ſiue lumẽ ſuum, ſuper radios, ſiue ſuper lumen ipſius: quoniã tunc dicitur Planeta ſaluus, donec illa fortuna tranſeat per unum minutũ: & ſignificat perfectionẽ rei. Poſtquã uero tranſiuerit eum per unum minutũ, non perficitur, nec res immittit ei niſi ſpem, ſicut malus non immittit niſi timorem, ut dixi. Et eſt talis illa ſpes, quam dat fortuna, quòd credit quærens, quòd perficiatur ei res, & uidetur ſibi, quòd ſit certus de perfectione rei ſuæ: non tamẽ ſine remorſu aliqualis dubij. Verbi gratia, facta fuit quędã quæſtio, de quodam arduo negotio, utrum perficeretur res an non, & fuit aſcendens Scorpio 17. gradus. & Mars erat in Tauro 12. gradus & 13. minuta, & Venus in Capricorno 12. gradus 14. minuta. Erat nanq; Venus iũcta Marti à trino aſpectu, & recipiebat eum de domo ſua, & Mars recipiebat eã de exaltatione: & uiſum eſt quærenti, & omnibus tractantibus negotiũ illud, quòd deberet perfici propter illum aſpectum amicitiæ integræ: ſteteruntq; in ſpe illa, donec Venus tranſiuit aſpectum Martis per unum gradum integrũ: ultimo tamen deſtructa eſt res, propterea quòd Venus iam tranſiuerat Martem per unum minutũ, tempore factæ quæſtionis. Poſſet forte aliquando eſſe, q̃ perficeretur res in tali caſu, ſed non ſine magna inſtantia et magno labore, et magna inuolutione, magnoq; ſtudio et importunitate. Et dixit Zael, quòd ſi fortuna fuerit cadens ab aſcendente, ita quòd nõ aſpiciat illud, dat ſpem tantũ et nõ perficit negotiũ.

CONſideratio 18. ut conſideres quando Planeta eſt in angulis malorum: quia niſi malus receperit eum, dicitur eſſe in malis, & in anguſtijs, atque tribulationibus, ſicuti eſt uir quem aliqui fuerunt aggreſſi, & in quem fecerunt inſultum, cui nullus auxiliatur, qui pugnat, & defendit ſe à pluribus: & ſicuti eſt ille, qui nitit & laborat contra fortunã, & omnia cedunt ei aduerſa, & ſicuti eſt ille qui cecidit in gurgitem, & neſcit natare, tamen ducit manus et pedes, ita quòd aliquãdo peruenit ad ripam, & eua

dit

dit, licet non ſemper accidat hoc. Et dicitur eſſe Planeta in angulis mali, cum malus eſt in uno ſigno, & Planeta eſt in 4. ab illo, uel in 7. uel in 10, ut ſi malus fuerit in Ariete, & alius Planeta fuerit in Cancro, uel in Libra, uel in Capricorno, dicitur eſſe in angulis eius. Idem intelligas de coniunctione corporali. At ſi receperit, non impedit, quoniã receptio frangit omnẽ malitiã, ſicut aliàs dicitur. Poſtquam uero (ut dictũ eſt) tranſiuerit eum per unum minutũ integrum, dicit̃ Planeta euaſus à periculo illius mali, & ab ipſius impedimento. Et poſtquam trãſiuerit eum per unum gradũ, dicit̃ ſecurus, quia non poteſt malũ aliquid ſuper eum, licet immittat aliquem timorem. Et non obliuiſcaris hæc, quæ tibi dico, quoniam poterũt eſſe tibi utilia, tam in natiuitatibus, quàm in quæſtionibus, atq; omnium rerum inceptionibus.

CONſideratio 19. eſt ut proſpicias Lunam, quando fuerit uacua curſu, quoniam tunc ſignificat impedimentũ. et quòd res de qua fit quæſtio, uel quæ incipitur, uel quæ tractatur: non ueniet ad bonum finem, & annullabitur res illa & non fiet nec complebitur, nolenti eam facere: & quid quærens reuertetur ab ea, reuerſione uacua, et fœda ſimiliter atq; impedita.

CONſideratio 20. eſt ut proſpicias, ſi Luna uel ſignificator, iungat̃ alicui ex Planetis, quia tunc ſignificat, quòd futurũ eſt: unde conſiderandũ tibi eſt, utrum ille cui iungitur Luna, ſiue ſignificator rei, ſiue quæſtionis, recipiat eum, uel Lunam: ſignificat enim tunc complementum, atq; rei perfectionem, eiuſq; finem bonum, atq; laudabilem. hoc dico, ſi receptor fuerit fortuna. Si autem non receperit, & Luna, uel dominus ſeu ſignificator illius rei, commiſerit ei diſpoſitionem, nihilominus tamen perficietur res. Sed ſi fuerit malus, licet Luna uel ſignificator, committat ei diſpoſitionem, & receptio non interuenit, non perficietur, & malum, & detrimentum, interponens partes ſuas. Si autem receperit, nec ipſe fuerit aliàs impeditus, ſignificat perfectionem rei, licet cum labore atque inſtantia, & fatigatione.

CONſideratio 21. eſt ut uideas à quo Planetarũ ſeparetur Luna, quoniã illud ſignificat quòd iam fuit & quòd præteritum eſt: nam ſi ſeparetur à fortuna, ſignificat bonum, quod iam fuit. ſi uero ſeparetur à malo, ſignificat malũ, quod iam fuit. Vnde ſi tu uis iudicare de eo quod iam fuit, & eſt præteritum, potes dicere de ipſo, ſecundum quod uideris Lunam ſeparatam, ab aliquo Planetarum.

CONſideratio 22. eſt ut conſideres, cui Luna coniuncta eſt ex Planetis. quoniam illud ſignificat quòd eſt præſens. Vnde ſi uolueris aliquid iudicare, de re præſenti, neceſſe tibi eſt cõſiderare, cui Luna ſit iũcta tunc, gradu per gradũ, uel per min⁹ uno gradu, & ſecundum illum cui iuncta eſt, bonum ſcilicet uel malum iudicare debes.

VIgeſimatertia cõſideratio eſt, ut proſpicias Lunam cui tunc iungit̃, ita tamen, ut eius coniunctio nõ ſit adhuc cõpleta: quoniam illud ſignificat, quod eſt futurũ. Vnde ſi neceſſe fuerit tibi iudicare de re, quæ nondum eſt, & ſperatur quòd ueniat in actum, oportet quòd intuearis, cui Luna tunc uellit iungi. & ſecundũ ſignificata illius, cui eam uideris iungi uelle, bona ſcilicet aut mala iudicare debes.

VIgeſimaquarta cõſideratio, ut aſpicias ſi Planeta ſignificator fuerit in deſcenſione ſua: quoniã tunc ſignificat impedimentum cuiuſlibet rei, cuius fuerit ſignificator, & anguſtiã, & triſtitiam cauſa illius. Et ſi fuerit quæſtio de carcere, quem timuerit aliquis ſignificat, eius caſum in ipſum, & opprobrium ſimiliter ac detrimentũ. Et ſi fuerit de incarcerato, ſignificat eius moram in carcere longã, atq; fictionem in eo, plus quàm credat incarceratus.

VIgeſimaquinta conſideratio, eſt ut cõſideres utrum Planeta ſignificator alicuius rei ſit retrogradus, uel ſtationarius in ſtatione ſua prima: quoniam tunc ſignificat malũ, & impedimentum, atq; diſcordiam, & diuerſitatẽ & contradictionẽ, & reiterationem in malo & inobedientiam, & reuerſionem malam à quocunq; fuerit reuerſio, & in mala parte. Sed in ſtatione non ſignificat tantum malũ, quantum in retrogradatione: quoniam retrogradatio ſignificat malum præſens, & præteritum, quod eſt adhuc quaſi præſens & futurum quod eſt iam ut in fieri. Statio uero prima ſignificat malum, quod iam completum eſt, ſecundum tempus imperfectum.

CONſideratio 26. eſt ut uideas utrum Planeta ſignificator, ſit in ſtatione ſua ſecũda, quia tunc ſignificat impedimentũ & malũ, quod iam fuit & eſt præteritũ. Quidam tamẽ dixerunt, quòd ſtatio ſecunda ſignificat id, quod directio, ſed illud eſt intelligendum ſecundũ quendam modũ loquendi, ſicut dicitur de aliquo qui ægrotauit, & eſt iam conualeſcens, quòd eſt iam liberat⁹, et ſanus, ſed nõ eſt ſimpliciter uerum, licet ſit propinquum ueritati: ſicut enim ſtatio prima, non ſignificat tantum malum, quantum retrogradatio, ita & ſtatio ſecunda, non ſignificat tantum bonum, quantum directio.

CONſideratio 27. eſt ut proſpicias, utrũ Planetæ mali ſint ſignificatores alicuius rei, uel alicuius operis, ſeu alicuius principij, uel alicuius natiuitatis, ſeu alicuius de rebus, quæ quotidie accidunt, uel præ manibus hominibus currunt, quoniã ſi ipſi ſignificauerint malum, ſignificabũt illud magis magnum, & ſi ſignificauerint bonum, ſignificabunt illud diminutum, & imperfectum, & cum triſtitia, & anguſtia & difficultate atque preſſura, ita quòd uix credet ille, cuius fuerit negotium, quod perficiatur ſibi niſi forte ipſi mali, ſint ualde boni eſſe, atque bene diſpoſiti.

CONſideratio 28. eſt uidere ſi Planeta ſignificator alicuius rei, fuerit tardus curſu: prolõgat enim tunc effectũ rei quæſitæ, & ſi fuerit initium alicuius ædificij, prolongabit̃, et tardabit̃ eius complementum, ita quòd uix, aut nunquã perficietur: & ſi fuerit aliqua promiſſio alicui facta, tardabit̃ illud promiſſum, & uix aut tardiſſime perficietur, pro illo promiſſario. & ſi minæ factæ fuerint, alicui non feſtinabit earum effectus, uel malæ promiſſiones. Tardant etiam res, ſi fuerint ſignificatores in Sagittario, in Capricorno, in aquario & in Piſce, ſiue domini eorum, ſcilicet Iupiter, & Saturnus ſint tardi ſiue non: ſed ſi fuerint tardi poſtponunt plus. Si uero fuerint in Ariete, uel Scorpione, poſtponunt minus quàm in ſignis prædictis. Si autem fuerint in Leone feſtinant. Si quidem in Tauro uel Libra, fe-

QVadrageſima cõſideratio eſt, ut aſpicias ſi Planeta malus fuerit peregrin⁹, ſiue ſit ipſe ſignificator, ſiue nõ: hoc eſt ut nõ ſit in aliqua ſuarũ dignitatum: quoniã tunc magnificaƚ eius malitia: ſimiliter et malũ quod ſignificauerit, ac ipſi⁹ impedimentũ. Et cũ fuerit in ſuis dignitatib⁹, minuiƚ eius impedimentũ, & refrenat malitiã ſuã in domo ſcilicet aut in exaltatione, uel in termino. In triplicitate uero et in facie, refrenat eã minus. In Haym aũt iterũ min⁹.

COnſideratio 41. eſt, ut proſpicias, ſi mal⁹ Planeta fuerit ſignificator alicuius rei, ſiue alicuius initij, fueritq; in domo, aut in exaltatione ſua, ſiue in termino, uel triplicitate, & in angulis, & in ſuccedenti angulũ, quoniã tũc diceƚ fortis ſicut fortuna.

COnſideratio 42. eſt, ut intuearis, ſi fortuna fuerit ſignificatrix, uel præbuerit ſuũ adminiculũ, alicui ex Planetis, fueritq; in domo, in qua nullã habeat ex dignitatib⁹ ſupradictis: quoniã tunc minuitur eius bonũ, atq; fortuna. Et ſi fuerit in aliqua ex dictis ſuis dignitatibus, perficit rem & auget eius fortitudinẽ, et bonũ, et magnificatur eius fortuniũ.

QVadrageſimatertia cõſideratio eſt, uidere ſi fortunæ atq; mali fuerint ſimul in locis malignis, ſcilicet in aliquo ex impedimẽtis, quæ iam dixi tibi ſuperius et pluries, hoc eſt in domib⁹, in quibus nõ habent teſtimoniũ, & fuerint cõbuſti: quoniã tunc ſignificãt debiliter, quicquid ſignificãt: & ſignificãtes debiles & deſpectibiles: nec poterũt boni ſignificare bonũ: neq; mali malũ, propter nimiã ſui debilitatem: iuxta illud quod dicit Philoſophus, Planetæ retrogrado & cõbuſto, nulla eſt fortitudo in ſignificatione. Vnde dixit Zael, quia Planeta cum fuerit ſub radijs Solis cõbuſt⁹, uel fuerit in eius oppoſitione, erit debilis: quia in hoc loco nulla utilitas: nihil boni eſt bonis Planetis: nec eſt aliquid mali Planetis malis: quoniã fortunę ſignificãt nullũ, uel modicum bonũ, cũ fuerint cõbuſti: mali ſimiliƚ cũ fuerint cõbuſti, paucã uel nullã uirtutẽ habent, ſignificãdi malũ: minusq; impedimentũ poſſunt tunc inferre.

QVadrageſimaquarta cõſideratio eſt, ut proſpicias, ſi Planeta ſignificator, ſiue bonus ſiue malus, fuerit in domo ſua, uel in exaltatione, ſiue triplicitate ſua, ſiue in termino ſuo, uel in facie ſua: ſed facies non eſt tantæ uirtutis, quantæ ſunt aliæ dignitates prædictæ. Vnde oportet, quòd iuuetur ab alia dignitate, ſcilicet lumine, ſiue Haym: quoniam tunc malus refrenatur à ſua malitia, ſicut refrenaƚ equus uitioſus, per frenũ forte, à ſuo uitio, & quicquid in eo eſt ex malitia, cõuertitur in bonũ & fortuna fortificat, & augmẽtat bonũ. Et licet uideatur hoc, quaſi quoddã mirabile: tamen maxima pars philoſophorũ, teſtatur hoc: & ego uidi meis temporibus ſic euenire. Vnde debes cõſiderare omnia hæc quæ dixi tibi, in capitulo iſto; et poteris ſic uere iudicare ſuper illo: non enim Inueni quod falleret.

QVadrageſimaquinta cõſideratio eſt, ut aſpicias ſi mali ſint in angulis aſcendentis, & impediãt aliquem Planetarum à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione: quoniam tunc impedient, et affligẽt magis: & maius erit eorum nocumentum: & maxime ſi mali fuerint in fortiori loco, quàm ſit Planeta, quem ipſi impedierint. Si uero aſpexerint à trino, uel ſextili aſpectu, refrenantur à malo & minuitur eorum malitia, ſimiliter & eorum impedimentum.

QVadrageſimaſexta cõſideratio eſt, uidere Planetam qui fuerit ſignificator, utrum ſit fortuna uel malus: quoniam fortuna, naturaliter ſemper ſignificat fortunam. malus aũt, ſemper naturaliter ſignificat malũ, quod accidit ei propter ſuperfluitatẽ malignitatis ſuę naturę. Vnde oportet te intueri loca Planetarũ ab aſcendẽte, in quib⁹ fuerint: ſi enim fuerit Planeta in ſuo lumine, uel in ſuo Hayz, uel in aliqua ſuarum dignitatum, uel in bono loco ab aſcendente, ſignificat bonũ. ſi autem fuerit bonus, ſignificat maius bonum.

QVadrageſimaſeptima conſideratio eſt, ut conſideres utrũ ſignificator ſit in lumine ſuo, ſcilicet diurnus in die ſuper terrã, & in nocte ſub terra: & nocturnus in nocte ſuper terrã, & in die ſub terra: uel fuerit Planeta nocturn⁹ ſignificator rei alicui⁹, in die ſuper terrã: uel Planeta diurnus in nocte aut fuerit peregrinus ille ſignificator, ſcilicet ut non habeat dignitatẽ in loco, in quo fuerit: uel fuerit cadẽs ab aſcendẽte, ita quòd nõ aſpiciat illud. uel cadens ab angulis: tũc enim eſt impedit⁹, & impedit illud quod habet ſignificare nec poteſt illud perficere.

QVadrageſimaoctaua conſideratio eſt, ut uideas ſi malus Planeta ſit ſignificator, & minetur malum, utrũ Iupiter aſpiciat illũ, uel iungaƚ ei per corpus ſuum: quoniã ipſe franget malitiã ipſius, & uertet eius naturã in bonũ, qualiſcunq; fuerit ille malus: tanta eſt enim eius bonitas, & fortitudo in bono: quoniã ipſe frangit omnẽ malitiam Saturni, & uertit eam in bonũ. Vnde ſi nõ det Saturnus in loco illo bonũ, nec perficiat rem quam promiſit, Iupiter facit eum dare atq; perficere rem, uelit nolit Saturnus: niſi fuerit ipſe Iupiter impedit⁹ ex caſu, uel cõbuſtione, uel retrogradatione. iuuat enim tunc, ſed nõ perficit rem ex toto. Venus uero frangit malitiam Martis, propter nimiã amicitatẽ, quę reperta eſt inter eos, niſi ſit res ualde ardua, ſicut ſunt ſtrepitus armorũ & bellorũ, & effuſiones ſanguinũ. Malitiam aũt Saturni nõ poteſt frangere, ſine adminiculo Iouis: nam tunc frangit malitiã Saturni, ſicut aliàs frangit malitiã Martis: quoniã Saturnus nõ applaudat Veneri aliquo modo: quoniã Saturnus eſt tardus: Venus eſt uelox: ipſe ponderoſus: ipſa leuis: ipſe gaudet in lamentatione: ipſa in delectatione.

QVadrageſimanona cõſideratio eſt, ut cõſideres, utrũ aliquis malorũ ſit alicuius ſignificator, & ſi iungaƚ alteri ex infortunis, quoniã ſi aliquod bonum ſignificauerit, deſtruiƚ bonũ illud. Si uero malum aliquod ſignificauerit, augmentabiƚ, & deteri⁹ fiet, uel mutabiƚ in aliquod maius malũ, ſicut cum dolor circa umbilicũ fact⁹, mutaƚ in hydropẽ ſiccã. Si aũt iungaƚ fortunæ quæ ipſum recipiat, uel ipſe eam, tunc illud malũ deduciƚ in bonũ. At ſi aliqua receptio nõ interueniat, nõ tollitur malũ penitus, ſed mitigatur, ita quòd ſit minus, ſecundũ quòd illa fortuna fuerit diſpoſita, ut poſſible eſt quòd minuatur in tantũ, quòd modicum uidebitur nocere.

QVinquageſima cõſideratio eſt ut aſpicias, dominum aſcendẽtis alicuius rei, atq; Lunã ſi fuerint impediti, uel alter eorum ab aliqua ex infortunis à cõiunctione ſcilicet, uel ab oppoſitione, uel à quarto aſpectu impediƚ res illa ſine aſpectu fortunæ. At ſi aſpexerit tunc fortuna, Iupiter ſcilicet aut Venus, ſiue Sol eum, aut Luna ſoluiƚ malitia illius infortu

næ impedientis, & liberaſ ille cuius dominus aſcendentis fuerit ſignificator, uel Luna, ſi aliquod ſibi periculũ immineret, ex timore immiſſionis illius in fortunæ, etiam ſi aſpectus fuerit tetragonus, dummodo eſt cum receptione. At ſi aſpexerit fortuna ſine receptione à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, uel malꝰ à trino uel ſextili ſine receptione, uel à quarto, uel ab oppoſitiõe, & cum receptione, poſſibile tunc erit quòd liberetur ille cuiꝰ fuerit ſignificator dominꝰ aſcendẽtis, uel Luna ex impedimento, quod uidetur imminere ſibi, ſed conuerteſ in aliud malum æquale priori, uel parum minus, ita quòd non uidebitur illa liberatio profuiſſe ſibi.

Quinquageſimaprima cõſideratio eſt ut aſpicias, utrũ Planeta ſignificator alicuꝰ rei, ſit cadẽs ab angulo, & ab aſcendẽte, nec ſit in aliqua ſuarum dignitatum: nec in aliquo ſuo gaudio, quoniã tunc ſignificat omne malum, & omnem dubitationẽ. & nulla utilitas et nullum bonum, et nulla ſpes erit in re illa, & nihil laudabile poterit ſignificare Planeta talis, & ita diſpoſitus.

Quinquageſimaſecũda eſt, ut cũ tres inferiores ſcilicet Venus, Mercuriꝰ, & Luna, exeũt de ſub radijs, eruentũt ad ortũ ueſpertinũ, ſcilicet ut appareant ueſpere poſt occaſum Solis: quoniã anteq̃ exeant de ſub radijs Solis, et elõgenſ ab eo 12. gradibꝰ, erit fortitudo cuiuſlibet eorũ debilis, & etiã aliorũ, ita ꝙ fortuna parũ poterit prodeſſe: malus ſimiliter parũ poterit nocere. Vnde ſi fortuna profuerit grauiter atq; tarde, ita quòd cũ magno labore cum magna inſtantia, et magna inuolutione deueniet illud proficuum. Et ſi fuerit malus, tarde apparebit illud ſignificatum. In ſuperioribus uero, qui ſunt Saturnus, Iupiter, & Mars, accidunt iſta, cum ipſi exeunt de ſub radijs Solis, ut oriantur mane ante Solem, & appareant ante ipſius ortum.

Quinquageſimatertia cõſideratio eſt, ut aſpicias utrum Planeta ſignificator, ſit ſub radijs Solis, quoniã tunc erit debilis et quaſi nulliꝰ fortitudinis in qualibet re. erũt tamẽ mali aliquantulũ potentiores in malo, quàm fortunę in bono, licet nõ multũ. Tunc enim diciſ eſſe Planeta ſub radijs Solis, quando inter ipſum & Solẽ, ſunt 12. gradus tantũ, uel minus & plus 16. minutis: quoniã cũ fuerint inter Planetam & Solẽ 16. minuta tantũ, uel minꝰ, diciſ eſſe
Zamini. fortis quia eſt tunc in Zamini ſiue in corde Solis, ſicut diximus ſuperius. Cum uero fuerint inter Planetam & Solem plus 12. gradibus, & minus 15. dicitur exiens de ſub radijs ipſius.

Quinquageſimaquarta conſideratio eſt, ut aſpicias utrũ Planeta ſuperior, ſit elongatus à Sole per 12. gradꝰ, uadẽs ad ortũ matutinũ, ut Planeta inferior tantundẽ, & ipſe directꝰ, uadens ad ortũ ueſpertinum, quia tunc diciſ eſſe fortis. Poſtquã uero fuerit elongatꝰ ab eo per 15. gradus, ita ꝙ appareat de ſub radijs Solis, diciſ eſſe fortior q̃ eſſe poſſit in omni re, ſicuti eſt ille, qui exiuit de prælio, deuictis omnibus ſuis inimicis, & quieſcit, & gaudet in ſua uictoria nec timet aliquẽ aliũ, qui inſurgat contra eum, uel qui reſiſtat ei in aliquo. eſt enim tunc hilaris, boni animi, bonæ diſpoſitionis, undiq; beatus.

Cum autẽ Sol inſequiſ tres ſuperiores, fuerintq; inter eos et ipſum minꝰ 15. gradibus, diciſ augmentari eorum debilitas, uſque dum inter ipſos & Solem fuerint ſeptẽ gradꝰ tantũ: et poſtq̃ fuerint inter eos & Solẽ, minus 7. gradibus, uſq; dum ſint in corde Solis, dicunſ eſſe in ultimata debilitate. Debilitas uero trium inferiorũ, eſt in contrariũ illius. Dicitur enim augmẽtari, quando ipſi Solem inſequuntur, & fuerint inter eos & Solem à 15. gradibus, uſq; ad ſeptem gradus: & à ſeptem, uſq; dum ſunt in corde Solis, dicuntur eſſe in ultimata debilitate.

Quinquageſima quinta conſideratio, eſt, ut aſpicias, utrũ Planeta ſignificator ſit peregrinꝰ, quia tunc ſignificat ꝙ ille cuiꝰ ipſe fuerit ſignificator, ſiue ſit in natiuitate, ſiue in quæſtione, ſiue in principio cuiuſcunq; rei, erit callidus, aſtutus, malicioſus, ſciet enim facere bonũ & malũ, & ingenioſe incedere in omnibꝰ actibꝰ quibꝰ uoluerit. erit tamẽ eius intentio pronior ad malum, q̃ ad bonũ. Et ſi fuerit in aliqua ſuarũ dignitatũ maiorũ, in domo ſcilicet aut exaltatione, et fuerit directus. fueritq; in bono loco, ab aſcẽdente, in decimo, uel in undecimo, uel in aliquo aſpectu amicitiæ aſcendentis, tunc ſignificabit bonũ effectũ rerũ quæſitarũ, ſeu incœptarũ, & bonum animũ, & bonã uoluntatẽ nati, ſeu quęrẽtis, ſiue quæſiti. Si autem fuerit in aliqua ſuarũ dignitatum minorum, erit eius ſignificatum infra hoc.

Quinquageſimaſexta cõſideratio eſt, ut aſpicias, ſi planeta ſignificator alicuius rei, cõmiſerit diſpoſitionẽ ſuã alicui Planetæ, utrũ ille receptor illius diſpoſitiõis oriẽtalis an occidẽtalis: quoniã ſi fuerit orientalis, & ipſe de inferioribꝰ, fueritq; directꝰ: uel fuerit occidẽtalis, & ipſe de ſuperioribus, fuerintq; inter ipſum & Solẽ minꝰ 20. gradibꝰ, erit debilis, ut ait Sarcinator, et nõ ꝑficitur quod ipſe iudicauit, uel oſtẽtat. impediſ enim tunc plura tali impedimento, quod eſt ſimile impedimẽto quo impediſ uir, q iam incipit ægrótare, ita ꝙ ægritudo inualuit iam in tantum, quód æger cogiſ iacere: nec poteſt quaſi ſe iuuare ſine alterꝰ adminiculo: & ſicut ædificiũ quod iam incœpit ruere: nec eſt aliquis qui defendat illud ne ruat. Et quãto magis fuerit Planeta longe à Sole, tãto minꝰ impediſ. Et ſi fuerit oriẽtalis, & ipſe de ſuperioribꝰ. Vel fuerit occidentalis, & ipſe de inferioribus, nec fuerit retrogradus, erit fortis & bene aptus ad perficiendũ, quod ipſe indicat, ſicut uir qui fuerit infirmus, & iam eſt penitus liberatus, & reſumpſit omnes ſuas potentias: & ſicut ædificium quod iam ruerat, & nunc eſt refectũ, & nouiter releuatũ, & in omnibus ſuis partibus melioratum: ita eſt de omnibus prædictis Planetis ſic diſpoſitis.

Quinquageſimaſeptima cõſideratio eſt, ut aſpicias Planetã ſignificatorẽ, utrũ ſit in octaua ab aſcendẽte: quoniã ſi fuerit in eo inuentꝰ, fueritq; fortuna, licet nõ opereſ malũ, nõ operabiſ bonũ. Et ſi fuerit malus, operabiſ maiꝰ malũ, q̃ in aliquo ex alijs locis totꝰ figurę, et magnificabiſ eius malitia. Et ſi fuerit quæſtio eundi ad bellũ, nõ cõſulas ei ꝙ uadat tunc, etiã ſi fuerit fortuna, quoniã ſemper eſt ſuſpicandũ malũ, ſcilicet mortẽ, uel ad minꝰ captionẽ: eſt enim locus tenebrarũ & mortis. Si aũt fuerit malus, poteris ei iudicare mortẽ, niſi ipſe ſepareſ tunc à domino octaui, quia tunc poſſet ſignificare uulnera ſeu percuſſiones, ſiue caſum quare uideretur poſſe mori, licet forte poſſet euadere. Et ſi eſſet aliquod iter, & maxime longum, poſſes ei iudicare captionem, uel ſaltem pauorẽ maximum in itinere:

hoc

hoc ſemper intellecto, ſi ſeparetur à domino octaui: & intellecto ſimiliter, quòd malus ita diſpoſitus ut dixi, ſemper operetᷓ maius malū, quàm fortuna.

QVinquageſimaoctaua conſideratio eſt, ut aſpicias, utrū Planeta ſignificator ſit fixus in ſigno in quo fuerit inuētus. Et dixit Zael quòd Planeta nō dicitᷓ fixus in ſigno, niſi perābulauerit in eo per quinq; gradus. Mihi aūt uidetur, quòd ex quo perambulauerit Planeta unū gradū integrū de ſigno, quòd ſit firmus in eo: ipſe tamē dixit ad maiorē euidentiam, & dixit q; Planeta nō dicitur cadere ab aſcendēte, niſi elōgetur ab eo per quinq; grad⁹. Verbi gratia, erat aſcendēs nouē gradus Arietis, & Planeta erat in quinto gradu eiuſdem Arietis. Dicit ibi Ptolemæus, & dicunt multi alij ſapientes, quòd talis Planeta eſt in angulo, quibus omnibus ego aſſentio. Quidam uero alij uoluerunt, quòd Planeta diceretur eſſe in angulo, cum eſſet in ipſo gradu aſcendētis, uel uno gradu ante, uel duobus poſt. ſed eorū intētio fuit in reuolutionibus annorū & quia uoluerūt eſſe ita certi, quòd in aliquo decipi nō poſſent. Ego tamen probaui, quòd Planeta eſſet in angulo, uſq; prope complementū quinq; graduū, ultra cuſpidē cuiuſuis anguli: nam dum quodā anno ego inueſtigarem reuolutionē ipſius anni, inueni Martem in quinto gradu ultra cuſpidem anguli terræ, & erat in Capricorno, & erat eius latitudo meridiana, & illud ſignificabat interiectionē Imperatoris Romanorum & ſignificaui tunc illud ei erat enim ipſe tunc Groſſeti, et ego Forliuij fueruntq; inuenti Pandulfus de Faſenella, et Theobaldus, Franciſcus, & plures alij de ſuis ſecretarijs, feciſſe coniurationem ut interficerēt eum, & nullus ſuorū aſtrologorum inuenit hoc, quia non credebant, quòd Mars eſſet in angulo: tranſiuerat enim cuſpidem anguli per quatuor gradus, & 58. minuta ſecundū eorum opinionē. poſtquā uero Planeta fuerit elongatus à cuſpide, ſiue à linea alicui⁹ anguli, per quinque gradus dicitur cadens ab angulo.

QVinquageſimanona conſideratio eſt, ut aſpicias, utrum Planeta ſignificator, ſit poſt lineam anguli per 15. gradus, nec ultra dicitur enim eſſe in angulo æque bene, ut ille qui eſt recte in angulo, ſecundum quòd uiſum eſt Zaeli. Ab inde in antea dixit, quòd non erat in angulo. & dixit, quòd non erat ei fortitudo in angulo ultra 15. gradum poſt angulum. Verbi gratia, erat aſcendēs quartus gradus Tauri, uſq; in finem eius, erat poſt angulū: ſed quicunq; Planetarum erat ab ipſo quarto gradu Tauri, uſq; in 19. gradum eiuſdem, erat in angulo: quicunq; uero erat ultra 19. gradum, non erat in angulo. Ptolemæus uero uidetur uelle innuere, licet non dicat expreſſe, quòd omnis Planeta qui fuerit ante angulum per quinq; gradus, & poſt ipſum uſque in 15. gradu, ſit in angulo. Zael uoluit extrahere dubium, ne illa multa elongatio Planetæ ab angulo, impediret negotium. Ptolemæus uidetur uelle, à quo ego non diſſentio, quòd nulla pars alicuius domus, remaneat expers uirtutis. Mihi autem uidetur, nec credo in caſſum, quòd omnis Planeta, qui fuerit in aliqua domo, dicatur & ſit in domo illa, in qua fuerit inuentus à principio ipſius domus, uſque in finem eius. Et ob hoc dico in domo, & non in ſigno, quoniam una domus aliquando comprehendit plus uno ſigno: aliquando minus uno ſigno. Ridiculum enim eſſe uidetur, quòd aliqua pars alicuius domus remaneret ocioſa, uel expers uirtutis.

SExageſima cōſideratio eſt ut aſpicias, utrum Planeta ſignificator, ſit in ſigno fixo, uel communi, ſeu mobili: quoniam in ſigno fixo, ſignificat fixuram & ſtabilitatem, atq; rei durabilitatem incœptæ ſeu incipiendæ, uel de qua facta fuerit interrogatio. Cum fuerit in ſigno communi, ſignificat mutationem, & reiterationem rei iam incœptæ, uel incipiendæ, uel de qua fit interrogatio: & quòd res illa ſoluetur, & iterum incipietur: uel quòd alia res commiſcebitur cum illa, & applicabitur ei: uel accidet de ipſa re aliquid alterationi, ſeu reiterationi ſimile. Vnde in rebus quarum alterationem deſideramus, ſicut ſunt emere, uendere, atq; ſimilia facere debemus, ponere Planetam ſignificatorem, & Lunam, uel ſaltem alterum eorum in ſigno communi. Et cum fuerit in ſigno mobili, ſignificat citam mutationem ſeu alterationem rei, uel iam incœptæ, uel incipiendæ, uel quærendæ, uel qualiſcunq; ſit. & eius citum complementum, atq; finem uelocem, ſiue bonum ſignificauerit, ſiue malum. Vnde in rebus quarum citum finem deſideramus, debemus ſignificatores ponere in ſignis mobilibus. In rebus uero quarū cupimus durabilitatem, & longam fixionem, debemus ponere ſignificatores in ſignis fixis. In illis quarum cupimus mediocritatē, debemus ponere ſignificatores in communibus: idem intelligas de natura Lunę ſemper, ſi unquam facere potes. Et iterum repilogo tibi, quòd ſigna fixa ſignificant fixionem, durabilitatem, & unitatem. communia, ſignificant pluralitatem: mobilia, mutationis celeritatem.

SExageſimaprima conſideratio eſt, ut aſpicias, utrum dominus aſcendētis, uel Luna, ſit cum Capite, uel Cauda draconis: quia tunc ſignificat impedimentum in omni re.: & ueniet impedimentum à cauſa, uel ex cauſa, quæ ſignificatur per illam domum, in qua fuerit coniunctio illa ſignificatoris, uel Lunæ, cum capite ſcilicet, uel cauda. Et non nocet alia cōiunctio Capitis uel Caudæ, niſi corporalis, quoniam non habent aſpectum neque oppoſitionem. Et eſt deterius quando ſignificator, uel Luna uadunt ad eos, quàm cum recedunt, ut aliàs dicitur: quando enim uadunt ad eos, tunc ſignificant ultimatum malum, ſicut accidit illi qui eſt in naui, quando ipſa periclitatur, & frangitur in pelago, quoniam tunc non eſt ei ſpes. Sed quando ipſi recedunt ab eis, eſt ſicut quando nauis iam periclitata eſt: quia poteſt aliquis nauigantium adhærere alicui rei, ligno ſcilicet, uel ſcoreo, & ſimilibus quod dat ei ſpem euadendi, & aliquando euadit. Et eſt ſciendum, quòd quando ſignificator rei, uel Luna uadit ad Caput, augmentatur malitia: & eſt maior quàm cum recedit ab eo, quoniam eius natura eſt augmentare. Et quando uadit ad Caudam, non eſt malitia ultimata ex toto, ſicut quando eſt in ſeparando ſe ab ea, ſcilicet infra unum gradum. ab uno gradu in antea, non eſt eius malitia tanta, quā ta eſt infra illum gradum, licet ſit multa. & ab uno in tres, dicitur ſatis minor. & à tribus in quinque, dicitur iterum minor. & à quinque in ſeptem,

dicitur pauca.& à ſeptem uſque in nouem, dicitur paucior.& à nouẽ in duodecim, dicit quaſi nulla.

S Exageſimaſecunda conſideratio eſt ut aſpicias, utrũ Luna ſit uacua curſu, euacuatio enim curſus ſignificat, quòd res de qua quærit, uix aut nunquam poterit perfici, aut peruenire ad bonũ finẽ. Et ſi perfecta fuerit, perficiet cum labore, ſimiliter & cum anguſtia, & triſtitia, niſi dominus aſcendentis, ſeu ſignificator rei fuerit ualde boni eſſe: quoniam ſi ſic fuerit, licet impediat, nõ tollit rem ex toto. Poteſt tamen quis uti quiete, ſcilicet potationibus, balneationibus, comeſtionibus, & ſimilibus, cum Luna fuerit impedita. Eſt ſimiliter bonum uti Ancra, maxime cũ ipſa fuerit in Scorpione, quod eſt quoddã unguentũ extirpãs pilos, quod Latine dicitur Pſilotrum: uulgariter tamẽ dicitur ſconapotũ.

S Exageſimatertia cõſideratio eſt ut aſpicias, utrũ Luna ſit longe à coniunctione malorũ, tantũ q̃ nõ proijciat radios ſuos, ſuper radios mali, nam ſi ſic fuerit, tunc ſignificat bonum euentũ rei, de qua quæritur, uel quæ ſit, et eo melius ſi ipſa proijcit radios ſuos, ſuper radios alicu⁹ fortunę: et multo fortius, ſi domin⁹ aſcendẽtis, ſeu ſignificator rei, fuerit boni eſſe. Si aũt non fuerit bene diſpoſitus, minuetur illud bonũ ſignificatũ: non tamen tolletur penitus, quin remaneat ex eo aliqualis bona pars.

S Exageſimaquarta cõſideratio eſt, ut aſpicias utrum Luna ſit in Cancro, uel in Tauro, uel in Sagittario, ſiue in Piſcibus: quia ſi ſic fuerit ſignificat bonũ, in rẽ de qua agit, ſi ſit iũcta malis, licet nõ ſit iũcta fortunis, nec nocet ei euacuatio curſus in hoc caſu, in illis locis tantũ, quantũ in alijs, dum modo ipſa non ſit cõbuſta: nõ enim ꝓſunt ei loca illa tũc.

S Exageſimaquinta cõſideratio eſt ut aſpicias, utrum dominus ſeptimi ſit impedit⁹ an nõ: quia cum fuerit impeditus, ſignificat impedimentum rei quæſitæ: unde oportet te tunc differre iudiciũ, ſi unquam potes, et cõſiderare, atq; modis omnibus perſcrutari, quibus unquã potes, ut uideas unde illud impedimentũ poſſit euenire: tum ex coniunctione domini ſeptimi, cum Planetis: tum ex eius ſeparatione ab eis. Similiter ex Luna, quia uix fiet tunc quin tu inuenias cauſam impedimenti, unde ipſa ueniat: poteris enim poſtea tutius iudicare.

S Exageſimaſexta conſideratio eſt, ut aſpicias in quæſtionibus, & in omnib⁹ quę facere intendis, quando mali Planetæ minant aliquid mali, ſi locus ille in quem ceciderũt illæ minæ, fuerit dignitas alicuius fortunæ & uide ſi illa fortuna tunc aſpexerit locũ illũ, à trino uel ſextili aſpectu: quoniã auferet totũ illud malũ, & annihilabit illud penitus. Si uero aſpexerit à quarto aſpectu, auferet de illo malo, & minuet illud, licet nõ tollat ex toto: minuet forte medietatẽ, uel parũ minus. Si uero ab oppoſitione aſpexerit, auferet de ipſo iterũ, minus forte quartam partẽ, uel quintã, uel ſextã, uel ad minus octauam. Si aũt non aſpexerit, eueniet malũ, ſecundũ q̃ minatus fuerit malus ille impediẽs: & eueniet à bonis hominibus, & iuſtis, qui nõ utuntur malitijs. & accidet hoc forte, quia illi iuſti faciunt atteſtationẽ cõtra illũ, qui quęrit, dicendo ueritatẽ cõtra ipſum: qua de cauſa ipſe patiet damnũ, ſeu detrimentũ, uel forte à iudice, uel præſide q iudicabit cõtra ipſum, propter iuſtitiã. Si aũt fuerit locus ille dignitas alicuius infortunæ, eueniet illud malũ ab hominibus iniuſtis. & qui nõ utuntur iuſtitia, neq; ueritate, ſed ſunt homines ſcelerati, qui ferent forte atteſtationem contra ueritatẽ, ſiue atteſtatio illa ſit ueritatis, ſiue ſit falſitatis, erit talis ſicut dixi: uel fiet ei à malo rectore, ſeu iudice, atq; ſcelerato: etiam ſi iuſte iudicet in re illa: tamen erit talis quantum eſt in ſe: nec erit homo amans, nec timens, nec colens deum.

S Exegeſimaſeptima cõſideratio eſt ut aſpicias, in quæſtionibus ſeu in aliquib⁹ principijs, utrũ ſit aliqua eclipſis futura prope illam quæſtionẽ, ſeu illud principiũ, quæ diſtet à ſignificatore illius rei, ſiue à Luna min⁹ 12. gradibus: quoniã illa eclipſis inferet damnũ, & malũ quærenti, atq; rei quæ debuerit incipi, niſi ibi fortuna, quę habeat dignitatẽ in loco illo, quia tũc minuit malitia illa. Verũtamẽ oportet te aſpicere, ſi nõ fuerit ibi fortuna: quis & quomodo aſpiciat locũ eclipſis: quoniã ſi fortunæ aſpexerint, augmentabit illud malũ: ſi uero mali aſpexerint minuet, quod uidet quaſi quoddã mirabile.

S Exageſimaoctaua conſideratio eſt ut aſpicias, in quæſtionib⁹ ægrorũ, ſiue in principijs ægritudinum, utrũ dominus ſeptimi ſit liber, & ipſum ſeptimum ab impedimẽtis, an nõ: quoniã ſi fuerit liber à malis, ita quòd non ſit impeditus ab aliquo ipſorum, tunc poterit ſe infirm⁹ ſecure cõmittere, curæ medicorũ: proderũt enim tunc ſibi medicinæ. Si quidem ſeptima, et eius dominus fuerit impedit⁹, dixit Ptolemæus quòd tunc eſt remouendus medicus ab infirmo: nõ enim proderũt ſibi medicinæ, neq; curæ medicorũ: quoniã ſeptimũ ſignificat medicinã, ut Zael ait: uel forte cronicabit ægritudo. Idem potes dicere, ſi fuerit prædictũ impedimentũ, in hora principij curationis alicuius ægritudinis.

S Exageſimanona eſt ut aſpicias, in quęſtionib⁹ itinerũ, ſeu in eorũ principijs, uel etiam aliarũ rerum, utrũ ſignificatores aſcendẽtis et domus ſignificantis rem quæſitã, ſiue inceptã, uel incipiendã, ſint æquales in fortitudine ſeu debilitate: quoniam nõ poteris tunc iudicare ſecure: oportebit enim te tunc uidere dominũ cõiunctionis, ſeu præuẽtionis, prout res fuerit cõiunctionalis ſeu præuẽtionalis, quæ fuerit ante rem, de qua tu agere intendis, & ſecundum illud iudicabis. Quod ſi iterũ domin⁹ coniunctionis, ſeu præuentionis, et dominus rei quæſitę, fuerint æquales, nõ poteris ſecure iudicare: reuertaris tũc ad Lunã, & uide cui prim⁹ ipſa iungat & ſecundũ illud poteris iudicare, quæ ſi nõ iungat alicui in ſigno, uel à ſigno in quo ipſa fuerit, mutabis ipſam à ſigno in quo eſt, & uide cui primo iungat in ſigno, uel à ſigno in quod intrauerit, poſt exitũ ſuũ ab illo, in quo erat tẽpore quæſtionis ſeu principij nominati, & ſecundum illud iudicabis. Et hoc eſt tale capitulũ, q̃ te oportet illud bene cõſiderare.

S Eptuageſima cõſideratio eſt ut aſpicias, quandã aliam rem occultã, ſcilicet quę nõ bene ſcrutat ab aſtrologis: & aliquãdo, immo pluries nocet eis multum, hoc eſt, quòd uideas in quæſtionibus, ſeu rerum principijs utrum dominus coniunctionis, ſeu præuentionis, quæ fuit ante illam quæſtionem, ſeu ante illud principium, ſit in aliquo angulorũ illius rei quæſitæ, uel inceptæ: quoniã ſignificabit tunc quòd res illa perficietur, & fiet niſi ſteterit per quęrentem, ſeu incipientem niſi deus reſtiterit: etiam

ſi non

ſi nō uideatur per alios ſignificatores quòd debeat perfici: quòd ſi non ſic fuerit, ſed fuerit ſu ſuccedentibus, & alij ſignificatores dominus ſcilicet aſcendentis, & dominus rei quæſitæ, ſimiliter & Luna, uel alter eorū adiuuerit, fiet res cum facilitate: & ſi fuerit in cadentibus, uix unquam fiet, etiam ſi alij ſignificatores uideanť fauorabiles: ꝙ ſi nō fuerint fauorabiles, uel ſaltē duo ex eis nunquā perficietur.

SEptuageſimaprima conſideratio eſt ut aſpicias, in quæſtione quæ tibi facta fuerit de aliqua re, uel ſi uoluens facere aliquod principium, ſiue iter fuerit, uel quoduis aliud, utrū ſignificator cadat inter aſcendens & duodecimā, quoniā tunc ſignificabit tempus durabilitatis. quando res debeat fieri. & ſi fuerit facta, quantū debeat durare, et erūt dies uel horæ. Si aūt fuerit inter duodecimā & decimā, ſignificabit medietates hebdomadarū. Si uero fuerit inter decimā & ſeptimā, ſignificabit mēſes, uel ſeptimanas. Si autem fuerit inter ſeptimā & quartam, ſignificabit annos. Et ſi fuerit inter quartam & aſcendens, ſignificabit medietates annorum.

SEptuageſimaſecunda cōſideratio eſt ut aſpicias, utrum quæſtio ſit de itinere, uel ſit principium alicuius itineris, & ſi Luna fuerit tunc impedita, quia non erit iter tunc faciendum. Si uero non poterit fieri, quin fiat iter, pone illum qui impedient Lunam, dominum aſcendentis.

SEptuageſimatertia cōſideratio eſt, ut aſpicias in quæſtionibus, utrum quæſtio ſignificet bonum uel malum, & uideas ſi bonum ſignificauerit, & fortunæ aſpexerint ſignificatorem quæſtionis, uel Lunam: quoniam tunc augmentabitur illud bonum. Si autem aſpexerint mali, minuetur. Si uero ſignificauerit malum, & fortunæ aſpexerint, minuetur illud malum. Si autem aſpexerint mali ſignificatorem, aut Lunam, augmentabitur malum & deterius fiet.

COnſideratio 74. eſt ut aſpicias, utrum Planeta ſignificator ſit in ſtatione ſua prima, uolens retrogradare: quia tunc ſignificat inobedientiam, & quòd res de qua fit interrogatio non fiat nec perficiatur, etiam ſi uideatur debere perfici. Et ſi fuerit tunc incœptū aliquod opus, ſeu ædificiū non complebitur. Et ſi talis ſignificator ita diſpoſitus, fuerit tunc ſub terra, non eleuabitur illud ædificium, quod dicatur eleuatū, uſꝗ ad 30. annos, nec tamen complebitur tunc. Et ſi tunc fuerit eleuatū parum, eleuabitur uſꝗ ad alios 30. annos. Et ſi tunc non fuerit completum, non complebitur uſꝗ ad 90. annos, à die ſui primi principij: quòd ſi tunc non fuerit completum, non complebitur in æternum: niſi forte dominium transferatur ad extraneos, & non conſuetos poſſeſſores. Et cum fuerit in ſtatione ſua ſecunda, uolens dirigi, ſignificat quòd perficietur res, cū tarditate tamē & inuolutione atꝗ duricia, & grauitate atꝗ ſtudio, & ſolicitudine magna. Et ſi aliquod ædificium fuerit tunc incœptū, complebitur, licet non ita cito ſicut crederetur à principio: dummodo ſignificator non ſit ſub terra: quia tunc non perficiet ædificiū, ille qui incipit illud, nec etiam eleuabit illud multū ſupra terram. Et hoc intelligas, quia Planeta in ſtatione ſecunda quando uoluerit dirigi, ſignificat aptationem, & renouationem, & directionem, ac fortitudinem cuiuſlibet rei. Sed in prima quando uult retrogradare, ſignificat diſſolutionem & grauitatem, atque deſtructionem cuiuſlibet rei. Intellige bene omnia hæc, quoniam ſæpiſſime uenient tibi præ manibus.

COnſideratio 75. eſt ut aſpicias, utrum Luna in aliqua re, quam facere quis intendit, ſit impedita ab aliquo Planetarum, qualiſcunque fuerit quæſtio, uel qualecunꝗ ſit principium, quoniam quicquid tunc fuerit factum, ſiue incœptum, erit impeditum. Veruntamen ſi Luna fuerit in bono loco ab aſcendente, ita quòd aſpiciat illud aſpectu laudabili, trino ſcilicet uel ſextili: & ille qui Lunam impedierit, aſpexerit aſcendens, aliquo prædictorum aſpectuum, minuetur impedimentū, nec tantum nocebit: & forte tollet ex toto, ſecundum quòd ille impediens fuerit bene diſpoſitus, ita quòd non ſit cadēs ab angulis, nec ab aſcendēte, ut dixi: nec fuerit in caſu ſuo, ſcilicet in ſeptimo à domo ſua. Immittet enim tunc timorem, pluſquam inferat nocumentū.

Zael uero uidetur uelle dicere, quòd ſi malus impediens fuerit, cadens ab aſcendente, uel fuerit retrogradus, tunc imminit timorem ex parte quærentis, uel incipiētis. Ego tamen memini, & timui ſemper impedimentum Lunæ præ cæteris impedimentis, nec memini me uidiſſe bonū finem alicuius rei, in qua Luna fuerit impedita: quia in itineribus, ſi iter fuerit ad bellum, timui de perſona itinerantis ad illud. Si autem fuerit ad negociationem, uel ad aliud ſimile, timui anguſtiam, & iram, atꝗ triſticiā in itinere, cum amiſſione ſubſtantiæ.

COnſideratio 76. eſt ut aſpicias, à quo Planetarum ſeparetur Luna, & cui iungatur: quoniam ille à quo ipſa ſeparatur, ſignificat illud quod iam fuit. Ille uero cui ipſa iungiť, ſignificat illud quod futurū eſt, ut alias dicitur. Quod ſi ſeparetur à malo, & iungať bono, ſignificat quòd illud quod iam fuit, non fuit bonum, immo fuit res mala, & impediens interrogantem: & illud quod futurum eſt, erit bonum, & res de qua gaudebit interrogans, & quod erit ſibi utile. At ſi ſeparetur à bono, & iungatur malo, fuit res bona à principio, ſed finis erit malus. Siquidem ſeparetur à bono, & iungatur bono, res illa fuit bona, & eſt bona, & finis eius erit laudandus. Si uero ſeparetur à malo, & iungatur alteri malo, res illa fuit mala, & eſt mala, & malus erit eiuſ finis.

COnſideratio 77. eſt ut aſpicias, utrū domin⁹ aſcendentis alicuius interrogationis, uel alteri⁹ cuiuſuis rei, uel Luna fuerit in oppoſitione domus ſuæ, hoc eſt Luna in Capricorno Mercurius in Sagittario uel Piſce, Venus in Scorpione, uel Ariete. Sol in Aquario. Mars in Tauro uel Libra. Iupiter in Geminis aut Virgine. Saturnus in Cancro, uel Leone: quoniā tunc domin⁹ interrogationis, uel cuiuſuis alterius rei, erit abhorrēs cauſam de qua interrogat, ſeu de qua agitur, nec erit res in qua ipſe delectetur, uel quam ipſe affectet quod perficiatur & uidebitur potius quòd ipſe nolit eam perfici, quàm quòd uelit quòd perficiatur uel fiat.

COnſideratio 78. eſt ut aſpicias ſignum, quod ſignificat rem illam de qua fuerit interrogatio. Prima enim ſignificat perſonam. ſecūda ſignificat ſubſtātiā. tertia ſignificat fratres, quarta ſignificat patres &c. ut dictum eſt ſupra, in tractatu de 12. domibus

mibus & uideas domum illius, & ſecundum quod oſtẽderit tibi de re quã ſignificauerit, ſecundũ illud iudicandũ eſſe poteris æſtimare, omnibus & ſingulis alijs, quæ tibi dixi, diligenter inſpectis.

Conſideratio 79. eſt, ut aſpicias utrum Planeta ſignificator, ſeu Luna iungatur bonis uel malis Planetis, ſiue per coniunctionem, ſiue per aſpectũ. Et hoc eſt tibi diligenter inquirendũ, quia coniunctio Solis corporalis, eſt maius infortunium, quod poſſit euenire Planetis.

Conſideratio 80. eſt, ut aſpicias in quo ſigno ſit ſignificator rei quæſitæ à domo ſua, utrũ in eodem, aut in 2. uel in 3. aut in 4. uel in 5 aut in 6. ſiue in 7. uel 8. ſiue in 9. ſeu in 10. ſiue in 11. uel 12. quia ſecundum ſignificatũ illius ſigni in quo fuerit à domo ſua, ſecundum illud iudicabis, ſicut iudicares de aliquo Planetarum, exiſtente in aliqua domorũ ab aſcendente.

Conſideratio 81. eſt ut aſpicias, utrum Planeta ſignificator ſit in angulo uel in ſuccedẽti, aut in cadenti, quia quantumcunq; ſignificator fuerit magis prope lineã anguli, tanto magis erit fortior. Et quantũcunq; fuerit remotior ab eo, tanto magis erit min⁹ fortis: & ita in ſuccedenti. Et quantũcunq; fuerit magis prope lineã domus cadẽtis ab angulo, tanto magis erit debilis. Et quantumcunq; fuerit remotior ab ea, tanto magis erit minus debilis.

Conſideratio 82. eſt ut aſpicias, utrũ Planeta ſignificator alicuius rei, accipiat diſpoſitionẽ ab aliquo Planetarũ, fortuna, ſiue infortuna: quia ſi receperit diſpoſitionẽ à fortuna, ſignificat bonũ: et eo melius ſi fortuna illa fuerit boni eſſe, ac bene diſpoſita. Si aũt non fuerit bene diſpoſita, erit infra hoc. Si uero fuerit impedita, erit iterũ magis infra hoc. Si quidem ab Infortuna, receperit diſpoſitionẽ, ſignificat contrarium: & eo fortius, ſi illa infortuna fuerit impedita. Si autem non fuerit impedita, erit aliquid infra hoc. Si quidem fuerit bene diſpoſita, minuetur iterum plus de malitia illa.

Conſideratio 83. eſt ut aſpicias utrũ fortunæ & infortunæ ſunt æquales in quæſtione, ſeu quauis alia re: quia tunc non ſignificabuntur aliquod cõtractum iudiciũ, bonum ſcilicet aut malũ, nec adducet res illa de qua tunc agitur lucrũ, neq; damnũ.

Conſideratio 84. eſt ut aſpicias, ſi fortunæ fuerint fortiores In quæſtionibus, quàm infortunæ, quoniã ſi utriq; fuerint fortes, & fortunæ præualuerunt in fortitudine, ſignificabunt aliquale bonum, quaſi mediocre: ſi uero præualuerint infortunæ, ſignificabunt aliquale malum quaſi mediocre.

Conſideratio 85. eſt ut aſpicias, utrum pars fortunæ cadat in bono loco in figura, an in malo angulo, ſcilicet an in ſuccedẽti, ſeu in cadenti. Et uide quomodo aſpiciatur, & à quo, utrum à fortuna uel ab infortuna: & utrum recipiatur ab illo, à quo aſpicitur an nõ: quoniã quæſtiones uidentur aliquando bonæ, & pars fortunæ cadit in malũ locum, quod debilitat multũ quæſtionẽ, & minus utilem eam reddit, ſperabit enim interrogator de re bonum & nõ ueniet ei ita, ſicut quæſtio uidetur oſtendere. Minuetur enim bonum, quod uidebatur quæſtio ſignificare propter partem fortunæ, exiſtẽtem in malo loco figuræ, uel iunctam malo Planetę. Et aliquando uidebitur quæſtio minari malum, et pręnunciare illud: tamen ſi pars fortunæ fuerit in bono loco figuræ, fueritq; iuncta bono Planetæ per corpus, uel per aſpectũ, qui recipiet eam, minuet illud malũ, & nõ tantũ accidet ex eo quærenti, quantum uidebatur quæſtio minari.

Conſideratio 86. eſt ut aſpicias in omni quæſtione, ſeu itinere, ſiue natiuitate, uel quocũq; alio principio, utrũ aliquis malorũ aſpiciat ſignificatorem, & uideas ſi ambo fuerint retrogradi, & cadentes, & peregrini, & in ſignis cõtrarijs ſuæ naturę penitus, tunc inferũt tale contrariũ, & tale nocumentum, quod nunquã poterit euitari, nec poterit illud aliquis auertere, niſi ſolus deus faciat illud: & erit quaſi quoddã magnum miraculũ, ſi euaſerit ille cui periculũ imminebit. Et ſi natus fuerit aliquis re ita exiſtẽte, in perpetuũ erit mendicus, & pauper, & indigens cibi uentris ſui, & nunquã poterit ſe tantũ fatigare, quòd ipſe poſſit euitare mendicitatẽ. Et ſi fuerit ædificata tunc domus, nunquã gaudebit aliquis in ea, nec pecuniam cõgregabit, quę ſibi proſit: & ſæpe uenient ei contraria, quibus eius bona delebuntur, & euaneſcẽt, & in nihilũ deuenient. Et ſemper quandocunq; credet aliquod ſuum negotium melius directum, & pòſt deuenire ad bonũ finem, & optatum, tunc potius deſtruetur & dirimetur, niſi diuina bonitas ſe interponat.

Conſideratio 87. eſt ut aſpicias nouenariũ Lunæ, quod eſt res multũ obſeruanda: quoniã impedit aſtrologum plures, ne poſſet bene intueri ueritatem, & fallit aliquando iudicando, neſciens cauſam quæ facit eum fallere.

Conſideratio 88. eſt, ut cõſideres Planetã à quo ſeparatur Luna, qualiter ſit diſpoſitus, quoniã ille habet ſignificare, quod iam fuit, ut dictũ eſt ſuprà. Et uideas, cui nunc ipſa eſt iuncta, ita quòd non ſit inter eos diſtantia plus 5. minutorũ: quoniã ille habet ſignificare, quod præſentialiter eſt, ſecundum quòd ipſe fuerit diſpoſitus. Videas etiam, cuius coniunctionẽ ipſa petit, uel cui primo iungetur poſt ſeparationẽ ab illo, cui nunc iuncta eſt, quoniam ille ſignificabit, ſecundũ quòd ipſe fuerit diſpoſitus illud, quòd in re futurum eſt.

Conſideratio 89. eſt ut aſpicias duodenariã Lunæ, quæ eſt etiam res ualde obſeruanda in multis iudicijs, plus etiam quàm prædicta, quoniã maiora pericula poſſunt inde ſuperuenire, & de ſubtiliſſimis cõſiderationibus aſtrologorũ & inuſitatis, quæ à multis propter pigritiam potius quàm propter ignorantiã, & plurimũ male ſeruatur. unde cadunt aliquando in ignominiam laicorũ, propter timorem laboris quam nolunt ſuſtinere.

Nonageſima cõſideratio eſt ut aſpicias, in quæſtionibus, ſeu natiuitatibus, uel itineribus, uel quibuſcunq; alijs rebus ſiue principijs, utrũ domini domus in qua fuerit Sol, & domin⁹ domus in qua fuerit Luna: & dominus aſcendẽtis, ſint oriẽtales, & in angulis, licet hoc raro cõtingat, & aſpiciãt ſe inuicem ex bonis locis, et ex bonis aſpectibus, & laudabilibus, trinis ſcilicet, uel ſextilibus: quoniam tunc ſignificant maximũ fortunium, et maximum bonum, & ultimatum profectũ, in omni re qualiſcunq; fuerit. Si uero non fuerint omnes ita diſpoſiti, ſed pars eorum ſignificabit bonũ ſecundũ illam partem, pro qua ſic diſpoſiti fuerint.

Nona-

NOnageſimaprima conſideratio eſt ut aſpicias in quæſtionibus, ſeu nan uitatibus, uel in alijs rebus qualeſcunq; fuerint, utrũ Mars ſit in aliquo angulorum illius figuræ, maxime ſi anguli fuerint ſigna fixa: & ſpecialiter ſi Scorpio fuerit prima domus: quia tunc deſtruit Mars omne bonũ, quod ſignificatur per illam quæſtionem, ſeu per illam figuram. Et ſi non penitus deſtruit, multũ impedit, & diminuit illud: niſi forte Iupiter aſpiciat tũc Martem à trino, uel ſextili aſpectu, quoniã tunc minuitur malitia Martis, & mitigatur propter aſpectum Iouis, ſecundum tamen quòd Iupiter fuerit diſpoſitus in fortitudine, uel debilitate ſua.

NOnageſimaſecunda cõſideratio eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, ſiue in quæſtionibus uniuerſalibus, uel in quæſtionibus de morte: & uideas ſi domin⁹ domus mortis, ſiue ſignificator mortis, ſeu dominus dom⁹ in qua fuerit domin⁹ domus mortis, iuerit ad ſignificatorẽ nati, ſeu quçrẽtis, uel ipſe ad eum: quoniã ille Planeta ſic diſpoſitus efficit interfector, & interficit tam ſi fuerit fortuna quàm ſi fuerit infortuna, ſiue receptio interueniat ſiue nõ.

NOnageſimatertia conſideratio eſt, ut aſpicias ſi fuerit quæſtio de re quam aliquis uult petere ab alio, uel fuerit res quam uelit fodere, ſeu extrahere de loco abſcondito uel occulto, utrũ ſignificator quærẽtis, uel rei quæſitæ, aſpiciat Saturnũ, uel iungatur ei per corpus, uel ſit Saturnus in domo rei quæſitæ, quoniã uix fiet tunc quod quærit interrogator, & grauiter extrahetur res abſcondita de loco in qua fuerit, & cum labore maximo, & inuolutione, atque cum tarditate, etiam ſi uideatur quòd debeat res de qua quæritur uelociter fieri, & cum facilitate, & ut multum, poſtquam putauerit interrogator rem directam, impedietur & tardabitur, plus quam ipſemet credet.

NOnageſimaquarta conſideratio eſt, ut aſpicias in quæſtionibus ſiue in alijs principijs, utrum ſignificator rei quæſitæ, ſit cadens ab aſcendẽte, uel ab alijs angulis, uel à domo rei quæſitę, uel ab eius domino, uel ſit retrograd⁹ uel in malo eſſe cum Sole, uel ſit in domo rei quæſitæ Planeta cadẽs, uel retrogradus, uel in malo eſſe cum Sole, ſiue in malo loco ab eo, uel in mala diſpoſitione cum ipſo, quoniam iſta ſignificant impedimentũ rei, etiam ſi quçſtio aliter uideatur eſſe bona.

NOnageſimaquinta cõſideratio eſt, ut cõſideres utrum Planetæ ſignificantes rem quæſitã, iungantur ad inuicẽ: quoniã illud ſignificat ipſius rei perfectionẽ: noli tamen iudicare tranſacte rem per fecturam, niſi tu uideas & cõſideres bene naturã ſigni, in quo ipſi iungũtur, utrũ ſit de natura ipſorũ, quoniã ſi ex natura eorũ fuerit, perficietur res cum facilitate, atq; alacritate quærẽtis. Si uero non concordauerint Planetæ in natura cum ſigno, nõ perficietur res de facili, immo uix aut nunquã. Et ſi perfecta fuerit, erit hoc cũ labore atq; ſolicitudine maxima quærẽtis: etiam ſi uideatur aliàs leuiter debere perfici. Et ſi concordauerint, fiet res cum minori labore, tamen non multum leuiter.

NOnageſimaſexta cõſideratio eſt, ut aſpicias in quæſtionib⁹, quæ uident oſtẽdere q; res de quibus fiunt quæſtiones debeãt perfici: utrũ ſignificator rei & Luna, ſint in angulis, & fuerint remoti ambo à cuſpidibus angulorum, plus 25. gradibus: quoniã habet ſignificare hoc, quòd nõ perficietur res illa, etiam ſi uideatur directa. Si uero unus eorũ tantum fuerit remotus ab angulo, ut dictũ eſt, dominus ſcilicet ſignificãs rem quçſitã, uel Luna, & alter non fuerit remot⁹, perficietur res licet cum difficultate, niſi forte eſſet iter, quoniam illud nihilominus perficeretur, licet eſſent ſignificatores remoti ab angulis.

NOnageſimaſeptima cõſideratio eſt, ut conſideres in quo climate tu ſuſcipias quçſtionẽ: quoniam iudicia diuerſificant, ſecundũ quòd diuerſificantur aſcenſiones climatũ & regionũ, nõ enim eſt idẽ ordo in aſcẽſionib⁹, ſiue eleuationib⁹ ſignorũ, in uno climate qui eſt in alio: nec eſt idem aſcendẽs in una regione, quod eſt in alia. Vnde niſi caueris tibi bene, in hoc poſſes errare in tuo iudicio, quod malũ eſſet, & improperabile, uel reprehẽſibile multum. Aliter enim eleuant ſigna in primo climate, aliter in ſecũdo, et aliter in tertio, et aliter in quarto, aliter in quinto, aliter in ſexto, & aliter in ſeptimo.

Et ob hoc oportet quòd bene caueas tibi ab iſtis diuerſitatibus, ne cadas in errorem in tuis iudicijs, quoniã uerſus quãcunq; partẽ tu iueris ab una regione in aliam, ſiue ab oriente fuerit ad occidentẽ, uel ab occidẽte in orientẽ, uel à meridie in ſeptẽtrionem, ſiue à ſeptẽtrione in meridiẽ per 53. miliaria, et quoddã parum ſenſibile, diuerſificabit unũ aſcendens ab alio per unũ gradũ, ab oriente ad occidentem ſecundũ longitudinẽ, & ecõtra, et à meridie ad ſeptentrionẽ & ecõtra: et quoddã plus parũ, ſenſibile tamẽ. Sed poſſent forte inſurgere aliqui fatui tunicati, & dicere ſi iudicia diuerſificant ſecundũ ſitus regionũ, ergo ſunt falſa, ignorãtes quid lateret: nec eſt eis aliquid reſpondendum, nec cum eis altercandum, nec enim habent diſcretionem, nec intelligunt, nec credũt, & talibus nihil eſt probabile. Sunt tamen inter eos quidam diſcreti, & bene intelligentes intelligibilia, & cum illis potes bene conferre, licet ſint pauci, quorum unus fuit uenerabilis frater Conradus Brixienſis de ordine Prędicatorũ, quem inueni ualde diſcretũ, & bene intelligentẽ omnem ueritatem, & utentẽ ea, qui propter ſuæ ſciẽtiæ profunditatem effectus eſt epiſcopus Ceſenas. Hæc enim quæ tibi dixi, poſſent facere aſtrologũ errare: & timeo ne aliquos aliquando errare feciſſent: quoniam iudicium non poteſt dari, niſi ſecundũ aſcendens & alias domos: unde ſi aſcendentia diuerſificantur, oportet neceſſario quòd diuerſificentur & iudicia. Et ſic oportet quòd non timeas laborem, nec pigritia uincat tuam ſollicitudinem, ſed facias ita, quòd tu habeas tabulas eleuationum ſignorum, ad omne clima in quo fueris, & ad omnem regionem, per te uel per alium factas, per æquationem, uel per talem coniecturationem ab una regione ad aliam, quæ te non decipiat. Veruntamen eſt grauius inuenire differentiam climatis ad clima, quàm regionis ad regionem, & hoc ſecundum longitudinem: quia ſi tu habueris tabulas eleuationum ſignorum in aliqua regione ab oriente ad occidentem, poteris coniecturari et habere eleuationes ſignorũ ab illa regione ad aliam, ad quam partem uolueris, ſiue ad orientem, ſiue ad occidentem ab ea, ſecundum illud clima accipiendo diuer-

CEnteſima conſideratio eſt, ut aſpicias in tuis actibus ſtellas fixas, iuuantes res ut fiant & perficiantur, quarum ſitus talis eſt. Nam in Ariete ſunt duæ ſtellæ, quarum una eſt in 15. gradu eius & 6. minuto, quæ eſt de natura Iouis & Veneris, cuius natura eſt iuuare atque prodeſſe. Alia eſt in 26. gradu eius & primo minuto, de natura Iouis.

In Tauro uero ſunt 3. ſtellæ, quarum una eſt in 1. gradu eius & 3. minuto. Et altera eſt in 8. gradu eiuſdem & 7. minuto. Altera in 9 gradu eius & primo minuto, quæ omnes ſunt de natura Veneris.

In Geminis autem ſunt duæ ſtellæ, quarum una eſt in 19. gradu eius & 2. minuto. Et alia eſt in 21. gradu eius & 3. minuto, quæ ſunt de natura Iouis, & ſunt de magnitudine ſecunda. In Cancro iterum ſunt duæ ſtellæ, quarum una eſt in 27. gradu eius & 2. minuto, quæ uocatur bona. Et altera eſt in 29. gradu eius & 5. minuto, & ſunt ambæ de natura Iouis. Et in Leone quidem, eſt una ſtella in 9. gradu eius & 4. minuto, de natura Iouis & Veneris. In Virgine uero eſt una ſtella in 4. gradu eius & 7. minuto, quæ eſt de natura Veneris & Lunæ. In Libra autem ſunt duæ ſtellæ, de natura Iouis & Veneris, quarum una eſt in 13. gradu eius & 45. minuto. & altera eſt in 14. gradu eius & 45. minuto. In Scorpione uero ſunt 4. ſtellæ, quarum una eſt in 9 gradu eius & 55. minuto. Et altera eſt in 13. gradus eius, & primo minuto. Et altera eſt in 14. gradu eius & 45. minuto. Et quarta eſt in 19. gradu eius & 15. minuto, quæ omnes ſunt de natura Iouis. In Sagittario uero ſunt 2. ſtellæ, quarum una eſt in 10. gradu eius & 15. minuto. Et altera eſt 7. gradu eius & 55. minuto, & ambo ſunt de natura Iouis. In Capricorno ſunt 3. ſtellæ, quarum una eſt in 2. gradu eius & 3. minuto. Et altera eſt in 7. gradu eius & 55. minuto. Et altera eſt in 17. gradu eius & 55. minuto, quæ omnes ſunt de natura Iouis. Et in Aquario eſt una ſtella, quæ eſt in 15. gradu eius & 55. minuto, de natura Iouis. In Piſce uero ſunt duæ ſtellæ, quarum una eſt in 7 gradu eius & 11. minuto, & eſt de natura Veneris. Et altera eſt in 14. gradu eius & 59. minuto, & eſt de natura Iouis. Vnde ſemper cum tu uideris ſignificatorem alicuius rei iunctum corporaliter, cum aliqua de prædictis ſtellis fixis iuuantibus, prænunciabis bonum, & rei augmentum, & bonum finem.

COnſideratio centeſima prima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu interrogationibus, quis Planeta ſit interfector uel abſciſor uitæ, ſeu annorum, uel prohibitor rei, ne fiat, uel perficiatur, quoniam ille eſt qui deſtruit uitam nati & interficit, & prohibet res, ne fiat, & deſtruit eas, qui fuerit fortior præ multitudine dignitatum ſeu poteſtatum, in natiuitate ſeu interrogatione, uel initio alicuius rei. Verumtamen Meſſahala occultauit hoc, & uidetur quaſi quòd bene fecerit. quoniam ipſe ſolum patefecit illud cuidam ſuo diſcipulo, & quoddam aliud ualde utile ſecretum, qui arrogantia ductus appropriauit illud ſibiipſi. Poſtquàm uero perceperis illum, qui fuerit prohibitor, ſeu deſtructor, ſiue interfector, uide cui dominus aſcendentis uel Luna iungatur, qui eſt particeps omnis rei, ſicut alias tibi dictum eſt, ſiue dominus cuiuſuis rei quæſitæ uel incœptæ, ſeu incipiendę, & dominus domus Lunæ, aliquis ſcilicet eorum uel plures ex eis: quoniam ſi iungitur Planetæ retrogrado, uel combusto, uel cadenti ab aſcendente uel ab angulo, aut alicui malorum, qui non recipiat illum, aut alteri ſtellæ infortunatæ, quæ infortunetur à malis qui abſcindit lumen ſignificatoris, deſtruitur res, & non perficitur, & ſic abſcinduntur & diminuuntur anni nati, & non uiuit diutius. Amplius ſi iungatur dominus aſcendentis uel Luna, uel dominus rei quęſitæ, alicui Planetæ qui ſit liber à coniunctione malorum, & ſit ſaluus quantum eſt in ſe, ſed iungitur alteri Planetæ impedito aliquo ex prædictis impedimentis, deſtruetur res, etiam poſtquàm uidebitur & credetur directa quòd debeat perfici, & abſcindetur uita nati. quando uidetur & credetur bene, quòd debeat uiuere. Et accidet hoc etiam, ſi non ſit coniunctio cum abſciſore, dummodo impediatur ſignificator uel Luna, ſicut dictum eſt, ex aliquo prædictorum impedimentorum.

COnſideratio centeſima ſecunda eſt, ut aſpicias & conſideres in rebus quæ ſignificantur, qualiter ſignificatum quod ſignificatur debeat inueniri, & ex quibus ſignificatoribus debeat extrahi. Ipſum enim extrahitur ex ſignificatore quærentis, & ex ſignificatore ipſius rei quæſitæ. Vnde ſi iungatur ſignificator quærentis, & ſignificator rei quæſitæ, ſimiliter & Luna, ſignificat ex toto effectum rei. ſi uero non iungatur, ſignificat contrarium. Et ex coniunctione ſignificatorum, debet ſciri quare ſit quæſtio, & per dominum domus in qua fit coniunctio, debet ſciri de quo erit quæſtio: nam ſi fuerit fortuna, erit de bono, ſecundum eſſe, atq; ſignificatum illius fortunæ, & domus in qua fuerit, & ſignificatum domini illius domus, & loci in quo fuerit dominus domus, in qua etiam ipſa fuerit. Si autem fuerit infortuna, ſignificat quòd erit de malo ſecundum eſſe, atque ſignificatum illius infortunæ, & domus in qua ipſa fuerit, & ſignificatum domini illius domus, & loci in quo fuerit dominus domus, in qua etiam ipſa fuerit. Quod ſi dominus domus aſpexerit, uel dominus exaltationis, uel dominus aliarum duarum dignitatum minorum, uel fiat tranſlatio luminis, ſcietur cauſa quare quæſtio fiat. Si uero non fuerit aliquo iſtorum, non ſcietur ea determinate quare quæſtio fiat, ſed erit ex cauſa quæ non eſt adhuc nota, & ex aſpectu fortunarum uel malorum, ſcietur qualis erit effectus illius rei.

COnſideratio centeſima tertia eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus uniuerſalibus, in qua domo fuerit inuēta pars fortunæ quoniam ex ſignificato illius domus, erit fortuna ſeu lucrum nati ſiue quærentis, ſi ipſa fuerit bene diſpoſita. Si autem fuerit male diſpoſita, ſignificat, quòd illa de cauſa erit infortunium ipſius atq; damnum.

COnſideratio centeſima quarta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu in quæſtionibus uniuerſalibus, uel cuiuſcunq; alterius rei, utrum ſignificator nati ſeu quærentis, inueniatur in ſeptima à domo ſua, uel in oppoſitione domini aſcendentis, quoniam non ſignificabit ei lucrum, ex ſignificatis illius domus, ſed potius damnum & expenſas.

COnſideratio centeſima quinta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu in quæſtionibus uniuerſali-

bus, utrum malus infortunatus inueniatur in ſeptimo, quoniam ſignificat quòd natus ſeu interrogans non gaudebit cum uxoribus, neq; tum amaſijs, nec cum ſocijs, ſed ſemper habebit rixas, & maleuolentias cum eis, raro accidet ei aliter inde.

CONſideratio centeſima ſexta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſiue in quæſtionibus uniuerſalibus, uel in aliquibus rebus, ſi fortuna fortunata non impedita, fuerit in ſeptimo, quoniam ſignificat quòd natus ſeu interrogans, erit fortunatus in habendo bonas uxores, & bonos ſocios: attamen habebit multos æmulos, & multos odientes eum, cum cauſa & ſine cauſa, & potius inuidia quàm ex ſua culpa, ita quòd uix poterit perficere quod uoluerit, & ſimul cum labore atque inſtantiam perficiet illa.

CONſideratio centeſima ſeptima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus uniuerſalibus, uel alijs, utrum Mars ſit in ſecundo aſcendente, uel in decimo & ipſe bene diſpoſitus: ſignificat enim, quòd natus ſiue interrogans, habebit fortunam in his, quæ operantur per ferrum, uel ignem, uel comeſtionem, ut ſunt fabrica, fornax & ſimilia: taberna, hoſpitatio, & ſimilia. Si autem fuerit infortunatus ac male diſpoſitus, contrarium poteris iudicare.

CONſideratio centeſima octaua eſt, ut aſpicias ſi aliquis Planetarũ aſpexerit duas domus, quoniam erit fortitudo eius in illa, in qua ipſe habuerit maiorem dignitatem, & plures fortitudines, & magis auxiliabitur illi, & eius ſignificatis.

CONſideratio centeſima nona eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu in quæſtionibus uniuerſalibus, ſi dominus quintæ domus, fuerit in ſeptimo impeditus: quoniam habet ſignificare, quòd ille natus non erit fortunatus in conuiuijs, & accident ei multa incommoda in eis, & apponentur ei deteriora fercula, & deteſtabiliora, quàm alijs recumbentibus, & turpiores paropſides, & turpiores ciphi, & forte quòd non dabuntur ei ciphi, niſi petat eos primo, & uix etiam ſi dentur omnibus alijs, & ſi auferetur aliquid de menſa, potius aufertur ab eo quàm ab aliquo aliorum illud idem accidet ſibi, ex indumentis & alijs ornamentis corporis.

CONſideratio centeſima decima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus & in quæſtionibus uniuerſalibus, utrum ſit aſcendens Scorpio: quoniam non habebit ille, cuius ipſum fuerit aſcendens fortunam in eccleſia Romana, propter Cancrum exaltatione Iouis, qui habet naturaliter ſignificare clericos, qui erit tunc nona domus quæ ſignificat eccleſiam, & eſt Iupiter inimicus Martis, qui eſt dominus aſcendentis.

CONſideratio centeſima undecima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus & in quæſtionibus uniuerſalibus, & etiam in alijs quæſtionibus, & maxime litium ſeu controuerſiarum, utrum cauda draconis ſit in ſeptimo: quoniam habet ſignificare detrimentum, & euacuationem inimicorum, & augmentationem nati ſeu quęrentis, quoniam caput erit tunc in primo. Si uero fuerit in octauo, ſignificat euacuationem, & diminutionem ſubſtantiæ, atque bonorum ipſorum. & etiam in ſeptimo, & augmentationem bonorum atque ſubſtantiæ nati ſeu quærentis, quoniam caput erit tunc in ſecundo. quando eſt in tertio, ſignificat euacuationem fratrum. in quarto euacuationem patrum. in quinto euacuationem filiorum. in ſexto euacuationem ſeruorum. in ſeptimo & octauo quæ dixi tibi. in nono euacuationem itinerum. in decimo euacuationem hominis. in undecimo euacuationem amicorum. in duodecimo euacuationem animalium maiorum. Et ſignificat etiam in unaquaq; domo, euacuationem aliorum ſignificatorum illius domus. idem faciunt Saturnus & Mars, ſed aliquid infra hoc quod facit cauda. Et etiam alij mali euacuant prædicta ſignificata, ſed tamen aliquid infra hoc quod faciunt Saturnus & Mars, niſi fuerint ipſi mali ſignificatores, quia tunc minuitur multum de ſua malicia.

CONſideratio centeſima duodecima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus aſcendens, nam cuiuſcunq; ipſarum fuerit aſcendens Virgo: fueritq; Mercurius boni eſſe, aut ſaltem nõ fuerit infortunatus, ſignificat quòd ſi natus ille ſeu quærens, adhæſerit medicinæ, erit fortunatus in medicando, & bene accidet ei in ſuis medicinis ſeu ſuis curis, ſed erit infortunatus in ſalarijs, & in lucro cauſa medicinæ, quia male libenter ſatisfaciene ei illi, quibus ipſe ſeruicium præbet, & uix poterit conſequi ab eis quod debuerit, niſi à pauciſſimis, eritq; infortunatus in ſuis litibus. Et ſi adhæſerit legibus, erit infortunatus in ſuis aduocationibus, & uilipendetur etiam à uilibus, nedum ab alijs, nec audientur eius uerba, & pro nihilo reputabuntur etiã eo dicente uerba utilia, illis qui audierint ea, & uerba ſapientiæ, magis enim audient aliquem fatuum & idiotam, illi idem, in quorum utilitatem ipſe fuerit locutus, licet ſint pauci qui ſciant meliorare dicta ipſius Et ut plurimum de quibus ſe intromiſerit, erit ei ſiniſtrum & inimicabuntur ſibi homines pro nihilo, & loquentur de ipſo mala, neſcientes reddere cauſam quare. Secus autem erit, ſi fuerit aſcendens Taurus aut Piſces, & Iupiter & Venus atque Mercurius cunctis in aſcendente fuerint, Iupiter & Venus in Zamini Solis, qualitercunque aſcendens fuerit erit ei, & ille habiturus tanquam propheta, & eius uerba melliflua reputabuntur, & ſi ſatua prouulgaret.

CONſideratio centeſima decima tertia eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, utrum aliquis malorum ſit in nono impeditus, qui non habeat ibi dignitatem, quoniam ſignificat quòd natus ſeu quærens, accuſabitur & culpabitur cum cauſa & ſine cauſa. Si uero fuerit ibi fortuna non impedita, & eo fortius ſi habuerit ibi dignitatem, ſignificat quòd laudabitur & honorabitur cum cauſa & ſine cauſa.

CONſideratio centeſima decima quarta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, utrum dominus octauæ domus ſit fortuna, fueritq; in ſecunda: quoniam habet ſignificare, quòd natus ſeu quærens, acquiret & lucrabitur de bonis mortuorum, & inimicorum, atque uxorum, & eo fortius ſi non fuerit impeditus, uel habuerit ibi dignitatem. Si autem fuerit malus, ſignificat diminutionem ſubſtantiæ nati ſeu quęrentis, niſi habuerit ibi forte dignitatem. At ſi habuerit ibi dignitatem, & fuerit alias bene diſpoſitus, ac boni eſſe, parum uel

nihil

nihil nocebit. Si uero non habuerit ibi dignitatem, & fuerit aliàs mali eſſe, ſignificat ex toto deſtructionem ſubſtantię, ac ipſius omnimodam perditionẽ.

CONſideratio 115. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, ſi octaua domus uel eius dominus, fuerint impediti: quoniam ſignificat quòd natus ſeu quærens, damnificabitur cauſa mortis alicuius mulieris, cuius dotem oportebit reſtituere eum, cum ſuo damno.

CONſideratio 116. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, quæ domorum fuerit impedita, ſiue infortunata, uel eius dominus fuerit impeditus uel infortunatus: quoniã ſignificat quòd propter illa, quæ ſignificantur per illam domum euenient nato, ſeu quęrenti nocumenta. Quæcunque uero fuerit fortunata uel eius dominus, propter illa quæ ſignificantur per illam domum, euenient ei bonum & utilitas.

CONſideratio 117. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, in qua illarum fuerit cauda draconis in quarta: quoniam ſignificat quòd quicquid natus ſeu quærens acquiſierit, ſeu lucrabitur, deſtruetur, & in nihilum deueniet. Et in quacunque alia domo ipſe fuerit, ſignificat quòd damnum ac detrimentũ nati ſeu quærentis in his, & ex his, quę ſignificantur per illam domum deuenient.

CONſideratio 118. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, in qua domo fuerit fortuna fortunata & fortis, ac bene diſpoſita, non impedita: quoniam ſignificat quod ab illis, & ex illis rebus, quæ ſignificantur per illam domum lucrabitur natus ſeu quærens, & habebit fortunam in eis. Et in quacunque fuerit infortuna perdet, eritque ſuum infortunium tunc ex rebus ſignificans per eam.

CONſideratio 119. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, ſi dominus ſecundæ domus fuerit in ſeptima, & ſeptima fuerit Aries, uel Scorpio, uel Capricornus, uel Aquarius: quoniã habet ſignificare, quòd inimici nati ſeu quærentis auferẽt ei libenter eius bona. Et ſi habuerit ſocietatem cum aliquo, furabitur ei, quantum fuerit natus ſeu quærens iunctus cum eo. ſimiliter uxor eius uel amaſia furabitur ei quicquid commode ſibi furari poterit: niſi dominus aſcendentis ſit in tertio uel ſextili aſpectu, cum domino ſeptimi, uel in alijs aſpectibus cum receptione.

CONſideratio 120. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, utrum aliquis dominus, alicuius iſtarum octo domorum, ſcilicet tertia, quarta, quinta, ſexta, nona, decima, undecima, duodecima, ſit in ſeptima: quoniam quicunque ex ipſis fuerit in eo, inimicabitur nato ſeu quærenti, niſi receptio perfecta interueniat & ex bono aſpectu, trino ſcilicet aut ſextili. Si autem quartus uel oppoſitus, cum receptione, minuet de malitia, nõ tamen ex toto tollet eã. ut ſi fuerit dominus tertiæ, inimicabuntur ei fratres. Si fuerit dominus quartæ, inimicabitur ei pater. Si fuerit dominus quintæ, inimicabuntur ei filij. Si fuerit dominus ſextæ, inimicabuntur ei ſerui. Si fuerit dominus nonæ, inimicabuntur ei religioſi, & aduerſabũtur, & dicent malum de ipſo, nec ipſe tamen mandabit eis perfica. Si fuerit dominus decimæ, inimicabuntur ei reges, nobiles, diuites ac potentes, nec lucrabitur cum eis uel occaſione ipſorum, tantum quin ex altera parte perdet tantundem, uel plus, tamen deterius erit ei cum potentibus. Et licet tamen aliquando unus uel plures, uideantur ei fauorabiles: tamen oſtendetur ei malum uelle ab aliquo aliorum, uel forte à pluribus, ita quòd ſi alij relinquũt aliquid in ſyllabis, illi recuperabunt in temporibus. Et forte quòd expellet eum de ciuitate aliquis ex potentibus, propter maleficia quæ ipſe committet, confidendo de domeſticitate quam uidebitur ei oſtendere poteſtas, ſeu conuiuæ, & ſeruitia quæ ipſe faciet poteſtatibus uel communitatibus ciuitatum uel magnatibus perdet, atque pro nihilo reputabuntur ut plurimum. Si fuerit dominus undecimæ, non habebit amicos qui eum diligant, niſi propter eorum utilitatem, etiam ſi fingant ſe amicos eſſe. promittent namque ſibi multa, paucá uel nulla ſeruabunt. Si autem fuerit dominus duodecimæ, non poterit quaſi confidere de aliquibus: & ſi dederit eis aliquid in depoſito negabũt, & auferent illud ſibi, nec reſtituent, etiam ſi fuerint religioni niſi forte coacti.

CONſideratio centeſima uigeſimaprima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, utrũ Luna ſit in octaua, & dominus aſcendentis in aſcendente, uel in ſecunda, uel in duodecima, retrogradus, quoniam ſignificat hoc quòd non habebit natus ſeu quærens fortunam, in ludis taxillorum, nec taxilli dicent ei bonum.

CONſideratio centeſima uigeſimaſecunda eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, utrum pars fortunæ ſit in primis decem gradibus quartæ domus, cum capite Draconis, Luna, Venere atque Ioue, ipſique directi. quoniam habet ſignificare, quòd acquiret natus ſiue interrogans pecuniam immenſam ſubterratam. Si uero fuerit in ſecundis decem gradibus, cum duobus illorum, acquiret eam, ſed non in tanta quantitate, acquiret forte pro dimidia parte, uel circa dimidiam. At ſi fuerit in ultimis decem gradibus dictę domus, fueritque cum uno illorum tantum, acquiret iterum minus: tamen acquiret in bona quantitate, forte pro quarta parte, uel forte prope quartam partem. Quòd ſi fuerit ibi pars fortunæ ſola, fueritque libera ab aſpectibus malorum, iterum acquiret minus: acquiret enim forte pro ſedecima parte uel minus. Si quidem non fuerit aliquod iſtorũ, non acquiret eam, nec ex ea quicquam. Quòd ſi aſpexerit tunc Sol locum illum à trino, uel ſextili aſpectu, fueritque aſpectus ille magis prope primos decem gradus, quàm aliquis prædictorum ſignificatorum, erit ille theſaurus aurum rude. Si autem Luna fuerit magis prope, erit argentum. Quòd ſi fuerit magis prope Iupiter, erunt theſauri diuerſi, aurum ſcilicet & argentum & ſimilia. Si quidem fuerit magis prope Venus, erunt margaritę, ornamenta muliebria pro maiori parte. Si fuerit Mercurius magis prope, erunt ſculptæ imagines monetæ. At ſi fuerint retrogradi, ſignificat quòd oſtendetur ei pecunia illa, ſed nõ acquiret eam ſibi. At ſi alter fuerit retrogradus, alter uero directus, acquiret ex eo partem, ſecundum quantitatem numeri directorum. Quod ſi, tunc aſpexerit dominus octauæ domus, dominum aſcendentis à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, morietur inuentor illa de cauſa. Si quidem aſpexe-

rit à trino, uel ſextili, ſignificat quòd infirmabitur grauiter, ſed nõ morietur inde. Quod ſi fuerit Cauda in loco Capitis, iouenier eam, ſed auferetur ſibi: aut ignauia ductus, neſciens quid ſit, dabit eã quaſi pro nihilo. Si uero Luna fuerit tuoc ſeparata à domino aſcendentis, & iuogasur malo qui impediet eam, ille cui primo dabitur illa pècunia, ab illo qui eam inueniet, non ſequitur inde uólitatem quaſi ſenſibilem, uel quòd multum ſibi proficiat. Et ſi cum hoc aſpexerit tunc Mars, uel dominus octauæ domus dominum aſcendentis, interficietur inuentor ab illis qui auferunt eam ſibi. Quod ſi fuerint Mars & Saturnus, io loco Iouis & Veneris, erit ille theſaurus æs, uel cuprum, aut plumbum, aut alia res parui ualoris. Si quidem fuerit dominus aſcendentis tunc cum eis, uel aſpexerit eos à quocunque aſpectu, fateſcet inde ille qui theſaurum inueniet, qualiſcunque fuerit theſaurus, ſiue charus ſiue precioſus, ſiue uilis.

CONſideratio centeſima uigeſima tertia eſt, ot aſpicias in natiuitatibus ſiue quæſtionibus, utrum Sol & Luna ſint iuncti, io uno eodemꝙ minuto ſecundum longitudinem, & ſecundum latitudinem, & aliqua ex ſortunis ſit in aſcendente, ſcilicet quindecim minutis uel infra uel ſupra lineam cuſpidis, uel quadragintaquatuor minutis aut minus, infra lineam cuſpidis: quooiã ſignificat, quòd natus ſeu quærens erit fortunatus, in acquirendo ſubſtaotiam multam, ac in ipſius accumulatione, quoniam fortuoa erit tunc in aſcendente. Si uero fueriot iuncti ſimul, in eodem minuto ſecundum longitudinem, ſed non ſecundum latitudinem, fueritꝙ diſtantia eorum, unius ſcilicet ab altero, quindecim minutis, uel infra, erit fortuna ipſius in acquirendo ſubſtantiam ſed erit infra hoc, ſecundũ quòd diſtantia eorum fuerit maior uno minuto & minus quindecim. At ſi fortuna, quę fuerit in aſcendente, fuerit infra lineam cuſpidis plus quindecim minutis, uſque quadragintaquinque minuta, erit fortuna ipſius nati ſeu quærentis infra hoc, ſecundum quòd dictum eſt, cum fuerit infra quindecim miouta uſque in unum minutum, proportiooando à quiodecim uſque ad quadragintaquinque, ſicut proportionantur ab uno uſque ad quindecim. Idem dicas ſi Luna fuerit io minuto oppoſitionis Solis, & fortuna fuerit in ſeptima, ſicut dictum eſt de aſcendente: quooiam fortuna erit tunc in ſeptima, ſcilicet in linea cuſpidis ſeptimæ domus, quod habet ſignificare fortunam nati ſeu quærentis, cauſa uxorum ſeu aliarum mulierum, & cauſa ſociorum atque inimicorum. At ſi fuerit hora natiuitaſis Luna in Tauro, in minuto aſcendentis, quòd Taurus ſit aſcendens, uel fuerit aſcendens Leo, & Sol in minuto aſcendentis, nec impedierit eum uel eam, aliquis malorum, ſignificat quòd natus acquiret pecuniam multam, perueniletꝙ ad magnam dignitatem, atque ad magnam exaltationem. At ſi aliqua ex inſortunis, fuerit in loco fortunæ, ſcilicet in aſcẽdente uel in ſeptima, ſignificat perditionem atque deſtructionem ſubſtantiæ oati ſeu quæreotis, occaſionibus ſupradictis.

CONſiderario centeſima uigeſima qoarta eſt, ut aſpicias in oaóuitatibus ſeu quæſtionibus, ſignificatorem ſubſtantię nati, ſeu quęrentis, ac ſignificatorem digoitatis ſiue magiſterij ipſius, quem percipere potes à domioo decimæ domus, figuræ oanuitatis ſeu quæſtionis ipſius, uel etiam a domioo aſcendentis, ſi dominus decimæ nõ fuerit aptus ſignificare dignitatem ſiue magiſterium nati, ſeu quærentis, prout qualitas ſui eſſe, ſuæꝙ progeniei fuerit apta ſuſcipere dignitatem, uel magiſterium. Quod ſi dominus decimæ domus, ſiue ipſius almutem, fuerit orientalis à lumioari, cuius eſt autoritas, fueritꝙ longe ab ipſo per ſexagiota gradus uel plus, uſque ad oonaginta ſi fuerit de ſuperioribus, uel fuerit longe ab ipſo, per trigiota ſi fuerit de inferioribus, fueritꝙ in angulo decimæ domus aut aſcendentis, ita quòd non ſit remoius à linea anguli ſi fuerit ultra eam plus triginta minuós. ſi uero fuerit io fra eam plus uno gradu & dimidio, uel fuerit cum luminari, cuius eſt autoritas, ſcilicet cum Luna ut cum alijs. Cum Sole uero in corde ipſius, & cum parte fortunæ, nec ipſa impedita, ſignificabit quòd natus accedet ad dignitatem, ſeu magiſterium ſuorum præceſſorum, & non excedet illud: erit tamen maior & excellentior atque perſectior in illa dignitate, ſeu in illo magiſterio, quàm fuerit aliquis ſuorum anteceſſorum. Si autem fuerit in aliquo prædictorum angulorum aliqua de prædictis ſtellis fixis iuuantibus, & ſortunatis, cum parte fortunæ ſiue aliquo ex Planetis, accedet ad ualde maiorem dignitatẽ, quàm acceſſiſſet aliquis uoquam de ſua parentela. Quod ſi fuerir de illis quæ ſuot in magnitudine prima, fuerintꝙ ipſæ ſolæ ſignificatrices, accedet natus ſeu quærens, ad dignitatem immenſam, atque hooorem immenſum, & ad diuitias quaſi ioæſtimabiles. Quam ſi aſpexerit dominus aſceodentis, exiſtet eius fama & honor, in perſona ſua. ſi autem dominus ſecundæ domus, exiſtet in diuitijs. ſi uero dominus decimæ, exiſtet io celſitudine atque regno tali, quale congruet magnis regibus: etiam ſi fuerit de uilibus perſoois, atque ioſimis oatione. & quantumcunꝙ fuerit uilioris progeniei, tanto magis accedet ad maiorem ſublimitatem. Verumtameo non durabunt hæc multum nec tranſcendent de leol, ſpacium uigintiſeptem annorum, & pauci deuenieot ad illud, uel plus triginta annorum. Et quanto gradus eius erit altior, tanto magis caſus eius erit grauior, eiuſꝙ dignitas ſeu celſitudo finietur in malum, deueoiet enim ad miſeriam ultimatam: morietur oanque morte uitupe rabili ſeu turpiſſima. quod ſi noo acciderit ei, hoc accidet proximiori ſuo ſucceſſori in illa dignitate.

CONſideratio centeſima uigeſima quinta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionib*, quod ſignum ſit aſcendens: ſi fuerit ſignum alicuius Planetæ habentis duas domos, erit exercitium oati ſeu quærentis to his, quæ ſignificantur per aliam domum ipſius Planetæ, & leuiter euenient ei accidentia illa, & ipſe idem erit caoſa, quare ſibi deuenient.

Nam ſi fuerit aſcendens Aries, exercitabitur in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ necis, ſiue occaſio: quooiam Scorpio, qui eſt altera domus Martis, erit tunc octaua domus. Quod ſi fuerit tunc Mars bene diſpoſitus, fueritꝙ pars fortunæ in octaua, erit fortunatus in his quæ ſignificantur per octauam domum. Si fuerit aſcendens Taurus, exercitabitur in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa

ſuæ

ſuæ infirmitatis: quoniam Libra quæ eſt altera domus Veneris, erit tunc ſexta domus, unde infirmabitur ſua culpa. Quod ſi fuerit tunc Venus bene diſpoſita, fueritq́ pars fortunæ in ſexta, erit fortunatus in his, quę ſignificantur per ſextam domum.

Si fuerit aſcendens Gemini, exercitabitur in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ captionis: quoniam Virgo eſt altera domus Mercurij, erit tunc quarta domus. Quod ſi fuerit tunc Mercurius bene diſpoſitus, fueritq́ pars fortunæ in quarta, erit fortunatus in his quæ ſignificantur per quartam domum. Si fuerit aſcendens Virgo exercitabitur in his, quæ ſpectant ad dignitatem & exaltationem: acquiret enim regnum ex perſona & induſtria ſua, & leuiter ſine magno labore ſeu fatigatione: quoniam Gemini, qui eſt altera domus Mercurij, erit tunc decima domus. Si autem fuerit Mercurius tunc iunctus cum parte fortunæ, fueritq́ in aſcendente, acquiret diuinas & dignitates ſimiles regno. Quod ſi fuerit Mercurius in decima cum parte regni, & alias bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, acquiret regnum abſque dubio uel dignitatem, quæ erit æquiualens magno regi. Si quidem fuerit cum hoc pars fortunæ in decima, & Luna ſimiliter, fiet rex magnus infallibiliter.

Si fuerit aſcendens Libra, exercitabitur in his, quæ ſpectant ad ſuum interitum, & ipſe idem erit cauſa ſiue occaſio ſui interitus, quoniam Taurus, qui eſt altera domus Veneris, erit tunc octaua domus. Quod ſi fuerit tunc Venus bene diſpoſita, uel fuerit pars fortunæ in octaua, ſignificat quòd erit fortunatus in his, quæ ſignificantur per octauam domum. Si fuerit aſcendens Scorpio, exercitabitur in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ infirmitatis: quoniam Aries, qui eſt altera domus Martis, erit tunc domus ſexta. Si quidem fuerit tunc Mars bene diſpoſitus, uel fuerit pars fortunæ in ſexta, ſignificat quòd erit fortunatus in his, quæ ſignificantur per ſextam domum. Si fuerit aſcendens Sagittarius, exercitabitur in talibus, quòd ipſe idem erit cauſa ſuæ captionis: quoniam Piſces, quæ eſt altera domus Iouis, erit tunc quarta domus. Si quidem fuerit tunc Iupiter bene diſpoſitus, uel fuerit pars fortunæ in quarta, erit fortunatus in his, quæ ſignificantur per quartam domum. Si fuerit aſcendens Capricornus, ſignificat quòd exercitabitur in his, quæ ſpectabunt ad ſuum quæſtum: quoniam Aquarius, quæ eſt altera domus Saturni, erit tunc ſecunda domus. Quod ſi fuerit tunc Saturnus bene diſpoſitus, uel fuerit pars fortunæ in ſecunda, erit fortunatus in his, quæ ſignificantur per ſecundam domum. ſi autem fuerit male diſpoſitus, ipſe idem erit cauſa deſtructionis ſubſtantiæ ſuæ.

Si fuerit aſcendens Aquarius, ſignificat quòd exercitabitur, ex quibus ipſe idem erit cauſa, quare acquiret ſibi multos inimicos occultos: quoniam Capricornus, qui eſt altera domus Saturni, erit tunc duodecima domus. Quod ſi fuerit tunc Saturnus bene diſpoſitus, uel fuerit pars fortunæ, in duodecima, ſignificat quòd erit fortunatus in his, quæ ſignificantur per duodecimam domum. Si quidem fuerit aſcendens Piſces, ſignificat quòd ipſe idem erit cauſa ſui regni, ſuæq́ celſitudinis, &c. ut dictum eſt ſupra, cum fuerit aſcendens Virgo.

Conſideratio centeſima uigeſima ſexta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus, utrũ Mercurius ſit ſignificator natiuitatis, uel eius particeps, & ipſe bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis: ſitq́ in Capricorno, aut in Aquario: quoniam ſignificat, quòd natus erit profundi atque ſubtilis ingenij, altiq́ intellectus & magni, intelliget enim res radicales, qualeſcunque fuerunt medullitus: uidebitq́ ab ipſo principio ad quem finem poſſint deuenire, & eo fortius ſi tunc Saturnus, aſpexerit Mercurium, ſecundum qualitatem aſpectus, nec ipſe impeditus: magis tamen ſi fuerit Mercurius in Aquario, in quo eſt gaudium Saturni. & iterum magis, ſi fortuna fuerit tunc complexa cum Mercurio: uel fuerit ipſe, cum aliqua de ſtellis fixis fortunatis. Quod ſi fuerit in Ariete, uel Scorpione, ſignificat quòd erit fortis per ſtultitiam, & perfidiam, atque ſui motus agilitatem, & magnanimitatem, circa multosq́ arrogans erit ex ſuis actibus armorum: eritq́ prudens, & uelox ad intelligendum ea quæ ſibi dicta fuerint, uel quæ ſcripta reperiet magis, quàm ad excogitandum à ſe uel per ſe.

Conſideratio centeſima uigeſima ſeptima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, ſi dominus aſcendentis natiuitatis, fuerit malus naturaliter, ſicut ſunt Saturnus & Mars, & præfuerit ſolus natiuitati, ſine participatione alicuius fortunæ: quoniam habet ſignificare quòd guſtus nati, uel eius odoratus: aut eius complexio, non erit ſimilis guſtui, uel odoratui, neque complexionibus aliorum. Nam ſi fuerit Saturnus ſolus ſignificator, delectabitur guſtus eius in rebus inſipidis, ponticis, atque acetoſis, ut teſtatur Haly in expoſitione quadrageſima uerbi Ptolemæi, in centiloquio. Si autem fuerit Mars ſolus ſignificator, delectabitur in acutis atque amaris: non abhorrebit uinum turbulentum, neque circumnatum, nec pendulum, nec delectabitur in dulci, neque ſubtili, uel claro: non abhorrebit carnes uiles, nec etiam ſemiputridas, nec piſces etiam putridos, ſeu fœtentes: affectabit magis odores horribiles quàm ſuaues, ut aloes, galbani, ſerapini, opoponaci, candelarum extinctarum, coreorum combuſtorum: fimi tam ſtabulorum quàm aliorum locorum, & ſimilia: delectabitur etiam natura illius in mulieribus turpibus, & deformibus, magis quàm in formoſis, & magis confortabitur cum illis quàm cum alijs. Idem dicas de mulieribus, quòd magis delectabuntur in deformibus uiris quàm formoſis.

Conſideratio centeſima uigeſima octaua eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, utrum aſcendens ſignum ſit formatum ad imaginem ſigni hominis, uel eius dominus ſit in ſigno humano, nam ſi ſic fuerit, ſignificat quòd natus erit domeſticus hominibus & libenter aſſociabitur eis. Quod ſi fuerit aſcendens ſignum humanum, & dominus aſcendentis in ſigno humano, erit iterum magis domeſticus, & aſſocians ſe hominibus, & libentius cum eis conuerſans. At ſi fuerit aſcendens ſignum formatum ad ſimilitudinem alicuius animalium, quæ homines exercent in ſuis operibus, ſiue in ſuis actibus, ut ſunt Aries, Taurus, & ultima pars Sagittarij, Capricornus, ſignificat quòd natus erit humilis

hominibus, ſed non erit multum aſſociabilis eis. At ſi fuerit in ſignis ſemiferalibus, ut ſunt Cancer & Piſces, erit iterum minus aſſociabilis illis. Si quidem fuerit in ſignis feralibus, & iuribundis, atque ſylueſtribus, ut ſunt Leo & Scorpio, erit ipſe furibundus, & feralis, atque ſylueſtris hominibus, nec uolet in aliquo eis aſſociari: amabit'que magis morari ſolitarius quàm aſſociatus: non enim cum parentibus, uel alijs ſuis conſanguineis eſſe uolet.

CONſideratio centeſima uigeſima nona eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, utrum Luna ſit recte in oppoſitione Solis, cum aliqua de ſtellis, quæ dicuntur nebuloſæ, quæ ſunt Athozaic, & caput Geminorum, & locus de quo cadit in aqua, quam fundit Aquarius, & guttæ Leonis, quæ dicuntur parum diſtare à corde ipſius, & aliç quç propter ſuam ad inuicem mixtionem non lucent, cum fuerit non diſtans ab eis plus decem minutis, ſecundum longitudinem & ſecundum latitudinem, ineuitabiliter uidetur, quòd natus ſit habiturus morbos in oculis, qui non poterunt humano medicamine curari. Quod ſi Luna tunc fuerit occidentalis in angulo, fuerintq; Mars & Saturnus occidentales, ab ea non multum remoti, & orientales à Solè uel fuerint ſibiipſi oppoſiti & Sol in aliquo angulorum, ſignificat quòd natus priuabitur luce utriuſque oculi ante diem ſuæ mortis naturalis: nec hoc uidetur poſſe fruſtrari, quin ſic eueniat. Quod ſi non fuerit utriuſque luminaris quod dictum eſt, ſed fuerit unius tantum, priuabitur luce unius oculi tantum. Si fuerit Sol & fuerit uir, priuabitur luce dextri. Si fuerit mulier, priuabitur luce ſiniſtri. At ſi fuerit Luna & fuerit uir, priuabitur luce ſiniſtri. Si fuerit mulier, priuabitur luce dextri.

CONſideratio centeſima trigeſima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, utrum Luna ſit iuncta cum Mercurio per coniunctionem uel per aſpectum, aut aliquis Planetarum transferat lumen inter eos, quòd ſi non ſic fuerit nec fuerit aſcendens ſignum, quòd ſit de natura Mercurij uel Lunæ fueritq; cum hoc Saturnus in natiuitatibus diurnis, & Mars in nocturnis in angulo, erit natus amens uel furioſus aut epilepticus aut demens aut fatuus uel ad minus obliuioſus ualde, niſi fortuna fortis aſpexerit tunc aſcendens aut Mercurium ſiue Lunam: & eo fortius ſi angulus in quo fuerit aliquis prædictorum malorum fuerit Cancer qui eſt exaltatio Iouis, aut Virgo qui eſt exaltatio Mercurij, aut Piſcis qui eſt exaltatio Veneris. Et hoc ideo, quia Luna in natiuitatibus habet ſignificare corpus nati, & Planeta cui ipſa iungitur habet ſignificare uirtutes apparentes in eo, ſecundum uirtutem ſuam. Si autem fuerit ei iuncta uel iuerit ad eum, erit ſapiens, & conſeruans ſuum ſenſum, nec amittet illum. Quod ſi fuerit Mercurius in Capricorno, uel Aquario non impeditus, & ipſe boni eſſe fuerit, natus magni intellectus, longæq; cogitationis, ſapiens, atque philoſophus erit. Quod ſi fuerint Iupiter & Venus in Zamini Solis, erit eremita, & quaſi uir propheta: audienturq; uerba ipſius, & recipientur præ alijs uerbis hominum.

CONſideratio centeſima trigeſima prima eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſi fuerit natiuitas uiri utrum Sol & Luna ſint ambo in ſignis maſculinis, uel ſint ambo in una quarta maſculina, uel in uno ſigno maſculino: quoniam habet hoc ſignificare ſi ſic fuerit quòd actus nati & eius operationes erunt naturaliter ſecundum quòd pertinent ad uiros, & exercitabitur naturaliter in eis. At ſi fuerit natiuitas mulieris, fuerintq; luminaria ita diſpoſita, ut dictum eſt, erit uirago, & exercebit naturaliter in his quæ ad uiros pertinent & ſpernet uiros. Et ſi nupſerit, nolet reuereri uirum, nec ſubiacere illi. Quod ſi Venus & Mars fuerint in ſignis maſculinis in natiuitate uiri, erit ordinatus coitus ſecundum naturam & ſecundum legem. Si uero fuerint orientales, abundabit in coitu, & excedet modum in eo, & non erit contentus in naturali coitu, immo affectabit inceſtum, ita quòd ſpernet mulierem & abutetur uiris. Si autem fuerint occidentales & in ſignis fœmininis, erit coitus eius innaturalis & immundus: & eo fortius, ſi aſpexerit eos Saturnus, qui habet ſignificare immunditiam coitus. Si uero fuerit mulier, fueritq; Mars & Venus in ſignis maſculinis, & fuerint orientales, abhorrebit coitum uirorum, nec delectabitur in eo: delectabitur potius in fricatione mulierum, & maxime puellarum. At ſi Mars & Venus fuerint in ſignis fœmininis, fuerintq; occidentales, diliget coitum uirorum, & delectabitur in illo, & utetur eo ſecundum naturam. Et ſi fuerit Iupiter in ſigno fœminino, fueritq; occidentalis in natiuitatibus tam uiri quàm mulieris, uec fuerit de Marte quod dictum eſt de ipſo, erit coitus nati naturalis & ſecundum legem. Si quidem fuerit Mars ſignificator ſolus, nec aſpexerit eum Iupiter, erunt eorum coitus, ut multum, contra leges tam naturales, quàm apoſtolicas. Et dixit Ptolemæus in centiloquio, Venus incorporabitur Saturno in natiuitate, fueritq; eidem in ſeptima dignitas, erit natus immundi coitus.

CONſideratio centeſima trigeſima ſecunda eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, utrum Mars ſit corporaliter in natiuitatibus, cum quadam ſtella rubea de natura ipſius, quæ eſt in Tauro, quæ dicitur Algol: ita quòd ſit inter eos diſtantia ſedecim minutorum, uel minus, eunte Marte ad ipſam, & dominus domus in qua fuerit luminare cuius eſt autoritas, qui dicitur dominus Anauba, uel exaltationis, uel duarum aliarum dignitatum: fueritq; in oppoſitione Martis uel in eius quarto aſpectu, nec aſpexerit aliqua ex fortunis gradum aſcendentem, nec fuerit in octaua domo, proculdubio ſignificat quòd natus ille decapitabitur. Quod ſi non fuerit Marti latitudo ab ea plus ſedecim minutis, accidet hoc infallibiliter, nec poterit euitari, niſi Deus auertat. Quod ſi aſpexerit fortuna retrograda, uel combuſta, gradum aſcendentem, uix tamen poterit prohibere quin decapitetur natus, ſed non decapitabitur ex ſua culpa. Si autem non fuerit impedita, natum à mala morte releuabit: migrabit in electo ſuo, morietur tamen de capitali ægritudine, quæ proueniet ex calida cauſa, & hoc infra quinquageſimum annum. Quod ſi non fuerit de Marte hoc quod dictum eſt, fueritq; in octaua infortuna, morietur natus mala morte. Si autem fuerit ibi fortuna non impedita, morietur in habitaculo

Algol.

Anauba.

ſuo

ſuo morte communi. Si quidem illa fortuna fuerit impedita, morietur tunc ex aliqua incommoditate ſibi ſuperueniente. Et dixit Ptolemæus in Centiloquio, quòd ſi fuerit luminare in medio cœli, cuius eſt autoritas: dico cum conditionibus prædictis, natus ille ſuſpendetur. Quod ſi fuerit aliquis malorum tunc in Geminis & alter in Piſce, abſcindentur eius manus uel pedes, ſecundum ſignificatum dico ſigni, in quo inuenies illum qui magis fuerit malicioſus. Si quidem fuerit Mars corporaliter iunctus cum domino aſcendentis, ipſiq; in Leone, nec habuerit Mars in aſcendente aliquam dignitatem, nec aliqua ex fortunis fuerit in octaua, ſignificat quòd natus ille comburetur. Quod ſi fuerit tunc Mars retrogradus uel combuſtus uel cadens, accidet hoc ei ex ſua culpa. Si autem non fuerit impeditus, accidet ei ex cauſa quam non meruerit. Et dixit Ptolemæus, quòd ſi fuerit Saturnus in natiuitate, dico in medio cœli, & ille cuius fuerit Anauba in oppoſito eius, & quartum ſignum ſiccum, morietur natus ex ruina. Si uero fuerit humidum ſubmergetur. Quod ſi fuerit ad formam hominum, ſtrangulabitur. Iterum ſi aliqua ex infortunis Mars, ſcilicet aut Saturnus fuerit in aſcendente hora natiuitatis, fueritq; peregrina, natus ille habebit in facie uel in capite notam ſeu ſignum. Quod ſi fuerit impedita, retrograda aut combuſta, erit nota illa ſiue ſignum illud turpe. Si autem fuerit libera, erit non turpe.

Conſideratio centeſima trigeſima tertia eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, utrum ſit aſcendens Gemini, aut Sagittarius, fueritq; dominus illius aſcendentis bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, & Luna ſimiliter: quoniam habet ſignificare quòd ſi natus uixerit, acquiret multam ſubſtātiam. Quod ſi fuerit aſcendens Virgo aut Piſcis dominusq; aſcendentis, & Luna bene diſpoſiti, acquiret pecuniam & expendet eam in bona parte: eritq; largus & ſplendide uiuens: diligeturq; ab hominibus propter ſuam largitatem atque bonitatem ſuæ uitæ. Ille autem cuius fuerit aſcendens Gemini aut Sagittarius, non erit bonus expenſor, ſed tenax. Adhuc ille cuius fuerit aſcendens Gemini aut Virgo, poterit amittere ſuam ſubſtantiam, & depauperari ea. Ille uero cuius fuerit aſcendens Sagittarius aut Piſcis, nunquam perdet eam nec depauperabitur ipſa. Item aſpice ſi fuerit aſcendens Aries uel Scorpio uel Capricornus aut Aquarius, quòd erit natus auarus atque miſerrimus, & abhorrendus. At ſi aſpexerit Iupiter tunc aſcendens, minuet de illa miſeria, non tamen tollet eam.

Conſideratio centeſima trigeſima quarta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, utrum Mars & Venus ſint in ſexta. & ipſi alias bene diſpoſiti: quoniā habet hoc ſignificare quòd natus ille ſit naturaliter futurus perfectus medicus in qualibet parte medicinæ. Et ſi fuerit Mercurius iunctus corporaliter Veneri, & ipſa retrograda: ſignificat quòd natus erit naturaliter perfectus cantor. At ſi fuerit Mercurius in duodecima, nec ipſe alias impeditus: ſignificat quòd erit ſapiens naturaliter in omnibus ſcientijs atque philoſophijs.

Conſideratio centeſima trigeſima quinta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, utrum dominus aſcendentis & Luna & Iupiter & Venus ſint omnes in aſcendente, uel aſpiciant Iupiter & Venus dominum aſcendentis, & Lunam in aſcendente à trino uel ſextili aſpectu, nec ipſi ſint impediti: quoniam ſi ſic fuerit, ſignificat quòd natus ille ſit futurus ualde fortis corpore, & quòd nullus præſumet prætermittere mandata ipſius.

Conſideratio centeſima trigeſima ſexta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus regum atque diuitum & magnatum aliorum, ſcilicet qui ſunt apti regno, ſi ambo luminaria fuerint in gradibus ſuarum exaltationum, uel in ſuis domibus in gradu tali, unum in quali fuerit alterum, fuerintq; ab omnibus impedimentis libera: quoniam habet ſignificare quòd natus accedet ad dignitates grandes, atque ſublimes: fiet enim rex Romanorum, uel proximior qui fuerit in dignitate regali poſt regem Romanorum, ita quòd dicetur de ipſo quòd ſit quaſi Rex uniuerſalis in mundo, & extendetur hoc uſque ad quartam generationem ſuorum deſcendentium. At ſi omnes Planetæ qui ſunt ſub Ioue, commiſerint ei diſpoſitionem ſuam, & ipſe receperit eam ab unoquoque, non obſtante conditione prædicta. & poſtmodum commiſerit eas & ſuas Saturno, & Saturnus receperit eas & eum, fuerintq; ambo orientales à Sole & in angulis, ſignificat quòd natus ſit futurus homo magni nominis magnæq; potentiæ, licet non regiæ: figet nomen ſuum in terra: durabitq; fama ipſius multo tempore in tota uita ſua, & poſt mortem ipſius per tria regna Saturni uel forte plus durabit.

Conſideratio centeſima trigeſima ſeptima eſt, ut aſpicias utrum Mercurius ſit iunctus cum Saturno in aſcendente: quoniam habet ſignificare, quòd natus erit inſipiens, linguoſus, & uolet reputari ſapiens: erit male loquens de omnibus, tam de uiris quàm de mulieribus. Maior ſapientia quæ reperietur in eo, erit inuenire multa mendacia & uel eis: uix unquam poterit loqui quin immiſceat dicto ſuo aliquid falſitatis: ita erit ei naturale mentiri, eritq; ualde turpis linguæ: habebit quoq; à Saturno malitiam linguæ, à Mercurio uero acuitatem malinæ ipſius.

Conſideratio 138. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus utrum in natiuitate alicuius ſint duæ infortunæ in termino quartæ domus ipſius natiuitatis, uel ſi fuerint anguli ſigna mobilia, & Mars & Saturnus fuerint in eis: quoniā habet ſignificare quòd natus erit pauper, miſer, infortunatus, præ omnibus alijs infortunatis toto tempore uitæ ſuæ, niſi contra operetur Iupiter aut domini triplicitatis aſcendentis.

Conſideratio 139. eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſimiliter & in quæſtionibus in qua domo inueniatur Cauda draconis: quoniam habet ſignificare hoc euacuationem atq; deſtructionē rerum quæ ſignificantur per illam domum, & ſpecialiter lucri.

Nā ſi fuerit in prima, ſignificat euacuationē lucri, quod faciet natus cū perſona ſua. Si fuerit in ſecunda, euacuationē lucri quod fecerit cum pecunia ſiue cum ſubſtantia ſua. Si fuerit in tertia, euacuationē lucri quod fecerit cū fratribus uel occaſione fratrū uel cū uicinis uel cōſanguineis minoribus ſe. Si fuerit in quarta, euacuationē lucri, quod fecerit cū patre uel auo uel ſocero uel hęreditate, & ſignificat etiā

quòd natus, ſeu quærens mutabit multas domos cauſa meliorandi, nec morabitur firmus in eis, nec bene cedet ei ex illa mutatione. Si fuerit in quinto, euacuationem lucri, quod faciet cum filijs uel occaſione filiorum. Si fuerit in ſexto, euacuationem lucri, quod faciet cum ſeruis uel animalibus minoribus. Si fuerit in ſeptimo, euacuationem lucri, quod faciet cum mulieribus uel ſocijs uel inimicis.

Si fuerit in nono, euacuationem lucri quod faciet cum religioſis uel cauſa religioſorum. Si fuerit in decimo, euacuationem lucri quod faciet cauſa dignitatum, ſeu magiſteriorum. Si fuerit in undecimo, euacuationem lucri quod faciet cum amicis uel cauſa amicorum. At ſi fuerit in duodecimo, euacuationem lucri quod faciet cum animalibus maioribus uel cauſa inimicorum occultorum.

CONſideratio 140. eſt ut aſpicias utrum ſignificator finis rei uel ipſius complementi ſit ita debilis, quòd non poſſit rem perficere, nec Luna ſimiliter: accipe tunc, ſi ſic fuerit, ſignificatorem quærentis & ſignificatorem rei quæſitæ: minuesq; minorem de maiori: & adde reſiduo gradus ſigni aſcendentis, & quod prouenerit proijce ab aſcendente, & ubi acciderit dominus illius ſigni erit ſignificator eius quod quæris ſecundum ſubſtantiam rei quæſitæ, ſeu conſideratæ & ſecundum illius eſſe iudicabis, prout ipſum inueneris fortunatum & fortem, uel infortunatum et debilem. Nam ſi agatur de ſubſtãtia, & ipſe fuerit in ſecundo, ſecundũ eius eſſe diſponetur ſubſtantia quærentis. Si fuerit in tertio, ſecundum eum diſponentur fratres. Si fuerit in 4. ſecundum eum diſponentur conſanguinei maiores. Si fuerit in 5. ſecundum eum diſponẽtur filij. Si fuerit in 6. ſecundum eum diſponentur uernaculi. Si fuerit in 7. ſecundum eum diſponentur uxores. Si fuerit in 8. ſecundum eum diſponentur dotes. Si fuerit in 9. ſecundum eum diſponentur itinera longa. Si fuerit in 10. ſecundum eum diſponentur eius magiſteria. Si fuerit in 11. ſecundum eum diſponentur amici. Si fuerit in 12. ſecundum eum diſponentur inimici.

CONſideratio 141. eſt eſt, ut aſpicias in natiuitatibus, & conſideres dona ſeu fortunia quæ dantur hominibus à ſtellis fixis, & modum durabilitatis eorum in ſuis ſubiectis, & quare non durant tantum, in eis quantum durant illa quæ dantur à Planetis, cum uideanĩ debere durare diutius quàm illa de quibus nullum aliud dictum memini me inueniſſe, niſi quòd Ptolemæus dixit in centiloquio ſtellæ fixæ dant dona, modum excedentia, ſed multotiens finiunt in malum. Et Almanſor dixit in capitulis oblatis, regi magno Sarracenorum, ſtellæ fixæ dant dona grandia, & ſubleuant de paupertate ad ſublimitatem, quod ſeptem Planetę nõ faciunt.

Dona quæ ſtellæ fixæ dant hominibus, non durant in eis tantum quantum durant illa quæ dant Planetæ. Quod accidit ex eo, quòd ſtellæ fixæ ſunt agentes, & homines ſunt patientes. Vnde ſubiecta in quæ ſtellæ agunt, non ſunt eis conuenientia, nec ſunt apta nata poſſe ſuſcipere earum impreſſionẽ. Oportet enim quòd inter agens & patiens ſit conformitas ſeu aliqua conuenientia. Stellæ ſiquidem fixæ ſunt tardiſſimi motus, & tardiſſimæ mutationis: & ideo impreſſiones earum requirunt ſubiecta ſeu patientia conuenientia ſibi, & quæ longiſſimæ ſint durabilitatis, & quæ habeant conformitatem cum eis, ut earum effectus poſſit in eis perfici ſiue compleri. Circularis enim motus ſtellarum fixarum, non completur in minus 36000. annis. Circularis uero motus hominum, durat per tria regna Saturni, qui eſt tardiſſimus Planetarum, quod eſt ſpacium 90. annorum. pauci tranſcendunt illud, quod poſſet accidere aliquibus ex additione annorum alicuius Planetę annis Alcocoden in radice natiuitatis. Vnde ut multum, immo ut plurimum longa uita hominis eſt nonaginta annorum, licet aliqui octuagenarij uel forte nonagenarij mentiantur ſe centenarios eſſe, cum in ueritate nõ ſint, quod non habet ueram conformitatem, neque ullam ſimilitudinem cum 36000. annis ad perficiendum effectus illarum impreſſionum. Sicut enim aquila non poteſt extendere, nec exercet complementum ſui uolatus, nec ſuæ potentiæ in muſcam, nec lapis exiens à funda trabuchi poteſt exercere ſuos actus in muſcionem: ita ſtellæ fixæ non poſſunt exercere complementum ſeu effectum ſuarum impreſſionum in hominibus: & ideo dona ſeu fortunia ipſarum non durant in hominibus diutius, quoniam homines ſunt velociſſimæ mutationis, & paruæ durabilitatis, reſpectu circularitatis ſtellarum fixarum. Et ob hoc dictum eſt, exerce ſtellas fixas in ædificatione urbium: Planetas uero in ædificatione domorum: quoniam ciuitates ſunt res longiſſimæ durabilitatis inter res corruptibiles, reſpectu domorum: domus uero longæ durabilitatis reſpectu hominum. domus nanque non durant ſemper per ipſarum indiuidua. Ciuitates uero durant per ſucceſſiuam domorum ædificationem & reædificationem. Caſtra ueruntamen licet ſint longæ durabilitatis, non ſunt tantæ quantæ ſunt ciuitates. Vnde poſſumus uti Planetis ſuperioribus in ædificationibus caſtrorum: tutius tamen eſt uti in eorum ædificatione ſtellis fixis: quonĩ caſtra ſunt maioris durabilitatis quàm domus, licet aliquando quædam caſtra dirimantur. Et quia ciuitates ſunt maioris durabilitatis quàm caſtra, ſunt tamen magis propinquæ ſtellis fixis, quarum ſunt ſubiecta: plus enim durat impreſſio quàm res ſolida facit in rem magis ſolidam quàm in re minus ſolida. Iterum multo minus durat in re non ſolida quàm in re aliquantulum ſolida: & iterum multo minus durat in re lubrica quàm in re non ſolida uel minus lubrica. Vnde illæ impreſſiones quas faciunt ſtellæ fixæ in ciuitates, ſunt maioris durabilitatis, quàm illæ quas faciunt in caſtra: quoniam ciuitates ſunt eis magis correlatiuæ quo ad temporis diuturnitatem. Et illę quas faciunt in caſtra ſunt maioris durabilitatis quàm illæ quas faciunt in domos: quoniam caſtra magis propinqua ſunt earum correlationi quàm domus hominum uero corpora magis remota ſunt à corporibus illis quàm domus, & ideo magis corruptibilia: & ob hoc minus applicant eis earum ſignificata: & ſi applicentur eis minus durant: quoniam ſignificata ſtellarum fixarum ſunt tam magna & tam nobilia, & tam alta: & à corruptione atque mutabilitate remota, quòd non poſſunt cito ſuſcipere mutabilem commixtionem cum cito corruptibilibus ſeu ueloci-

Circularis motus.

Vita hominis 90.

Ædificatione domorum & urbium.

uelociter mutabilibus, niſi ut oleum cum aqua licet enim imprimat in eam, non tamen diu durat impreſſio illa. Tanta enim nobilitate funguntur ſtellæ fixæ, quòd propter earum remotiſſimam elongationem ab iſtis corruptibilibus & uilibus & uelociter mutabilibus & appropinquationem ſuperno ſplendori non poſſunt earum ſignificata diutius in eis manere, uel cum eis, & in hominibus maxime cum leuiter ac uelociter immo uelociſſime mutentur & corrumpantur, & maxime in uilibus natione cordiſq; imbecillitate atque puſillanimitate: non enim tranſcendunt perſonam illius cui contingunt, & eo uiuente rariſſime continget aliter, & ut plurimum in ipſius malum, & in tale quòd ſolus Deus poterit auertere, & non alius, ut plurimum dico: quoniam aliquando poſſent finiri in bonum, licet hoc rariſſime contingat: ſicut accidit aliquando quòd aliqui uixerunt ſecundum annos maximos Alcocoden, de quibus tempore meo non uidi niſi unum qui uocabatur Ricardus qui dicebat ſe fuiſſe in curia Caroli magni regis Franciæ & uixiſſe quadringentis annis. Et dicebatur tũc quòd erat quidam alius qui fuerat tempore Ieſu Chriſti, & uocabatur Ioannes Buttadæus, eo quòd impuliſſet Dominum quando ducebatur ad patibulum, & ipſe dixit ei, Tu expectabis me donec uenero, Et uidi Ricardum Rauennæ æra Chriſti milleſima ducenteſima uigeſima tertia, & ille Ioannes tranſiuit per Forliuium uadens ad ſanctum Iacobum æra Chriſti milleſima ducenteſima ſexageſima ſeptima. Nec applicarentur ſignificata ſtellarum fixarum hominibus nec adhærere poſſent eis, nec durarent in eis quaſi ſenſibiliter, niſi eſſet medium per quod ipſe agunt in eos, Planetæ qui ſunt ſecundarium agens & ſtellæ fixæ principale, ubicunque enim ſunt plures actiones ordinatæ diuerſis agentibus attributæ, oportet quòd principalis actio tribuatur principali agenti: quoniam habent ſe ad effectus rerum corruptibilium tanquàm cauſa prima. Planetæ uero tãquàm cauſa ſecunda. Corruptio enim quam iſta inferiora patiuntur, eſt propter nimiam remotionem ſeu diſtantiam à ſuperioribus incorruptibilibus, quæ non dicuntur habere motum, cum non uideantur moueri ſenſibiliter. Durant tamen aliquãdo in magnatibus & diuitibus qui ſunt apti regno, ſuntq; magnanimes & fortes corde, quorum meo tempore unus fuit Fridericus ſecundus Romanorum Imperator, qui cum eſſet indigens atque in neceſſitate magna poſitus, nullo potente ſibi reſiſtere Imperator eſt effectus, ſibiq; Apuliam, regnum Siciliæ atque Ieruſalem, Cracouiam, Italiam, Romanumq; Imperium præter partem Lombardiæ: omnes etiam ſuos inimicos proditores atque rebelles ſubiugauit, ſtetitq; in tali ſtatu annis fere triginta. Vltimo tamẽ miſerabiliter mortuus eſt, à ſuis proprijs fuit uenenatus totaq; ſui proſapies fuit extirpata, ita quòd quaſi ex eis nulli penitus remanſerunt. Fuit quidam alius Ecilinus de Romano, qui cum non eſſet multum ſublimis, exaltatus eſt ualde præ omnibus Italis, ita quòd fama eius transfretauerat atque per multas ſonuerat regiones. Dominabatur enim quaſi toti Marchiæ Treuiſienſi etiam uſque in Alamaniam, & uſq; Tridentum, & uſque prope Venetias per quatuor uel per quinque miliaria, ſtetitq; tyrannus in illis partibus, & durauit eius tyrannides per uigintiſex annos. ultimo tamen omnia hæc finita ſunt in eius malum. Cum enim uideretur impoſſibile ipſum poſſe deprimi, cecidit in manus maiorum inimicorum, quos habebat in quodam prælio quod geſſit in comitatu Mediolanenſi apud Caſſianum, & miſerabiliter mortuus eſt, & tota eius progenies eſt deſtructa, ex ipſa nemine remanente. Fuit ſimiliter quidam de regno Apuliæ, natione uilis nomine Petrus de Vinea, qui cum eſſet ſcholaris Bononiæ mendicabat, nec habebat quid comederet, & poſtea effectus eſt notarius: deinde protonotarius curiæ Imperatoris Friderici ſecundi. poſtmodum audiuit leges & effectus eſt iudex maioris curiæ Imperatoris & aſcendit ad tantam dignitatem, quòd beatus reputabat qui poterat fimbriolam aliqualem habere gratiæ ipſius, & quicquid ipſe faciebat Imperator habebat ratum. Ipſe autem multa retractabat & infringebat de his quæ faciebat Imperator, & fecit eũ Imperator dominum ſiue dominatorem totius Apuliæ & eſt inuentus habuiſſe in bonis, ſolum in auro 10000. libras Auguſtanenſium, ſine alijs diuitijs quæ dicebantur quaſi eſſe inæſtimabiles. In fine ſiquidem deuenit ad tantam depreſſionem & ad tantam miſeriam, quòd Imperator fecit eum cæcari, qui dedignatione motus percuſſit caput ad quendam murum, & ſic ſemetipſum miſerrime interfecit, ſicut tunc communi fama dicebatur.

Fuit etiam quidam alius Piſis qui uocabatur Smergulus uilis natione, quaſi de minimis popularibus, qui eſt effectus quaſi dominus Piſarum, nec erat aliquis de magnatibus auſus reſiſtere illi, poſtmodum deuenit in nihilum. Poſt illum fuit quidam alius in eadem ciuitate qui uocabatur Oddo Gualduzius paruus popularis, qui aſcendit ad tantam altitudinem, quòd quaſi dominabatur toti ciuitati. nec erat aliquis auſus contradicere ſibi: ultimo quidam qui erat iudex Galiuer fecit eum fruſtratim incidi in ciuitate Piſarum, nec aliquod regimen fecit inde poteſtas, niſi quòd qui habuerit malum, paſſus eſt damnum. Idem accidit Forliuij de quodam qui uocabatur Symon Mettaguerre, qui de uili patre natus eſt, qui deuenit ad tantam ſublimitatem, quòd totus populus ſequebatur ipſum: nec audebat ei aliquis reſiſtere, niſi ego ſolus qui pure noueram illum, & quicquid mali poterat operabatur contra omnes, & durauit illud quaſi per tres annos. Vltimo tamen depreſſus eſt, & deuenit quaſi ad nihilum, fuit enim bannitus & expulſus de ciuitate, quod accidit propter uilitatem ſui corporis atque puſillanimitatem. Fuit ſimiliter quidam frater de ordine prædicatorum, nomine Ioannes, natione Vicentinus, quem alias nominaui, qui reputabatur ſanctus quaſi ab omnibus Italis, qui confitebantur eccleſiam Romanam: mihi autem uidebatur quòd eſſet hypocrita: qui deuenit ad tantam ſublimitatem, quòd dicebatur ſuſcitaſſe octodecim mortuos, quorum nullus potuit ab aliquo uideri, & dicebatur curare omnem infirmitatem, fugare dæmones: ego tamen non potui uidere aliquem liberatum: licet ſtuduerim multum ut uiderem, nec aliquem qui diceret firmiter ſe uidiſſe aliquod de ſuis miraculis, & uidebatur

quaſi

quaſi totus mundus ruere poſt ipſum, & reputabatur beatus qui poterat habere aliquod filũculum cappæ ipſius, & reſeruabatur pro reliquijs ſanctis, & ibant Bononienſes armati cum eo & circa ipſum pro communi & circumdabant ipſum lignis conuexis, quocunque ibat, ne aliquis poſſet ei appropinquare. & ſi aliqui appropinquabant ei, tractabant eos malo modo: nam aliquos mactabant: alios uulnerabant alios baculis fortiter cedebant: & ipſe gaudebat & lætabatur de mactatis cæſis atque uulnerans, nec ſanabat aliquem, ſicut fecit Ieſus Malchum. Et dicebat ipſemet palam in ſuis prædicationibus quòd loquebatur cum Ieſu Chriſto, & cum Beata Virgine, ſimiliter & cum angelis quandocunque uolebat, & fuerunt fratres prædicatores Bononiæ, tunc ſub talibus nugis lucrari ſecundum quòd dicebatur publice plus quàm 20000. marchas argenti, & erat tantum poſſe ipſius in Bononia, quòd Bononienſes timebant eum in tantum quòd quicquid ipſe præcipiebat eis totum faciebant, immo fecit quadam uice relaxari quendam militem, qui uocabatur Laurencerius qui interfecerat filium cuiuſdam ſui conuicini: & erat condemnatus per poteſtatem ut decapitaretur, nec fuit poteſtas auſus facere inde aliquod regimen, nec erat aliquis auſus contradicere iuis mandatis, niſi ego ſolus, non tamen Bononiæ: noueram enim ſuas tricarias & ſuas falſitates. uulgus tamen dicebat, quòd ego eram hęreticus ſolum præ timore ipſius, & durauit in illo ſtatu fere per unum annum: ulnmo tamen deuenit quaſi in nihilum, ita quòd uix aſſociabatur ab uno fratre cum uolebat ire alicubi & cœperunt homines cognoſcere quis ipſe erat.

CONſideratio centeſima quadrageſima ſecunda eſt, ut aſpicias in natiuitatibus ſeu quæſtionibus uniuerſalibus, dona ſeu fortunia quæ dantur hominibus à Planetis, quoniam applicantur eis, & durant cum ipſis diutius, & extenduntur ad ſucceſſores ſecundum quòd ipſi fuerint in radicibus natiuitatum diſpoſiti: ſed non ſunt excedentia modum. niſi forte applicentur ſtellis fixis fortùnans: et hoc ideo quoniam ſunt uelocis mutabilitatis, unde habent maiorem affinitatem cum eis, quàm illa quæ dantur à ſtellis fixis: & maxime fortunia quæ dantur ab inferioribus, propter eorum maiorem uelocitatem & conformitatem eorum cum ſubiectis ſibi correlatiuis. Fortunia uero quæ dant ſuperiores, non durant tantum in hominibus quantum prædicta: ualent tamen in ædificationibus domorum plus alijs.

De fortunijs quæ dant Saturnus & alij Planetæ.

SAturnus enim cum fuerit orientalis bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis & receptus in loco in quo fuerit, dat fortunia magna in ædificationibus. plantationibus arborum, longam durabilitatem requirentium in cultibus terrarum in productionibus aquarum & ſimilium. Iupiter uero dat fortunia magna in ſcientijs, ut ſunt leges, decreta, & decretales, & dignitatibus: ut iudicatus epiſcopatus, & ſimilia. Mars autem dat magna fortunia in productionibus exercituum, & eorum ducatibus & ſimilia. Sol quidem dat magna fortunia in dignitatibus laicalibus, ſicut ſunt regna, regimina ciuitatum, poteſtariæ & ſimilia.

Inferiores uero dant ſua fortunia magna adhærentia hominibus, & magis durabilia in iſtis corruptibilibus, quæ ſunt infra ciuitates & caſtra, quàm ſuperiores, propter ſuam appropinquationẽ cum eis, & citam ac uelocem mutationem ſuſcipientibus, & correlationem cum eis. Venus uero qui eſt Planeta ſuperior, ex inferioribus, dat ſua fortunia in his quæ pertinent ad facta mulierum & earum ornamenta, & in ſeducendo eas ut non tueantur ſe ab illis & lucra cauſa ipſarum, & ſimilia.

Mercurius autem dat ſua fortunia ex mercationibus, ſcripturis, picturis, futuris, & ſimilibus. Luna quidem dat ſua fortunia ex nauigationibus & mercationibus, quæ ſępe recitantur, ſcripturis etiam & picturis: plantationibus uinearum: uſibus potationum: uel uenditionibus uini, & eius mercationibus, & ſimilia. Omnia hæc dantur excellenter ſi adhæreant illis quibus naturaliter data fuerint à Planetis, ut dixi. Et licet ſignificata corporum ſupercœleſtium adhæreant hominibus, non tamen durant ſemper in eis · durant tamen ſignificata Planetarum inferiorum diutius quàm ſignificata ſuperiorum, & ſignificata ſuperiorum durant diutius quàm ſignificata ſtellarum fixarum. Significata quidem, ſiue fortunia, ſiue diuitiæ quæ dantur per Lunam, poſſunt durare uſque ad ſeptimam ætatem, ſeu generationem: quoniam ipſa eſt ſeptimus Planeta poſt Saturnum, incipiendo à ſuperioribus, & ſi tranſcenderint ſeptimam, non poſſunt tranſcendere octauam, ponendo ætatem ſeu generationem à quadrageſimo ſecundo anno uſq; ad quadrageſimumquintum annum, ita quòd uterque includatur. Illa quæ dantur per Mercurium poſſunt durare uſque ad ſextam ætatem, quoniam ipſe eſt ſextus Planeta poſt Saturnum, ſeptimam quidem non poſſunt tranſcendere, & uix illam attingere. Illa autem quæ dantur per Venerem, poſſunt durare uſque ad quintam ætatem, quoniam ipſa eſt quintus Planeta poſt Saturnum. Sextam uero non poſſunt tranſcendere, & uix eam attingere. Illa uero quæ dantur per Solem poſſunt durare uſque ad quartam ætatem, quoniam ipſe eſt quartus Planeta poſt Saturnum, quintam non poſſunt tranſcendere & uix eam attingere. Illa uero quæ dantur per Martem poſſunt durare uſque ad tertiam ætatem, quoniam ipſe eſt tertius Planeta poſt Saturnum: quartam non poſſunt tranſcendere, & uix eam attingere. Illa quæ dantur per Iouem poſſunt durare uſque ad ſecundam ætatem: quoniam ipſe eſt ſecundus Planeta poſt Saturnum: tertiam uero non poſſunt tranſcendere & uix eam attingere. Illa ſiquidem quæ dantur, per Saturnum poſſunt durare uſque ad unam ætatem · ſecundam equidem non poſſunt tranſcendere, & uix aut nunquam attingere. Et licet dixerim, quòd poſſunt tantum durare, non tamen dico quòd non prius finiri: dixit enim Ariſtoteles, quòd ſunt poſiti termini qui non poſſunt præteriri non tamen dixit quòd non poſſunt præueniri, & ſic in iſtis. Dico nanque non poſſunt tranſcendere ipſa prædicta, quin aut penitus dirimãtur, aut taliter deprimantur, quòd remanebunt in

tali

tali eſſe, quòd non aſſimilabitur priori, niſi ut uiride uel ſubnigrum albiſſimo, niſi forte aliquid accidat nouiter aliunde, quod rarius continget: nec poterit uere dici quòd ſit illud idem, immo erat aliud à primo. Et ex prædictis fuerunt quidam, qui uoluerunt dicere, quòd tales diuitię uel ſimiles poſſent dici malæ quæſtæ, & inde tractatum eſt, quòd laici de malo quæſtu proxima deſtructio: dicunt enim quòd male quæſta non tranſcendunt quintam ætatem: & quidam dicunt, quòd non tranſcendunt tertiam, ignorantes tamen unde hoc habeant, niſi audiuerint dici ab alijs diutius, & quia uiderunt ut multum ſic euenire: nec tamen hoc caret aliquali ratione conditionibus prædictis, ſcilicet quòd male quæſta non tranſcendunt tertiam uel quintam ætatem: intelligo enim male quæſta diuitias quæ aduenerunt alicui per modum fœnerationis & rerum, in quibus committuntur multa mendacia & multæ deceptiones & rapinæ atquè furta, & ſimilia.

Conſideratio centeſima quadrageſima tertia eſt, ut conſideres modum iudicandi, & per quas uias oporteat te ad iudicium aliquod peruenire, ut illud examinare atque recte diſcutere poſſis, & ſecundum quòd ſtellæ tibi oſtenderint eius pandere ueritatem. Cuius conſiderationis modus hic eſt. aſpicies enim hoc 14. modis. Primus modus eſt utrum interrogator quærit ex intentione aut non. ſi enim dominus aſcendentis & dominus horæ fuerit idem, uel ſigna in quibus fuerint prædicti ſignificatores, fuerint eiuſdem triplicitatis uel eiuſdem complexionis ex intentione fiet quæſtio. ſi uero non fuerit ita, uel fuerit aſcendens finis alicuius ſigni, non erit quæſtio ex intentione nec radicalis.

Secundo, aſpicies aſcendens & eius dominum & Lunam & Planetam à quo ipſa ſeparatur & da illos quærenti. ſeptimum uero & Planetam cui iungitur Luna dabis quæſito, ut alias dicitur: & ſi neceſſe fuerit, deſcende ad perſonas ſecundum quòd ſignificantur res per domos à prima uſque ad duodecimam. Tertio, conſiderabis domum ſeu ſignum ſignificans rem quæſitam. Quarto, aſpectum Planetarum bonorum ſeu malorum ad ſignificatores rerum quæſitarum. Quinto, in quo loco à domo ſua fuerit quiſque ſignificatorum, utrum in ipſa uel in ſecunda uel in tertia uel in quarta & cætera, uſque ad duodecimam, aut in uia combuſta, uel in ſimilibus locis inueniatur. Sexto, utrum in angulis uel ſuccedentibus uel cadentibus reperiatur. Septimo, Interrogantium auxilium unde ſibi eueniat utrum ſcilicet à patre uel filio uel rege uel conſanguineis uel amicis, &c. diligenter attende: quoniam boni ſignificatores bonum, mali uero contrarium iudicabunt. Octauo, per lætitiam quærentis, ut ſi dominus primi reperiatur in quinto, uel alibi cum eius domino iunctus abſque malorum impedimento, uel per eius triſtitiam, ut ſi reperiatur in ſexta uel ſeptima uel octaua uel duodecima, niſi quæſtio ſit de rebus quæ ſignificantur per illas domus: nam ſecundum quòd illud inueneris, ita iudicabis. Nono, per fortunas uel infortunas ſecundum quòd eas inueneris in locis ſignificantibus res de quibus fiunt quęſtiones, ut ſi fortunæ plures fuerint bonum. ſi autem mali plures fuerint malum, ſi æqualiter bonum mediocre nunciabis. Decimo, ut ſi dominus primi fuerit in domo rei quæſitæ, uel cum eius domino alicubi iunctus. Vndecimo, ut conſideres in qua domo fuerit coniunctus dominus primi cum ſignificatore rei quæſitæ: quoniam per ſignificatorem illius domus uel eius occaſione rem uenturam poteris iudicare. Duodecimo, ut ſi non fuerint coniuncti ſignificatores & tranſtulerit inter eos aliquis Planetarum lumen, uel acceperit eorum diſpoſitionem, illud idem iudicabis. Tredecimo, per naturam ſignificatorum ſe inuicem in naturis & ſignificationibus concordantium. Decimoquarto, ſecundum quòd receptor diſpoſitionis fuerit fortuna uel infortuna, fortis uel debilis, & aſpexerit ſignificatores, uel Lunam uel aliquem eorum ex amicitate uel inimicitate pronunciabis.

Conſideratio centeſima quadrageſima quarta eſt, ut conſideres in quæſtionibus uel in natiuitatibus uel alijs principijs, quando ſignificatores non bene oſtenderint tibi quod ſcire intendis, & eorum ſignificatum fuerit ambiguum, nec bene poteris illud perpendere· accipe locum domini aſcendentis, & locum domini domus Lunæ: & uide diſtantiam graduum quæ fuerit inter eos, incipiens ab Ariete de quibus facies ſigna, & adde deſuper gradus ſigni aſcendentis, & proijce ab aſcendente tam in die quàm in nocte, & ubi finitus fuerit numerus, dominus illius domus erit ſignificator, & ab illo accipies ſignificatum rei quæſitæ, nam ſecundum diſpoſitionem illius poteris iudicare. Significator.

Conſideratio centeſima quadrageſima quinta eſt, ut aſpicias in natiuitatibus diurnis, ſi fuerit cor Leonis in aſcendente, in linea ſcilicet orientali, uel ſupra ipſam uno gradu uel infra ipſam tribus gradibus: uel fuerit decima in ſimilibus gradibus ſine coniunctione uel aſpectu alicuius fortunæ: quoniam ſignificabit hoc quòd natus erit magni nominis, magnæq; potentiæ, nimium ſimiliter exaltatus, & quòd ad ſublimes perueniet dignitates, etiam ſi de uiliſſimis parentibus natus reperiatur. Et ſi aſpexerit aliqua ex fortunis locum iterū, plus augmentabitur eius ſublimitas. Si autem natiuitas fuerit nocturna, erit aliquid infra hoc non tamen multum. Quod ſi aſpexerint mali, erit aliquid magis infra illud. Si uero aſpexerint fortunę, augmentabunt bonitatem pro quarta parte & minuent maliciam pro quarta parte. Attamen quodcunq; prædictorum eueniat, ſignificat quòd natus mala morte morietur, uel ſaltem omnes eius ſublimitates omnesq; magnitudines, eiusq; potentiæ finientur in malum.

Conſideratio centeſima quadrageſima ſexta eſt, ut aſpicias locum domini aſcendentis, & locum domini duodecimi, & minuas minorem de maiori, & addas reſiduo gradus ſigni aſcendentis, & proijce ab aſcendente, & ubi finitus fuerit numerus dominus illius ſigni, erit particeps domini quæſtionis: & dicetur primus particeps. Iterum aſpice locum domini dicti ſigni, & locum domini partis fortunæ, & minue minorem de maiori, & adde gradus ſigni aſcendentis, & ubi finitus fuerit numerus, dominus illius ſigni erit particeps, & dicetur particeps ſecundus. Quod ſi fuerit unus & idem

idem Planeta, aſpicies tãtum ipſum. Aſpicies etiam dictos participes primum ſcilicet & ſecundum, & minue minorem de maiori, & adde gradus ſigni aſcendentis, & Planeta in cuius domum ceciderit numerus, erit tertius particeps, & quis prædictorum trium fortior eſt, dicetur autentior in participatione rei quæſitæ. Quod ſi ceciderint reſidua uel duo illorum in domum unius Planetæ ille præferendus erit. Quod ſi quæſtio uideatur bona, & illi participes ſint male diſpoſiti, minuent de bono quod ſignificatur per quæſtionem. At ſi fuerint bene diſpoſiti, augmentabunt bonum. Si autem quæſtio reperiatur mala, & illi participes inueniantur bene diſpoſiti, minuent malum quod ſignificatur per quæſtionem. Si autem fuerint mali diſpoſiti, augebunt illud. Sunt etiam aliæ multæ conſiderationes quæ poſſent cum prædictis aſſignari, atque conſiderari; ſed eſſet tibi maxima implicitas atq; multa & grauis inuolutio: tu autem ex induſtria tua poteris illas ſuo loco & tempore intueri, ſi tibi occurrerint De quibuſdam quarum faciam tibi mentionem in tractatu iudiciorum, de quibuſdam alijs in tractatu electionum, de quibuſdam alijs in tractatu reuolutionum, de quibuſdam etiam in tractatu natiuitatum, de quibuſdam alijs in tractatu imbrium ſeu aeris mutationum, prout tu ipſas ſi diligenter attenderis poteris eas, ſi tibi placuerit, perſcrutari.

TRACTATVS SEXTVS DE PARTIBVS IVDICIORVM SIVE INTRODUCTORIUM ſub breuiloquio ad iudicia ſtellarum,

Caput primum.

CVm ad Aſtronomiæ iudicia peruenire intẽderis, ſit tibi curæ primum conſiderare utrum ille qui ad te quæſtionem moturus aduenerit, quærat ex intentione an nõ, prout alias dicitur. Dicitur ſimiliter tibi qualiter tu poſſis ſcire, utrum ex intentione quærat an non latius quàm hic licet tangantur, hic quædam quæ nõ tangantur ibi: nam ſi dominus aſcendentis & dominus horæ fuerint eiuſdem triplicitatis, uel eiuſdem complexionis, uel fuerit idem dominus aſcendentis & dominus horæ, quæſtio erit ex intentione atque radicalis, ſi autem aliter fuerit, non uidetur quòd ſit ex intentione ſeu radicalis, niſi forte in caſu repentino, attribues aſcendens quærenti: & ſi neceſſe fuerit tibi, deſcende ad perſonam, percipiesq; ſignum quod ſignificat rem quæſitam, & Planetam illi ſigno dominantem, & aſpectum ſignificatorum, coniunctionem quoque fortunarum & malorum ad ſignificatores per corpus uel per aſpectum diligenter attende. Et ſcias coniunctionem Solis corporalem præ cæteris impedimentis eſſe nocibilem, quæ dicitur combuſtio. Similiter conſiderabis utrum ſignificator quærentis uel rei quæſitæ ſit in domo ſua uel in quacunque domo ab ea, & utrum ſit liber ab impedimentis an non, nec ſit in uia combuſta. Similiter utrum ſignificatores inter quos Luna ſemper eſt computanda, ſint in locis fortibus uel in debilibus, an mediocribus, & utrum in principijs domorum, an in medio, an in finibus earum, uidebis itidem auxiliatores ſignificatorum atque rebelles cuiuſlibet ſecundum ſuum eſſe. His omnibus diligenter conſideratis, poteris perpendere iudicium, quæſtionis tibi propoſitæ: quoniam fortunæ ſignificant bonũ; mali uero econtrarium malum nunciabunt. Si autem æquales fortunas, & malos inueneris, iudiciũ mediocre portendent. At ſi fortunæ præualuerint fortuniũ. Si autem mali contrarium iudicabis. Conſiderabis etiam perſonas quærentes, qualiter & per quem modum interſit uniuſcuiuſque interrogantium interrogare, utrum per ſe, & pro ſe quærat interrogator, an per alium & pro alio, & per quas domos ſignificentur perſonæ quærentes, & quæſitæ ſimiliter & quid ſignificetur per quamlibet domum, quarum ſignificata tu habes ſupra capitulo de ſignificatis duodecim domorum.

Qualiter ad iudicia ſit perueniendum.
Caput II.

CVm iudicare de futuris ſit difficillimum, & quòd hoc ſit uerum, patet per conſiderationes tibi ſuperius aſſignatas, nec dixit Hippocrates in caſſum iudicium aut difficile, quia nihil difficilius in mundo, quàm de futuris prædicere ueritatem. Oportet antequàm ad iudicia perueniatur, dicam tibi quædam de his quæ ſpectant ad negocium iudiciorum, ſine quibus impoſſibile fore credo te poſſe ſcire iudicare ſecundum ueritatis inceſſum, licet ſuperius de ipſis fecerim tibi aliquam mentionem. Quoniam oportet primo ſcire quæ ſunt cauſæ perficientes res, & quæ illarum ueritatem oſtendant, & quæ ſint quæ ipſas prohibeant, ne perficiantur, & à quibus cauſis rerum effectus eueniat, & à quibus eueniat earum detrimentum, & ſignificatum uniuſcuiuſque perficientis uniuſcuiuſque etiam cauſæ deſtruentis, ſeu prohibentis: & quæ ſignificent tempus quando debeant perfici, uel quando debeant deſtrui uel prohiberi antequàm iudicare præſumas. Et eſt officium quod dedit altiſſimus creator omnium Planetis & ſignis, & etiam ſtellis fixis. Et dixit Meſſahala & alij plures, quòd effectus & detrimentũ rerum in hoc mundo habet fieri tribus modis principaliter. Primo ſcilicet modo, ut iungantur dominus aſcendentis & dominus rei quæſitæ, atq; Luna ſimul. Secundo, ut ſi nõ iungantur prædicti ſignificatores ſimul, quòd ſit aliquis Planeta qui transferat lumen inter eos, ſcilicet ut ſeparetur ab uno & iungatur alteri. Tertio, ut fiat collectio luminis ab aliquo alio Planeta qui ſit ponderoſior eis, & ipſi ambo iungantur ei, & committat quilibet eorum diſpoſitionem ſuam illi: quoniam ipſe eſt qui perficit rem. Et eſt aliquando quòd res perficitur ad totam uoluntatem interrogantis, quandoq; perficitur pro parte, quandoq; nec ex toto nec pro parte & ego exponam tibi omnia hæc, ad hoc ut tu melius intelligas & cognoſcas qualiter poſſis iudicare ſuper rebus tibi occurrẽtib9.

De ex-


De expoſitione primi modi.

EXpoſitio primi modi quo res perficiuntur eſt, ut dominus aſcendentis & Luna iungatur cum domino rei quæſitæ, tunc enim perficitur res.



Verbi gratia, facta fuit quædam quæſtio, utrum quidam eſſet adepturus quoddam prædium quod ipſe uolebat emere, & fuit aſcendens Taurus 13. gradus, & Venus in Geminis 7. gradus, & Sol in Geminis 11. gradus, & Luna in Ariete 9. gradus: ſignificauerunt itaque dominus aſcendentis, ſcilicet Venus quæ ibat ad coniunctionem Solis corporalem, & Luna quæ ibat ad eius coniunctionem aſpectualē, quòd res illa debeat perfici, & perficeretur, ſi ille qui quærebat uolebat inſtare, ut perficeretur: & maxime, quia Sol qui erat ſignificator rei quæſitæ recipiebat Lunam de Ariete à ſextili aſpectu. Et nedum à ſextili, ſed etiam à quadrato uel ab oppoſitione, dummodo receptio interueniret, perficeretur res, licet cum grauitate atque ſollicitudine ſeu labore maximo, atque inſtantia ſimiliter & importunitate.


De expoſitione ſecundi modi.



EXpoſitio ſecundi modi eſt, ut unus Planeta ſeparetur ab altero, & iungatur alteri, & committat diſpoſitionem, quam acceperat ab alio illi cui ipſe iungitur. Verbi gratia, facta fuit mihi quæſtio: quæſiuit quidam utrum habiturus eſſet bona cuiuſdam ſui patrui, qui non habebat filios, cuius aſcendens fuit Scorpio 16. gradus, & Mars in eo 20. gradus, & Venus in Tauro 12. gradus uadens ad oppoſitionem Martis, & Mercurius in Piſcibus 17. gradus, ſeparabaturq; Mercurius à Venere aſpectu ſextili, quo fuit cum ea iunctus quæ receperat eum de Piſcibus, qui eſt eius exaltatio, & commiſerat ei diſpoſitionem ſuam, & portabat Mercurius Marti, & committebat eam ſibi à trinò aſpectu, & hoc ſignificauit, quòd eſſet ille habiturus bona patrui propter Venerem quæ erat ſignificatrix bonórum patrui quærentis, quæ cōmiſerat diſpoſitionem ſuam Mercurio, & Mercurius portabat illam Marti, qui eſt ſignificator quærentis. Sexta enim domus eſt ſignificatrix patrui, ſcilicet fratris patris, ſicut dictum eſt ſupra in capitulo de domibus, quoniam ſexta eſt tertia à quarta quæ eſt domus patris: & ſeptima eſt ſecunda à ſexta quæ ſignificat ſubſtantiam patrui. Et ſignificauit tranſlatio luminis, quòd fieret res illa per manus legatorum, qui intromittent ſe de ipſa, & uidebat quòd deberet fieri per manus cuiuſdā familiaris unius ſocij quærentis, quòd ſi ſociū nō haberet, fieret per manus cuiuſdā familiaris eius inimici uel eius uxoris, ſi non moraretur cum eo in domo uxor eius, & ſi non inueniretur ille familiaris, fieret per manus cuiuſdam ſerui fratris quærentis. quòd ſi frater non haberet ſeruum, fieret per manus cuiuſdam priuigni quærentis, quòd ſi priuignum non haberet, fieret per manus cuiuſdam ſui amici. quòd ſi non haberet amicum, fieret per manus cuiuſdam militis ſeu familiaris regis. quòd ſi tales perſonæ non inuenirentur, fieret per manus cuiuſdam de quo confidunt inimici eius occulti. Et ſi non inueniretur talis, fieret per manus illius qui ſignificatur per domum in qua eſſet tunc Luna.

Quando dicitur commiserat dispositionem suam in domo vel exaltatione

De expoſitione tertij modi.



EXpoſitio tertij modi eſt, ut cum unus Planeta qui eſt ſignificator rei quæſitæ non iungitur domino aſcendentis quæſtionis, ſed iunguntur ambo alteri, qui ponderoſior eſt eis, & committunt ei uirtutem ſuam ambo, & ille ponderoſior perficit rem quæſitam. Sicut uerbi gratia, quidam quæſiuit utrum eſſet adepturus quandam eccleſiam quam affectabat, & fuit aſcendens Sagittarius 14. gradus, & Iupiter in eo 15. gradus, & Sol qui erat ſignifica-

cator eccleſiæ in Geminis 14. gradus, & Saturnus in Ariete 18. gradus, & uterque iungebatur Saturno, & ipſe colligebat lumen utriuſque, ſignificauit itaque collectio luminis Iouis & Solis quam faciebat Saturnus, quòd res illa perficeret, & quòd ille adipiſceretur eccleſiam quæſitam: quoniam Sol qui erat dominus nonæ domus quæ habet illam ſignificare, committebat diſpoſitionem ſuam Saturno, quoniam recipiebat eum de ſua exaltatione, & Saturnus mandabat & committebat rem quæſitam Ioui, quę committebatur ei à Sole, & eo magis perficeretur res, ſi quærens peteret rem quæſitam pro alio potius quàm ſi peteret eam pro ſe: quia licet ipſe iungeretur ſibi à trino aſpectu, non tamen recipiebat eum receptione perfecta Saturnus, quia non recipiebat eum niſi de triplicitate, & uidebatur quòd eſſet ille per cuius manus perficeretur res fratер quærentis. quòd ſi non haberet fratrem, eſſet frater cuiuſdam qui fingeret ſe diligere ipſum cum non diligeret. & ſi non eſſet ille talis, eſſet filius cuiuſdam ſui amici. & ſi non inueniretur ille talis, eſſet ſeruus cuiuſdam magnatis. & ſi non inueniretur ille talis, eſſet quidam inimicus eccleſiæ. & ſi non inueniretur ille inimicus eccleſiæ, eſſet inimicus filij quærentis. & ſi non haberet filium, uel filius non haberet amicum, eſſet quidam inimicus occultus patris quærentis. quòd ſi non haberet patrem quærens, uel pater non haberet talem inimicum, accideret tunc per quendam modum ſimoniacum. & iſte modus perficiendi res eſt durabilis.

De alio modo perficiendi res.

EſT & alius modus perficiendi res, qui poteſt dici ſubalternus præcedentis, qui non eſt durabilis nec perfectus, ſcilicet ut ſi duo Planetæ iungantur alteri ponderoſiori ſe, & committant illi diſpoſitionem atque uirtutem, ſicut dictum eſt de Ioue & de Sole, quomodo commiſerunt uirtutem Saturno, & ille ponderoſior, qui receperit diſpoſitionem fuerit impeditus, ſcilicet cadens uel retrogradus aut combuſtus uel iunctus malis, qui eum impediant uel fuerit obſeſſus à malis, dico quòd poteſt perficere rem, & aliquando perficit eam, ſed poſtquàm fuerit directa & perfecta, deſtruitur & non remanet in ſua perfectione. Vnde potes ita iudicare illi qui te interrogat, uidetur quòd res iſta perficiatur, ſed deſtruetur poſtquàm fuerit perfecta.

De quibuſdam alijs accidentibus rerum quæ perficiuntur.

ACcidit aliquando aliud in rebus quæ perficiuntur, ſcilicet quòd quædam fiunt cum grauitate, atque duritia, & labore, ac inuolutione maxima, quædam fiunt cum leuitate, quædam fiunt cum petitione atq; importunitate, quædam fiunt cum petitione ſine magna importunitate, quædam fiunt ſine petitione atque aliqua grauitate, immo ueniunt inexcogitatæ.

De his quæ ueniunt leuiter.

ILlæ quæ ueniunt leuiter & ſine petitione, atque aliqua grauitate. ut inæſtimatæ ſunt quando dominus aſcendentis ſiue ſignificator quærentis & ſignificator rei quæſitæ iunguntur à trino uel ſextili aſpectu, & cum receptione.

De his quæ fiunt breuiter.

ILlæ uero quæ fiunt breuiter, & ſine petitione, licet non habeatur ex his ſpes ut fiant, ſunt quando dominus aſcendentis iungitur cum domino rei quæſitæ à trino aſpectu ſine receptione, uel à ſextili cum receptione.

De his quæ fiunt cum petitione.

ILlæ uero quæ fiunt cum petitione atque ſtudio quærentis, ſunt quando iungitur dominus aſcendentis cum ſignificatore ipſius rei quæſitæ, à quarto aſpectu cum receptione, uel à ſextili ſine receptione.

De his quæ fiunt cum petitione, ſtudio & labore.

ILlæ autem quæ fiunt cum petitione atque ſtudio ac inſtantia & labore, magnaq; importunitate, ſunt quando ſignificator quærentis iungitur cum ſignificatore rei quæſitæ ab oppoſitione, uel à quarto aſpectu ſine receptione.

De his quæ fiunt cum labore, tamen uix perficiuntur.

ILlæ uero quæ fiunt cum labore maximo, & inſtantia ac petitione atque ſtudio & anguſtia & anxietate, ſimiliter ac triſtitia, & quaſi poſt deſperationem amicorum & conſanguineorum, & tamen uix aut nunquam perficiuntur, & ſi perfectæ fuerint, diutius tardabit earum effectus, & etiam cum expenſis: ſunt illæ in quibus dominus aſcendentis aut Luna, & dominus rei quęſitæ iunguntur ab oppoſitione ſine receptione.

Quando res quam aliquis uult, fit ſine ipſius receptione.

EſT & alius modus, ut perficiatur res quā quis habere intendit, & eſt leuior omnib. alijs modis prędictis, ſcilicet ut iungatur ſignificator illius rei ſignificatori oppōſitis eā à ſextili aſpectu cū receptione, uel à trino ſine receptione, uel fuerit ſignificator rei in aſcendente uel in domo ſignificante illum pro quo res affectatur. Idē intelligas de coniunctione corporali quod de aſpectibus, tunc enim fit res leuiſſime.

Quando res quæ petitur, eſt magiſtratus uel dignitas.

SIquidem res quæ petitur, fuerit magiſtratus uel dignitas laicalis, quæ ſperetur ab aliquo, ſperaueritq; interrogator hoc à rege uel ab aliquo ſuo domino, fueritq; ſignificator rei prædictæ in aſcendente, uel fuerit iunctus domino aſcendentis, uel cum Luna ex trino uel ſextili aſpectu, uel corporaliter et cum receptione, ſignificat quòd perficietur res quęſita abſq; petitione ſua, uel aliena pro ipſo.

Quando res aliqua ſperatur ab aliquo magnate quomodo fiet res.

ET ſi ſperauerit aliquis rem aliquam ab aliquo, qui ſit infra regem, uel ab aliquo amico ſuo, uel à communi alicuius terræ, uel ſimilibus, fiet res illa & ueniet fortuitu caſu.

Quando non interuenit coniunctio uel aſpectus.

SI autem non fuerit inter eos coniunctionalis aſpectus, ſed fuerit tranſlatio luminis, fiet res per manus legatorum, qui de ipſa ut perficiatur, ſe intromittent. Ad ſciendum uero, qui ſunt illi legati, quæras à domo cuius dominus fuerit ſignificator cuiuſlibet earum, uel à domibus in quibus eos inueneris

ueneris,ſicut tibi dictum eſt ſatis. Eſſet enim tędioſum illud ubique enarrare: & aſpice tunc ſimiliter Lunam:quoniam ſi fuerit ſeparata, tunc à ſignificatore affectantis rem,uel etiam à quærente de ipſa,fueritq́ iuncta ſignificatori rei, ſignificat quòd illi qui diſcurrent inter eos uenient ex parte affectantis rem,& ex eius conſcientia & uoluntate. Si autem ſeparata fuerit à Planeta ſignificante rem illam,& fuerit iuncta ſignificatori affectantis rem,ſignificat quòd incipient ex parte rei uel ab illis qui poſſunt eã perficere. Et ſi fuerit perfecta res illa per legatos,ẽrũt ipſi legati de illis perſonis quę ſignificãtur per domos quarũ ipſi fuerint dñi:uide tunc quæ perſonę ſignificant per illas domos,& ſecundũ illos iudica, ſiue ſit familiaris uel frater uel uicinus,ſiue pater uel filius uel ſeruus uel ſocius uel eius familiaris uel religioſus uel rex aut rector ſiue amicus aut inimicus occultus. Et eſt tibi ſciendum,quòd licet ego dixerim quòd res perficiantur per aſpectus trinos uel ſextiles, tamen oportet ſane intelligere: quoniam ſi locus unde dominus aſcendentis uel Luna aſpicitur à domino rei quæſitæ, ſcilicet per quæ ipſa ſignificatur,uel locus unde dominus ſeu ſignificator rei aſpicitur à domino aſcendentis, uel à Luna ſit detrimentum aſpicientis,non perficitur res,etiam ſi ſit aſpectus ſextilis uel trinus, ſicut uerbi gratia,fuit aſcendens Leo,& fuit quæſtio de matrimonio utrum perficeretur an non,& iunctus eſt Sol Saturno ſiue Luna,quæ habet ſignificare mulierem de Ariete,qui eſt detrimentum Saturni, licet aſpectus quantum eſt in ſe ſit cum receptione, non tamen perficit Saturnus rem, immo impedit eam, ut non perficiatur,non ſolum impedit immo nititur eam deſtruere, ſi poteſt. Et ſi iungeretur eide Cancro uel de Leone,idem faceret:quoniam uterque illorum eſt eius caſus. Similiter ſi iungeretur ſignificator cuiuſuis rei aut Luna Soli de Libra quæ eſt eius deſcenſio, uel de Aquario qui eſt eius caſus,quia tunc Sol non reciperet aliquem eorum & ſic deſtrueret rem,& non permittet eam perfici,uel ſi iungeretur Veneri de Scorpione uel de Ariete uel de Virgine,aut Ioui de Capricorno uel de Geminis aut de Virgine. Et ita intelligas detrimentum cuiuſlibet Planetæ nec ualet tunc aliquis aſpectus, niſi receptio interueniat,quæ frangit maliciam illam. Et illud idem intelligas ſi iungatur ſignificator aut Luna Planetæ,qui ſit in detrimento ipſius ſignificatoris aut Lunæ:ut ſi fuerit Mercurius ſignificator,& iungatur Planetæ qui ſit in Sagittario uel Piſce, uel iungatur Luna Planetæ qui ſit in Scorpione uel Capricorno, ſiue iungatur Planeta Planetæ alicui exiſtenti in ſua deſcenſione, uel ille qui eſt in deſcenſione alterius,iungatur illi cuius eſt deſcenſio, ſemper nititur deſtruere rem & annullare ipſam. Eſt etiam aliud quod immittit timorem in rebus,ut ſi Planeta qui eſt ſignificator rei ſit infortuna,& oſtendat rem debere perfici ex aſpectu uel ex oppoſitione,quòd timet quærẽs ne aliquod grauamẽ inde ſibi eueniat,unde uellet potius quòd non perficeretur quàm quòd perficeretur. Sed ſi fuerit aſpectus trinus uel ſextilis cum receptione, erit tutum:ſi autem ſine receptione,non erit ita malum,ſicut timebat ille,licet non ſit ita bene tutum, ſicut uellet quærens. Præterea ſi fuerit ſignificator quærentis & ſignificator rei quæſitæ idem Planeta,ſicut pluries accidit,nec fuerit receptus in loco in quo fuerit,ſignificat quòd res non debeat perfici:ſi uero fuerit receptus,ſignificat quòd res debeat perfici perfectione bona, niſi ille qui receperit eum ſit impeditus caſu uel combuſtione uel retrogradatione,quia licet fiat,non perficitur ita bona perfectione,ſicut quando non eſt impeditus. Eſt & aliud ut Planetę ſignificatores iuuentur ad perficiendum res,ſcilicet ut ſigna conueniant in natura cum Planetis,& adiuuent eos,& aliqui exhibeant illis teſtimonia ſua. Et dixit Zael quòd oportet, ut ſit aſcendens ſignum fixum uel commune, aſcendens intellige debere diuerſificari ſecundum diuerſitatem perſonarum,incipiendo à prima domo uſque ad duodecimã,& anguli non ſint remoti ſed firmi, hoc eſt, ut ſit decima domus decimum ſignum ab aſcendente, & angulus terræ ſit quartum ſignum ab aſcendente,ita quòd non ſit decima domus nonum ſignum ab aſcendente,quarta domus ſit tertium ſignum ab aſcendente.

Quibus ſignificatis res ſciuntur utrum debeant perfici. *Caput* III.

ET oportet te ſcire ſignificata quibus res ſimiliter ſciuntur,utrum debeant perfici aut nõ: quorum primum eſt dominus aſcendentis. Secundum eſt Luna,quoniam alias dicitur ipſa eſt particeps omnis rei. Tertium eſt Planeta ſignificãs rem quæſitam, qui quando iuncti fuerint omnes ſimul,ſignificant effectum rei ex toto in domibus ſignificantibus res. Et ſemper ſis memor diuerſificare aſcendentia ſicut dixi tibi nunc: ſi uero duo ex eis,ſcilicet dominus aſcendentis & dominus rei uel Luna & dominus rei quæſitæ,ſimul iuncti fuerint, ſignificat quòd res fiet pro duabus partibus. At ſi unus ex eis tãtum fuerit teſtificatus,ſignificat quòd perficietur quærenti res quæſita pro tertia parte. Intellige hoc in rebus quæ ſuſcipiunt partitionem, quoniã ſi eſſet res quę non poſſit partiri aut ex toto fieret,aut ex toto non fieret. Si autem in rebus quæ non partiuntur habueris duo ex prædictis teſtimoniis,annuncia ex toto effectum rei quæſitæ. Si quidem unum tãtum ex eis habueris, uix aut nunquã poſſit perfici,ſed ſi perficeretur fieret cum grauitate atque tarditate necnon & labore maximo,& inuolutione,ſicut matrimonium quòd aut ex toto fit aut ex toto non fit,& ſimilia: ſi matrimonium dico foret unicum. Nam ſi eſſent plura matrimonia ſimul, ſicut aliquando fit quod quæritur de pluribus mulieribus & pluribus uiris, ut ſi quærat aliquis pro ſe & pro patre uel fratre uel filio uel aliquo alio tunc enim poſſunt quædam ex eis perfici & quædam non perfici ſecundum quòd tu uideris ſignificata & teſtimonia occurrere in quæſtione. Et ſunt conſideranda in qualibet re iſta tria teſtimonia,ſeu ſignificata,quæ ſi omnia fuerint ſalua, ſine dubio perficietur quærenti quælibet res ex toto. Salui enim erunt ſignificatores, cum fuerint liberi à combuſtione caſu retrogradatione à quarto aſpectu & oppoſitione malorum,& eorum obſeſſione atque à corporali coniunctione ipſorum,dominus ſcilicet aſcendentis & Luna & dominus rei quæſi-

tæ, quòd raro contingit. Et ſi cum hoc quòd ipſi fuerint ſalui, fuerint recepti ab infortunis à quocunque aſpectu, perficietur res & ad bonum. Si uero fuerint recepti à fortunis, iterum augmentabitur bonum, ita quaſi quòd neſciret quærens melius petere, nec crederet quòd ita perfectè fieret res quam peteret. Nec abijcias hæc uerba, quoniam competunt in omni re & faciunt ad omnem quæſtionem, & ad omnem rem quam aliquis facere intendit. Conſideratis tamen ſtellis fixis iuuantibus uel nocentibus, prout in capitulis de ipſis loquentibus inuenitur tantum.

GVIDONIS BONATI FOROLIVIENSIS, ASTRONOMIÆ PARS SECVNDA,

De præcipuis iudicijs Aſtrorum.

Quid habet ſignificare perſonam quærentis, & quid accidat ei de qualibet quæſtione & de qualibet re quam facere uel incipere intendit, ſecundum quòd ad eum pertinet quærere uel incipere, & ſimiliter ſuper his quæ naturaliter ad hoc ſpectare uidentur.

Caput primum.

IN iſto primo capitulo agendum eſt de his quæ pertinent ad primam domũ, uel ad eam ſpectare uidentur, quæ eſt ſignum aſcendens, & habet ſignificare quærentem, ſecundũ quòd quæſtio pertinet ad ipſam: & dicam tibi quædam quæ te oportet ſcire ſuper his. Quæſtiones enim poſſunt fieri diuerſæ atque diuerſimodæ, ſecundum quòd earum qualitates eas diuerſificauerint. Poſſunt enim quæſtiones diuerſificari ſecundum ipſarum eſſe, ut ſi una fuerit de una re & fuerit altera diuerſa ab illa. Poſſunt etiam eſſe diuerſæ ſecundum alia diuerſa ſignificata, nam aliter quærit aliquis cum quærit pro ſemetipſo, aliter eum quærit pro alio. Et ego dicam tibi qualiter tu debes aſpicere unicuique ſimiliter, & quam domum cum aliquis quærit. Non enim oportet quòd tu aſpicias ſemper primam domum pro aſcendente ſignificari cuiuſlibet quæſtionis.

Sed poſſes forte dicere quare non poſuerunt ſapientes aliqui quod tu dicis. Cauſa huius rei fuit hæc, ipſi enim reliquerunt induſtriæ ſapientum: quoniam non loquebantur tunc introducendis ſed introductis & exuberatis atque ſapientibus & inſtructis: nam ſi quæſierit aliquis de ſemetipſo debes aſpicere primam. Sed ſi quæſierit de propria ſubſtantia uel de alijs ſignificatis ſecundæ domus, debes aſpicere ſecundam. Si quæſierit de fratribus uel de alijs ſignificatis tertiæ domus, debes aſpicere tertiam. Si quæſierit de patre uel de alijs ſignificatis quartæ domus, debes aſpicere quartã. Si quæſierit de filijs uel de alijs ſignificatis quintę domus, debes aſpicere quintam. Si quæſierit de ſeruis uel de alijs ſignificatis ſextæ domus, debes aſpicere ſextam. Si quæſierit de uxore uel de alijs ſignificatis ſeptimæ domus, debes aſpicere ſeptimam. Si quæſierit de morte uel de alijs ſignificatis octauæ domus, debes aſpicere octauam. Si quæſierit de religione uel de alijs ſignificatis nonæ domus, debes aſpicere nonam. Et ſi quæſierit de regno uel de ſignificatis decimæ domus, debes aſpicere decimam. Si quæſierit de amicis uel de alijs ſignificatis undecimæ domus, debes aſpicere undecimam. Si quæſierit de inimicis occultis uel de alijs ſignificatis duodecimæ domus, debes aſpicere duodecimam. Et ſemper ſint hæc memoriæ tibi.

Qualiter tu debes aſpicere umbram quando fient tibi quæſtiones.

Caput II.

CVmque fueris rogatus de aliqua re de qua interrogator uoluerit tibi mouere quæſtionem, accipe altitudinem Solis, ſi fuerit interrogatio diurna. Si autem fuerit nocturna, ſuſcipies altitudinem alicuius ſtellæ fixæ poſitæ in aſtralabio, uel cum alio inſtrumento ad hoc apto, quantum plus poteris certiſſimo incontinenti ſine aliqua dilatione uel aliquo medio eum exierit uerbum ab ore quærentis rem illam. Et caue ne deuies in aliquo, ne aliquis error cadat in rem de qua fuerit quæſtio tibi mota. Et ſerua modũ quem dixi tibi in aſpiciendo, illam domum quæ ſignificauerit rem quæſitam. Et caue ſimiliter ne commiſceas res diuerſas ſimul diuerſis temporibus quæſitas. Si enim fuerit facta tibi aliqua quæſtio, ponatur de matrimonio, & cum eam perceperis: & parum poſt ille idem uel fortealius mouerit tibi aliam quæſtionem, qualiſcunque fuerit, non commiſceas eam cum alia iam percepta· quoniam aſcendens iam mutatum eſt: & ſic oportet quòd mutetur iudicium: unde ſic poſſes decipi reprehenſibiliter in tuo iudicio. At tamen potes eam ſuſcipere cum altitudine ſibi debita, & erit aliud iudicium à primo. Nihilominus tamen potes accipere plures quæſtiones plurium capitulorum ſub aſcendente uno, ſi eas cogitauerit interrogator, & tenuerit in mentem ſuam per diem unam uel per diem & noctem,


ctem, ita quòd cœlum totum ad minus uoluatur ſemel dummodo quæſtiones ſint diuerſæ, ita quòd una non ſit de materia de qua fuerit altera. Et caue ſimiliter, ne ille qui quærit ueniat ad te cauſa tentandi uel decipiendi te, ſicut aliquando quidam facere conſueuerunt, uel quòd non tenuerit quæſtionem in corde ſuo per diem & noctem, ſicut dictum eſt alibi, ſi bene meminiſti. Res enim exeunt ſecundum quantitatem, ſolicitudinis & ſpei atque fiduciæ interrogantis. Cum enim aliquis interrogat de aliqua re domus & loca Planetarum, & diſpoſitio eorum ſignificat quid futurum ſit de re quam ipſe quærit toto tempore uitæ ipſius. Similiter & in natiuitatibus, licet natiuitates aliquando alterentur per reuolutionem annorum, aliquando ſecundum augmentum, aliquando ſecundum diminutionem. Et in quæſtionibus uniuerſalibus de fortuna, ſcilicet alicuius ſiue perpetua fuerit quæſtio, ſiue determinata, ut ad annum uel menſem unum uel plures, uel hebdomadam ſeu diem, & ſimilibus: quoniam quodlibet agens intendit aliquem finem ſuorum actuum, & agit ſecundum exigentiam finium intentorum, & ſecundum finem quem præſciuit. Et ſit tibi notum, quoniam omnis qui interrogat, non interrogat niſi de eo & ſecundum illud quod Planetæ atque ſigna & diſpoſitio ipſorum ſuper aliquo bono uel malo uincunt in radice natiuitatis illius.

Quis ſit ſtipes & qui ſint rami huius arboris. Caput III.

QVæſtiones enim ſunt ſtipites huius arboris, conſiderationes quas te habere oportet ſuper quæſtionibus, ſunt rami eius: & ſic conſiderando uidebis quomodo fortunetur dominus aſcendentis cuiuſlibet quæſtionis, & cuiuſlibet natiuitatis, & cuiuſlibet principij, cuiuſcunque rei fuerit, & quomodo fortunetur Luna, & quomodo fortunetur dominus domus ſignificantis rem de qua fuerit quæſtio. Quia nullus interrogat de hoc, niſi quòd dixi tibi nunc, & ſecundum illud niſi forte quæreret ſcienter. Illi enim non debes aſpicere, ſicut alibi dicitur. Nemo enim naſcitur uel interrogat in hora bona, & ſub aſcendente bono & fortunato, niſi fortunatus & quem debent circumdare bona & fortunia. Et nemo naſcitur uel interrogat ſub malo aſcendente & infortunato, niſi homo infortunatus & quem debent circumdare mala & infortunia. Inde eſt quòd nos uidemus quoſdam fortunatos, quoſdam infortunatos.

Quòd Aſtrologus non debet aſpicere ſibypſi. Caput IIII.

VIſum eſt ſapientibus antiquis, & ſpecialiter Meſſahalæ, quòd Aſtrologus non debet aſpicere ſibiipſi, ne forte decipiatur in re ſua: quoniam uix fiet quin ipſe habeat aliquem remorſum de aſcendente: unde oportet quòd ipſe interroget alium ſecundum modum prædictum. Poſtquàm uero alius ſuſceperit eius quæſtionem, poterítq́ ſibi aſpicere ſuamq́ iudicare quæſtionem, uel det quæſtionem ſuam alteri, ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis, tali uidelicet, qui ſit ſolicitus de re illius, & ille porrigat eam ſibi poſtea ſuo motu quando uoluerit. Vel ponat in mente ſua, dicens, quando tale ſignum occurrerit mihi ſit pro aſcendente quæſtionis, quam pro me facere intendo, & ualebit tantundem. Vnde ſi fuerit quæſtio de re quæ debeat durare uel eſſe ſtabilis, aut quæ debeat meliorari uel deteriorari uel cito finiri, uel alterari, aſpiciendus eſt tunc dominus aſcendentis, & uidendum eſt utrum ipſe iungatur domino rei quæſitæ uel dominus rei quæſitæ iungatur ei, & à quo aſpectu: quoniam ſi iunguntur à trino uel ſextili, & in angulis uel ab angulis, uel à ſuccedentibus, ſignificat effectum rei quæſitæ. ſignificat etiam durabilitatem atque ſtabilitatem eiuſq́ meliorationem, & eo melius ſi fuerit aſpectus cum receptione. quia tunc ſignificat omnem bonitatem rei ſine diminutione aliqua. Si uero fuerit aſpectus quadratus, diminuet multum de intentione quærentis & de bonitate ac durabilitate ipſius rei. etiam ſi fuerit cum receptione. Diminuet etiam ſi fuerit trinus uel ſextilis ſine receptione, licet remiſſius. Si fuerit quadratus uel oppoſitus ſine receptione, ſignificat ipſius rei deſtructionem, & quòd nullum bonum, nullaq́ durabilitas erit in ea. At ſi dominus aſcendentis & dominus rei quæſitæ iungantur alicui Planetæ qui ſit ponderoſior eis, & recipiat diſpoſitionem eorum, & aſpiciat aſcendens uel aſpexerit Planetam aliquem aſpicientem aſcendens, & habentem aliquam dignitatem in eo, nec ipſe impeditus, ſignificat bonitatem ac ipſius rei effectum & durabilitatem ac ſtabilitatem. Si uero non aſpexerit receptor diſpoſitionis aſcendens, nec fuerit iunctus Planetæ qui de ſuo loco aſpiciat illum, erit malum, ſignificat enim annullationem & malitiam ac ipſius rei deſtructionem. Si autem fuerit dominus aſcendentis ponderoſior domino rei quęſitæ, dominuſq́ rei quæſitæ iungatur ei de bono aſpectu uel de quocunque, præterquàm de oppoſitione cum receptione perfecta, ſignificat bonitatem atque durabilitatem rei. Similiter ſi dominus rei quæſitæ fuerit ponderoſior domino aſcendentis, & dominus aſcendentis iungatur ei cum receptione perfecta, ſignificat ipſius rei bonitatem atque durabilitatem. Illud idem intelligas de coniunctione cum domino rei quæſitæ, ſi dominus rei quæſitæ non iunctus fuerit cum domino aſcendentis. Et ſemper intelligas hoc, quòd ſignificatores tam dominus aſcendentis quàm dominus rei quæſitæ & receptor diſpoſitionis atque Luna ſint liberi à malis & eorum impedimentis. Verbi gratia, quædam fuit facta quæſtio de matrimonio, utrum perficeretur an non, & fuit aſcendens iſtius quæſtionis Leo 20. gradus, Saturnus in eo 17. gradus, Sol in Libra 14. gradus, ſignificauit hoc quòd res illa fieret atque perficeretur libere abſque contradictione: quoniam uterque ſignificatorum recipiebat alium, & quòd eius perfectio eſſet bona & durabilis & quieta ſimiliter & læta. Idem dicas de alijs quæſtionibus. Si autem fuerit Sol in Libra ponatur 20. gradus & Saturnus in Ariete 25. gradus, licet uterque ſignificatorum recipiat alium,


Figura de matrimonio

ſignificat impedimentum rei qualiſcunque fuerit res quæſita, & diminutionem boni, quod ſignificabatur propter receptionem,& quòd uix aut nunquàm perficeretur, & ſi foret perfecta perficeretur, cum inſtantia & labore maximo atque ſollicitudine nec tamen erit perfectio bona neque durabilis, immo uidetur quòd deſtruatur poſt ſuam perfectionem, & ſi deſtructa non fuerit malo modo & non quieto, durabit: quoniam aſpectus eorum eſt ab oppoſitione, & uterque ſignificatorum eſt impeditus.

Aliud exemplum quod ponit Zahel in ſuo libro iudiciorum.


Figura Zahelis de poteſtate habẽda

Qvidam miles quæſiuit, utrum eſſet habiturus poteſtatem in anno illo, & fuit eius interrogatio abſoluta, quia non ſpecificauit quam poteſtatem: tamen ſperabat habere quandam ſpecialem cuius quæſtionis fuit aſcendens Gemini 21. gradus. Cancer fuit ſecunda domus tredecim gradus. Leo tertia domus quatuor gradus. Virgo quarta domus quatuor gradus. Libra quinta domus octo gradus. Scorpio ſexta domus quindecim gradus. Reliquæ ſex domus ab oppoſitione prædictarum. Loca Planetarum fuerunt ita. Nam Saturnus erat in Geminis 6. gradus. Iupiter in Piſce 20. gradus ſtationarius. Mars in Tauro 8. gradus. Sol in Cancro 12. gradus. Venus in Leone 3. gradus. Mercurius in Geminis 27. gradus. Luna in Virgine 19. gradus. Caput Draconis in Virgine 22. gradus. Cauda in eius oppoſito. Pars fortunæ in Ariete 14. gradus. Qui dixit, aſpexi igitur hanc quæſtionem, uidelicet aſcendens & eius dominum, & Lunam qui ſunt ſignificatores quærentis, & medium cœli & eius dominum qui ſunt ſignificatores rei quæſitæ. At erat Mercurius qui eſt ſignificator quærentis in prima domo, uidelicet in aſcendente circa finem ſigni, & erat ſeparatus à loco qui eſt ſignificator rei quæſitæ, & hoc habet ſignificare quòd non habebit poteſtatem in anno illo. Tunc cœpi operari per Lunam quæ erat in oppoſito Iouis ſignificantis rem quæſitam. Vnde quantum eſt ex hoc quòd ipſe iungebatur ei, ſignificabat quòd eſſet habiturus poteſtatem in anno illo, licet eſſet coniunctio ex oppoſitione, ſed cum labore atque importunitate, nec non & inſtantia & anguſtia & ſollicitudine maxima, quod non accidiſſet ei, ſi eſſet eius coniunctio à trino uel ſextili aſpectu, immo foret adeptus eam facile atque ſine labore, nec non & cum maxima leuitate. Tunc aſpexi Iouem ſignificatorem rei quæſitæ, & erat in domo ſignificante rem de qua erat quæſtio, qui ſignificaſſet effectum rei, ſi ipſe foret boni eſſe, ac bene diſpoſitus, ſed ipſe erat in ſtatione ſua prima uolens retrogradare. Vnde licet ipſe reciperet diſpoſitionem Lunæ, tamen propter ſuam debilitatem non potuit eam retinere, & hoc oſtendit quòd ille qui laborat ad hoc, ut res illa perficiatur, non potuit eam ducere ad effectum, & ſic ſignificauit mala diſpoſitio Iouis, deſtructionem rei quæſitæ, ac ipſius annullationem, & uidebatur quòd ille qui erat tunc poteſtas, eſſet cauſa quare iſte non adipiſceretur, quia Iupiter qui deſtruebat rem erat dominus decimæ domus, quæ ſignificabat poteſtatem. Et ſi eſſet dominus undecimæ domus ille qui eſſet impeditus, uideretur quòd deberet euenire detrimentum & deſtructio rei ex parte cuiuſdam amici quęrentis. Et ſi eſſet dominus duodecimę accideret ex cauſa cuiuſdam qui fingeret ſe amicum illius, cum eſſet inimicus occultus. Et ſi eſſet dominus aſcendentis ille receptor diſpoſitionis qui impediret & qui eſſet impeditus, ſignificaret hoc quòd idem interrogator eſſet cauſa deſtructionis rei quęſitæ quoniam committeret illud, quare non fieret illa res nec perficeretur ei. Et quia dominus aſcendentis mutabatur à domo ſua in aliam, ſignificabat quòd interrogator mutabat propoſitum ſuum in breui in aliud, & quia mutabatur ad ſecundam domum uidebatur quòd illa mutatio eſſet cauſa ut acquireret ſibi ſubſtantiam quam non habebat. Et uidebatur quòd illa mutatio fieret ad quendam locum in quo ipſe iam ſteterat alio tempore occaſione acquirendi ſibi pecuniam. Præterea Mars qui erat dominus ſextæ domus, uidebatur quòd eſſet in eius nocumentum ne res fieret ei: quoniam uidebatur quòd eſſet infirmaturus quærens in loco ad quem

ad quem ire intendebat, & hoc ſignificabatur per Martem qui recipiebat dominum aſcendentis, immo infortunabat eum: quòd ſi non infirmaretur, accideret & euenirent ei talia præ manibus quòd ipſe faceret aliqua quæ forent cauſa quare non eſſet habiturus poteſtariam quæſitam. & inſurgerent in eum ſerui eius uel alij ſuppoſiti eius, qui reſiſterent ei, ut non adipiſceretur eam. uel eſſet forte populus & alij de uulgo qui non habent aliud miniſterium, niſi clamandi & rumorizandi, neſcientes de quo clamant. Similiter ſignificabatur per Iouem ſignificatorem rei quæſitæ, quòd accideret quærenti aliquod detrimentum, ſeu aliqua triſtitia, quare ipſe non adipiſceretur dignitatem illam. Et licet ipſe non expreſſiſſet quòd haberet intentionem de habendo rem illam: tamen Mercurius qui erat eius ſignificator, uidebatur mõſtrare quòd ipſe iam habuerat ſpem in ea, quoniam ipſe tunc ſeparabatur à Ioue ſignificatore illius rei. unde uidebatur quòd eſſet iam quaſi poſitus in deſperatione, ſed non deſperauerat ex toto, propterea quòd Mercurius licet eſſet ſeparatur à Ioue domino decimæ domus: tamen ipſe adhuc aſpiciebat eum. Vnde poſſet ei dicere, quòd licet ipſe fingeret ſe neſcire de quo ipſe quæreret, quòd bene ſciebat de re, de qua iam habuerat ſpem & dubitabat ne non poſſet eam perficere. Et ſicut dixi tibi de poteſtaria, ita de qualibet re intelligas quæ poſſet ſignificari per aliquam de duodecim domibus.

Quomodo inſpiciendum eſt ad Planetas impedientes res ne fiant. Caput V.

LIcet forte uideretur conuenientius ponere alibi hoc capitulum, mihi tamen uidetur quòd ſit ponendum hic, quoniam ſi differretur uſque ad tractatum natiuitatum, poſſes indigere ipſo in pluribus locis: non enim habet locum ſolummodo in natiuitatibus, uerum etiam in omnibus interrogationibus, in omnibus itineribus, & in omnibus initijs quarumlibet rerum quas facere uolumus & intendimus. Et eſt ut aſpicias Planetam qui impedit res, ut non fiant uel non perficiantur, & ille poteſt dici fortis, nocens ſiue prohibens, ſeu deſtruens uel abſciſor, quoniam ipſe eſt qui abſcindit uitam nati, & deſtruit eam, nec permittit natum peruenire ad uitam longinquam, ſcilicet ad ſenectutem, & qui corrumpit rem & deſtruit eam poſtquàm putatur directa, & quòd uideatur debere perfici: & ille eſt quem antiqui noſtri uocauerunt abſciſorem ſiue abſcindentem: & quem tu debes aſpicere in natiuitatibus & in quæſtionibus, & hoc ut tu ſcias utrum res debeant perfici an non, & peruenire ad debitum effectum. Et accipimus hunc à Planeta cum quo iungitur dominus aſcendentis, aut ſignificator rei quæſitæ, ſiue Luna, aut ſit ipſa particeps domini aſcendentis, uel ſit ſignificatrix rei quæſitæ. Debes enim conſiderare Planetam cui iungitur ſignificator quęrentis, uel ſignificator rei quæſitæ aut Luna, & uidere qualiter ſit diſpoſitus ille Planeta, & ille cui Planeta dictus coniungit: quoniam ſi iungitur dominus aſcendentis aut Luna, uel ſignificator rei quæſitæ malo Planetæ, & male diſpoſito, ſine receptione, uel ſi non ſit ipſe male diſpoſitus, ſed iungatur alicui malo & male diſpoſito, qui non recipiat eum, ſignificat deſtructionem rei quæſitæ.

Abſciſor.

Male autem diſpoſitum Planetam, intelligo malum, peregrinum, & retrogradum, & combuſtum, cadentem, ab aſcendente uel à domo rei quæſitæ, ita quòd non aſpiciat eam uel ſaltem eius dominum, aſpectus tamen domus fortior eſt, quàm aſpectus domini eius in hoc: uel qui fuerit in caſu ſuo uel in deſcenſione ſua: ille quidem eſt qui dicitur abſcindens ſiue deſtructor. Planeta male diſpoſitus. Præterea ſi iungatur ſignificator quærentis ſeu rei quæſitæ, uel Luna ſiue Planeta cui iungitur Luna, ſiue ſit ipſa ſignificatrix uel particeps domini aſcendentis alicui Planetæ infortunato, hoc eſt retrogrado uel combuſto uel cadenti, uidebis tunc ſi receptio interueniat: quia licet eum grauitate atque fatigatione ſignificatur perfectio rei quæſitæ. Si autem receptio non interuenerit, ſignificat corruptionem rei atque ipſius deſtructionem, & quòd non perficietur res poſtquàm putabitur directa. Si autem ille qui recipit dominum aſcendentis uel Lunam uel dominum rei quæſitę, uel Planeta cui iungitur aliquis eorum fuerit liber, non infortunatus nec receptor nec recipiens, ſignificat perfectionem rei cum facilitate. Et ſi Planeta cui iungitur dominus aſcendentis, uel Luna uel dominus rei quæſitæ fuerit liber à malis: ſed fuerit iunctus alicui bono Planetæ, qui iungatur alicui malo, qui ſit impeditus, nec recipiat eum: & ita intelligas à Planeta in ſeptem Planetas, non perficietur res, nec ad bonum finem deueniet. Hoc ſemper intelligas ſi coniunctiones illæ fiant ſine receptione: quia cum receptione licet cum fatigatione perficitur. hoc tamen conſiderato atque præuiſo, quòd ſi aliquis Planeta abſcindat lumen alicuius prædictorum quando uult coniungi malo quòd aufert nocumentum, & non prohibetur quin res perficiatur. ſed ſi abſciſio luminis non interueniat, prohibetur res & non perficitur: & ſi fuerit perfecta, deſtruitur. Hoc autem conſiderabis, ſi receptio interuenerit, ne ipſa ſit ab oppoſitione, uel quarto aſpectu: quoniam ſi tunc Planeta fuerit male diſpoſitus, non proficit illa receptio, quæ fit à quarto reſpectu, uel oppoſitione, & maxime, ſi receptor fuerit impeditus. At ſi receptio fuerit à trino uel ſextili, ualet & creditur quòd res debeat tunc perfici. Si uero Planeta, qui recipit, fuerit tunc bene diſpoſitus, à quocunque aſpectu fuerit illa receptio, perficit rem, nec obſtat quadratura, uel oppoſitio. Si autem fuerit à trino, uel ſextili, perficit rem, ex quo fuerit bene diſpoſitus ille, cui iungitur ſignificator, ſiue ſit cum receptione, ſiue ſine receptione: ita tamen quòd aſpectus non ſit iam completus, ſeu coniunctio: ita quòd incipiat aliquo modo ſeparari. Et ſi iungitur ſignificator cum fortuna non impedita, perficitur etiam res. Et ſi aliquis Planetarum tranſtulerit lumen, ſeu uirtutem inter ſignificatorem & alium: & ille ad quem tranſtulerit, fuerit infortuna: fuerit'que (ut dictum eſt.) impeditus, corrumpitur res, niſi malus im-

pediens uel recipiens fuerit iterum receptus. Siquidem ſignificator quærentis uel Luna & ſignificator rei quæſitæ iungantur alicui Planetæ qui colligat lumen utriuſque: fueritq́ ille infortuna uel infortunatus, deſtruit rem & nnn permittit eam perficere, niſi ipſe recipiat utrunque ſignificatnrum: etiam ſi recipiat unum ex eis, nihilominus deſtruitur res. Conſiderabis etiam utrum ſignificatnr quærentis inueniatur in domn rei quæſitæ, uel uadens ad coniunctionem eius dnmini, quoniam hoc ſignificat quòd quærens uadat ad rem quæſitam. Si autem ſignificatnr rei quæſitæ inueniatur in aſcendente, uel uadens ad cnniunctinnem ſignificatoris quærentis, ſignificat quòd res quæſita ueniat ad quærentem receptionibus tamen & aſpectubus atque Luna remanentibus in ſuo eſſe.

De ſubſtantia quam ſperat interrogator ſe habiturum.
Caput I.

De ſecunda domo.

SI quis quæſierit à te, utrum ſit habiturus ſubſtantiam quam habere ſperauerit an nnn, ſcies ab eo cuiuſmodi ſubſtantia ſit illa quam ipſe habere ſiue acquirere intendit: & aſpice tunc aſcendens & eius dnminum atque Lunam, qui ſunt ſignificatores interrogantis uniuerſaliter: nec decipiat te hoc: quoniam quæcunque perſona fuerit illa quæ te interrogauerit de ſubſtantia, quam ſibi ſperauit acquirere, datur ſibi prima, ſiue ſit rex, ſiue alius, ſiue clericus, ſiue laicus, ſiue Papa, uel quiuis prælatus, uel nobilis uel quæuis alia perſona: quia nullus habet prærogatiuam in iſto caſu, neque conditin, neque ordn, neque ſexus præfertur. Omnes ſunt æquales in hoc, dummodo quærat quilibet pro ſe. Et ſignum ſecundum & dominum eius, niſi aliter ſpecificet eam interrogator dabis ſubſtantiæ. Si iungitur dominus aſcendentis uel Luna domino domus ſubſtantiæ: uel dominus domus ſubſtantiæ domino aſcendentis: uel fuerit dnminus domus ſubſtantiæ in aſcendente: uel fuerit dominus aſcendentis uel Luna in domo ſubſtantiæ uel fuerit Luna uel aliquis aliorum Planetarum transferens lumen inter dominum aſcendentis & dominum domus ſubſtantiæ, ſcilicet unius enrum ad alterum, ſignificat quòd quærens ſit adepturus ſubſtantiam de qua interrngat. Et ſi nnn fuerit hoc de dominio aſcendentis, uel de Luna, uel de dnminn domus ſubſtantiæ, uide tunc ſi Iupiter qui eſt naturalis ſignificator ſubſtantiæ, aut Venus quæ naturaliter eſt fortuna, uel caput draconis ſine aſpectu alicuius infortunæ fuerit in domo ſubſtantiæ, acquiret interrogator ſubſtantiam & adipiſcetur eam. Hoc idem intelligas, ſi quæſtio de ſubſtantia fuerit abſoluta, ſcilicet ut non ſpecificet interrogatnr aliter in ſua interrogatione, niſi quòd dicat: acquiram ego ſubſtantiam uel non: debes aſpicere ſicut ſuperius aſpexiſti. Quod ſi nnn inueneris aliquid de ſubſtantia, dic ei quòd nnn inueniet ſubſtantiam, ſed remanebit in ſun eſſe: niſi mali ſint in domo ſubſtantiæ qui ſunt Mars & Saturnus & Cauda draconis, ſola ſine aſpectu alicuius fnrtunæ, qui habent deſtruere ſubſtantiam, niſi forte ipſi eſſent recepti à dominn domus ſubſtantiæ. uel eſſent ipſi domini dictæ domus, & alias boni eſſe, nnn retrogradi, non combuſti, nec alio modn impediti, quoniam tunc minuit malitiam ſuam. Et ſi Cauda etiam fuerit cum eis in dnmn ſubſtantiæ augebitur malitia eorum, & efficientur peiores. At ſi Cauda fuerit in domo ſubſtantiæ cum fortunis minuit multum de bonitate ipſarum, & aufert etiam de ſubſtantia, poſtquàm fuerit acquiſita quartam partem & aliquanto plus. Et ſi tu inueneris aliquem malorum in domn ſubſtantiæ mali eſſe, inueneris Lunam uacuam curſu, uel iungentem ſe malis impedientibus eam, ſignificabit hoc quòd ille non acquiret ſubſtantiam toto tempore uitæ ſuæ, immo uidebit quòd minuatur illa quam habet, & quòd ſemper ſit futurus indigens atque mendicus.

Vnde acquiret ſubſtantiam & unde amittet eam, & qua de cauſa.
Caput II.

SI uero uideris, quòd quærens ſit adepturus ſubſtantiam, & uolueris ſcire unde acquiret eam & qua de cauſa, uel ſit eam amiſſurus, qua occaſione amittet eam: aſpice tunc Planetas quns prædixi tibi, qui habent participationem in facto ſubſtantiæ: conſiderabisq́ illum cui iungitur alter: quoniam ille qui fuerit pnnderoſior cui alter iungitur, ſignificabit per quem modum, & unde ille acquiret ſubſtantiam. Aſpicias ſimiliter cuius dnmus ſit dominus ille ponderoſus, cui alter iungitur: & uide in qua domo ſit ille ponderoſus qui recipit diſpoſitinnem cui ſcilicet alter iungitur: quia ſi fuerit in aſcendente, uel fuerit dominus aſcendentis, acquiret interrogator ſubſtantiam de labore manuum ſuarum & cum perſona ſua. Si autem fuerit in ſecundo, uel fuerit dominus ſecundi, acquiret eam cum ſubſtantia ſua, ſicut ex mercantijs & ſimilibus, ueluti qui operantur cum ſuis rebus, ut acquirant alias quas non habent. Si fuerit in tertio, uel fuerit dominus tertij, acquiret eam à fratribus. quòd ſi fratres non habuerit, acquiret eam ex conuicinis, uel à conciuibus, uel à quibuſdam notis qui fingunt ſe amicos cum non ſint amici perfecti, uel prædictorum occaſione. Et ſi fuerit in quarto, uel fuerit dominus quarti, acquiret eam à patre uel auo uel ſocern uel alio de ſuis maioribus aſcendentibus. quòd ſi tales parentes non habuerit, acquiret eam ex terris & prædijs, ſeu rebus immnbilibus. Et ſi fuerit in quinto, uel fuerit dominus quinti, acquiret eam à filijs. quòd ſi filios non habuerit, acquiret eam à quibuſdam de quibus habet fiduciam, quòd faciant eum lucrari, licet nnn ſint ueri amici. Et ſi fuerit in ſexto, uel fuerit dnminus ſexti, fueritq́ue ſextum ſignum humanum, acquiret eam à ſeruis & clientulis. quòd ſi ſeruos uel clientulos non habuerit, acquiret eam ab animalibus minoribus domeſticis, ſicut ſunt oues, capræ, porci, & ſimilia: ſi ſextum fuerit ſignum quadrupes. & ſi animalia non habuerit, acquiret ab infirmitatibus, uel ſaltem à uilibus per-

bus perſonis. Et ſi fuerit in ſeptimo, uel fuerit ipſe dominus ſeptimi, acquiret eam à mulieribus, ſi ſeptimum fuerit ſignum fœmininum: uel acquiret eam ab inimicis uel forte in præiis: uel acquiret eã à ſocijs uel à contentione quam habebit cum aliqui bus. Et ſi fuerit in octauo uel fuerit ipſe dominus octaui, acquiret eam à bonis uxorum, & ab hæreditatibus mortuorum, uel acquiret eam in terris alienis ad quas uadit ſponte non coactus. Et ſi fuerit in nona domo, uel fuerit dominus noni, acquiret eam à religioſis. & ſi non à religioſis, computa omnes clericos ſacratos, uel cauſa religionis, uel occaſione documenti diuinitatis, uel acquiret eam occaſione longorum itinerum, quæ faciet ad longinquas partes à terra ſua, ſicut faciunt Veneti, Piſani, Ienuenſes, Florentini, & omnes ſimiles longis itineribus utentes. Et ſi fuerit in decimo, uel fuerit dominus decimi, acquiret eam à regibus & ſi nõ acquiſierit eam à regibus acquiret eam ab alijs magnatibus, uel acquiret eam ab officijs ſeu poteſtarijs, ſi fuerit talis perſona quæ decet eum habere poteſtariam. ſi uero non fuerit talis perſona quæ ſit apta ad hoc, acquiret eam de ſuis magiſterijs cum honore ſuo. Et ſi fuerit in undecimo, uel fuerit dominus undecimi, acquiret eam ab amicis uel à quibuſdam perſonis, in quibus habet magnam ſpem: uel acquiret eam à mercatoribus cum quibus utetur tam in terra ſua quàm in aliena: potius tamen in ſua & à rebus quæ uenient ei inopinatæ per fortunam ſuam. Et ſi fuerit in duodecimo, uel fuerit dominus duodecimi, acquiret eam ab inimicis occultis uel à poſitis in captione, ſi fuerit duodecimum ſignum humanum. Si uero fuerit duodecimum ſignum ex quadrupedibus ab animalibus magnis, ſi fuerit Taurus, ex bobus. ſi fuerit ultima medietas Sagittarij, ex equis uel iumentis. Hoc tamen non obliuiſcaris, quia in quacunque domo tu inueneris caudam cum ſignificatore, ſemper diminuit de ſignificato aliquid. Et ſi inueneris ibi Caput, augmentabit ſignificatum: ſaluo quod dictum eſt ſuperius de ſignificatis eorum in ſecunda domo.

De cauſa quare non acquiret ſubſtantiam: *Caput* III.

SI quidem non uidebitur, quòd debeat acquirere ſubſtantiam, & uolueris ſcire cauſam quare non adipiſcetur eam, quæ eſt cauſa quæ prohibet eum, ut non adipiſcatur ſubſtantiam, aſpice receptorem diſpoſitionis, quemadmodum dixi tibi ſupra in iſto eodem capitulo. Et ſi fuerit ille qui prohibet acquiſitorem ſubſtantiæ, dominus aſcendentis ipſe idem qui interrogat erit cauſa, ut non adipiſcatur ſubſtantiam. Et ſi fuerit dominus ſecundæ, ſubſtantia eius erit cauſa, ut non adipiſcatur ſubſtantiam. Si fuerit dominus tertiæ, fratres erunt cauſa ut non adipiſcatur ſubſtantiam. Et ita intellige de ſignificatoribus omnium domorum, quòd quilibet ſuo loco & tempore erit cauſa quòd ſubſtantia non adipiſcatur ab interrogante, ſecundum quòd dictum eſt, quòd ſit cauſa adeptionis per illum eundem modum uſque in finem duodecim domorum. Iſta ſunt ſignificata duodecim domorum, unde ubicunque inueneris ſignificatorem ſubſtantiæ, per illam domum debes iudicare adeptionem ſubſtantiæ: & ubicunque inuenies prohibitorem ſubſtantiæ, per illam domum debes iudicare prohibitionem ſubſtantiæ, ut non acquiratur à quærente. Ita aſpicias per omnes domos ad ſignificata omnium rerum quæ pertinuerint ad te. Item dixit magiſter Quem Deus uoluit, quia ſi quæſtio fuerit abſoluta, uel non, dicatur unde debeat haberi ſubſtantia, quòd debemus conſtituere aſcendens, & domum ſubſtantiæ, quæ eſt ſecunda ab aſcendente, ſicut dictum eſt alias: & debemus aſpicere dominum domus uitæ, qui eſt dominus aſcendentis, quem ſi inuenerimus aſpicere aſcendens: uel ſi iungatur Planetæ, qui reddat lumen eius ad aſcendens, debemus tunc operari per ipſum: qui ſi non aſpexerit aſcendens, nec aſpexerit Planetam aliquem qui aſpiciat & reddat lumen eius ad aſcendens, tunc debemus aſpicere Lunam, quæ ſi aſpexerit aſcendens, uel aſpexerit aliquem Planetam qui aſpiciat aſcendens, & reddat lumen eius ad aſcendens, operare per eam. Si uero dominus aſcendentis, & Luna non aſpexerint aſcendens, nec fuerint iuncti Planetæ qui aſpiciat aſcendens, debemus tunc uidere quis eorum, ſcilicet dominus aſcendentis, & Luna ſit plus gradibus in ſigno in quo eſt qui uelocius debet exire de ſigno in quo eſt, & intrare in aliud, & per illum debemus operari. Et uidetur ſi ipſe poſtquàm exiuerit de ſigno in quo eſt, fuerit iunctus domino domus ſubſtantiæ immediate antequàm alius iungatur ei, uel ipſe alteri, dixit dictus philoſophus, quòd adipiſcetur ſubſtantiam interrogator, ſiue fuerit receptus dominus aſcendentis uel Luna poſt mutationem ſuam à ſigno in quo erat ad aliud à domino domus ſubſtantiæ, ſiue non. Nec refert utrum dominus domus ſubſtantiæ ſit fortuna, uel infortuna, quoniam coniunctio domini aſcendentis uel Lunæ cum domino domus ſubſtantiæ facit adeptionem rei, ſcilicet ſubſtantiæ quæſitæ. Verumtamen debes aſpicere ne dominus domus ſubſtantiæ iungatur alicui Planetæ, uel aliquis Planeta iungatur ei antequàm iungatur ei dominus aſcendentis, uel Luna cui dominus domus ſubſtantiæ committat diſpoſitionem ſuam. Et ob hoc dixi immediate, quòd aliquis non abſcindat lumen nec prohibeat coniunctionem domini aſcendentis, uel Lunæ cum domino domus ſubſtantiæ. Si uero fuerit quæſtio de ſubſtantia determinata, uide per quam domum ſignificetur illa ſubſtantia de qua ſit interrogatio: & uide ſi dominus aſcendentis & Luna, uel alter eorum, iungatur cum domino domus ſignificante rem illam: quoniam adeptio rei quæſitæ fiet per coniunctionem domini aſcendentis, uel Lunæ cum domino domus ſignificante rem illam de qua fuerit quæſtio. Si autem non fuerit coniunctio domini aſcendentis uel Lunæ cum domino domus ſignificante rem quæſitam: tunc aſpice in omnibus, ſicut dixi tibi in cõiunctione domini domus ſubſtãtiæ in mutatione de ſigno ad ſignũ, & in cõiunctio ne cum dño rei illius de qua ſit interrogatio. Si uero dominus

dominus domus ſubſtantiæ uel rei quæſitæ commiſerit diſpoſitionem ſuam alteri Planetæ antequàm ipſe iungatur cum domino aſcendentis, uel dominus aſcendentis uel Luna iungatur ei uide quis eſt ille Planeta cui iungitur dominus domus ſubſtantiæ uel rei quæſitæ & dic quòd ille Planeta eſt ſignificator impedimenti quare res non perficiatur: & uide cuius domus ſit dominus, quia illa perſona quæ ſignificatur per illam domum nitetur facere quòd res non perficiatur, & maxime ſi fuerit impeditus ille cui dominus domus ſubſtantiæ committit diſpoſitionem, hoc eſt ſi fuerit retrogradus uel combuſtus, uel in caſu ſuo, uel in deſcenſione ſua, uel cadens ab angulis. Quod ſi non fuerit impeditus ille receptor diſpoſitionis cui iungitur dominus domus ſubſtantiæ uel rei quæſitæ aliquo prædictorum impedimentorum, & fuerit fortuna, nõ impediet quin res quę ſita perficiatur, ſiue receperit dominum aſcendentis ſiue non. Si uero fuerit malus, & non fuerit impeditus aliquo prædictorum impedimentorum, & receperit dominum aſcendentis uel Lunam, perficietur res ſimiliter à quo aſpectu fuerit receptus. Si uero non receperit dominum aſcendentis ille malus, & fuerit coniunctio à trino uel ſextili aſpectu, perficietur res, licet cum labore atque tarditate, & ſi fuerit coniunctio à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, uix unquam perficietur res quæſita, & ſi perfecta fuerit, erit cum tanta anguſtia & cum tanto labore quærentis, quòd dicet pluries, utinam quòd ego non intromiſiſſem me de re iſta. Sed ſi receptio interuenerit, perficietur res. ſi fuerit fortuna ille qui receperit, fiet res leuiter & in breui. ſi fuerit malus ille qui receperit, fiet res cum grauitate & tarditate. Et nullo modo poterit eſſe, ſi receptio interuenerit, quin res perficiatur: & nihil erit quod poſſit eã prohibere quòd non fiat, niſi quærens uellet deſiſtere à propoſito ut res non perficiatur. Sed ſi fuerit receptor diſpoſitionis in angulo, feſtinabit effectus rei: ſi in ſuccedenti, tardabitur, & feſtinabit minus: ſi uero in cadentibus, prolongabitur iterum plus, licet ſit ibi receptio. uerumtamen receptio eſt tantæ fortitudinis, quòd non permittit rem annullari: licet tardetur enim, ultimo peruenit ad effectum quæſitum, ſiue de ſubſtantia ſiue de quacunque re ſit quæſtio. Pręterea ſi dominus aſcendentis & Luna uel unus eorum iuncti fuerint domino domus ſubſtantiæ, uel rei quæſitæ: uel fuerint iuncti alicui fortunæ, quæ ſit in domo ſubſtantiæ uel rei quæſitæ, adipiſcetur quærens rem illam ſiue ſubſtantiam. Et ſi non fuerit aliquis eorum dominus aſcendentis, ſcilicet uel Luna iunctus fortunæ in domo ſubſtantiæ, ſed fuerit iunctus alicui malo qui ſit in domo ſubſtantiæ ſeu rei quęſitæ, & ille malus receperit dominum aſcendentis uel Lunam, fiet res, & acquiret eam dominus aſcendentis ſeu quærens. Et ſi non receperit ille malus dominum aſcendentis, neque Lunam: ſi habuerit ipſe dignitatem in domo ſubſtantiæ, uel rei quæſitæ: tamen acquiret interrogator ſubſtantiã uel rem quæſitam, licet differatur tractu temporis. Et ſi dominus domus ſubſtantiæ uel rei quæſitæ fuerit leuior quàm dominus aſcendentis, & fuerit iunctus ei, uel quiuis alius Planeta quę ſit in domo ſubſtantiæ ſeu rei quęſitæ, fuerit ſimiliter leuior domino aſcendentis, & iungatur ei à trino uel ſextili aſpectu, acquiretur ſubſtantia, uel fiet res quæſita cum leuitate. Si uero à quarto aſpectu fuerit coniunctio, fiet res ſi receptio interueniat ſimiliter ſine grauitate magna. Sed ſi dominus aſcendentis fuerit leuior & iungatur domino ſecundæ domus, uel rei quæſitæ non fiet res leuiter neque ſine petitione quærentis. Si dominus rei quæſitæ iungatur domino aſcendentis ſeu quærẽtis, & receperit eum à trino uel ſextili aſpectu, ueniet ei ſubſtãtia ſeu res quæſita pluſquàm ipſe ſperet & leuius. Si autem dominus aſcendentis uel Luna non fuerit iunctus domino domus ſubſtantiæ, uel rei quæſitæ, nec alicui Planetæ qui ſit in ea, debes tunc uidere cui Planetarum iungatur dominus aſcendentis uel Luna, quia ſi iungitur aliquis eorum fortunæ, bene diſpoſitæ quæ non ſit impedita, uel ſit in angulo, nec iungatur illa fortuna alteri Planetæ, nec alter Planeta iungatur ei quem ipſa recipiat uel committat ei diſpoſitionem ſuam, acquiret interrogator ſubſtantiam & perficietur res quæſita. Sed ſi ille Planeta cui iungitur dominus aſcendentis receperit alium & non dominum aſcendentis, uel Luna iungatur ei à ſimili coniunctione, nec ille recipiat eum, ſecus eſt, quia coniunctio illius qui recipit, annullat coniunctionem illius qui non receperit. Si uero dominus aſcendentis uel Luna iunctus fuerit malo, qui non recipiat eum, ſignificat deſtructionem & annullationem ſubſtantiæ, ſeu rei quæſitæ, ita quòd non acquirat eam interrogator, nec perficietur ei res quæſita, quia mali Planetæ ex quo non recipiunt, non nituntur, niſi ad deſtructionem rerum, ſicut fortunæ nituntur perficere atque aptare ſiue recipiant ſiue non: ita mali nituntur ad cõtrarium niſi recipiant, quia tunc refrenant ſuam maliciam & perficiunt res ſicut fortunæ.

Vtrum acquirat ſubſtantiam quam petit uel accommodauit uel depoſuit. *Caput* IIII.

SI uero fuerit quæſtio alicuius qui quærat, utrum ille à quo petierit ſubſtantiam det eam ſibi: aſpice dominum aſcendentis & Lunam qui ſunt ſignificatores interrogantis, & ſecunda erit domus ſubſtantiæ ſuæ. Septima uero & eius dominus erunt ſignificatores illius à quo quæritur, & octaua & eius dominus erunt ſignificatores ſubſtãtiæ illius à quo quæritur ſubſtantia. Vide tunc ſi dominus aſcendentis uel Luna iuncti fuerint domino domus octauæ, quæ eſt ſignificatrix ſubſtantiæ illius à quo quæritur ſubſtantia, uel fuerit aliquis eorum iunctus Planetæ exiſtenti in domo octaua, ſi fuerit fortuna, acquiret ſubſtantiam de qua interrogat: ſi quærit alienam, illius ſcilicet à quo petit, dabit eam ſibi: ſi quærit illam quam accommodauit uel depoſuit, acquiret eam ſimiliter, ſiue receperit illam fortunam ſiue non. Si uero fuerit malus & receperit dominum aſcendentis uel Lunam, ſimiliter acquiret ſubſtantiam de qua interrogat. Si uero non receperit, uix aut nunquam recuperabit eam: & ſi habuerit, uix aut nunquam habebit eam totam, & cum grauitate atque durina & inſtantia habebit quod habebit inde. Similiter ſi dominus octauæ fuerit in prima, uel fuerit in ſecunda, &

rei de

& dominus ſecundæ receperit eum, ſignificat adeptionem rei de qua quæritur. Sed ſi dominus ſeptimæ, uel dominus octauæ fuerit in prima uel ſecunda, & non receperit eum dominus aſcendentis uel Luna uel dominus ſecundæ: ſignificat quòd adhuc perdet interrogator de alia ſua ſubſtantia & augmentabitur primum damnum. Si autem dominus aſcendentis uel Luna iuncti fuerint fortunæ quæ habeat dignitatem in aſcendente fiet res illa, uel ſi fuerit aliquis eorum iunctus malo qui habeat dignitatem in aſcendente, & recipiat dominum aſcendentis uel Lunã, fiet res illa de qua interrogat quærens. Et ſi fortuna fuerit in loco forti, cui iungitur dominus aſcendentis, uel Luna, fiet res etiam ſine receptione. Hæc autem omnia ſupradicta intellige de rebus quæ tractantur uel ſint inter minores & etiam inter communes perſonas, ſicut ſunt habitatores ciuitatum, caſtrorum, uillarum, & ſimilium quæ non ſunt inter perſonas quarum una excedat aliam multum. Excedentes perſonas intellige reges & magnates, qui ſunt apti eſſe reges, ſicut ſunt maximi duces, & maximi marchiones, quibus conueniunt regna, uel niſi ſint inter religioſos uel inter laicos & religioſos, in rebus quæ non ſint ipſorum propriæ. Et ego faciam tibi mentionem de his quæ tractantur ſuo loco & tempore, ſi placuerit domino noſtro Ieſu Chriſto & uero homini.

Excedentes perſonæ.

Si adipiſcetur de ſubſtantia regis.
Caput V.

ITem ueniunt aliquando aliæ quæſtiones præ manibus Aſtrologis de ſubſtantia, ſicut ſi aliquis quærat: utrum ſit adepturus de ſubſtantia regis alicuius, ſicut faciunt aliquando ſoldararij regum, & aliorum magnatum, quærit aliquis de prędictis: utrum ſit habiturus ſuum ſoldum à rege, & idem eſt ſi quærat de uicario regis, uel ſit quiuis qui quærat de ſubſtantia quam credit ſe habiturum: aſpice tunc aſcendens & dominum eius & Lunam, qui ſunt ſignificatores quærentis, & ſecundum ab aſcendente, quod eſt domus ſubſtantiæ quærentis, & dominum eius, & aſpice decimum & dominum eius, qui ſunt ſignificatores regis uel eius uicarij, & magnatis qui receperit ſeruitium: & aſpice undecimum & dominum eius, qui ſunt ſignificatores ſubſtantiæ regis uel magnatis. Si dominus aſcendentis uel Luna iuncti fuerint domino undecimæ, uel fuerit aliquis eorum iunctus Planetæ exiſtenti in undecima, qui ſit fortuna, nec ſit impeditus nec male diſpoſitus, acquiret ille interrogator illud quod quærit de ſubſtantia regis, ſiue magnatis, ſiue ſit ſoldatarius, ſiue quiuis alius, ille qui quærit, ſiue receperit illa fortuna dominum aſcẽdentis uel Lunam, ſiue non. Si uero fuerit malus & receperit eos, ſimiliter adipiſcetur quæſitum. ſi autem non receperit, ille malus dominum aſcendentis uel Lunam, uix aut nunquam adipiſcetur res quæſita.

De tempore prædictorum. *Caput* VI.

ADhuc etiam ſi noluerit ſcire ille qui te interrogat quando fiet hoc quod quæritur, uide tunc Planetam cui iuncti fuerint dominus aſcendentis uel Luna, & qui ſignificauerit effectum rei, quia ſi aſpexerit ſe cum domino aſcendentis uel cum Luna à trino uel ſextili aſpectu, ſiue fortuna fuerit ille qui receperit dominum aſcendentis uel Luna, ſiue non, conſidera ſi proijcit lumen ſiue radios ſuos ſuper radios domini aſcendentis uel Lunæ: & uide quot gradus ſint inter eos à gradu ſcilicet in quo proijcit unus radios ſuos ſuper radios alterius, uſque ad perfectionem aſpectus gradu per gradum: & dic quòd tot dies erunt uſq; ad tempus effectus rei ſi fuerint ambo in cadentibus, ſi ſint in ſuccedentibus erunt hebdomadæ, ſi fuerint in angulis erunt menſes. Et ſi eſſet res quæ uideretur poſſe multũ elongari, poſſes dicere quòd eſſent anni & maxime ſi ambo ſignificatores dominus, ſcilicet aſcendentis uel Luna & Planeta cui iungitur, forent in angulis. Si uero unus eſſet in angulo, & alter in ſuccedenti, tunc ſignificarent menſes. ſi unus eſſet in ſuccedenti, alter in cadenti, tunc ſignificarent hebdomadas. ſi uero fuerit unus in angulo, alter in cadenti, ſignificant menſes. Et ſi eſſet Sol uel Venus uel Mercurius uel Luna, ſimiliter gradus qui fuerint inter eos ſignificant dies, uel forte poſſent Sol & Venus ſignificare hebdomadas ad plus. Item dixit Meſſala, quòd ſi non fuerit, tunc erit quando Planeta dictus iungetur cum domino aſcendentis, uel cum Luna corporaliter gradu per gradum. Si uero fuerit hora quæſtionis Planeta qui ſignificat effectum rei in uno ſigno cum domino aſcendentis, fiet res quando fuerint coniuncti corporaliter in eodem gradu atq; minuto, ſi dominus aſcendentis fuerit ponderoſior, ſiue recipiat eum ille qui iungitur, ſiue non. Sed ſi dominus aſcendentis fuerit leuior, ita quòd uadat ad coniunctionem Planetæ, ſignificantis effectum rei, & recipiat ille dominum aſcendentis, tunc fiet res. Si uero non recipiet dominum aſcendentis, non perficietur res tũc, niſi ille ſignificator eſſet in angulis, quando fieret coniunctio, uel in ſigno, dicatur eius gaudium. Quod ſi non fuerit ita, non perficietur tunc: ſed perficietur quando ille Planeta cui iungitur dominus aſcendentis uel Luna, uel qui iungitur domino aſcendentis iuerit ad Solem, uel Sol iuerit ad eum, & fuerit combuſtus, & exiuerit de combuſtione, tunc quãdo incœperit apparere de ſub radijs Solis, ſiue ante Solem, ſiue poſt fuerit, quando euaſerit à combuſtione, ita quòd uideatur extra radios Solis. & ſi fuerit ſub radijs Solis hora quæſtionis, erit res quando incœperit apparere ille Planeta de ſub radijs.

De fratribus & eorum eſſe. *Caput* I.

De tertia domo.

SI quis interrogauerit te de fratre, uide per quem modum ipſe interrogat, ſcilicet utrum quærat de fratre præſente, uel de fratre abſente, uel de fratre ſano, uel de fratre infirmo, uel cuiuſcunque ſtatus ſit frater illius qui quærit: dabis primam quærenti, quoniam aſcendens ſignificat eum, tunc & tertiam dabis fratri. Si quærit de fratre abſente, aſpice tunc dominum tertiæ domus, qui habet ſignificare fratrem, & uide ubi fuerit inuentus dominus domus fratris, quia

ſtatus

ſtatus eius & diſpoſitio ſua debebit eſſe ſecundum quòd ſignificat dominus illius domus, in qua fuerit: & uide quomodo Planetæ aſpiciãt eum, utrum ſit in aſpectu bonorum uel malorum, & quo aſpectu aſpiciant eum, & ipſe eos, uel cõiungantur corporaliter ſimul, quia ſi fuerit ſignificator fratrum in domo ſua, ſcilicet tertia: nec aſpexerint eum mali ab oppoſitione uel quarto aſpectu, poteris tunc dicere, quòd frater eius eſt ſanus. Si uero aſpexerint eum mali ab oppoſitione, uel quarto aſpectu ſine receptione, poteris dicere quòd frater eius uiuit & eſt ſanus, ſed eſt in anguſtiis & anxietatibus & ſollicitudinibus magnis. Si uero aſpexerint eum à dictis aſpectibus cum receptione, poteris dicere quòd ſit frater eius in ſollicitudinibus ſupradictis, ſed bene liberabitur, & euadet ab eis. Si uero aſpexerit eum fortunæ à trino uel ſextili aſpectu ſine receptione, uel à quadrato uel oppoſitione cum receptione, poteris dicere quòd frater eius bene ſe habet & bene moratur in terra in qua eſt. Si autem aſpexerint eum fortunæ à trino uel ſextili aſpectu cum receptione, dic quòd frater eius eſt ſanus & bene moratur & omnia proſpere agunt, ita quòd nihil ei deeſt de eo quod uiuit. Si uero fuerit in quarta ſine aſpectu malorum, nititur ad hoc ut acquirat pecuniã in terra in qua eſt. Si uero fuerit in quinta & fuerit iunctus cum domino quintæ, cum receptione ſiue fortuna fuerit, ſiue non, dummodo nõ ſit malo modo impeditus ille dominus quintæ, ſignificat quòd frater eius bene ſe habet, & gaudet & lætatur cum hominibus illius terræ in qua eſt. Si uero fuerit fortuna ille cum quo iungitur ſignificator fratris, & fuerit coniunctio per corpus uel à trino uel ſextili aſpectu cum receptione, dic quòd frater eius eſt ſanus & hilaris & gaudet & lætatur cum hominibus & mulieribus illius loci in quo eſt, & utitur comeſtionibus, potationibus, indumentis, & ſtudet in cultu ueneréo, & in omnibus in quibus homines delectantur, ſi fuerit homo aptus ad hoc, uel qui delectetur in talibus, ut ſunt iuuenes & iuuenibus ſimiles. Si uero fuerit in quinta uacuus curſu, uel in coniunctione malorum corporali, uel in eorum aſpectu quadrato uel oppoſito ſine receptione, & illi mali qui impediuerint eum fuerint, ſimiliter & ipſi impediti, ſignificat eius malam diſpoſitionem, & eius malum eſſe, & diſcraſiam corporis, quoniã quinta eſt tertia à domo fratrũ. Si uero inueneris eum in aliis domibus, quę nõ ſunt exceptæ, ſicut ſunt ſexta, octaua, duodecima, cum prædictis ſignificatoribus, dic illud idem, ſed erit minus. Si autem inueneris eum in octaua iunctum fortunis à trino uel ſextili aſpectu, dic quòd frater eius, non ſit bene ſanus, nec ſit ita infirmus quòd oporteat eum dubitare, eſt tamen diſcraſiatus. Si autem fuerit iunctus malis, & fuerit in ſexta uel fuerit iunctus domino ſextæ, poteris dicere quòd frater eius infirmetur. Et illud idem poteris dicere ſi dominus ſextæ fuerit in tertio, niſi dominus tertiĳ fuerit bene diſpoſitus, ſicut dictum eſt ſupra. Deinde aſpice ſi inueneris fratrem quærentis infirmari: & uide ſi dominus tertiĳ iungitur domino octauæ domus, uel ingrediatur in combuſtionem, ſignificat quòd morietur ex illa infirmitate. Si uero inueneris eum in ſeptima, dic quòd ſit in terra ad quã profectus eſt, nondum exiens inde, & moratur in ea ſicut aduena, nec eſt bene diſpoſitus, nec multũ male, ſed habet ſe ad utraq;. Si fuerit in octaua, dubitatur de ipſo, & ſpecialiter ſi fuerit combuſtus uel iunctus domino octauæ in octaua, uel iunctus malis impedientibus eum in octaua, quia tunc ſignificat eius mortem. Si fuerit in nona, ſignificat quòd ſit profectus à terra in qua erat primo ad aliã terram magis longinquã, uel forte dedit ſe cuidam religioni, uel alias gerit uitam clericalem ſeu religioſam. Si uero fuerit in decima & fuerit iunctus fortunis à trino uel ſextili aſpectu, & maxime cum receptione, ſignificat quòd acquiſiuerit officiũ ſeu honorem aliquem uel dignitatẽ in terra in qua eſt.

Si uero fuerit iunctus malis à quadrato aſpectu, uel ab oppoſitione, uel alio modo impedientibus eum, uel fuerit combuſtus in decima, dubitabitur de ipſius morte. Si uero fuerit in undecima iunctus fortunis à bono aſpectu, uel fuerit iunctus cũ domino undecimæ, ſignificat quòd ſit cum aliquo ſuo amico cum quo bene moratur & gaudet & delectatur cum eo. Si uero fuerint mali aſpicientes eum, ſignificat quòd non gaudet in his quæ habet, nec uidetur ſibi quòd ipſe ſit in bono eſſe. Si uero fuerit in duodecima, & fuerit iunctus fortunis recipiẽtibus eum, & illa fortuna quæ receperit eum nõ fuerit impedita, ſignificat quòd habeat aliquod magiſterium uel gerit mercationem equorum & boum, unde lucratur, & ducit uitam ſuam laudabiliter. Si uero fuerit illa fortuna impedita uel fuerit iuncta malis impedientibus eam, ſignificat malam diſpoſitionem ipſius, quòd ſit infirmus uel male diſpoſitus, ita quòd ſi iungitur cum domino octauæ uel fuerit combuſtus uel intrauerit combuſtionem, quòd dubitatur ne moriatur inde. Si fuerit in prima, gaudet & lætabitur cum diligentibus eum, & eſt bene diſpoſitus. Si fuerit in ſecunda, non gaudet de aliquo ſuo ſtatu quem habeat, poſſibile eſt quòd ſit captus uel alio modo detentus, ita quòd non poteſt ſe ſeparare à loco in quo eſt quando uult. Si quidem fuerit retrogradus, nititur reuerti ad propria quandoq; potuerit. Et hæc de fratribus ad præſens dicta ſufficiant tibi: quoniã eſſet longum iam dicere omnia accidentia fratrum.

Nam ſi quæreret interrogator de fratre infirmo, ego dicam tibi illud infra in tractatu de infirmitate. Si quæreret de fratre præſente ſano, ego dicam tibi ea quæ uidebuntur expedire in tractatu de natiuitatibus ſermone ſatis prolixo ſicut oportuerit.

Præterea oportet quòd dicam tibi quædam alia ſimiliter quæ uidentur poſſe comprehendi ſub iſto capitulo, quæ ſunt iſta: uidelicet ſi quæreret aliquis de patre, aſpice quartam pro patre & dic ei ſicut dixiſti de fratre in tertia domo. Et de quinta dic ut dixiſti de fratre in quarta domo. Et dic de ſexta pro patre ut dixiſti pro fratre de quinta. Et de ſeptima pro patre dic ut dixiſti de ſexta pro fratre. Et de octaua pro patre, dic ut dixiſti de ſeptima pro fratre. Et de nona pro patre, dic ut dixiſti de octaua pro fratre. Et de decima dic pro patre, ſicut dixiſti de nona pro fratre. Et de undecima pro patre, dic ut dixiſti de decima pro fratre. Et de duodecima pro patre, dic ut dixiſti de undecima pro fratre. Et de prima pro patre, dic ut dixiſti de 12. pro fratre. Et de ſecun-

da pro

da pro patre, dic ut dixiſti de prima pro fratre. Et de tertia pro patre dic ut dixiſti de ſecunda pro fratre. Si quærat de patruo ſcilicet de fratre patris, dabiſ ei quintam & dic de quinta pro patruo ſicut dixiſti de tertia pro fratre & de ſexta pro patruo, ſicut dixiſti de quarta pro fratre. & ita intellige de omnibus domibus. Si quęrat de ſeruo uel clientulo dabis ſextam ſeruo & dic ita de ſexta pro ſeruo, ſicut dixiſti de tertia pro fratre: & dic ita de ſeptima pro ſeruo ſicut dixiſti de quarta pro fratre. & dic ita de octaua pro ſeruo ſicut dixiſti de quinta pro fratre: & ita de omnibus. Hoc tamē nō prætermitto, quia licet quęlibet domus habeat ſuam ſextam & ſuam octauam & ſuam duodecimam tamen in quolibet quæſito ſexta quæſtionis et eius dominus ſignificāt eius infirmitatem. Octaua quæſtionis & eius dominus ſignificat eius mortē. Duodecima & eius dominus ſignificant eius captionem. Diuerſificantur tamen in hoc.

De quarta domo.

De domo uel hæreditate quam aliquis intendit emere uel alio modo habere, utrum ſit habiturus eam interrogator. *Caput* I.

SI quis ſollicitus fuerit de aliqua domo, uel de aliqua petia terræ ſeu uineæ uel prati uel oliueti, uel ſiluæ uel de hæreditate aliqua quod uel quā uoluerit emere, uel aliter ſperat eam habere, & fuerit eius interrogatio abſoluta, quod nō dicat de terra uel de domo uel de hæreditate talis perſonæ, aſpice aſcendēs, & dominū eius & Lunā qui habent ſignificare interrogantem: & aſpice ſignum quartum, & dominum eius, quæ ſunt ſignificatores rei quæſitæ: ſi fuerit dominus aſcendentis in quarto uel Luna, uel fuerit dominus quarti in primo, uel fuerit unus eorum iunctus alteri corporaliter, uel à trino uel ſextili aſpectu, cum receptione, adipiſcetur rem quæſitā leuiter, & ſine inuolutione uel impedimento. Si uero fuerit ſine receptione, uel fuerint iuncti ſimul à quarto aſpectu uel ab oppoſitione cum receptione perfecta, adipiſcetur rem quæſitam interrogator. Si autem nō fuerint iuncti ſimul nec per aſpectū nec per corpus, ſed tranſtulerit Luna uel aliter Planeta lumen inter eos, adipiſcetur interrogator rem quæſitam per aliquē qui ſe interponet, & ducet rem ad effectum ſua ſagacitate atq; ſua induſtria. Si uero fuerit ille Planeta qui fuerit leuior & qui iungatur alteri effectus retrogradus antequam perficiatur eorum cōiunctio gradu per gradum, deſtruetur res poſtquam putauerit interrogator eam complere, & annullabitur. Si aūt fuerit res completa per illum qui ſe intromiſerit de re illa perficienda, ſi fuerit Luna quæ transferat lumen: uide in qua domo ipſa ſit, quia per illam perſonam quæ ſignificatur per domum in qua fuerit Luna, complebitur res. Si autem fuerit alius Planeta qui transferat lumen inter dominū aſcendentis & dominum ſignificantem rem quæſitam, uide cuius domus eſt dominus, quia per illam perſonam perficietur res, ut ſi fuerit dominus tertiæ domus, cōplebitur res per fratrem quærētis. Quod ſi non habuerit fratrem, perficietur per aliquem de ſuis conſanguineis minorem ſe. Et ſi hoc non fuerit, perficietur per aliquem ſuum conuicinum. Si fuerit dominus quintæ, perficietur res per filium uel per aliquem de perſonis quæ ſignificantur per quintam domum. Si fuerit dominus ſextæ, perficietur per ſeruum uel clientulum uel per aliquem qui ſignificatur per ſextam domum. Et ſi fuerit dominus ſeptimæ, perficietur per uxorem uel amaſiam uel ſocium. quòd ſi uxorem non habuerit, perficiatur per aliquem de illis qui ſignificantur per ſeptimam domum. Et ſi fuerit dominus nonę, per aliquem religioſum. Et ſi fuerit dominus decimæ, perficietur per aliquem magnatem uel rectorem. Et ſi fuerit dominus undecimæ, perficietur per aliquem amicum interrogantis. Et ſi fuerit dominus duodecimæ, perficietur per aliquem qui fingit ſe amicum quærentis, cum non ſit. Et ſi fuerit dominus ſecundæ uel octauæ, perficietur per talem de quo non ſperatur & de quo non erit facta mentio in re illa. Si uero non fuerit iunctus dominus quartæ domino aſcendentis, nec dominus aſcendētis domino quartæ nec Luna: nec fuerit Planeta qui transferat inter eos lumen: uel fuerit aliquis Planeta qui prohibeat coniunctionem eorū, non perficietur res. Si autem uolueris ſcire quis erit qui non permittat rem perfici, uide illum Planetam qui prohibet coniunctionem inter dominū aſcendentis uel Lunam, cuius domus ſit dominus: quia per illum qui ſignificatur per illam domum fiet annulatio rei.

De ſpecie rei emendæ & eius naturæ. *Caput* II.

SI uero quæſierit interrogator, ſicut ſæpe ſit, uel de cuiuſmodi res eſt iſta, quam ego intendo emere uel adipiſci, utrū ſit terra fructuoſa uel ſterilis, uel ſit ædificiū illius domus ſolidū uel conquaſſum, uel alias uitioſum uel fuerint eius laboratores boni & fideles, aut non, aſpice hoc ſimiliter ab aſcendēte & eius domino: quoniam tunc aſcendens & eius dominus ſignificat laboratores terræ ſeu uineæ, & ſiluanos & habitatores domus: & ſignum quartæ ſignificat terram uel domum uel hæreditatem, et qualis ſit & quid ſit in ea. & ſeptima ſignificat illud quod eſt in terra illa, uidelicet frumentum, & ordeū, alias bladas uſuales, herbas domeſticas quæ conſueuerunt naſci in hortis, ut ſunt caules, fœniculū, petroſelinū, borago, bleta, & ſimilia, ſi fuerit in tempore in quo blada et herbę domeſticæ ſint in campis uel hortis: poſſet etiam ſignificare uites ut perguleta & ſimilia. Si fuerit Iupiter in ſeptima bene diſpoſitus & boni eſſe, ſignificat quòd in illa terra ſit frumentum & herbæ de quibus naſcūtur utiliora ſemina & quæ magis ſunt comedę ad utilitatem hominū. Si fuerit ibi Venus aut Mercurius aut Luna aut Sol bene diſpoſiti & boni eſſe, ſignificat quòd in illa terra ſunt herbæ in quibus delectantur homines, ut roſaria & alia producentia fructus odoriferos, & flores unde fiunt ſerta & ſimilia. Si autem fuerint impediti Iupiter aut Venus aut alij, qui fuerint ibi, erunt aliqua de his quæ dixi, ſed non multa. At ſi fuerit Saturnus, erunt in illa terra petræ & res ponderoſæ, graues & ſerpentes ſubterranei impedientes fructus il-

lius terræ. Si uero fuerit ibi Mars & fuerit bene diſpoſitus & boni eſſe ſine impedimento, erunt ibi roſaria ſilueſtria & lambruſcæ ſcilicet uites ſilueſtres facientes fructus in ſepibus: uel forte poſſet eſſe q; eſſent ibi uites producentes tale uinum unde inebrientur homines. Si uero fuerit male diſpoſitus, erunt ibi rubi, ſaluincæ et alia genera ſpinarum uenenoſarum lædētium homines. Decima uero ab aſcendēte, ſignificat arbores quæ ſunt in ea. Si fuerit Iupiter in decima liber ab impedimētis bene diſpoſitus ſignificat quod erit ibi copia arborum & quod illæ arbores ſint prodncētes fructus bonos & de quibus ſequuntur homines utilitatē & lucrum, ut ſunt pira, mala, oliuæ, ceraſa, ficus & ſimilia. Si autem fuerit ibi Venus bene diſpoſita, ſignificat fructus odoriferos & delectabiles, & qui libenter portantur in manibus à iuuenibus & etiam ab alijs, ut ſunt mala odorifera, cedri, aranziæ & ſimilia & maxime in regionibus calidis. Si uero fuerit ibi Sol liber ab impedimentis & alias bene diſpoſitus, ſignificat fructus bonos magnarū arborum, ut ſunt nuces, pineæ & etiam mala & ceruſa & ſimilia. Si autem fuerit ibi Mars liber & bene diſpoſitus, ſignificat fructus arborum qui habentur cum labore de ſuis arboribus: & habent ſpinas in ſuis corticibus, uel alias teſtas. Et poſſent etiam Sol & Mars ſignificare uineas domeſticas, uel aliarū fructus, ut ſunt caſtaneæ, neſpilę & corna et ſimilia. Si autem fuerit ibi Saturnus liber & bene diſpoſitus, ſignificat quòd non erit ibi magna quannitas arborum, & erunt arbores quæ faciunt fructus habentes ſapores ſtipricos. ut ſunt pira & maxime ſilueſtria, & etiam aliquando ſorbę, glandes, nuces, et ſimilia. Si autem fuerit ibi Mercurius uel Luna, & talis eſſe ut dictum eſt de alijs, ſignificant fructus multarū manerierum & diuerſorum ſaporum & diuerſorum colorum, & ſignificant ſecundum quòd ſignificant illi quibus applicantur. Si uero fuerit Iupiter male diſpoſitus & tunc erunt ibi arbores paucę utilitatis, & etiam parum fructiferæ & leuiter perdent ſuos fructus. Similiter & de Venere ſi fuerit male diſpoſita poterit tamen eſſe quòd erunt arbores illæ ex maneriebus ſupradictis. Si autem fuerit Saturnus male diſpoſitus, erunt arbores paucæ ſilueſtres & quarum fructus uix aut nunquam erunt edibiles ab hominibus. Similiter & de Marte atq; Sole eſt intelligendum in fructibus illarum arborum quas ſignificauerint Mercurius & Luna. Significabunt ſimiliter id quod ſignificabunt illi quibus applicabuntur. Si autem fuerit aliquis prædictorum Planetarum retrogradus, ille qui emit terram, uendet fructus illarum arborum & parum ſeruabit ſibi de ipſis, nec affectabit habere partem de ipſis, præter quòd ſi Venus fuerit ſignificatrix, quia tunc reſeruabit ſibi partem de ipſis fructibus, & maxime de magis delectabilibus.

De qualitate laboratorum. *Caput* III.

SI autem uolueris ſcire de eſſe laboratorū terræ ſeu uineæ, uel de cuſtodibus prati ſeu ſiluæ uel de habitatoribus quales ſint, aſpice aſcendens & uide ſi fuerit Iupiter directus boni eſſe, erunt laboratores boni & fideles: & erunt homines mediocris ætatis. Et ſi fuerit orientalis, erunt iuuenes boni animi. Et ſi fuerit occidentalis, erunt iam incipientes ſeneſcere, uel erunt forte ſenes: tamen omnes erunt boni animi. Et ſi fuerit Iupiter directus, remanebūt laboratores in laboratione illa, & erit utile quærenti. Et ſi fuerit retrogradus, exibunt de laboratione & locabit eam interrogator alijs laboratoribus peioribus illis. Et ſi fuerit Venus in loco Iouis, erunt laboratores boni & fideles: & quaſi in omnibus erunt ſicut illi qui ſignificantur per Iouem: præter quòd Venus ſignificat iuniores et delectabiliores in qualitate ſupradicta. Et ſi fuerit Saturnus in loco Iouis erunt ipſi laboratores ſeu habitatores mendaces & latrones, etiam ſi eſſent ſenes uel decrepiti. Et ſi fuerit Mars in loco eius, erunt laboratores latrones & mendaces, et manifeſtius furabuntur quàm illi qui ſignificantur per Saturnum, & erunt ſcarani & maiores malefactores quàm ſit ſolummodo latrocinium.

Et ſi fuerint Mars uel Saturnus directi, remanebunt in laboratione: ſi non fuerint, recedent ab ea, & locabit laboratio melioribus laboratoribus, uel demum melioribus conductoribus.

De antiquitate & nouitate rerum.
Caput IIII.

SI autem uolueris ſcire de arboribus illis uel de ædificio, utrum ſint res antiquæ an nouiter plantatę, uel ædificium nouiter factum. Vide ſi Planeta aliquis in decima fuerit, erit ædificium non multum antiquum, nec nouiter factum ſimiliter de arboribus, quia non erunt multum antiquæ nec multum nouellæ. Si uero non fuerit ibi aliquis Planeta, uide ubi ſit dominus decimæ domus, ſi aſpicit domum de loco in quo eſt: uel ſi non aſpicit eam, ſed aſpicit Planetam qui de loco ſuo aſpicit decimam, erunt arbores iuuenes, & ædificium nouiter ædificatum, ita quòd non ſit annquum: & ſpecialiter ſi fuerit dominus decimæ orientalis. Si uero fuerit occidentalis, erunt arbores antiqnæ et ædificium antiquum. Si autem non aſpexerit decimam, nec fuerit iunctus alicui Planetæ qui aſpiciat eam nec qui reddat lumen eius ad decimam & fuerit occidentalis, erunt ipſæ arbores uetuſtæ & ædificium uetuſtum. Deinde aſpice ſimiliter ſi uis ſcire quid futurum ſit de illis arboribus ſeu ædificio à domino decimæ domus, ſi fuerit directus ſiue fortuna fuerit, ſiue infortuna, remanebunt arbores & ædificium in ſuo eſſe. Si uero retrogradus fuerit, euellentur arbores de terra illa, & ædificium ſimiliter. Si uero non aſpexerit dominus decimæ domum decimam, & non fuerit in undecima aut in tertia uel in quinta aut in nona ab aſcendente, erit terra abſque arboribus & abſq; ædificio: & non erit culta etiā ſi fuerit male culta. Ad hoc ut ſcias utrum ſint in ea ſemina, frumentum ſcilicet uel alia blada, ſi fuerit tempus aptum ad hoc, aſpice tunc dominum ſeptimæ domus, ſi aſpexerit ſeptimam, erit in ea ſemen quod ſperat dominus terræ recolligere ad ſuam utilitatem. Si uero nō aſpexerit, nō erunt ibi ſemina utilia.

De ſitu

De ſitu terræ. *Caput* V.

SI autem uolueris ſcire qualiter ſita ſit illa terra, aſpice quartam domum, & uide cuius triplicitatis ſit illud ſignum. Quod ſi fuerit de triplicitate Arietis, erit illa terra montuoſa, uel erunt in ea ſaxa: & erit male diſpoſita ad colendum: & erit terra macra & erit cultura & lætamine indigens atque multo ſtudio ut poſſit inde haberi fructus. Si autem fuerit ſignum quartum de triplicitate Tauri, eſt terra illa plana, & apta ad ſuſcipiendum culturam, & erit fructifera. Et ſi fuerit ſignum quartum de triplicitate Geminorum, erit pars illius terræ plana, & pars erit montuoſa, & non erit multum fructifera nec multum ſterilis. Similiter ſi quarta domus fuerit ſignum bicorporeum cuiuſcunq; triplicitatis ſit, quoniam habet ſignificare montuoſitatem & planiciem, nec uere hoc, nec uere illud. Si fuerit quarta domus de triplicitate cancri, erit paludoſa uel erit aquæſtrium uel alio modo aquoſa uel iuxta loca aquoſa, poſita. Et ſi uolueris, quartum & eius ſocium attende: quòd ſi ignea fuerint, habet ſignificare loca arida, & petroſa & montuoſa. Et dixit quidam, quòd quarta domus & eius dominus ſemper ſignificant rem immobilem emendam, ut ſunt domus & terra & ſimilia. Et dixit quòd quinta & eius dominus ſignificant eius lucrum. Et dixit quòd ſi fuerit res mobilis & quæ uelociter mutetur & tranſeat de manu unius in manum alterius, quòd ſeptima & eius dominus ſignificant eam, & octaua & eius dominus ſignificant lucrum eius.

Si utilis ſit conductio terræ uel domus.
Caput VI.

ET ſi quæſierit aliquis uolens conducere terram uel domum ſiue ſit laborator qui accipiat terram ad modum laboratoris, uel ad certum datium, pro quolibet anno, ſicut pluries ſit, uel domum ad habitandum in ea, & uoluerit ſcire ſi eſt ei bonum conducere ipſam, dabis primam & eius dominum ille qui conducit rem, & ſeptimam & eius dominum illi qui locat eam. Et decimam dabis ad utilitatem quæ poteſt ſequi ex re illa, & quartam dabis fini eius, qui poterit inde ſequi. Si dominus aſcendentis fuerit in aſcendente, uel aſpexerit à trino uel ſextili aſpectu: uel fuerit ibi fortuna ſiue habeat ibi dignitatem ſiue non: uel pars fortunæ non impedita, ſignificat quòd conductor conducet rem illam, ſperans inde bonum: & non pœnitebit eum conduxiſſe, & delectabitur, & gaudebit in conductione illa. Si uero fuerit malus in aſcendente, & alterum iſtorum erit, aut ſi conduxerit, pœnitebit eum conduxiſſe: aut non conducet: aut uult conducere ad hoc, ut decipiat locatorem. Deinde, aſpice ſeptimam pro illo qui locat rem, ſi fuerit in ea dominus ſeptimæ, uel aſpexerit à trino uel ſextili aſpectu: uel fuerit ibi fortuna nõ malo modo impedita, perficiet locator illud quod conuenit conductori, & ſeruabit ei promiſſum, & erit ei utilis. Si autem fuerit ibi malus, qui non ſit dominus ſeptimæ, non ſeruabit locator conductori quod ſibi promiſit & nitetur decipere ipſum & fraudulenter ſe habebit aduerſus eum. Deinde aſpice decimam, ſi fuerit in ea fortuna uel aſpexerit à trino uel ſextili aſpectu dirigetur res, & perficietur. Si uero fuerit in ea malus, qui non ſit dominus decimæ, uel aſpexerit illam ab oppoſitione uel à quadrato aſpectu, non perficietur conductio illa, & poterit eſſe quòd naſcetur diſſentio occaſione arborum, uel occaſione ædificiorum exiſtentium in terra illa. Deinde aſpice quartam, & dabis illam fini rei: ſi fuerit ibi fortuna uel fuerit ibi dominus quartæ, uel aſpexerit illam à trino uel ſextili aſpectu, erit finis illius rei bonus & utilis & laudabilis. Si uero fuerit ibi malus qui nõ ſit dominus quartæ, erit finis malus & ſequet conductor inde damnum & incommodum.

De quinta domo.
Vtrum aliquis ſit habiturus filios de uxore ſua uel de alia muliere quam dicit, uel ſimiliter quærat de filiis ſimili modo.
Caput I.

CVm interrogatus fueris ab aliquo uiro, utrum ſit habiturus filios de uxore quam habet uel de alia muliere: uel interrogauerit mulier, utrum ſit habitura filios de illo uiro quem habet, uel de aliquo alio, accipe umbram incontinenti, & ordina figuram ſecundum aſcendens & reliquas domos: & aſpice aſcendens & dominum eius & Lunam, & ſi uideris dominum aſcendentis & Lunam, uel aliquem eorum, iunctum domino quintæ, quæ eſt domus filiorum, dic quòd ſit habiturus filios, ſimiliter ſi dominus quintæ fuerit iunctus domino aſcendentis. Et ſi non inueneris eos iũctos ſimul, uide ſi aliquis Planeta transfert lumen inter dominum aſcendentis & dominum quintæ, quoniam ſignificat filios, licet poſt dilationem. Quod ſi hoc non fuerit ita, uide ſi dominus aſcendẽtis uel Luna fuerint in domo quinta dic quòd ſit habiturus filios. Similiter ſi dominus quintæ fuerit in aſcendente, dic quòd ſit habiturus filios: quòd ſi hoc non fuerit, uide ſi dominus aſcendentis uel Luna & dominus quintæ iungantur ambo alicui Planetæ, qui ſit ponderoſior eis: quia ille colliget lumen utriuſque, & erit receptor diſpoſitionis, & erit ſignificator utrum filij ſi fuerint debeant uiuere an non. Et uide ſi ipſe eſt liber ab impedimentis quæ dixi tibi in tractatu de impedimentis Planetarum, ſcilicet quòd non ſit retrogradus uel combuſtus uel cadens, & cætera. dic quòd filij illi uiuent. Si uero fuerit ille Planeta ponderoſior qui eſt receptor diſpoſitionis impeditus, ſcilicet retrogradus uel combuſtus uel cadẽs ſiue ab angulis ſiue ab aſcendente, uel obſeſſus à malis: uel habuerit aliquod de prædictis impedimentis, non diu uiuent illi filij, nec erunt pater & mater eorum beati ex eis. Deinde aſpice Iouem qui habet naturaliter ſignificare filios, ſi inueneris eum in aſcendente uel in tertia, uel in quinta, uel in nona, uel in undecima liberum ab omnibus impedimentis ſupradictis: dic quòd mulier illa aut

concepit aut concipiet in breui, fortè in primo concubitu uel parum poſt, ita quòd erit illud tanquam res quæ uidetur iam facta uel eſt in fieri. Et ſi fuerit Venus in quinta non impedita, fueritq́ ibi alia fortuna præter Iouem uel Venerem, non impedita ſignificat quòd mulier illa prægnabitur in breui.

Si uero fuerit Iupiter in locis prædictis impeditus, dic quòd conceptus aut non ſit, aut ſi eſt, non perficietur, ſed delebitur uel abortiet mulier illa. Similiter ſi Venus fuerit iuncta Saturno uel Marti, uel fuerit ſub radijs ſolis, iens ad coniunctionem Solis corporaliter, non erit mulier grauida, niſi fortuna fuerit in quinta, quia tunc poterit eſſe melior grauida, uel erit in breui, ſed uix erit eius partus bonus. Quod ſi Saturnus uel Mars fuerit in quinta, uel alius malus, & præcipue cauda draconis, quæ habet ſignificare euacuationem, uel aſpexerit ipſam ab oppoſitione, ſignificat quòd mulier non erit grauida & etiam à quarto aſpectu uidentur mali fruſtrare conceptionem. ſi aſpexerint quintam à quadrato aſpectu.

Quando interrogatio de filio fuerit abſoluta.
Caput II.

SI uero interrogatio fuerit abſoluta quòd dicat ita uir aut mulier, habebit filios, nec dicat utrum de hac muliere uel de hoc uiro, aſpice tunc aſcendens & eius dominum: & uide ſi fuerit dominus aſcendentis in aſcendente, uel fuerit ibi fortuna bene diſpoſita uel in decima uel in undecima uel in quinta, & Iupiter ſicut dictum eſt, in tertia uel in quinta, uel nona, uel undecima, habebit filios, ſed erit aliqua dilatio in hoc, non tamen multum magna. Si autem dominus aſcendentis non fuerit in quinta, quæ eſt domus filiorum, ſed fuerit in quarta: uel fuerit in ſeptima, nec fuerit impeditus à combuſtione uel retrogradatione, uel fuerit obſeſſus duobus malis, uel iunctus corporaliter uni malorum qui eum impediat, ſcilicet Saturno uel Marti. uel fuerit cum cauda & Iupiter fuerit in aliquo de locis ſupradictis tertia uel quinta uel nona uel undecima, habebit filios ille homo uel illa mulier, ſed erit dilatio in hoc maior quàm ſupradicta. Si uero fuerit aliquis malorum Saturnus ſcilicet aut Mars uel cauda draconis in aſcendente, aut aſpexerint illud à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, & dominus aſcendentis fuerit impeditus à retrogradatione, uel cõbuſtione uel caſu, uel fuerit in ſecunda uel ſexta uel octaua, uel duodecima, & Iupiter fuerit in malo loco: & ſpecialiter in octaua, uel fuerit malo modo impeditus à retrogradatione uel combuſtione uel caſu, ſignificat quòd quærens aut nullos aut paucos filios habebit: nec gaudebit de eis quòd ſit inde beatus et uidebit mortem eorum. Et uide ubi tunc fuerit Luna, quæ ſi fuerit impedita ipſa uel dominus quintæ, & fuerit impeditus aliquis eorum in ſexta, triſtabitur cauſa infirmitatis eorum. ſi fuerit in octaua, cauſa mortis eorum. ſi fuerit in duodecima, cauſa captionis eorum. Et uide quod ſignum fuerit in aliqua domorum prædictarum, quia cauſa unde triſtabitur cauſa filiorum erit ex parte membri deputati illi ſigno. ſi fuerit Aries, erit cauſa capitis. ſi fuerit Taurus, erit cauſa colli. ſi Gemini, erit brachiorum uel manuum. ſi Cancer cauſa pectoris: ſi Leo cauſa ſtomachi uel ſpinæ dorſi. ſi Virgo cauſa iliorum & partium adiacentium umbilico. ſi Libra cauſa ancarum. ſi Scorpio cauſa uerendorum. ſi Sagittarius cauſa coxarum. ſi Capricornus cauſa genuum. ſi Aquarius cauſa crurum. ſi Piſces cauſa pedum. Et ſemper ſit tibi hoc curæ, quia ſi tu inuenies Iouem aut Venerem aut Solem aut Lunam aut Mercurium aut caput Draconis in quinta non impeditos impedimentis malis, non deſperes quærentem de filijs, quoniam ſignificant hæc omnia quòd ſit habiturus filios. Et ſi non fuerit aliqua fortuna in quinta, & inueneris ibi aliquem malorum qui habeat ibi teſtimonium, nec quæſtio fuerit ex toto mala, ſignificat quòd ſit habiturus filios, ſed non hæreditabunt bona paterna uel materna, immo uidebitur quòd debeant uidere mortem eorum. Adhuc etiam proſpice Iouem ſi fuerit in angulo, quod habet ſignificare filios licet nõ multos. Si fuerit orientalis in angulo, ſignificat celeritatem habendi filios. Si fuerit occidentalis in angulo, ſignificat tarditatem habẽdi eos, & quòd erit aliqua dilatio in hoc.

Vtrum mulier ſit grauida.
Caput III.

ITem ſi quis ſollicitetur utrum aliqua mulier conceperit et portet in utero cõceptum an non: aſpice dominum aſcendentis atq́ Lunam uel aliquem eorum qui habent ſignificare mulierem: & aſpice quintam & eius dominum qui ſunt ſignificatores concepti. ſi inueneris Lunam in quinta: uel inueneris dominum quintæ in aſcendente liberum à malis & alijs impedimentis ſupradictis, ſignificat quòd mulier illa concepit & habet conceptum in utero: ſimiliter ſi dominus aſcendentis commiſerit diſpoſitionem ſuam alicui Planetæ in angulo et eo ſecurius et certius, ſi fuerit ille cui commiſerit dominus aſcendentis diſpoſitionem receptus uel receperit ipſe dominum aſcendentis: quia tunc ſignificat conceptum. Si uero ille cui iunctus fuerit dominus aſcendentis, & cui commiſerit diſpoſitionem fuerit in cadenti, ſignificat quòd mulier illa conceperit dolorem, & quòd illud quod uidetur prægnatio, erit potius ægritudo quàm conceptus: & ſi eſt conceptus, non ueniet ad bonum finem & maxime ſi fuerit aſcendens Aries uel Cancer, uel Libra, uel Capricornus, uel fuerit aliquis malorum in aliquo angulorum: & eo fortius ſi fuerit ibi cauda: quoniam ipſa habet ſignificare aborſum præ cæteris malis. Si uero Planeta ponderoſus cui dominus aſcendentis commiſerit diſpoſitionem fuerit in bono loco ab aſcendente, nec fuerit in coniunctione malorum, ſed fuerit liber ab impedimentis: & Luna ſimiliter fuerit ſalua, ſignificat quòd conceptus ueniet ad bonum finem: & quòd non fruſtrabitur ille partus. Similiter ſi dominus quintæ qui eſt ſignificator filiorum fuerit in aſcendente liber ab impedimentis ſupradictis, ſcilicet quòd non ſit retrogradus, neque combuſtus

buſtus neq; iunctus malis:& ſpecialiter caudæ corporaliter uel alijs malis ab oppoſitione uel quarto aſpectu, ſignificat conceptum. Si uero fuerit impeditus aliquo ſupradictorum impedimentorum, non erit conceptus. & ſi fuerit, fruſtrabitur & delebitur.

Vtrum mulier ſit grauida aut non.
Caput IIII.

COnſueuerunt aliquando mulieres dubitare utrum ſint grauidæ uel non:& etiam uiri earum affectantes habere filios, ignorantes utrum ſit hoc an non: & conſueuerunt quærere de hoc ut certificentur inde ab aſtrologo. Vnde ſi tibi facta fuerit quæſtio per mulierem de ſeipſa utrũ conceperit an non, nec fuerit quæſtio ſuper alio: aſpice aſcendens & dominum eius, et uide ubi ſit dominus aſcendentis, qui ſi fuerit in angulo liber à malis et ab impedimentis alijs, ſignificat quòd mulier ſit grauida. Similiter ſi fuerit dominus aſcendentis in ſuccedenti, uel etiam in cadenti, dummodo ſit receptus à Planeta exiſtenti in angulo. Si uero fuerit in cadẽti ab angulo, nec fuerit iunctus Planetæ qui non recipiat eum: uel ſi receperit & fuerit retrogradus uel combuſtus uel cadens, ſignificat quòd mulier non ſit grauida: ſimiliter ſi Luna fuerit impedita: ſed ſi Luna fuerit recepta à Planeta qui ſit liber ab impedimentis ſupradictis, erit grauida. ſi uero non fuerit recepta Luna, & dominus aſcendentis fuerit impeditus non erit grauida. Et ſi dominus aſcendentis fuerit in bono loco, & aſpexerit aſcendens aſpectu laudabili, erit grauida. Si quidem uir interrogauerit de muliere, ea uolente, idem erit iudicium. ſi autem interrogauerit oir proprio motu & à ſemetipſo, tamen muliere ignorante, conditionibus præmiſſis conſiderabis ſeptimam & eius dominum, & iudicabis per dominum ſeptimæ ſecundum quòd iudicaſti per dominum aſcendentis, Luna tamen ſemper non prætermiſſa.

Si mulier quæ conceperit portet in utero unum uel plures. *Caput* V.

ET ſi ſollicitatus fueris de muliere grauida, uel ſi ſollicitetur aliquis utrum portet unum uel plures, aſpice hoc ab aſcendente, & uide ſi fuerit aſcendens Gemini aut Virgo uel Sagittarius uel Piſces: uel ſi fuerit aſcendens aliquod de alijs ſignis & fuerint in eo duo boni Planetæ uel in quinta, concepit binos. Si autem fuerit ibi cum eis Caput draconis, dic quòd portet in utero plus duobus, & poſſibile eſt quòd portet quatuor. Et ſi non fuerint Planetæ in aſcendẽte neq; in quinta, uide ſi aliquis Planetarum aſpiciat aſcendẽs uel quintam gradu per gradum, ita quòd non ſit aſpectus plus uno gradu ante lineam aſcendentis uel quintæ uel plus duobus retro: quia quotcunque Planetæ aſpexerint ita, tot erunt concepti in utero: etiam ſi omnes Planetæ ſeptem aſpicerent illos gradus: & uide quot fuerint & aſpexerint à trino uel ſextili aſpectu, tot ex conceptis peruenient ad perfectionem: quot uero aſpexerint à quarto uel oppoſitione tot ex conceptis patientur detrimentũ. Et ſi inueneris Solem & Lunam in uno ſigno, ita tamen quòd Luna uadat ad Solem, nec ſit longe ab eo plus quinque gradibus retro, nec ante plus duobus, illud idẽ iudicabis ſi Sol uel Luna in Geminis, Virgine, Sagittario, & Piſce. Quod ſi aſcendens fuerit aliquod ex ſignis fixis, uel mobilibus, & quinta ſimiliter fuerit de illis ſignis. & Sol & Luna fuerint in ſignis fixis uel mobilibus, nec fuerint plures Planetæ in aſcendente uel in quinta, uel eorum aſpectus, ut dixi, ſcias quoniam mulier portat unicum, & non plures.

Si mulier portat maſculum uel fœminam.
Caput VI.

ET ſi quæſierit, utrum portat mulier maſculum uel fœminam, aſpice tunc aſcendens & dominum, et quintam & dominum eius, et uide ſi fuerint in Ariete uel Geminis uel Leone uel Libra uel Sagittario uel Aquario, ſignum eſt quòd portet maſculum: ſi uero non, uidetur quòd portet fœminam. Si uero dominus aſcendentis fuerit in ſigno maſculino, et dominus quintę in ſigno fœminino, uel dominus quintæ in ſigno maſculino, & dominus aſcendentis in ſigno fœminino, tunc recurre ad Lunam quę eſt particeps omnis rei, & uide ſi ipſa fuerit in ſigno maſculino & fuerit iuncta Planetæ qui ſit in ſigno maſculino, tunc atteſtabitur illi qui fuerit in ſigno maſculino· uel ſi fuerit in ſigno fœminino atteſtabitur illi qui fuerit in ſigno fœminino, ſiue dominus aſcendentis fuerit in ſigno maſculino, ſiue dominus quintę uel econtrario. Similiter ſi Luna iungatur Planetæ maſculino atteſtabitur illi qui fuerit in ſigno maſculino: & ſi iuncta fuerit Planetæ fœminino atteſtabitur illi qui fuerit in ſigno fœminino. Similiter ſi dominus aſcendentis uel dominus quintę fuerit Planeta maſculinus uel fœmininus, atteſtabitur Luna illi cui aſſimilatur ſitus eius. Et ſcias quòd Saturnus, Iupiter & Mars & Sol ſemper ſunt maſculini, niſi aliquando quibuſdam caſibus de quibus iſte non eſt. Et Venus ſemper fœminina, niſi aliquando in caſibus de quibus iſte non eſt. Mercurius uero quando eſt orientalis in mũdo, quòd oritur in mane ante Solem, dicitur maſculinus: quando fuerit occidentalis in mundo, quòd occidit poſt Solem in ſero, dicitur fœmininus. Similiter & quando iungitur maſculinis eſt maſculinus: & quando iungitur fœmininis eſt fœmininus.

De ſexta domo.

Vtrum liberetur infirmus ab ægritudine qua detinetur an non. *Caput* I.

SI fuerit tibi facta quæſtio de aliquo infirmo utrum liberetur ab ægritudine qua detinetur an non: uide primo quis eſt ille qui quærit utrum ſcilicet ſit ipſe idem infirmus, uel alius qui quærit pro ipſo: & ſi pertinet ad eum quærere uel non: & ſi quærit de uoluntate infirmi uel ſuo proprio motu: quoniam ſi ipſe quærit de uolun-

tate infirmi ac de ipſius licentia, prima datur ei & infirmo. ſi autem quærat ſuo proprio motu prima datur ei. ſed infirmo datur illa per quam ſignificatur eius perſona ut ſi quærat pro fratre prima datur quærenti: tertia infirmo. ſi pro patre prima datur ei: quarta datur infirmo. Et ita intellige de ſignificantis omnium domorũ ſecundum quód dictum eſt ſuperius in tractatu de duodecim domibus. Conſiderabis etiam cuius conditionis ſit infirmus, utrum ſcilicet ſit laicus uel clericus, ſiue alio modo religioſus: & utrum ſit de illis qui præponuntur medico uel quibus præponitur medicus. Fuerunt enim ex hoc plures ac diuerſæ opiniones: debes etiam aſpicere ſpeciem ægritudinis ac ipſius eſſe: nam aliter eſt aſpiciendum in ægritudine noua, aliter in antiqua: & ego dicam tibi conditiones infirmorum ac infirmitatum. et quibus infirmis ſit præponendus medicus, & quibus non: & in quibus caſibus: & qui infirmi ſint præponendi medico & qui non, & in quibus caſibus & quomodo et quando ſecundum diuerſas opiniones iudicandũ de infirmis, ſi Ieſus Chriſtus dominus noſter præſtiterit mihi ſuam gratiam in hac parte. Quidam enim dabant aſcendens medico, decimam infirmo, ſeptimam infirmitati, quartam uero medicinæ. & in hac opinione fuerunt Zael & eius ſequaces. Et ſic ſecundum hoc medicus præponebatur infirmo, ſeptima infirmitati, decima uero medicinæ: & illi ſimiliter præponebant medicum infirmo, ut ſi fiat quæſtio de infirmo: medicus etiam præponitur infirmo eo & medico ignorantibus, tunc medicus præponitur ei. quoniam datur uel alius pro eo de ipſius uoluntate cuiuſcunque conditionis ſit infirmus, uel quærat à medico ignorante infirmo. tunc prima datur infirmo, decima medico, ſeptima infirmitati, quarta medicinæ, & in iſto caſu præponitur infirmus medico.

At ſi aliquis ſuo proprio motu quærat de rege infirmo, eo ignorante, prima datur medico, decima infirmo, ſeptima infirmitati, quarta medicinæ. Si autem quærat eodem modo de papa, uel de quocunque alio clerico, prima datur medico, nona infirmo, ſeptima infirmitati, tertia uero medicinæ.

Nunc autem dicam tibi conditiones ægritudinum ſi enim ſciueris conditiones ęgritudinum, poteris de ipſis melius & ſecurius iudicare. Et licet medicina dicatur fuiſſe inuenta pro diuitibus & magnatibus, tamen uulgus ruſticorum iam irruit in medicamen: nec mirum, quoniam & ipſi ſicuti & magnates infirmantur & affectant liberari. Dicere ægritudo annoſa ſeu antiquata, ego reputo eam annoſam & uetuſtam, ex quo eſt annua: quoniam ægritudines annuæ de leui nunquam curantur, immo difficillimè. Ægritudinem uero non antiquatam, reputo illam quæ non eſt adhuc annua. Vnde ſi ægritudo eſt antiquata, quód ſit pluſquam annua, cuiuſcunque conditionis ſit infirmus, debes dare duodecimam ægritudini, ſi eſt ægritudo noua quæ non ſit annua, debes ei dare ſeptimam, ſi tu das primam medico: quoniam medicus eſt inimicus ægritudinis. Et ſi tu das decimam infirmo, debes dare quartam medicinæ: quia licet medicina curet infirmum, tamen eſt ei oppoſita: & oppoſitio ſignificat inimicitiam. unde medicina dicitur inimica infirmitati: quia in medicinis reperiuntur ea quæ ſunt contraria naturæ, & quæ non nutriunt eam, immo exterminant aliquando. Si tu das nonam infirmo, tertia datur medicinæ ſi tu das tertiam infirmo, ſicut ſit aliquando, nona datur medicinæ. Et oportet te conſiderare utrum ægritudo ſit uniuerſalis ſiue particularis: quia ſi uniuerſalis, debes iudicare uniuerſaliter de toto corpore. ſi uero particularis, debes iudicare ſecundum illud membrum in quo ægritudo uiget. Sed ſi tu quæreres qualiter diuerſificantur domus ſignificantes domos, & medicos & infirmitates & medicinas, cum iſtæ domus debeant eſſe æquales, immo quaſi eædem: bene credo quód poſſet tibi aſſignari cauſa. ſed longum eſſet enarrare nec poſſunt ubique omnia diſputari: unde neceſſe eſt nobis tenere dicta philoſophorum, & ſcire quód ipſi non dixerunt hoc ſine cauſa. oportet enim addiſcentem credere. Amodo ordinabo tibi modum iudicandi de infirmo, utrum liberetur an non: ueruntamen uolo quód tu ſcias primo de hoc quod dixit Zael, & quod dixerunt ſequaces eius qualiter eſt intelligendum: quia in eo quód ipſe dixit quód aſcendens ſignificat medicum, dixit hac de cauſa: quia ægritudo ſignificatur per ſeptimam, & medicus eſt inimicus ægritudinis: unde cum prima ſit inimica ſeptimæ quæ ſignificat infirmitatē, rectè datur prima medico cum ipſe ſit inimicus infirmitatis & in hoc ſignificatur medicus per primam: quia ſecundũ quód prima domus fuerit fortunata, ita proficiet infirmo cura medici & ſecundũ quód fuerit infortunata ita nocebit ei cura illius medici. Et ob hoc dixit Zael quód prima datur medico, hoc quód ipſe dixit, quód decima datur infirmo, non fecit alia de cauſa, niſi quia ſignificatur per decimam utrum infirmus ſit obediens medico, quia ſi bene obedierit, erit ei iuuamen aliquod: & hoc ſcietur per Planetam qui fuerit inuentus in decima: quia ſi fuerit bonus, erit infirmus obediens, & illa de cauſa poterit melius curari. Septimã dedit infirmitati: quia per ſeptimam ſcietur utrum ęgritudo ſit breuis uel longa: nam ſi fuerit ibi fortuna cito liberabitur, & ſpecialiter ſi habet ibi dignitatem. Et ſi fuerit ibi malus qui non ſit bene diſpoſitus, inualeſcet ægritudo in infirmum. Quarta datur medicinæ: quia per quartam ſcitur utrum medicina ſit ualitura ægro an non, ſecundum quód ipſa fuerit bene uel male diſpoſita: nam ſi fuerit ibi fortuna, ualebit medicina infirmo. Si uero fuerit ibi malus, qui non ibi habeat dignitatem, ſcilicet domum uel exaltationē uel duas de alijs dignitatibus minoribus, erit medicina potius ad damnum ægri quàm ad eius utilitatem. Sed alio modo & directa linea, ut ſciatur utrum æger liberetur an non: prima datur infirmo & eius dominus & Luna: & ſexta datur infirmitati ſi fuerit infirmitas noua quæ non tranſcenderit annum. Si uero fuerit ægritudo uetuſta quæ habuerit plus uno anno, datur ei duodecima, ut dictum eſt. Debes etiam uidere utrum ſignificator infirmi ſit de Planetis qui habent amicitatem cum ſignificatore medici uel medicinæ uel infirmitatis per quamcunq; domum, ſignificantur medicus

eius uel infirmus uel medicina uel infirmitas: quia ſi ſignificator medici fuerit de illis Planetis qui diligunt ſignificatorem infirmi, erit medicus utilis infirmo. Si ſignificator medicinæ fuerit de illis ſimiliter qui diligunt ſignificatorem infirmi, erit ei utilis medicina illius medici. Similiter ſi fuerit ſignificator infirmitatis de illis minus nocebit infirmitas. Sed ſi ſignificator medici fuerit de inimicantibus infirmo, non proficiet medicus, nec eius medicina, immo nocebit & contraria erit ei. Et ille qui fuerit de amicis proderit: & ille qui fuerit de inimicis nocebit, & cætera. Et ſi omnes fuerint de amicis, omnes proficient: & ſi omnes fuerint de inimicis, omnes nocebunt. Et ſi fuerit iunctus ſignificator medici, uel Luna, cum domino ſeptimæ, inimicabitur ægritudo. Et ſi fuerit iunctus cum domino ſexti, prolongabitur pluſquam uideatur debere eſſe: & ultimo tamen in caſu euadet, & liberabitur infirmus. Conſiderabis etiam, utrum ſignificator ægritudinis ſit in aliquo de gradibus Azemena, & fuerit in duodecima, uel in octaua, & aſpexerit eum aliquis malorum: quoniam ſignificat, quòd non liberabitur æger ab ægritudine illa, quin remaneat aliquod impedimentum in membro deputato illi ſigno, cuius fuerit gradus Azemena. Et eſt ibi inquirendum ab infirmo, uel ab alio qui ſciat iudicare tibi tempus ægritudinis: quoniam ſi ægritudo fuerit plurium annorum, non cito liberabitur æger.

Azemena.

De infirmo utrum euadet.
Caput II.

SI aliquis infirmus à te quæſierit utrum liberetur ab infirmitate an non, aſpice aſcendens & dominum eius, & Lunam, qui ſunt ſignificatores interrogantis, & uide ſi dominus aſcendentis fuerit in angulo aſcendentis uel in angulo medij cœli, ſignificat eius liberationem: & etiam ſi fuerit in ſeptima uel in quarta, & aſpexerit aſcendens, ſignificat eius liberationem, niſi ipſe ſit impeditus à malis ex quarto aſpectu uel ex oppoſitione, uel ſit combuſtus, uel ſit cum cauda draconis in eodē minuto, uel uadens ad eam, & ſit inter ipſum & caudam minus quindecim minutis ſine aſpectu fortunæ: quoniam aſpectus fortunæ franget malitiam caudæ, adiuuando dominum aſcendentis: etiam ſi fuerit quadratus ſiue cum receptione ſiue non. Sed ſi fuerit ex oppoſito cum receptione, ſimiliter frangit illam malitiam, niſi ipſe ſit dominus octauæ domus: quia tunc non adiuuat, ſed nocet ſiue fortuna ſit, ſiue malus ille qui iungitur domino aſcendentis, uel cui iungitur dominus aſcendentis. Si autem dominus aſcendentis fuerit impeditus, aſpice tunc Lunam ſi fuerit libera à malis, & fuerit in angulo, & aſpexerit aſcendens, nec aſpexerit eam dominus octauæ, nec fuerit ei iunctus corporaliter, ſignificat euaſionem ab infirmitate. Aſpice etiam dominum aſcendentis uel Lunam, illum ſcilicet per quem tu operaris, & qui eſt fortior in ſignificatione, ſi fuerit ſupra terram, quia ſignum eſt euaſionis, & maxime ſi aſpexerit aſcendens, uel iungatur Planetæ, qui aſpiciat aſcendens, & reddat lumen domini aſcendentis Lunæ, uel ad aſcendens, nec ſit dominus aſcendentis, uel Luna iuncti Planetæ exiſtenti ſub terra, tunc ſignificat liberationem, niſi mala cura uel mala cuſtodia faciat contrarium: quia nedum infirmus, ſed ſanus poſſet ſe male tractare ſi uellet, dicens, Ego faciam ita, quòd iſte aſtrologus mentietur, faciendo contrarium eius quod facere deberet: uerumtamen ex quo tu functus es officio tuo, qui ſenſit, culpa ſua damnum ſibi imputet. Si autem dominus aſcendentis, uel Luna fuerit ſub terra, uidelicet in ſecunda, uel tertia, uel quarta, uel quinta, uel ſexta, nec fuerit iunctus aliquis eorum Planetæ exiſtenti ſupra terram, ſignificat eius mortem. Si autem Planeta fortuna cui iungitur dominus aſcendentis uel Luna, qui ſignificat euaſionem infirmi fuerit retrogradus, ſignificat prolongationem ægritudinis. & eo fortius & prolixius ſi fuerit cadens ab angulo, tamen poſtea liberabitur. Si uero ille Planeta cui iungitur dominus aſcendentis. uel Luna, & cui ipſi committunt diſpoſitionem intrauerit in combuſtionem, ſignificat mortem infirmi. Præterea ſi fuerit dominus aſcendentis ſignificator, ſcilicet quòd ipſe ſit ita fortis, quòd ſignificatio attribuatur ei priuſquam attribuatur Lunæ, & fuerit iunctus alicui malo Planetæ exiſtenti ſub terra, ſignificat mortem eius. Si autem dominus aſcendentis fuerit impeditus, ut dictum eſt, ita quòd non poſſet eſſe ſignificator infirmi, ſed deueniat ſignificatio ad Lunam: uide etiam ſi ipſa fuerit ſupra terram, quæ ſi fuerit iuncta malo Planetæ exiſtenti ſub terra, ſignificat mortem illius infirmi. Similiter ſi Luna fuerit iuncta domino aſcendentis, & ipſe fuerit uelox curſu, & fuerit deſcendens ab auge ſua, uſque ad medium ecentrici, uel à longitudine longiori ad ſtationem primam: quod accidit ei, quando argumentum eſt à quindecim gradibus ad duo ſigna, & quintuſdecimus gradus tunc ſignificat, quòd æger ille liberabitur cito, & cito reaſſumet uires corporis ſui. Et ſi inueneris Lunam, uel dominum aſcendentis iunctum cum Saturno, ſignificat prolongationem ægritudinis, etiam ſi fuerit ægritudo noua. ſi uero fuerit antiqua, ſignificat eius longam diuturnitatem. Et ſi dominus aſcendentis fuerit ſub terra, & Luna fuerit iuncta Planetæ in tertia uel ſexta uel nona uel duodecima, qui iam ſit cadens ab angulo, ſignificat mortem infirmi. Similiter ſi dominus aſcendentis fuerit iunctus domino octauæ domus, & Luna fuerit aliàs impedita, uel Luna fuerit iuncta domino octauæ domus, & dominus aſcendentis fuerit impeditus, ſignificat mortem illius infirmi. Hoc tamen attendendum uideto, quòd ſi dominus aſcedentis recipiatur à domino octauæ domus, & ipſe dominus aſcendentis non recipiat dominum octauæ: quia non ſignificat mortem, ſed ſignificat ægritudinem morosam ualde, ſed non periclitabitur infirmus niſi per errorem. Si autem dominus aſcendentis uel Luna receperit dominum octauæ domus, ſignificat mortem. Videbis etiam

utrum ſignificator infirmi uel Luna inueniatur in nona ab aſcendente quæſtionis, quoniam tunc reddit eum dubium, ita quòd leui errore poſſet periclitari, quoniam uidetur quòd uadat ad ſepulturā. Si autem inueneris in nona à domo per quam ipſe ſignificatur, ſignificat quòd reddat eum iterum magis dubium. Et ſi fuerit Luna uel alius Planeta qui tranſferat lumen domini aſcendentis ad dominum octauæ, ſignificat ultimatum timorem infirmi, & quòd paruiſſimus error comedendi ſiue dietæ faciet ægrum periclitari & uix erit, quòd ipſe euadet: erit tamen poſſibile quòd euadat per optimam curam, & optimam cuſtodiam, tam aſtantiū quàm infirmi, & etiam medici, & obedire ipſius infirmi medico. Si autem fuerit dominus aſcendentis in octaua, & fuerit receptus à domino octauæ, nec ipſe receperit eum, ſignificat etiam liberationem poſt deſperationem. ſed ſi receperit eum dominus aſcendentis, ſignificat mortem. Si autem dominus octauæ fuerit ponderoſior quàm dominus aſcendentis, & dominus aſcendentis iungatur ei cum receptione, ita quòd dominus aſcendentis recipiat dominum octauæ, ſignificat mortem. Si autem fuerit coniunctio domini aſcendentis cum domino octauæ, & illa coniunctio fuerit à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat etiam mortem, ſiue recipiat dominus aſcendentis dominum octauæ ſiue non. Si fuerit dominus aſcendentis in aliquo angulorum, ſignificat mortem, ſed non in continenti, ſed ſignificat eam quando dominus octauæ peruenerit ad gradum aſcendentis. Quod ſi tunc non fuerit, erit quando dominus octauæ perueniet ad gradum in quo erat dominus aſcendētis hora quæſtionis uel ſi fuerit dominus aſcendentis dominus octauæ, erit quando perueniet ad gradum in quo erat dominus octauæ hora quæſtionis. Similiter ſi Luna uel aliquis alius Planeta tranſtulerit uirtutem ſeu lumen domini aſcendentis ad dominum domus mortis, & ipſe dominus domus mortis fuerit fortis, uel fuerit in angulo, & dominus aſcendentis fuerit cadens ab angulo: uel fuerit in diſpoſitione domus ſuæ, uel exaltationis ſuæ, ſignificat mortem. ſed quando non fuerit cadens ab angulo, licet ſit in oppoſitione domus uel exaltationis ſuæ, ſi fuerit receptus, non ſignificat mortem. Et ſi dominus octauæ domus fuerit in aſcendente, & dominus aſcendentis & Luna fuerint impediti, ſignificat quòd ægritudo illa augmentabitur multum, & erit infirmus in periculo mortis: tamen euadet, licet uix, cum bona tamen cuſtodia & cautela, ſicut dictum eſt. Similiter ſi dominus aſcendentis & Luna fuerint impediti, & ille cui dominus aſcendentis uel Luna commiſerit diſpoſitionem ſuam fuerit impeditus, ſignificat mortem. Si uero ſolus receptor diſpoſitionis qui eſt Planeta ponderoſus cui iungitur dominus aſcendentis uel Luna fuerit impeditus, ſignificat prolongationem ægritudinis, & hoc accidet quia recidiuabit infirmus: propterea quia non curabitur, nec bene ſeruabit debitam dietam, & quòd adhærebit conſilijs ſtultorum, & male conſulentium ei. Similiter ſi dominus aſcendentis fuerit ſub terra, & fuerit iunctus domino octauæ in quarta, uel fuerit ſupra terram, & fuerit iunctus domino octauæ in octaua, uel de octaua, ſignificat mortem ſi dominus aſcendentis receperit dominum octauæ. ſi autem non receperit eum, licet dominus octauæ receperit dominum aſcendentis, grauabitur ægritudo illa multum & erit in periculo mortis, tamen liberabitur cum auxilio ſibi exhibito. Similiter ſi dominus aſcendentis non aſpexerit dominum octauæ, nec ipſe eum, ſed tranſtulerit lumen inter eos aliquis plura, & dominus aſcendentis fuerit cadens ab aſcendente: & dominus octauæ fuerit in aliquo angulorum, quoniam eius fortitudo in angulis eſt peſſima, ſignificat ægrum moriturum ex ægritudine illa. Et dixit Zael, quòd ſi dominus aſcendentis fuerit combuſtus, & fuerit de ſuperioribus, & fuerit ante Solem tredecim gradib. uel minus uel poſt Solem quatuor gradib. uel minus. uel fuerit de inferioribus & fuerit ante Solem trib gradib. uel minus: uel fuerit poſt Solem quatuordecim gradib. uel minus, ſignificat mortē infirmi, niſi forte dominus aſcendentis ſit receptus, quia tunc ſignificat euaſionem poſt deſperationem & fortè uidebitur mortuus, cum non ſit. & poſſibile eſt ut credatur mortuus & ſubterretur uiuus. Si autē planeta ponderoſus cui dominus aſcendentis committit uirtutem ſeu diſpoſitionem ſuam, fuerit liber ab impedimentis, nec ſit cadens ab angulis, nec ab aſcendente, nec commiſerit diſpoſitionē quam commiſit ei dominus aſcendentis alteri Planetæ & Luna ſimiliter fuerit libera ab impedimētis, ſignificat quòd æger liberabitur, etiam ſine magnis curis medicorum. Et dixit quidā ex cretaneis uiris, quòd cum pars infirmitatis fuerit à principio aſcendentis uſq; in finem quartæ domus, ſignificat cauſam ægritudinis de re præterita. Cum fuerit à principio quintæ uſque in finem octauæ, ſignificat eam de cauſa præſenti. Cum fuerit à principio nonæ uſque in finem duodecimę, ſignificat eam de cauſa futura. Ad eſſe quidem ægritudinis, utrum ſit durabilis an non, aſpice domum ſextam, quæ eſt domus infirmitatum, & uide ſi eſt ſignum fixum, figetur infirmitas & manebit in ſuo eſſe, & non mutabitur ad aliam. Si uero fuerit ſignum mobile, mutabitur illa ægritudo facile ad aliam. Si uero fuerit ſignum commune, alleuiabitur illa infirmitas una uice, & alia aggrauabitur. Ad ſciendum utrum ægritudo ſit antiqua uel noua, aſpice Lunam, & uide à quo Planeta ipſa fuerit ſeparata. ſi quidem fuerit ſeparata à Planeta orientali erit ægritudo nouella. ſi uero fuerit ſeparata à Planeta occidentali, erit ægritudo antiqua. ſi tu inueneris quòd ægritudo ſit antiqua conditionibus præmiſſis, duodecimam conſiderabis, & iudica per ipſam de eſſe ægritudinis, ſicut iudicaſti ſuperius de ægritudine nouella per dominū ſextæ domus. Aſpice ſimiliter in liberatione ab ægritudine: quia ſi Luna iungitur Planetæ orientali, ſignificat ꝙ ægritudo poſſet cito curari. Si uero iuncta fuerit Planetæ occidētali, curabiť ægritudo illa tarde & cum grauitate. Quod ſi nulli Planetæ fuerit iuncta, muta eā de ſigno in quo eſt, ad aliud: & uide cui Planetæ primo iungeť poſt exitū à ſigno in quo eſt, utrū iungatur Planetæ orientali uel occidentali, & ſecundum illum cui iungitur

iudica

iudica de uelocitate uel tarditate liberationis ægritudinis. Et omnia hæc fient melius & uelocius ſi aliqua fortuna aſpexerit dominum aſcendentis, & ipſe dominus aſcendentis non fuerit cadens ab aſcendente nec ab angulo. Vide ſimiliter ne aliquis malorum iungatur domino aſcendentis, uel ipſe illi corporaliter uel ab oppoſitione uel à quarto aſpectu, quoniam infortunat eum, & uix aut nunquam permittet ægrum euadere: ſi ille malus receperit dominū aſcendentis, euadet infirmus & uix: ſi autem non receperit, timetur tunc ne non euadat, immo non liberabitur. Conſidera etiam Lunam, quæ ſi fuerit iuncta Planetæ uelocis curſus, & ipſa ſit uelox curſu, ſignificat quòd æger cito liberabitur. Si fuerit iuncta Planetæ retrogrado, ſignificat prolongationem ægritudinis, & eius diuturnitatem. Si autem fuerit iuncta Planetæ tardi curſus, ſignificat prolongationem & aggrauationem ægritudinis, ita quòd uix euadet infirmus et potius uidetur quòd moriatur quàm quòd euadet.

De diebus creticis, & criſi bona uel mala in ægritudinibus. Caput III.


PRæterea debes uidere locum Lunæ in hora quæſtionis, ſiue in principio ægritudinis, ſi habueris principium eius, & proſpice ubi erit Luna in ſeptima die ab initio ægritudinis uel quæſtionis, & ubi ſit ſimiliter in decimaquarta die, & ubi erit in uiceſimaprima die: & ubi erit in uiceſimaoctaua die: quia ſi fuerit bene diſpoſita in aliquo illorum dierum, alleuiabitur tunc infirmus, & melius uidebitur eſſe ſibi: & fiet criſis ad bonum, niſi mali impediant corporaliter uel ab oppoſitione uel quarto aſpectu ſine receptione. Et ſi in aliquo illorum dierum fuerit impedita, & male diſpoſita, ſignificat quòd tunc aggrauabitur infirmus, & peius erit ei: & ſpecialiter ſi fuerit tunc in coniunctione domini ſextæ domus: quia tunc dubitabitur de infirmo. Si uero fuerit ille malus qui impedierit dominus octauæ, morietur tunc infirmus. Præterea uide in quo die de alijs diebus præter ſupradictos Luna fuerit iuncta alicui bono Planetæ, in illo die alleuiabitur infirmus & quieſcet, & ſalubrius erit ei. Et ex hoc fit quòd aliquando ſuperuenit criſis infirmo ad bonum, in die qua non creditur, nec uidetur debere fieri. Et uide in quo de alijs diebus præter prædictos Luna iuerit ad coniunctionem corporalem malorum, uel eorum oppoſitionem, uel quartum aſpectum, quia in illo die aggrauabitur magis infirmus, & ſpecialiter ſi iungatur cum domino ſextæ domus: & ſi uenerit criſis, erit potius ad nocumentum quàm ad ſalutem: & maxime ſi accideret quòd iungeretur cum domino octauæ domus: quia tunc poſſet eſſe criſis ad mortem potius quàm ad uitam. Et in hoc decipiuntur quandoque medici, quia cum prędixerint criſim futuram in die cretico ſecūdum medicinam, euenit criſis aliter quàm ipſi dicant: quod accidit propter coniunctionem Lunæ cum Planetis in illis diebus: unde uilipenduntur medici à laicis, quia falluntur in ſuis pronoſticationibus, nec ſunt tamen reprehendendi. Dies autem ſupradictos oportebit te inuenire ita, quia ſi tu uis ſcire diem ſeptimam à die ægritudinis, uel à die quæſtionis, oportet te conſiderare in quo gradu erat Luna hora quæſtionis, ſeu principij ægritudinis: & addere deſuper nonaginta gradus alios, & habebis diem ſeptimā, projce tunc illos nonaginta gradus à gradu Lunæ & in quo ſigno fuerit finitus numerus, ibi erit Luna in illo gradu: uel poteris æquare ſecundas tabulas & inuenitur idem locus. Tunc uide quomodo & à quibus aſpiciatur et ſecundum aſpectum bonorum uel malorum Planetarum ad Lunam, iudica de bono uel de malo infirmi. Ad inueniendum quartumdecimum diem à die quæſtionis uel principij ægritudinis, addes ſuper locum Lunæ prius habitum, centumoctoginta gradus. & projce eos à gradu in quo erat, & ubi ceciderit numerus, ibi erit locus Lunę in quartodecimo die à die quæſtionis ſeu principij ægritudinis: & tunc iudica de quartodecimo die ſicut iudicaſti ſuprà de ſeptima. Ad diem uerò uigeſimumprimum inueniendum, adde ſuper locum Lunæ ducentos ſeptuaginta gradus, & projce à loco Lunæ ſupradicto, & ubi ceciderit numerus, ibi erit locus Lunæ in uigeſimoprimo die à die quæſtionis uel principij ægritudinis. Vide tunc aſpectum Planetarum ad Lunam, & iudica ſecundum quòd iudicaſti de die ſeptima. Ad inueniendum diem uigeſimumoctauum adde ſuper locum Lunæ trecentos ſexaginta gradus, & habebis locum Lunæ hora quæſtionis uel ægritudinis, & tunc iudica ut ſuprà dictum eſt de ſeptimo die. Et ſcito quia in omnibus iſtis diebus ſemper quandocunque Luna uenerit ad bonos Planetas æger tunc alleuiabitur, & quandocunque uenerit ad malos tunc grauabitur.

Vtrum aliquis abſens infirmabitur. Caput IIII.

ET ſi ſollicitetur aliquis de aliquo abſente, uel quouis alio, utrum ſit infirmus an non, uide cuius conditionis ſit ille qui quærit, & ille de quo quæritur, & ſecundum illud iudica, ſcilicet utrum quærat de fratre uel de patre uel filio uel ſeruo uel uxore uel ſocio ſeu inimico uel epiſcopo uel alio religioſo uel rege ſeu alio ſuo domino uel amico uel inimico occulto: quoniam oportebit te dare primam quærenti, & quæſito illam per quam ſignificatur quæſitum. Aſpice tunc aſcendens & dominum eius, & da ipſum quærenti, & dominum domus per quam ſignificatur quęſitum, et Lunam dabis quæſito. Si fuerit dominus domus quæſiti uel Luna in angulo non impeditus à malo, ſignificat eum eſſe ſanum. Idem ſi fuerit aliquis eorum in ſuccedenti angulo liber à malis & ab alijs impedimentis ſupradictis. Si autem fuerit dominus quæſiti in ſexta, uel fuerit domino eius iunctus corporaliter, uel in eius oppoſitione uel quarto aſpectu, ſignificat eum eſſe infirmum, ſiue ſit in domo ſexta quæſtionis, ſiue ſit in domo ſexta à domo ſua, ſiue cum eius domino iunctus.

Si uero hæc impedimenta ſupradicta non affuerint

rint, dic eum non infirmari. Et dixit magiſter, quòd ſi dominus aſcendentis & Luna fuerint uacui curſus, quòd debes uidere quis eorum perambulauerit plures gradus in ſigno in quo eſt, & mutat eillum ad aliud ſignum quod illi ſuccedit & aſpice cui ipſe primo iungatur, fortunę uel malo, qui ſi iungitur fortunæ quæ recipiat eum, ſignificat liberationem, niſi ſit illa fortuna impedita impedimentis ſupradictis, uel ſit cum ipſa dominus octauæ domus: quia tunc dubitatur de morte infirmi: & maxime ſi dominus aſcendentis uel Luna receperit dominum octauæ domus. ſed ſi non receperit eum, tunc ſignificat euaſionem ab infirmitate, quaſi poſt deſperationem uidetur tamen quòd debeat euadere niſi error medici uel infirmi uel aſtantium faciat contrarium: ſub tali exemplo.



Interrogatio cuiuſdam infirmi fuit aſcendens uirgo 15. gradus, & decima domus Gemini 15. gradus & Mars in Geminis 17. gradus & 30. mi. & Luna in Tauro 26. gradus 25. mi. Iupiter in Tauro 9. gradus & 15. mi. Sol in Ariete 27. gradus & 30. mi. Saturnus in Ariete 10. gradus 15 mi. Mercurius in Ariete 20. gradus 50. mi. Venus in Piſce 5. gradus 37. mi. Et dixit quòd aſpexit aſcendens & dominum eius & Lunam, & cæteros Planetas & angulos & alias domos. & erat Mercurius qui erat dominus aſcendentis uacuus curſus, ſcilicet nemini iunctus, & Luna ſimiliter uacua curſu, nemini iuncta. Significant ergo dominus aſcendentis & Luna per euacuationem curſus eorum, prolongationem infirmitatis illius, & eius grauitatem unde ipſe mutauit Lunam à ſigno in quo erat, uidelicet de Tauro ad Geminos. Et ideo mutauit Lunam & non dominum aſcendentis: quia ipſa perambulauerat plures gradus de ſigno in quo erat quàm Mercurius dominus ſcilicet aſcendentis de ſuo: & poſtquam ipſa intrauerat Geminos fuit primo iuncta Veneri, quæ erat in Piſce quàm alicui alteri Planetarum, & commiſit illi diſpoſitionem ſuam: & Venus iungebatur Ioui, & recipiebat eum de domo ſua ſcilicet de Tauro & Iupiter, recipiebat Venerem de domo ſua ſimiliter, uidelicet de Piſce: nec committebat Iupiter diſpoſitionem alicui, quoniam nō iungebatur Saturno, ipſe enim non iungitur alicui Planetarum, niſi Saturno, qui eſt ponderoſior eo alij uero iunguntur ei omnes, quia ſunt leuiores eo. Et illa cōiunctio quam faciebat Venus cum Ioue mutua receptione, ſignificabat quòd infirmus ille debebat liberari ab ægritudine illa: tamen eſſet infirmitas in augmētatione donec perficeretur coniunctio Veneris cum Ioue gradu per gradum, & ipſa tranſiret eum per unum minutum: & uidebatur quòd eſſet ægritudo in augmentatione duobus diebus & quindecim horis, ferè dando unicuique gradui unum diem, & omnibus quinque minutis duas horas, quoniam erat inter eorum perfectam coniunctionem duo gradus & trigintaocto minuta, abinde in antea incipit infirmus alleuiari. Et dixit quòd fuit ille infirmus qui quæſiuit de ſtatu ſuo & non ceſſauit eius infirmitas augmentari, donec fuit completa coniunctio Veneris cum Ioue gradu per gradum incontinenti, quando fuit Venus ſeparata à Ioue per unum minutum, incœpit infirmus alleuiari & incœpit quieſcere & diminutus eſt dolor eius. Et dixit idem philoſophus, quòd ſi Venus eſſet iuncta Marti & nō Ioui, quòd moreretur infirmus, niſi Mars qui erat dominus domus octauæ reciperet Venerem, & ipſa non reciperet eum: quia ſi ipſa reciperet Martem, uideretur quòd infirmus ille reciperet mortem, & moreretur quoniam Mars habet ſignificare rem de qua eſt quæſtio, uidelicet mortem: quoniam dominus aſcendentis uel Luna ſemper quando iunguntur ambo uel unus eorum domino rei quæſitæ, perficitur res illa de qua fit interrogatio, maxime ſi receptio interueniat: iudicium enim mortis non eſt ex toto, ſicut iudicium aliarum rerum, quia ſi dominus aſcendentis uel Luna iungitur domino octauæ domus ſine receptione, ſignificat mortem, niſi dominus octauæ domus recipiat dominum aſcendentis uel Lunam: & dominus aſcendentis non recipiat eum neque Luna. Sed ſi dominus aſcendentis uel Luna recipiat dominum octauæ, ſignificat mortem, ſiue dominus octauæ recipiat dominum aſcendētis uel lunā ſiue non. Mors enim non eſt ſicut ſunt aliæ res, quia quando ſignificatur mors, non aſpicitur utrum mutetur res poſtquam euenerit an non. nullus enim ſignificatorū poteſt mutare uel deſtruere mortē, poſtquam peruenit in actum. Sed aliæ res mutantur & deſtruuntur: aliquando etiam poſtquam fuerint perfectæ. Nam quando dominus aſcendentis uel Luna iunguntur domino rei quæſitæ, uel dominus rei quæſitæ iungitur domino aſcendentis, ſignificatur effectus rei illius. Sed licet perficiatur aliquando ſicut ſuperius dixi tibi poſtea dominus rei quæſitæ iungitur malo impedienti eum, cui ipſe committat diſpoſitionem, deſtruitur res poſtquam fuerit perfecta: ſed in morte non poteſt hoc accidere, quòd deſtruatur poſtquā fuerit perfecta: quoniam ipſa ſoluit omnem quæſtionem: & eſt eius ſententia talis, à qua non poteſt appellari. De ſanitate autem ſeu liberatione non eſt ita: quia ſi Planeta aliquis ſignificauerit liberationem infirmi, & poſtea fuerit iunctus malo Planetæ qui impediat eum & cōmittat diſpoſitionē ſuam illi, deſtruetur res poſtquam uidebitur directa quòd debeat perfici, ſcilicet libera-

tio

tio infirmi. Vnde ille qui uidetur debere liberari, poteſt mori poſtquam uidebitur debere poſſe euadere, ſed ille qui eſt moriturus non poteſt reuiuiſci poſt mortem, quicquid receptor diſpoſitionis uideatur poſtea ſignificare. Conſiderabis etiam dominum domus ſignificantis infirmum, in qua parte figuræ inuenies ipſum, utrum ſcilicet in prima, quarta ſeu in ſecunda ſeu in tertia ſiue in quarta & operare per ipſum. Quem ſi inueneris in prima 4. figuræ, ſignificat eum quærere de ægritudine quæ iam fuit. Si autem fuerit in ſecunda quarta, ſignificat eum quærere de ægritudine quæ nunc eſt. Si uero fuerit in tertia quarta, ſignificat eum quærere de ægritudine futura, uel de recidiuatione: quoniam ſignificat eum recidiuaturum. At ſi fuerit in ultima quarta, ſignificat eum quærere de ægritudine cronica, ſcilicet quæ iam fuit & nunc eſt & in antea futura ſeu duratura eſt: & eo certius ſi fuerit iunctus cum aliquo ex dominis ſignorum alicuius illarum quartarum in ſua quarta.

Vtrum ſeruus liberetur à ſeruitute an non. Caput V.

IN præcedenti capitulo dictum eſt de infirmo, utrum liberetur ab infirmitate an non. Reſtat nunc dicēdum in iſto capitulo de ſeruo, utrum liberetur à ſeruitute an non: nec in caſſum, quoniam ſeruitus prauiſſime ægritudini comparatur: non eſt enim ægritudo quæ poſſet dici deterior illa quæ ſemper ubique & indifferenter atque continue affligit: nulla ægritudo enim eſt quin aliquali affligat interuallo, uel aliquali quiete, præter ſeruitutem, in illa enim interuallum uel quies non interuenit. Vnde ſi pro ſeruo tibi quæſtio aliqua moueatur: ut ſi ſeruus dicat abſolute, uide ſi liberabor à ſeruitute an non: tunc prima datur ſeruo & dominus aſcendentis & Luna ſimiliter: decima uero datur domino eius qualiſcunque fuerit dominus: etiam ſi ſit aliàs uilis perſona: aſpice tunc dominū aſcendentis pro ſeruo, & uide ſi ipſe ſit iunctus domino decimæ domus, et ſit coniunctio perfecta, ſiue ſit corporalis ſiue aſpectualis, qualiſcunque fuerit aſpectus, ſiue cum receptione ſiue ſine receptione: & ſit coniunctio completa gradu per gradum, et minuto per minutum: dic quòd liberabitur à ſeruitute illa, & leuiter & in breui. Si uero fuerit ſeparatus dominus aſcendentis à domino decimæ domus per unum minutū uel per plus, ſignificat hoc quòd iam ſit liberatus à ſeruitute. Si uero non fuerit de domino aſcendentis, quod dixi tibi, aſpice tunc ſignificatricem uidelicet Lunam, & iudica ſecundum illud quod dixi tibi de domino aſcendentis. Si quidem non fuerit de domino aſcendentis neque de Luna quod dixi tibi, ſcilicet quòd neuter eorum ſeparetur à domino decimæ domus: aſpice iterum eos, & ſi inueneris eos uel alterum illorum iunctū cum Sole, ut dictum eſt, cum domino decimæ uel ab eo ſeparatum conditionibus præmiſſis, idem iudicabis de ipſis cum Sole quod iudicaſti cum domino decimæ. Si uero interrogatio eius fuit determinata & non abſoluta, ut ſi dicat, liberabor à ſeruitute domini mei in qua ſum, ſiue egrediar de poteſtate ſua, ſiue non aſpice tunc dominum aſcendentis, & uide ſi ipſe fuerit cadens ab angulo, & non aſpexerit aſcendens: nec fuerit iunctus Planetæ in angulo, nec qui aſpiciat aſcendens: uel fuerit in tertia uel in nona uel fuerit iunctus Planetæ in eis, dic quòd liberabitur à ſeruitute illa, & exibit de potentia domini ſui. quòd ſi non fuerit ita de domino aſcendentis, ſi fuerit de Luna, illud idem iudicabis. Si uero fuerit dominus aſcendentis uel Luna in aſcendente uel in decima uel quarta uel ſeptima, uel fuerit aliquis eorum iunctus alicui Planetæ in eis, non liberabitur ſi ille cui iungitur dominus aſcendentis uel Luna fuerit directus. Si uero fuerit retrogradus, ſignificat liberationem, ſed cum tarditate atque labore maximo, & inuolutione atque dilatione. Si autem fuerit dominus aſcendentis impeditus in aſcendente uel in decima uel ſeptima uel in quarta per cōiunctionem corporalem alicuius mali Planetę, uel per eius oppoſitionem uel quadratum aſpectum: aut ſi ingreditur in combuſtionem, non liberabitur à ſeruitute illa, niſi per mortem quæ ſoluit omnē laqueū ſolutione praua.

Vtrum dominus alienet ſeruum. Caput VI.

SI quidem ſeruus aliquādo ſperans uel forte timens, ne dominus ſuus uendat uel alio modo alienet eum, quæſierit dicens, Dominus meus apud quem ſum, eſt mihi bonus, uel alter ad quem ſum iturus eſt mihi melior. aſpice tunc dominum primæ domus, qui ſi fuerit iunctus alicui Planetæ, qui recipiat eum de ſigno in quo eſt, per domum uel exaltationem uel per duas de aliis dignitatibus minoribus: nec dominus ſeptimæ fuerit receptus ille apud quem eſt, et in cuius poteſtate ſeruus eſt ei melior. Si uero dominus ſeptimæ fuerit receptus, ille ad quem ſperat ire, eſt ei melior.

Præterea conſidera dominum aſcendentis & Lunam, & uide à quo ſeparatur aliquis eorum: & uide cui iungitur, ſi ſeparatur à fortuna & iungitur malo ille cum quo eſt, eſt ei melior. Si uero ſeparatur à malo, & iungitur fortunæ ille ad quem intendit ire, eſt ei melior. Si autem ſeparetur aliquis eorum dominus ſcilicet aſcendentis uel Luna à fortuna & iungatur fortunæ, uterque erit ei bonus: ſed ſi fuerit eſſe unius fortunæ melius quàm eſſe alterius, ſecundum illud iudica. Si uero ſeparatur à malo & iungitur malo, uterq; erit ei malus, ſecundum quòd unuſquiſque illorum fuerit diſpoſitus. Et ſi non inueneris quòd dominus aſcendentis uel Luna iungatur alicui Planetæ, ſi fuerit uterque uacuus curſu, uide ſignum in quo eſt ipſe, ſcilicet dominus aſcendentis, uel etiam Luna, ſi habet in eo dignitatem maiorem quàm in ſeptima uel in ſecunda, domum ſcilicet uel exaltationem uel terminum uel triplicitatem uel faciem dominus cum quo ipſe eſt, erit ei melior. Si uero habuerit maiorem dignitatem in ſecunda uel in ſeptima quàm in ſigno aſcendente, alter dominus eſt ei melior quàm primus.

De ſeruo emendo uel de quocunq; paruo animali uel ancilla. Caput VII.

DIctum eſt de ſeruo utrũ liberetur à ſeruitute an nõ. Reſtat dicendũ in hoc capitulo de ſeruo emendo: & cum dico de ſeruo, potes idem intelligere de quolibet animali paruo, quod non equitat & ſignificat per ſextam domũ. Vnde ſi aliquis ſollicitabit circa ſeruum et uoluerit ipſum emere & fecerit tibi quæſtionem utrum compleatur ei emptio illius ſerui quem emere intendit an non: aſpice dominũ aſcendẽtis & ſignificatricem quæ eſt Luna, qui ſunt ſignificatores interrogantis: & uide ſi fuerint iuncti ambo uel unus eorum domino ſextæ domus, uel dominum ſextæ domus domino aſcendentis. aut ſi inueneris aliquem Planetam qui transferat lumen inter dominũ aſcendentis & dominum ſextæ: dic ei quòd acquiret ſeruum de quo ipſe quærit, ſeu animal de quo ipſe interrogat, & quod ſignificatur per ſextam domum. Si uero non inueneris dominum aſcendentis iunctum domino ſextæ uel Lunam, uel econtra: nec inueneris Planetam qui transferat lumen inter eos, non acquiret ſeruum ſeu animal de quo ipſe dicit. Si autem fuerit interrogatio de ancilla emẽda, dixit Sarcinator quòd tu debes tunc ponere duodecimã pro ancilla. Araſtellus uero dabat ſextam tam ancillæ q̃ ſeruo. Intẽtio uero Araſtelli erat quãdo fiebat mentio de ancilla ſimpliciter, prout ipſa erat de capitulo ſeruorum. Intentio uero Sarcinatoris erat prout ancilla eſſet uxor ſerui, quem intenderet aliquis emere, quoniam ſi ſexta ſignificat ſeruum eius, oppoſita ſignificat uxorem ſerui, quæ eſt duodecima: & ſic utrique benedixit. Vnde ſi fiat quæſtio de ancilla prout ipſa eſt de genere ſeruorum, ita potes ei dare ſextam ſicut ſeruo. Si uero quæratur de ipſa, prout ipſa eſt uxor ſerui de quo fit quæſtio, tu potes ei dare duodecimam. Potes etiam dare illi duodecimam alia de cauſa, uidelicet quando aliquis petit ab aliquo ancillam, prima datur quærenti, ſeptima datur illi à quo petitur ancilla: ſexta à ſeptima quæ eſt duodecima, à prima datur ancillæ illius à quo ipſa petitur, et etiam per illum eundẽ modum poſſes tu dare duodecimam ſeruo. Vnde ſi fiat tibi quæſtio de ancilla & fuerit quæſtio abſoluta, ſicut dixi tibi ſuperius in liberatione ſerui, tunc dabis ei ſextam. Si uero fuerit quæſtio de ancilla, prout ipſa eſt uxor ſerui, tunc dabis ei duodecimã. Et ſi inueneris in prima conditione dominum aſcendentis, uel Lunam iungi cum domino ſextę uel dominum ſextæ cum domino aſcendentis, dic quòd adipiſcetur ancillam de qua dicit. Si quidem inueneris in ſecunda conditione dominum aſcendentis uel Lunam iungi cum domino 12. uel dominum 12. cum eis, iudica illud idem. Similiter ſi aliquis Planeta tranſtulerit lumen inter eos, ſignificabit adeptionẽ illius, ſicut dixi tibi de ſeruo.

Vtrum dominus adipiſcatur bona ſerui uel ancillæ. Caput VIII.

IN hoc capitulo reſtat dicere, utrum bona ſerui peruentura ſint ad manus domini eius an non: fuit enim defunctus quidam ſeruus cuiuſdam uiri, quæſiuit ille cuius fuit ſeruus, utrum eſſet adepturus reliquias illius ſerui: uide ſi fiat tibi talis quæſtio: tu debes tunc aſpicere dominum aſcendentis & Lunam, & uidere ſi ipſi ambo uel alter eorum tantum iungatur domino ſeptimæ domus quæ habet ſignificare ſubſtantiam ſerui, quoniam ipſa eſt ſecunda à ſexta quæ ſignificat ſeruos & 7. ſubſtantiam eorum, dic quòd acquiret ille dominus ſubſtantiam quæſitam, ſcilicet quæ fuerit ſerui ſui: & illud idem dic ſi dominus ſeptimæ fuerit iunctus domino primæ domus. Similiter ſi dominus aſcendentis uel Luna fuerit in ſeptima, uel ſi dominus ſeptimę fuerit in aſcendente uel etiam in ſecunda: ſed illud non eſt ita tutum: quoniam ſi eſſet tunc impeditus dominus ſecundæ uel reciperet eum dominus ſeptimæ, nec dominus ſecundæ receperit eum, poſſet dominus pati detrimentum in ſua ſubſtantia, cauſa recuperandi ſubſtantiam ſerui. Similiter ſi aliquis Planeta transferat lumen inter dominum aſcendentis & dominũ ſeptimæ, adipiſcetur dominus ſubſtantiã ſerui per manus alicuius qui intromittet ſe de illa.

De ſeptima domo.

De coniugio utrum perficiatur aut non. Et ſi fuerit perfectum quomodo erit: & ſi non fuerit perfectum quid impediet quòd non perficiatur. Caput I.

SI fuerit ibi facta quæſtio de matrimonio, utrũ perficiatur, an non: & ſi debet perfici, & uolueris ſcire per quem modum perficietur: & ſi non debeat perfici & uolueris ſcire cauſam quæ impediet illud ut non perficiatur: aſpice tunc aſcendens & dominum eius & Lunam, qui ſunt ſignificatores quærentis, & ſeptimam & dominum eius qui ſunt ſignificatores quæſiti: quoniam ita bene poteſt mulier quærere de uiro ſicut uir de muliere, & uide qualiter & quomodo ſe aſpiciant. Si quidem dominus aſcendentis uel Luna fuerit iunctus corporaliter domino ſeptimæ, ſi fuerit uir qui quærit, adipiſcetur mulierem: ſi fuerit mulier quæ quærit adipiſcetur uirum, & perficietur matrimonium. Si uero aſpexerint ſe à trino uel ſextili aſpectu, perficietur ſimiliter matrimonium ſiue cum receptione ſiue ſine receptione ſit ille aſpectus ſeu coniunctio corporalis. Si uero fuerit aſpectus ex oppoſitione, non perficietur niſi receptio interueniat: nec erit de eo ſpes. Si uero fuerit aſpectus quartus cum receptione, perficietur, licet ſit in eo aliqua dilatio. Si autem fuerit ſine receptione, erit ſpes de ipſo ut perficiatur & credetur firmiter quòd perficiatur: nec tamen perficietur, niſi eſſet forte ſicut fit aliquando, quòd illi qui habent rem in manu quòd poſſunt eam facere, ſint ita amici quærentis, quòd faciant unitionem, tunc forte poſſet res perfici & uix tamen. Eodem modo ſi dominus ſeptimæ fuerit iunctus domino aſcendentis prædictis coniunctionibus. Similiter etiam ſi dominus ſeptimæ fuerit in aſcendente, complebitur matrimonium cum leuitate, atque ſine importunitate, & erit magis uoluntas mulieris quàm uiri, ſi uir quęrat. Si uero mulier quærat, erit magis uoluntas uiri quàm mulie-

mulieris. Si autem non aſpexerint ſe ſignificatores, ſed erit aliquis Planeta qui transferat lumen inter eos, fiet res per manus quorundam qui ſe intromittent de re illa: & uide cuius domus ſit dominus ille Planeta qui transferat lumen inter eos, quia per illum qui ſignificatur per illam domum fiet res. Et ſi fuerit Planeta maſculinus erit uir: ſi fuerit fœmininus erit mulier. Deinde proſpice Planetam qui transfert lumen ſeu diſpoſitionem inter dominum aſcendentis & dominum ſeptimæ, uel cui ipſi committunt diſpoſitionem dominus ſcilicet aſcendentis, uel Luna dominus ſeptimæ ſi fuerit liber ab impedimentis quòd non ſit retrogradus neque combuſtus neque cadens ab angulis uel ab aſcendente: nec ſit obſeſſus à malis, nec in eorum oppoſitione uel eorum quarto aſpectu ſine receptione, quòd ſi ſic fuerit, dic quòd res illa perficietur & durabit. ſi fuerit fortuna ille receptor diſpoſitionis ſeu tranſlator luminis, & fuerit liber ab impedimentis ſupradictis durabit matrimonium in bono eſſe & tranquillo & utili & benigno. Si uero fuerit malus, licet inueniatur liber ab impedimentis ſupradictis, & licet ſignificet perfectionem matrimonij et eius durabilitatem, tamen erunt inter eos plures contentiones & plures altercationes & plura lurgia, licet non ſemper. Et erunt ſuſurrationes illæ magis ex parte illius cuius ſignificator fuerit malus ſiue uiri ſiue mulieris ſit ſignificator ille malus & fortaſſe celebrabitur diuortium inter eos occaſione illarũ ſuſurrationum. Si uero fuerit ille receptor diſpoſitionis, uel tranſlator luminis, infortuna & malus destruetur res poſtquã credetur & putabitur directa: & destruetur destructione mala, ita quòd ſurgent inde maliuolentiæ & contentiones atq; inimicitiæ. Si uero fuerit fortuna & fuerit impedita impedimentis ſupradictis, uel aliquo ipſorum, intellige in quolibet caſu non perficietur res, etiam poſtquam putabitur directa, ſed non ſurgent inde inimicitiæ neq; contentiones. Et ſi ſurrexerint, non erunt durabiles, immo forte diſcedent ambæ partes à propoſito de plano & communi uoluntate.

Quid erit quod impediet matrimonium. Caput II.

SI uero uolueris ſcire cauſam quare fiat illa destructio poſtquam putabitur matrimonium directũ, aſpice tunc quis eſt ille malus qui impedit receptionem diſpoſitionis ſignificatorum uiri & mulieris. Si fuerit dominus ſecundæ domus erit cauſa ſubſtantiæ quærentis, quia forte quòd diceret alteri parti, quòd ſit pauper. Si fuerit dominus tertiæ, erit cauſa fratrum quærentis & ſi nõ habuerit fratres, erit per aliquod de illis quæ ſignificantur per tertiam domum. Et ſi fuerit dominus quartæ, erit cauſa patrũ uel per aliquod de illis quæ ſignificantur per quartam domum. Et ſi fuerit dominus quintæ, erit cauſa filiorum: quia forte dicitur quod habebit quærens filios, & ita remanebit res illa de cauſa & ſi filios nõ habuerit, erit quia nõ eſt aptus ad habendum filios. ſicut ſunt aliquando aliqui qui non gignunt & mulieres quæ non concipiunt, uel quæ tranſiuerunt tempus concipiendi: uel cauſa quod mulier habuerit alium uirum, uel erit per aliquod de his quæ ſignificantur per quintam domum. Et ſi fuerit dominus ſextæ, erit cauſa infirmitatis quærentis: quòd ſi non habuerit infirmitatem, erit per aliquod de illis quę ſignificantur per ſextam domum. Et ſi fuerit dominus octauæ erit cauſa diſcretionis dotis mulieris uel forte quia morietur quærens antequã perficiatur matrimonium, quod poteris perpendere ſi dominus aſcendentis impediatur à domino octauæ domus, uel iungatur ei uel ipſe illi & recipiant ſe inuicẽ, ſicut dicetur in capitulo quando de morte tractabiť, uel erit per aliquod de his quæ ſignificantur per octauam domum. Et ſi fuerit dominus nonæ, erit cauſa alicuius religioſi, uel forte quòd quærens aliquando fuit religioſus, uel quòd aſſumet ſibi aliquem habitum alicuius religionis: uel erit per aliquod de his quæ ſignificãtur per nonam domum.

Et ſi fuerit dominus decimæ, erit cauſa regis uel poteſtatis, uel alicuius magni nobilis, uel alicuius officij laicalis, quod euenerit quærenti, uel per aliquod de illis quæ ſignificãtur per decimam domũ.

Et ſi fuerit dominus 11. erit cauſa alicuius amici qui diſturbabit rem illã, uel per aliquod de his quæ ſignificantur per undecimã domũ. Et ſi fuerit dominus 12. erit cauſa infirmitatis quæſiti uel quia ſit de uili natione, uel per aliquod de his quæ ſignificantur per 12. domum. Et ſi fuerit ille Planeta qui transfert lumen inter dominum aſcendentis & dominum 7. naturaliter malus, erit detrimentũ & destructio ex parte illorum qui ſe intromittũt de re illa, & qui uidentur uelle ipſam perficere.

Qualiter ſe habebunt ſimul. Caput III.

LIcet tetigerim tibi aliquid ſuperius qualiter ſe habebunt uir & uxor erga ſe inuicẽ, ſi perfectum fuerit matrimoniũ: dicam tibi tamẽ adhuc ſuper illo eodẽ, nec eſt res quæ uideatur mihi diminuenda. & eſt ut aſpicias ſi dominus aſcendentis iungatur domino ſeptimæ, uel dominus ſeptimæ domino aſcendentis à trino aſpectu, & cum receptione, ſemper uiuent ſimul dum durauerint ambo in bono & pacifico eſſe & concordia, quę nõ diſturbabitur aliquo modo: & ſemper uolet unus quod uolet alter. Si uero fuerit cõiunctio à trino aſpectu ſine receptione uel à ſextili cum receptione, erit quaſi illud idem erunt tamen aliquando inter eos aliquæ leues cõtentiones ſeu altercationes, ſed neuter curabit de ipſis, nec tenebit eas cordi. Si uero fuerit cõiunctio à ſextili aſpectu, ſine receptione uel à quadrato cum receptione, ſignificat etiam concordiam et bonum eſſe inter eos: ſed erunt pluries inter eos diſcordiæ & contentiones, ſed non erunt diu durabiles. Et ſi fuerit Luna iuncta Planetæ in cuius domo fuerit uel in cuius exaltatione, erit illud idem. Si uero fuerit aſpectus ex oppoſitione, ſignificat multitudinẽ diſcordiarũ, & contentionem inter eos ſæpe & ſæpius, & diu durabilium, & rariſſime bene habebũt ſimul. Et ſimiliter ſi fuerint iuncti corporaliter in uno ſigno, ita quòd fuerit inter eos minus gradibus quàm ſit quantitas orbis unius eorum, illius ſcilicet qui habuerit minorem orbem. Poſt hoc aſpice dominum aſcendẽtis, & dominum ſeptimæ, quis eorũ fuerit ponderoſior uel fuerit in angulo: quia ille dominabiť cuius ſignifi-

cator fuerit, ſic hoc eſt ſi ſignificator uiri fuerit in angulo, uel fuerit magis ponderoſus, & ſignificator mulieris fuerit cadēs ab angulo & magis leuis, quia dominabitur uir mulieri, & maxime ſi ſignificator mulieris iungatur ſignificatori uiri. Si uero ſignificator uiri fuerit cadens & fuerit leuior, & iungatur ſignificatori mulieris, dominabitur mulier uiro & præerit ei. Si uero nõ fuerit aliquis eorũ in angulo, nec fuerit unius iunctus alteri, prædominabitur ille cuius ſignificator fuerit põderoſior: & quicunq; eorum fuerit petens coniunctionem alterius uel fuerit cadens, & alter in angulo uel in ſuccedenti angulum, ille erit ſubiectus alteri ſiue ſit ſignificator uiri ſiue ſit ſignificator mulieris, ille debilior niſi aliquis Planetarum abſcindat lumen eorum, uel prohibeat eorum coniunctionem, ſicut dictum eſt in tractatu de prohibitione coniunctionis ſeu luminis. Similiter ſi Sol fuerit impeditus deteriorabit eſſe uiri. Si uero Venus fuerit impedita, impediet & deteriorabit eſſe mulieris. Si autem Luna fuerit impedita, ſignificabit impedimentum & deterioramẽtum eſſe uiri & mulieris: etiam ſi communiter uellent bene gaudere & bene habere ſimul, non poterunt, & ut multum infortunabuntur ambo. Similiter ſi Luna fuerit impedita & aſpexerit aſcendens, uel fuerit aliquis malorum in aſcendente, erunt inter eos cõtentiones & diſcordiæ quæ accident ex parte quærentis. Si uero fuerit malus in ſeptima, accident ex parte quæſiti, & erit occaſio cõtentionis & diſcordiarum occaſione ſignificatorum illius domus, cuius fuerit dominus ille malus qui fuerit in aſcendente uel in ſeptima, ut ſi fuerit dominus ſecundæ domus, erit cauſa ſubſtantiæ ſi fuerit dominus tertiæ erit cauſa fratrum: & ita intellige de omnibus alijs domibus uniuſcuiuſque ſecundum ſubſtantiam ſuam.

De muliere, utrum ſit corrupta uel uirgo, uel habeat amaſium uel alium quem ipſa diligat præter uirum ſi fuerit nupta, uel præter amaſium ſi habuerit illum. Caput IIII.

SI aliquis forte uolens contrahere matrimoniũ cum aliqua muliere fuerit ſuſpicatus eam nõ eſſe uirginẽ: quia forte aliqui dixerunt ei malum de ipſa, ſicut multotiens fieri conſueuit, quandoq; cauſa inuidiæ quandoq; cauſa diſturbandi matrimonium, ut non cõpleatur, uel forte aliquis qui petijt ab ea aliquod incœſtũ quod ipſa noluit ei facere, & uoluerit de hoc certificari, & ad te quæſtionẽ moturus aduenerit: utrum illa mulier ſit uirgo an non: cõſiderabis tunc aſcendens & dominum eius, & ſignificatricem quæ eſt Luna quanquam non habet in iſto caſu quærens domũ, quæ ſignificat eum, nec Planetam pro ſignificatore, & uide ſi ambo fuerint in angulis, & ſignis fixis: dic ei quòd mulier ſit uirgo, ita quòd nullum ſignum corruptionis eſt in ea: & ſi aliquod malum dicitur de ipſa, non credatur illis qui dicunt, quoniam omnes mentiuntur, & nihil immunditiæ poſſet in ea reperiri, nec etiã fuit ab aliquo tentata. Si uero dominus aſcendentis & Luna fuerint in ſignis fixis, & anguli fuerint ſigna mobilia, fuit tentata, ſed nõ acquieuit uerbis tentatorum. Si autem Luna fuerit iuncta Saturno uel Ioui uel Marti uel Soli corporaliter uel per aſpectum, ita quòd ſint inter eos quinq; gradus uel minus tentatur ab aliquo qui gerit effigiem illius Planetæ cui ipſa iungitur. Si uero Luna iũgatur Veneri uel Mercurio tẽtatur ab aliqua muliere pro aliquo uiro, nec tamẽ curat, nec acquieſcet uerbis ipſius. ſed facit deriſionem de illa tentatrice. Si uero Luna fuerit ſeparata à Planetis ſupradictis per tria minuta, eſt mulier cum tentatrice uel alijs tentantibus irata & deſtiterunt à tentatione illa. Si uero anguli fuerint ſigna fixa, & dominus aſcendẽtis & Luna fuerint in ſignis mobilibus uel cõmunibus: ſed cõmunia minus important quàm mobilia, fuit tentata & adhuc tentatur: & aliquando ſuſtinuit quòd dicebatur ei per mulieres tentatrices: nec tamẽ acquieuit eis, ſed perſeuerat in ſua uirginitate. Si autem fuerit dominus aſcendentis uel Luna in ſignis mobilibus, uel fuerint ambo in cõmunibus & Luna fuerit iuncta cum aliquo prædictorũ Planetarum maſculinorum, iam amplexatus eſt eam, & oſculatus quidam qui gerit effigiem illius Planetæ cui iungitur Luna & tetigit ille pudibunda mulieris, & etiam poſuit uirilia ſua iuxta illa & fuit res tantũ ante quòd crededit ille ſe cognouiſſe eam. & ipſa fuit deluſa, ita quòd expirauit eius uirginitas. tamen non credidit ſe perdidiſſe eam, quia non compleuit illud uerecundum ex parte ſua & ſic quod factum eſt fuit cauſa mali exempli. Et huiuſmodi talia conſueuerunt euenire, quando homines habent multam domeſticitatem cum mulieribus, uel frequentant eas multum, uel aliquando in magnis conuiuijs, uel eundo ad uiridaria, uel quando uadunt mulieres ad feſtiuitates longinquas, uel remotas à ciuitatibus, & ſimilia.

Si autem fuerit tunc Luna cum Capite draconis, fuit res in tactu, ſed nõ in perfectione, nec perdidit uirginitatem illa de cauſa. Si uero fuerit Cauda draconis in loco Capitis, & ante rea & nunc rea nec in futurum expers criminis iudicetur. Et illud idem poteſt dici de Marte ſi fuerit in loco Capitis, præter quòd Mars non imponit tantam maliciam in muliere, quantam imponit Cauda. Si uero fuerit Luna iuncta Veneri conditionibus prędictis de ſignis & angulis, non uidetur quòd compleuerit actum: ſed non ſtetit per eam, & uidetur eſſe aliud de ipſa: quoniã uidetur amare puellas & fricare ſe cum eis & ſodomizat cum eis, & complet uerecundiã ſuam contra naturam. At ſi Luna fuerit impedita in ultima facie Geminorum iam corrupit ſe mulier proprijs manibus, & deuirginauit ſemetipſam. Si autẽ fuerit impedita in ultimo termino dicti ſigni, ſignificat quòd mulier perſeuerat in malicia illa. Et ſi fuerit aſcendens ſignum mobile aut commune, uel fuerit dominus aſcendentis & Luna in ſignis mobilibus, uel cõmunibus, iam accepta eſt uirginitas mulieris ſerio & ea uolente & etiam ſi non eſſet ea uolente, tamen deuirginata eſt. Et ſi fuerit aſcendens ſignum fixum & dominus aſcendentis in ſigno fixo: licet ſit Luna in ſigno mobili uel communi, uel fuerit Luna in ſigno fixo, licet dominus aſcendentis fuerit in ſigno mobili, uel fuerit aſcendens ſignũ mobile uel commune: tamen non perdidit mulier ſuam uirginitatem: poſſet eſſe forte quòd aliquis per uiolentiam appropinquit uirilia ſua iuxta pudibunda mulieris & ſpermatizauit ibi, nõ tamen corrumpit eam. Et ſi fuerit dominus aſcendentis uel Luna

Luna combuſtus in ſigno mobili, fuit mulier oppreſſa & fuit accepta uirginitas eius per uiolētiam. Et ſi fuerit illa cōbuſtio in ſigno fixo, fuit oppreſſa & uoluit aliquis eam corrumpere, nec tamen dimiſit ſe corrūpi. Et ſi fuerit Luna in aſcendente cum Saturno, & fuerit aſcendens ſignum fixum uel cōmune, non eſt deuirginata de facto, ſed aliquis abuſus eſt eam per ſcelus zodomiticum. Et ſi inueneris dominum aſcendentis uel Lunam in quinta uel dominum quintę in aſcendente, uel inueneris eos corporaliter iunctos in uno ſigno, uideť quòd mulier iam concepiſſet. Et ſi fuerint ſeparati ab inuicē per tres gradus, uel infra, uidetur quòd mulier iam peperit. Si uero Luna fuerit impedita à Marte, & Mars fuerit in quadrato aſpectu cum Venere, ita ꝙ aſpectus iam ſit completus, taliter quòd Venus ſeparetur à Marte per unum minutum, uel per plus: & Venus fuerit tunc in Cancro uel Scorpione uel Piſcibus: uel fuerit Mars in Ariete uel eius triplicitate & in quadrato aſpectu eiuſdem ſcilicet Veneris, dummodo ipſa ſit ſeparata ab eo ſicut dixi. dic eam eſſe uirginem & non corruptam: uerumtamen tu poſſes excuſare mulierem, ſi tu uis per iſtum modū, licet forte tu inuenias eam deuirginatam per aliquē de modis ſupradictis, quòd ipſa nō credat ſe deuirginatam: quia ſi inueniſti eam uere uirginem, dic ꝙ nihil mali poteſt dici de ea. Sed ſi inueneris eam deluſam, ſicut dixi, quòd uirginitas ſit accepta tactu uel alio modo: quoniā aliquando corrumpitur mulier & expirat eius uirginitas ſolo tactu manus ſuæ uel alienæ, uel digitorū titillatione, dummodo ipſa ſpermatizet: illa de cauſa potes dicere quòd licet ipſa riſerit uel luſerit cum aliquo, non fuit tamen per uirum aliquem cognita, quicquid de ipſa ſit dictū: & ſic remanebit mulier excuſata penes illum, qui te interrogauit: quoniam ſi dices ei totam ueritatem, forte quòd haberet ille ipſam pro corrupta ac ſi egiſſet cum uiro.

Si mulier agit cum aliquo præterquàm cum marito. *Caput* V.

SI quis uxoris zelo tactus, dubitās ne ipſa cum alio male faciat, ad te de hoc quæſtionem moturus aduenerit: aſpice in hoc caſu aſcēdens & dominum eius & Lunam & Planetam à quo ſeparatur ipſa, qui ſunt ſignificatores interrogantis, & ſeptimam & dominum eius & Planetam cui iungitur Luna, qui ſunt ſignificatores mulieris: & uide cui Luna uel dominus ſeptimæ iungitur, quia ſi dominus ſeptimæ & Luna iunguntur domino aſcendētis, ſiue cum receptione, ſiue ſine receptione, dūmodo non iungatur alteri proximiori aſpectu uel coniunctione, dic mulierem in nullo culpandam quicquid dicatur de ipſa. Si uero dominus ſeptimæ aut Luna uel alter eorum iungatur domino triplicitatis aſcendentis ſecundo uel tertio, uel aliquis eorum iungatur domino ſeptimæ & ſeparetur dominus ſeptimæ uel luna à domino aſcendentis, uidetur quòd habeat mulier alium quem diligat præter uirum ſuum. Si autem fuerit dominus ſeptimæ uacuus curſu, non habet amaſium mulier: nec eſt culpanda. Si autem inueneris dominum ſeptimæ, uel lunam, uel ambos ſeparatos ab alio Planeta, præterquàm à domino aſcendentis, & illa ſeparatio non fuerit plus tribus gradibus, dilexit mulier alium præter eum, ſed poſtea dimiſit eum. Si uero fuerit dominus ſeptimæ cum Capite draconis ſine coniunctione alterius, dic mulierem non culpandā. ſi uero fuerit cum Cauda ſine alterius cōiunctione, uidetur culpanda, & olim & nunc & in futurū poterit culpari. Deinde aſpice ſi dominus ſeptimæ uel Luna fuerit alicui iunctus cū Marte, & fuerit ibi Caput draconis, uidetur ꝙ mulier habeat amaſiū quē ipſa diliget & qui uni ea. Et ſi fuerit Cauda cū Marte & cum domino ſeptimæ uel Luna ita cōiunctis, ut dixi, minuit maliciam: & licet forte mulier diligat aliquem qui gerit effigiē Martis, non tamen iunxit eam ſub iugo ſuo. Et ſi Mars fuerit cum domino ſeptimæ uel cum Luna in uno ſigno coniunctus ſine Cauda, habet mulier amaſium in contrata ſua non multū longe à domo ſua. Et ſi fuerit in uno gradu, uidetur ꝙ ſit tunc amaſius in domo, uel eſt de familiaribus uiri. Et ſi fuerit Luna uel ſi dominus ſeptimæ ſeparatus à Marte, uel ipſe ab eo, habet mulier amaſiū, & forte ꝙ habuit eum anteq̄ haberet uirū: ſed iam unus dimiſit alterū, nec habent modo facere ſimul. Si quidē Mars fuerit dominus ſeptimę: uel fuerit dominus ſeptimæ Luna in Ariete, uel Scorpione. & Mars aſpexerit aliquē eorū cum receptione utriuſq;, ſcilicet ꝙ Mars recipiat, dilexit aliquē diu eſt. ſed parū eſt ꝙ habuit rem cum ea. Si uero Mars non fuerit receptus à domino ſeptimæ uel à Luna, licet ipſi ſint in ſignis prædictis, & recepti à Marte, diliget mulier aliquē uirum, & diligit ille quem dilexit eam: ſed non habuit rem cum ipſa: & ſi cōmoditas pateretur, bene cōſentiret ſe ſibi. Si aūt fuerit Luna uel dominus ſeptimæ iunctus Ioui ſine receptione, dilexit mulier quendā uirum nobilem, maiorem & nobiliorē ea, & adhuc diliget eum ſiue epiſcopum uel alium prælatum, uel forte iudicem, nec ipſe diliget eam. Si uero receptio mutua fuerit inter eos, & ipſa diliget eum & ipſe eam. nec ſtat propter aliud ꝙ res non perficitur, niſi quia cōmoditas non adeſt. Si autem fuerit coniunctus dominus ſeptimæ uel Luna cum Mercurio, uideť mulier diligere quēdam iuuenem literatum uel campſorem ſeu mercatorem qui uidetur eſſe iunior & pulchrior & magis comptus q̄ uir eius. Si uero iunctus fuerit dominus ſeptimæ uel Luna Veneri cum receptione, ex quocunq; aſpectu, uel etiam à trino uel ſextili, ſiue cum receptione ſiue ſine receptione, non curat mulier de uiris: ſed immiſcet ſe cum mulieribus & abutitur eis. Si aūt dominus nonæ uel Iupiter aſpexerint Venerem, uel cōmiſerint ei Venus & dominus ſeptimæ diſpoſitionē ſuam, pœnitebit eam perpetraſſe cum mulieribus tam turpe ſcelus & dimittet eas & forte ꝙ aſſumet ſibi religionē illa de cauſa & propter illā uerecundiā. Si aūt fuerit Saturnus in loco Veneris, diligit mulier quendam qui gerit effigiem Saturni, uel quendā ſenem, uel quendā religioſum induentem ueſtes nigras uel obtuſas: & maxime ſi Saturnus fuerit dominus nonę, uel fuerit in nona, uel fuerit ſub radijs Solis. Si autem fuerit Sol in loco Veneris ſcilicet ꝙ aſpiciat dominū ſeptimæ uel Lunā diliget & dilexit mulier quendā magnatē de illis quaſi qui ſunt apti regno, ſi cum receptione habuit rem cum ea: ſi ſine receptione, non curat ille de ipſa. Si

autem aſpexerint plures Planetæ ſimul dominum ſeptimæ, maxime ſi Saturnus, & Mercurius plures habuerũt rem cum ea, nec adhuc eſt bene emendata de hoc. Si autem quæret aliquis de muliere quę non eſſet uxor, neq; amaſia conditionibus prædictis dabis mulieri aſcendens, ſicut das ei modo ſeptimam, niſi eſſet mulier quæ haberet domum determinatam, ſicut ſoror uel filia uel aliæ quæ attinent ei, quibus dabis domos ſibi aſſignatas: hoc tamen debes attendere quoniam in rebus ſupradictis non complens, receptio ſignificat complementum futurum, irreceptio uero non.

Si conceptus eſt filius cuius dicitur.
Caput VI.

QVod ſi ille uel forte alius dubitans de uxore, ſicut fit pluries quando uadunt mercatores uel qui uadunt ad regna ciuitatum uel in exercitus uel ad ſimilia loca, & inueniunt uxores aliquando grauidas cum reuertuntur, uel amaſias, & dubitant ne non ſint grauidæ ex eis, & quæſiuerit aliquis eorum à te, utrum ſit ille conceptus legitimus an fraudulentus: aſpice dominum aſcendentis & Lunam qui ſunt ſignificatores interrogantis, & ſignum quintum & dominũ eius, qui ſunt ſignificatores concepti, ſi fuerint aſpicientes ſe inuicem à trino uel ſextili aſpectu ſiue cum receptione, ſiue ſine receptione, erit conceptus legitimus. Si uero fuerint ſe aſpicientes à quarto aſpectu uel oppoſitione cũ receptione mutua & perfecta uel fuerit dominus aſcendentis uel Luna in domo filiorũ: uel fuerit dominus domus quintę in aſcendente ſine aſpectu malorum: uel fuerint fortunæ aſpicientes domum filiorum uel eius dominum, erit conceptus legitimę, uel filius ſi iam eſt natus. Quod ſi nõ fuerit ita, uide ſi mali uel Saturnus ſeu Mercurius uel Mars aſpexerint domum filiorum, uel dominũ eius, erit conceptus ſiue natus ex ſtupro, & erit ſparedon conceptus.

Si uoluerit aliquis accipere corruptam in uxorem. *Caput* VII.

ET ſi uoluerit aliquis accipere corruptam in uxorem, & forte quòd dicetur de ipſa quòd ipſa habeat filios, ſicut aliquando fit quòd mulieres uiduæ uel aliæ corruptæ agunt cum aliquibus ſecretæ & concipiunt & pariunt & faciunt nutriri filios abſconſæ, & proiiciunt eos ad hoſpitalia uel ad alia loca religioſa, & murmurant aliquando ita eſſe unde aliqui pauent accipere tales uxores propter infamiam uel forte alia de cauſa, & uenerit ad te quæſiturus utrum illa mulier habeat filium, dixit Zael quòd debes aſpicere Venerem, ſi fuerit in Aquario uel in Leone, & Mercurius cum ea nunquam peperit mulier nec concepit. ſi uero Venus & Mercurius fuerint ambo in Tauro uel in Scorpione, dixit quòd habet mulier filium. Similiter ſi fuerit Mars & Venus & Luna uel una earum tantum fuerit cum Marte in Geminis uel Virgine uel Piſcibus, habet mulier filium. Si uero fuerint prædicti Planetæ in Sagittario, ſignificant ſterilitatem mulieris, & præteritam & præſentem & futuram, & ſi reperiretur eam hactenus peperiſſe, morietur ille filius, nec remanebit poſt eam. Et ſi fuerint Saturnus & Mars in Ariete uel Cancro uel Libra uel Capricorno, triſtabitur mulier cauſa illius filij, & fuit natus ex amaſio, non ex uiro ſuo, nec ſeruauit fidem uiro ſuo. Sed ſi Iupiter & Venus fuerint in ſignis prædictis, ſcilicet Ariete, Cancro, Libra uel Capricorno, erit ille filius uel ille conceptus ex proprio uiro ſine amixtione maliciæ.

Vtrum mulier egreſſa uel expulſa de domo reuertatur uel non. *Caput* VIII.

QVoddam capitulum ſubalternatur ſupradicto, ita quòd poteſt rectè ſub eo comprehendi, & eſt prout ſæpiſſime accidere conſueuit, quòd uiri expellũt mulieres de domo, quandoq; cum cauſa, quandoq; ſine cauſa, uel recedunt mulieres à domibus uirorum ſpõte, uel etiam cum cauſa uel timore, ne uiri uerberent eas, uel alia quacunque occaſione & uenerit forſitan ad te mulier, quæ exiuerit de domo, in quo habitabat cum uiro, uel fortè cum amaſio, facietq; tibi quæſtionẽ, utrum ſit reuerſura in domum, an non: aſpice tunc dominum ſeptimæ, quæ eſt aſcendens mulieris in iſto caſu, quoniam ſeptima datur expulſo: & uide ſi ipſe aſpicit aſcendens, ita quod nullus alius planetarum aſpiciat ita bene aſcendẽs ſicut ipſe: dic quod reuertetur mulier in domum de qua dicit. Idem intelligas de Luna. Si non aſpexerit dominus ſeptimæ aſcendens: ſed aſpexerit alium planetam, qui non ſit impeditus qui aſpiciat aſcendens, reuertetur mulier in domũ cum interpoſitione alicuius perſonæ, qui intromittet ſe de re illa, & concordabit eam cum uiro. Quòd ſi nihil horum fuerit, aſpice tunc Solẽ qui eſt naturaliter ſignificator uiri, & uenerem, quæ eſt naturaliter ſignificatrix mulieris. Et ſi Sol fuerit tunc ſupra terram, & Venus aſpexerit aſcendens aſpectu laudabili, trino ſcilicet uel ſextili, reuertetur mulier in domũ quæſitam cum leuitate, & ſine ſtrepitu uel rumore magno. Et ſi fuerit Sol ſub terra & Venus fuerit ſupra terram, & aſpexerit ſimiliter aſpectu laudabili, reuertetur mulier in domum, ſed cum inſtãtia & dilatione & inuolutione, & cum duritia & rumore, & ſcietur primo à pluribus antequam reuertatur. Itẽ aſpice ſi Luna fuerit in augmentatione ſui luminis, hoc eſt, ab eius apparitione prima de ſub radijs Solis uſq; ad cõplementum ſecundæ dicotomitatis, reuertetur mulier in domũ, ſed cũ tarditate atq; duritia. Si uero fuerit Luna minuens lumẽ, ita quòd ſit iam in ſua dicotomitate tertia & trãſiuerit gradus combuſtos, uſq; dum appropinquauerit ad radios Solis: ita tamẽ quòd non ſit ita prope radios Solis, quòd non appareat, reuertetur mulier in domũ quæſitam in breui, & ſine multa duritia & ſine multa inuolutiõe & ſine rumore.

Item aſpice Venerẽ ſi fuerit occidẽtalis & retrograda, reuertẽs ad Solẽ, reuertetur mulier ad domũ uiri proprio motu, & uoluntate ſpontanea, timens ne uir offendat eam, & pœnitebit eã receſſiſſe. Si uero fuerit Venus retrograda, & fuerit iam apparens de ſub radijs Solis, pœnitebit uirũ expuliſſe mulierẽ de domo, & gaudebit de reuerſione ipſius: ſed non pœnitebit eũ uerberaſſe illã, nec feciſſe ſibi incõmodũ, tamen mulier reuertetur irata ſicut iratè receſſit: & pœnitebit eam fore reuerſam in domum, ſicut pœnituit eam receſſiſſe & plus: nec habebit bonam uoluntatem erga uirum.

De lite ſeu controuerſia quæ fuerit inter aliquos, quis obtinebit, uel quis ſuccumbet, uel ſi component ſe ante litem uel non. Cap. VIIII.

SI de lite ſeu controuerſia quæ uertitur inter aliquos, nel parata eſt nerti aliqua ex partibus, quis obtinere debeat, à te certificari uoluerit atque tibi ſuper hoc mouerit quæſtionem: aſpice aſcendens hora qua fueris interrogatus ab eo qui de hoc tibi fecerit quæſtionem, & dominum eius, & ſignificatricem: uidelicet Lunam pro quærente & ſeptimam & eins dominum pro aduerſario: & uide ſi dominus aſcendentis uel Luna iuncti fuerint cum domino ſeptimæ, uel ipſe cum aliquo ipſorum à trino nel ſextili aſpectu cum receptione mutua, concordabunt ſimul inter ſe de plano ſine alterius intromiſſione. Si uerò unus receperit alterum, et ille receptus non receperit recipientem, concordabunt ſine litigio: ſed non ſine intromiſſinne alterius: & erunt illi qui ſe intromittunt, ut multum, ex parte illius cuius ſignificator receperit alium. Et ſi fuerint iuncti à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione cum receptione uel à trino ſeu ſextili ſine receptione, concordabunt, ſed prius litigabunt: & incipiet concordia ſemper ex parte illius cuius ſignificator fuerit minus ponderoſus: & qui cõmiſerit diſpoſitionem ſuam alteri: & eo melius ſi uterq; ſignificator receperit alterum. Si leuis iungatur ponderoſo, & non recipiat eum, ſed ponderoſus recipit leuem, ſignificat quod recipiens uelit concordare: etiam ſi leuis non uelit, nec ſtabit per eum: et eo magis ſi fuerit aſpectus trinus uel ſextilis, & ſi fuerint iuncti corporaliter in unn ſigno, ita quod eorum coniunctio non impediatur ab aliquo, ſiue cum receptione ſiue ſine receptione, cõcordabunt etiam ſine alterius intromiſſinne. Poſt hoc aſpice ſignificatorem regis ſeu poteſtatis ſiue iudicis, qui eſt dominus decimæ domus, ſi aſpexerit aliquem ex ſignificatoribus, dominum, ſcilicet aſcendentis uel dominum ſeptimæ, nel fuerit ei iunctus corporaliter: uel ſi dominus aſcendentis, uoluerit iungi cum domino ſeptimæ, uel ipſe cum eo, & dominus decimæ, domus abſciderit coniunctionem eorum, non concordabunt, niſi primo litigent coram iudice: & hoc erit ex parte iudicis ſeu poteſtatis qui non permittet eos componere, & faciet eos litigare forte cauſa extorquendi aliquid inde. Deinde aſpice Lunam, & uide ſi ipſa transfert lumen inter dominũ aſcendentis & dominũ ſeptimæ: & ſi Luna non tranſtulerit lumen inter eos, uide ſi alius Planeta transfert inter eos lumẽ: quoniam ſi ſic fuerit, intromittent ſe aliqui qui concordabunt eos, etiam ſi iam incepiſſent litigare. Poſt hoc aſpice dominum aſcendentis, qui habet ſignificare quærentem, & dominum ſeptimę qui habet ſignificare aduerſarium: & uide quis eorum fuerit fortior: quia ille cuius ſignificator fuerit fortior, debebit obtinere. Fortior enim erit ille qui fuerit in angulo: & maxime ſi fuerit in aliqua ſuarum dignitatum: & quantumcunque dignitas fuerit maior: & quantumcunque plures fortitudines habuerit aliquis eorum, tanto magis erit fortior: & maxime ſi fuerit receptus in loco in quo erit: quoniam erit fortis per ſe, & habebit auxiliatores qui iuuabunt eum. Et ſi debuerint componere, ſicut dixi, ueniet initium compoſitionis ex parte planetæ leuioris, & qui committit diſpoſitionẽ alteri: nam ſi dominus aſcendentis fuerit lenior, & dominus ſeptimæ ponderoſior, ueniet ex parte interrogantis. Si uero dominus aſcendentis fuerit ponderoſior, & dominus ſeptimę fuerit leuior, ueniet initium concordiæ ab aduerſario & Planeta qui fuerit cadens ab angulo, dicitur eſſe debilior, niſi alius Planeta ſubleuet eum qui ſit in loco forti & recipiat eum. Item oportet proſpicere & uidere, utrum dnminus ſeptimæ ſit in aſcendente: quia tunc ſignificat ex toto quod dominus aſcendentis ſcilicet interrogator, nincet, & aduerſarius ſuccumbet. Et ſi dominus aſcendentis fuerit in ſeptima, ſignificat quod aduerſarius obtinebit, & interrogator ſuccumbet: quicunque enim ſignificatorum inuenitur in domo alterius, ſignificatur uictus. Et non ſolum accidet hoc in litibus ſeu cauſis pecuniarijs: uerum etiam accidet in prælijs atque guerris quia ſemper cuiuſcunque ſignificator inuenitur in domo alterius, dicitur eſſe iam uictus, & eſt uicto ſimilis. Poſtea oportet te uidere utrum dominus aſcendentis uel dominus ſeptimæ ſit retrogradus, quoniam ſi dominus aſcendentis fuerit retrogradus, ſignificat debilitatem quærentis, & quod ipſe non erit bene firmus in ſtando ad litẽ & quod ipſe negabit ueritatẽ aduerſario, & non cõfitebitur illam, nec credet ſe habere ius. Si uero dominus ſeptimæ fuerit retrogradus, ſignificat debilitatẽ ex parte aduerſarij, et quod ipſe fugiet litem prout poterit & negabit ueritatem, nec credet ſe habere bonã cauſam. Aſpice etiam ſignificatorẽ iudicis, ſiue fuerit rex, ſiue poteſtas, ſiue iudex, qui debuerit ſententiare inter eos, qui erit dominus decimæ domus, ntrum aſpiciat ſignificatores litis an nõ, qui ſi aſpexerit eos, & fuerit directus incedet ſecũdum ordinẽ iuris in cauſa illa, & quod ipſe nitetur abbreuiare ipſam & diffinire cito. Si autem fuerit retrogradus, ſignificat quod iudex ſiue rex ſiue poteſtas nõ incedet in cauſa illa ſecnndum ordinẽ iuris, nec curabit eam diffinire, immo prolongabitur pluſquàm debeat prolongari de iure. Idem dicendum eſt de prolongatione cauſę ſi dominus aſcendentis fuerit ſeparatus à domino ſeptimæ: uel ſi dominus ſeptimæ fuerit ſeparatus à domino aſcendentis. Præterea uide ſi dominus aſcendentis fuerit iunctus cum Sole uel cum Luna, uel aliquis eorum iunctus fuerit ei, ita quod alius non impediat eorum coniunctionem, dummodo non ſit coniunctio Solis corporalis: quia illa ſignificaret eius impedimentũ, niſi eſſet Planeta in zamini Solis, quia tunc fieret fortis, uel fuerit dominus aſcendentis in domo luminaris alicuius: uel fuerit Sol, uel Luna in aſcendente: quia ſi ſic fuerit, ſignificat fortitudinẽ quęrentis. Si uero dominus ſeptimę fuerit ita diſpoſitus, ut dixi, de domino aſcendentis, ſignificat fortitudinem aduerſarij. Et aſpice ſi dominus aſcendentis fuerit iunctus domino decimę domus, interrogator poſtulabit auxilium à iudice, ſeu ab illo qui debuerit cognoſcere de cauſa: & forte quod nitetur eum corrumpere ut ferat ſententiam pro ipſo. Et ſi dominus decimę domus receperit dominum ſecundæ ab aſcendente, petet iudex de pecunia quærentis. Et ſi dominus decimæ ſecundi cæ

perit dominũ aſcendẽtis, acquieſcet iudex precibus interrogantis: ſin autem nõ. Et ſimiliter proſpice ſi dominus decimæ domus, fuerit leuior q̃ dominus aſcendentis, & iunctus fuerit ei iudex ſiue poteſtas, faciet rem quærentis, etiã ipſo nõ petente. Si aũt dominus ſeptimæ fuerit iunctus dño decimę domus, aduerſarius quæret auxilium à iudice ſeu poteſtate. Quod ſi dñs decimę receperit dominũ ſeptimę, acquieſcet iudex precibus aduerſarij, & dimittet ſe corrumpi, & præſtabit ſuum aminiculũ, aliter nõ. Sed ſi receperit dñm octauę, accipiet pecuniã aduerſarij. Sed ſignificator iudicis ſcilicet dñs decimę domus, ſi fuerit leuior q̃ dominus ſeptimæ, & fuerit iunctus ei, tunc iudex ſiue poteſtas nitet facere rem aduerſarij bonã, etiam eo nõ petente. Poſtq̃ uero uideris diſpoſitionẽ & eſſe amborũ ſignificatorũ, dñi ſcilicet aſcendẽtis & dñi ſeptimæ, & uideris q̄ nolunt componere, nec uidebit tibi q̄ cõponant, ſed potius uidebunt uelle litigare: uide tũc ſi dñs decimæ domus iungit alicui ſignificatorũ, dño ſcilicet aſcendẽtis uel dño ſeptimæ uel quis eorũ iungatur illi, ita q̄ alius Planeta nõ impediat eorũ coniunctionẽ, qm̃ iudex ſeu ſenrẽtiator erit fauorabilis illi cum cuius ſignificatori ipſe coniungit: hoc eſt, ſi iungit cum ſignificatore primæ, erit fauorabilis quærẽti: ſi iungit cum ſignificatore ſeptimæ, erit fauorabilis aduerſario: ſi cum nullo eorũ iungit, nulli eorũ erit fauorabilis, ſed ſolũ per tramitẽ iuris incedet. Si uero iungatur cum ambobus cũ receptione, ſicut aliquãdo fit, cõponet iudex inter eos & concordabit eos ſimul, uelint nolint. Deinde aſpice decimã domũ, quę eſt ſententiatoris. & uide ſi aliquis Planeta ſit in ea, ſi fuerit dñs eius, iudicabit ille iudex cauſam illam quã cautius & q̃ citius poterit, cũ honore ſuo, niſi ſit ipſe Saturn⁹. Si uero fuerit dñs termini uel triplicitans uel faciei, iudicabit eam, ſed nõ erit ita ſollicitus in ſententiãdo. Si aũt fuerit in decima Planeta qui nõ habeat ibi dignitatẽ, nec fuerit receptus à dño decimæ domus, ſignificat q̄ partes non ſtabunt cõtentæ illo iudice ſeu ſentẽtiatore: qm̃ ambæ timebunt eum, & cõuenient in aliũ iudicẽ, & ſtabunt iudicio illius. Et uide etiam ſi Saturnus fuerit ſignificator iudicis, & fuerit in decima, iudex ille nõ iudicabit ſecundũ ius, neq; ſecundũ q̄ debuerit. Si tũc iungit ei Iupiter uel Sol uel Mercurius uel Venus uel Luna à quocunq; aſpectu niſi ab oppoſitione, uel fuerit uacuus curſu, dicetur malũ de iudice, ſed cito opprimetur illud dicere, & nõ diffamabitur ob hoc iudex. Si uero fuerit iunctus ei aliquis iſtorũ ab oppoſitione, dicetur malũ de iudice cauſa iniuſti iudicij & durabit diu. Si uero Mars aſpexerit tũc Saturnũ ab oppoſitione uel quarto aſpectu, cuiuſcũq; eſſe, tunc fuerit Mars, diffamabitur inde iudex ſiue poteſtas. Si autẽ fuerit Mars mali eſſe, diffamabitur diffamatione uituperabili, niſi ſit tunc Saturnus in Capricorno, quia tunc refrenat Mars aliquid de malicia ſua, maxime ſi fuerit boni eſſe. Si quidẽ inueneris q̄ partes non ſtent cõtentę priori iudice, ſed cõſtituant ſidialiũ, ſicut dictũ eſt aſpice ſi fuerit aliquis Planeta in decima: qm̃ per illũ poteris ſcire eſſe iudicis, quẽ conſtituent inter ſe partes: qm̃ ſi fuerit ibi Iupiter erit iudex quem cõſtituent bonus & beniuolus, iuſtus atq; benign⁹: & per nullũ modũ permittet ſe corrumpi, neq; precio neq; precibus, ſed ſolũ uia ueritatis incedet. Si uero fuerit Mars, erit iudex falſus, iracundus, infidelis, non amaus iuſticiam, & qui cito mouetur & mutatur de propoſito ad propoſitum, ita quòd erit nouiſſimus error peior priore, & pœnitebit eos elegiſſe talem iudicẽ. Si fuerit Sol, erit iudex boni animi, tamẽ dimittet ſe trahi precibus amicorum, & flectet ſe ad illa, & dabit illis aures & ſpem faciendi quod uolunt, ultimo tamẽ iudicabit recte. Et ſi fuerit ibi Venus, erit iudex iuſtus & bonæ opinionis, ſed non erit multum profundus in iure, tamen iudicabit bona fide. Et ſi fuerit Mercurius in decima, erit iudex boni ingenij & acuti, & cito uidens rem cauſæ: ſed iudicabit ſecundum quòd ipſe applicabitur Planetis: ſi fortunis iuſte: ſi malis iniuſte, ſi nulli applicabitur, iudicabit ſecundum quòd ipſe inuenerit probationes. Et in omnibus ſupradictis accidentibus conſiderantur dominus aſcendentis, & dominus ſeptimæ, & alij prædicti ſignificatores, ſine participatione Lunæ, licet ipſa ſit particeps omnis rei naturaliter: tamen derogatur ei aliquid. Si autem fuerit Luna in decima, erit iudex leuis & inſtabilis, & qui iudicabit prout ſibi uidebitur, non conſiderans multum quid ſit ius, nec curans quid iudicet nec quid dicatur de ſuo iudicio, bonum ſeu malũ. Conſiderabis etiam quoddam ſecretũ, quod nunq̃ memini me in dictis antiquorũ inueniſſe: fui tamen expertus & illud inueni ueridicũ, uidelicet, ut conſideres locum dñi aſcendentis & locum dñi ſecundæ & minuas minorẽ de maiori: & illud quod remanſerit, erit reſiduum dñi primæ & dñi ſecundę. Deinde cõſidera locum dñi ſeptimæ & locũ dñi octauæ, & minue minorẽ de maiori: & illud quod remãſerit, erit reſiduum dñi ſeptimæ & dñi octauæ. Et accipe illa duo reſidua, & minue quod minus fuerit de maiori, & ſerua illud reſiduũ tertium. Deinde accipe locum dñi nonæ & locum dñi duodecimæ & minue minus de maiori, & illud erit reſiduũ dñi nonæ & dñi duodecimæ & accipe illud, & reſiduum tertiũ, & minue minus de maiori, & illud quod remãſerit erit pars ſignificans auxiliũ atq; fortitudinẽ quęrentis ſeu quæſiti: adde deſuper gradũ ſigni aſcendẽtis, & projice ab aſcẽdente ſicut facis in parte fortunę, ſi fuerit in die: ſi aũt fuerit in nocte, projice à Nadir: Nadir. & uide in cuius domũ uel exaltationẽ uel terminũ uel triplicitatem finitus fuerit numerus ille: qm̃ Planeta qui fuerit dñs illius loci ac in eo fortior & potẽtior erit quæſitus, ſcilicet adiutor illius, cuius ſignificatorem magis ac melius aſpexerit minuto per minutũ: uel qui propior fuerit illi loco dummodo habeat in eo aliquã dignitatẽ, & qui fortiorẽ eum reddit: & eo magis ſi hoc fuerit cum receptione. Quod ſi ambo illa reſidua æqualia fuerint, erit ſignificatũ in die in aſcendẽte: in nocte uero in Nadir. Et cum operatus fueris, præpone ſemper dñm: qui ſi fuerit impeditus, operare per dñm exaltationis. At ſi fuerit impeditus, operare per dñm termini. Qui ſi fuerit impeditus, operare ultimo per dñm triplicitatis, qm̃ Planeta in cuius aliquorũ dictorũ locorũ pars illa ceciderit: uel qui magis eum aſpexerit, uel qui ei propior fuerit, habens ibi dignitatẽ, erit ſignificans cauſam quare & quomodo dicta fiant, & unde accidant. At ſi dñs primæ & dñs ſecundæ ſint idẽ, locus eius erit tanq̃ reſiduum dñi primæ & dñi ſecundæ: Si quidem dñs ſeptimæ & dñs octauæ ſint idẽ erit locus

locus eius tanquam reſiduũ domini ſeptimæ & domini octauę minue tunc minorem de maiori & fac ſicut dictum eſt de reſiduo domini primæ & ſecundæ, & de reſiduo domini ſeptimæ & domini octauæ. Quod dictum eſt in litibus illud idem intelligas in prælijs & guerris ac in omnib⁹ cõtrouerſijs.

De emptione & uenditione. Cap. X.

SI quis uolens rem aliquam emere, tibi de ipſa re emenda quæſtionem mouerit, utrum rem illam ſit adepturus an non: aſpice tunc dominum aſcendentis, qui eſt ſignificator quærentis, ſimiliter & Lunam quæ non eſt omittenda: & aſpice dominum ſeptimę qui eſt ſignificator uendentis & rei uenditę abſolutæ, niſi res emenda determinetur. Et uide ſi dominus aſcendentis uel Luna iungitur cum domino ſeptimæ, uel dominus ſeptimæ cũ domino aſcendentis, adipiſcetur quærens rem de qua interrogat, & ſine magna dilatione ſeu inuolutione, & ueniet perfectio emptionis ſeu uẽditionis ex parte illius cuius ſignificator fuerit leuior: ut ſi dominus aſcendẽtis fuerit leuior, ueniet ex parte quęrentis: ſi dominus ſeptimæ fuerit leuior, ueniet ex parte uenditoris. Si uero nõ fuerint iuncti ſignificatores prædicti ex aliqua cõiunctione ſiue aſpectu, uide ſi Luna uel aliquis alius trãſtulerit lumen eorum inter eos: quia ſi ſic fuerit, ſignificat ꝙ aliqua perſona intromittet ſe de re illa: & perficiet res per illum modum eũ ſi fieret tranſlatio luminis à Planeta in 7. Planetas, dummodo reducatur lumen ad dominũ aſcendentis, & ſaltim ad aſcẽdens perficiet res de qua ſit quæſtio. Si aũt quæſtio fuerit determinata, uide de quo interroget interrogator: q̃m ſi interrogauerit de ſeruo emendo, uel de aliqua de illis rebus quę ſignificant per domũ ſeruorũ, primã dabis quærẽti, ſextã rei quæſitæ. Si quærat de equo uel boue uel de aliqua de illis rebus quę ſignificant per domum 12. primã dabis quærenti, 12. rei quæſitæ. Si quæratur de ciuitate uel de uilla ſeu caſtro emẽdo, prima datur quęrenti, 4. rei quęſitæ. Et ita potes intelligere de qualibet re uenali per domũ per quam ipſa ſignificatur. Deinde uide ſi dominus ſeptimæ fuerit in prima, uenditor infeſtabit emptorẽ ut emat rem illã, & erit magis uoluntas uendentis q̃ ementis. Si aũt dominus primæ fuerit in ſeptima, emptor infeſtabit uenditorẽ, ut uẽdat rem illã, & erit magis uoluntas ementis q̃ uendentis. Itẽ aſpice ſi aliquis bonorum Planetarũ fuerit in prima, ſcilicet Iupiter aut Venus cõplebitur emptio ſine labore & ſine inuolutione & ſine tarditate, nec nitetur emptor decipere uenditorẽ. Si uero fuerit ibi Sol, & ipſe non ſit iunctus alicui Planetę corporaliter, erit illud idẽ. Et ſi fuerit ibi Mercurius uel Luna, & nõ fuerit aliquis eorũ in aſpectu alicuius mali, ſignificabit illud qđ Sol. Si aũt fuerit ibi Saturnus uel Mars uel Sol iunctus alicui corporaliter, uel Mercurius uel Luna cũ aſpectu alicuius malorũ, ſignificabit ꝙ res uix poterit perfici: & ſi fuerit perfecta, fiet cum grauitate & inuolutione & tarditate, & emptor nitetur decipere uenditorẽ & fraudem nitetur cõmittere ſi poterit, nec ſtabit per eum. Si uero fuerit in ſeptima ſecundum ꝙ dixi aliquis prædictorũ bonorum, ſignificat bonitatẽ ex parte uẽdentis, ſicut dixi tibi de primo ex parte ementis. Si uero fuerit ibi aliquis prædictorum malorũ, ſignificat maliciam ex parte uẽditoris, ſicut dixi tibi ex parte emptoris. Deinde aſpice ſi fuerit Luna ſeparata ab aliquo Planeta, & fuerit iuncta alteri immediate & ſine aliqua diſtantia, ſcilicet cum fuerit ſeparata ab uno, fuerit incontinenti iuncta alteri gradu per gradum, uel ad plus ceciderint inter eam & illũ cui iuncta eſt 5. gradus, uel minus, uidetur ꝙ ille qui uendit rem non emiſſet eam, ſed habuit eã ex hæreditate, uel aliquo alio modo ſine emptione. Et dixit Zahel, quòd ſi eſſet res quã uenditor emiſſet, nondum ſoluerat precium ei qui uendiderat eam ſibi. Et dixit quòd ſi Luna eſſet ſeparata ab aliquo, nec eſſet adhuc iuncta alteri, quòd eſſet dilatio & tarditas & inuolutio & lingiũ ſeu placitum. Et dixit quòd ſi Planeta à quo Luna ſeparatur ingreditur in cõbuſtionem, quòd ille qui uẽdit rem illam non rehabebit eam in æternũ, ſed prius morietur. Item uideas ſi Planeta à quo Luna ſeparatur eſt liber ab impedimentis, & ipſe aſpicit dominũ ſigni per quod ſignificatur res uendita à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat quòd uenditor reemet rem illam uel alio modo adhuc rehabebit eam.

Vtrum inueniatur latro ſiue alius qui fugit an non, uel ſi reuertatur propria uoluntate. Capit XI.

SI aliquis aliquãdo fugerit ab aliquo, ſicut quãdo fugit ſeruus uel ancilla ſeu alter ſeruiens, uel fuerit forte aliquis quem fuerit hoſpitatus & abſtulit ei aliquid & fugit, uel eſt forte uxor quæ ſimiliter fugit & uult eam rem inuenire, & mouerit tibi quæſtionem utrum reinueniat eum, uel non & uerſus quam partem fugit: aſpice aſcendens & dominum eius, & Solem, & da ipſos interroganti. ſeptimam uero & eius dominum illi qui fugit & Lunam quæ naturaliter habet ſignificare omnem rem fugientem propter ſuam uelocem mobilitatem. Deinde aſpice ſi dominus primi iungitur alicubi cum domino ſeptimæ, uel fuerit dominus primi in ſeptima, ſignificat quòd inueniet eum, ſi bene uoluerit eum perſequi, & bene ſtudet inquirendo ipſum. Et ſi fuerit dominus ſeptimæ iunctus domino primę, uel fuerit dominus ſeptimæ in prima, uel fuerit iunctus cum Planeta retrogrado, non uidetur quòd oporteat eum multum laborare in inueniendo eum qui fugit: quoniam alterum duorum erit: nam aut ille reuertetur propria uoluntate, atque ſpontaneo motu, aut ſi ille quæſiuerit eum, inueniet eum antequam elonget ſe multum à domo in qua moratur: & uide Lunam ſimiliter quæ ſignificat illum qui fugit, ſi fuerit ſeparata tunc à domino primæ, & iuncta immediate domino ſeptimę, ſignificat quòd aliquis qui ſcit noua de illo qui fugit, ueniet ad quęrentem, & dicet ei ubi eſt ille qui fugit. Et ſi fuerit Luna ſeparata à domino ſeptimæ, & fuerit iuncta domino primæ, pœnitebit illum fugiſſe, ſed timet reuerti, unde mittet aliquem ad iſtum qui quærit eum, ut inueniat ei ſecuritatem ab eo, & ſic reuertetur ſine alia inquiſitione quærentis. Deinde uide ſi dominus ſeptimæ fuerit iunctus alicui malo Planetæ in angulo. uel malus iunctus fuerit ei, ſignificat quòd ille qui fugit capietur, ſi quærens uoluerit eum bene perſequi. Et ſi uero non fuerint ambo in angulo, dominus ſeptimæ, & malus qui eum impedit, ſed unus eorum tantum fuerit in an-

gulo, non capietur ille fugiẽs, ita quòd ponatur in carcerem, ſed inuenietur & detinebitur ſine incarceratione. Si uero dominus primæ aſpexerit illũ malum qui impedit dominum ſeptimæ, inueniet quærens illum qui fugit detentũ penes aliquẽ cui oportebit quòd ipſe det pecuniã antequã ipſe det eum ſibi. Similiter & ſi malus fuerit in nona, ſignificat impedimentũ fugiẽtis in itinere ſuo, et quòd capietur. Sed ſi fuerit fortuna in 9. fugiens non capietur, nec capi poterit, niſi illa fortuna eſſet multum impedita. Deinde aſpice ſi Sol & Luna iũcti fuerint domino ſeptimæ uel aſpexerint eũ à quocunq; aſpectu: uel ſaltem unũ eorum tantũ: quia nõ poterit fugiens ſe abſcondere, ita quòd nõ inueniatur. Similiter etiã ſi dominus ſeptimę ingredit̃ in combuſtionẽ uel iam ſit combuſtus, ſignificat ꝙ inuenietur fugiẽs, licet abſcõdent ſe. Et ſi aſpexerit tũc eum dominus primæ uel aliquis malorũ, capietur & ducetur uinctus. Si uero iũctus fuerit dominus 7. alicui fortunæ per corpus uel per aſpectum, ſiue ſit ſub radijs ſiue nõ, capietur fugiẽs etiam ſi fuerit inuẽtus niſi uno modo ſcilicet ſi illa fortuna fuerit retrograda uel cõbuſta uel ingrediẽs ſub radijs Solis: quia tunc non poteſt eum defendere ut nõ capiatur. Deinde aſpice ſi dominus ſeptimæ fuerit iũctus cum Planeta ſtationario in quacũq; ſtatione fuerit, prima ſcilicet aut ſecũda, et fuerit in angulo uel in ſequẽti angulũ, ſignificat ꝙ ille fugiens neſciat fugere, & neſciet quam partẽ aſſumet ſibi, an fugere ſcilicet, an non fugere. & ita ſtabit in loco aliquo donec inueniatur et capiatur. Different tamẽ captiones quę fient, cum Planeta eſt ſtationarius: qui ſi fuerit in ſtatione prima, tunc quærens capiet fugientẽ. uel alius capiet eum qui dabit illum ſibi. Si aũt fuerit in ſtatione ſecunda, capietur fugiens: & forte ꝙ capietur in itinere fugiẽdo, & incarcerabitur & ligabitur, ſed fugiet iterũ ab illo carcere ſiue ab illis uinculis: tamẽ uix uidetur ꝙ euadat, ita ꝙ nõ capiatur iterũ. Et ſi ille Planeta cui iungitur dominus ſeptimę fuerit direct⁹, dixit Zael ꝙ capietur fugiens, ſed nõ carcere reddetur: reddetur tamẽ interroganti ſeu illi qui eum quærit, nec ipſe incarcerabit eum ob hoc. Præterea ſi Luna fuerit aucta lumine, & numero, diu perſequetur fugiẽs antequã capiatur, & multũ prolongabitur eius captio ſeu inuentio. Si uero fuerit minuta lumine, & numero, inuenietur citius & cum minori labore. Ad ſciendũ uero uerſus quam partẽ uadat fugiẽs, aſpice ſignificatricẽ fugientis, quæ eſt Luna: & uide ubi ipſa tunc ſit: quæ ſi fuerit in aſcendente, uel inter aſcendens & quartã, ſignificat ꝙ fugiet uerſus partẽ orientalẽ. Si fuerit in prima recte, uerſus orientem. Si in ſecunda uerſus orientẽ, declinans aliquid ad ſeptentrionẽ. Si in tertia iterũ, magis declinans ad ſeptentrionem. Si autem fuerit Luna in decima, ſignificat quòd fugiet uerſus meridiem. Si in undecima uerſus meridiem, declinãs ad orientem: ſi in duodecima iterum magis declinans ad orientem. Si fuerit in ſeptima, ſignificat quòd fugiens uadat uerſus occidentem. Si in octaua uadit ad occidentem declinans ad meridiem. Si in nona iterum magis declinans ad meridiem. Et ſi fuerit in quarta, ſignificat quòd fugiens uadat uerſus ſeptentrionem. Et ſi fuerit in quinta, uadit uerſus ſeptentrionem, declinans ad occidentem. Et ſi fuerit in ſexta, iterum magis declinans ad occidentem. Et tu etiam poteris aliquid addere uel diminuere ex induſtria tua, ſecundum quòd uideris Lunam uel dominum ſeptimæ eſſe in parte uel ſigno orientali, meridiano, occidentali uel ſeptentrionali. Si uero ille qui fugit fuerit latro, & interrogator uel ſequitur uel perſequi uoluerit eum, tanquam latronem, in omnibus & per omnia erit idem iudicium quod de alijs fuginuis: & tanto peius quòd ſi Planeta cum quo iungitur dominus ſeptimæ intrauerit tunc in combuſtionem, quod ſignificat quòd latro morietur cauſa illius captionis ſi captus fuerit. Et ſi Planeta cum quo iungitur dominus ſeptimæ, quando ingreditur in combuſtionem iunctus fuerit alicui malo, ſignificat quod latro inuenietur tali inuentione quæ non erit utilis illi qui inuenit eum: quoniam inueniet eum mortuum, fortè mala morte: inueniet eum fortè ſuſpenſum uel decapitatum uel combuſtum, uel fortè mutilatum corpus eius. Si enim fuerit Mars in ſeptima & dominus ſeptimæ impeditus in decima erit ſuſpenſus. Si uero Luna fuerit ſub radijs Solis, & fuerit aliàs impedita à Marte, erit combuſtus. Et ſi fuerit Mars in aſcendente dum impedierit dominum ſeptimæ uel Lunam erit decapitatus. Si autem fuerit Saturnus qui impedierit dominum ſeptimæ uel Lunam, & fuerit ſub terra, erit ſubmerſus & ſuffocatus in aqua: ſi fuerit ſupra terram, erit uerberatus & cæſus baculis, ita quòd illa de cauſa erit mortuus, uel quaſi ita confractus quòd non euadet. Et ſi tunc Luna iuncta fuerit cum domino ſigni in quo fuerit, uel cum domino octauæ domus, adipiſcetur quærens de bonis latronis, etiã ſi fuerit mortuus latro. Dictum eſt de fugiente atque latrone & de illo qui eos ſequetur, uidendum eſt in hoc loco. Si fugiens ſicut aliquando ſit, quærat à te ſi eſt mihi bonũ reuerti ad locum à quo fugi an non: debes tunc aſpicere Lunam ſi fuerit ſeparata à fortuna & iuncta malo, erit ei melius reuerti ad locum unde fugerit. Si uero fuerit ſeparata à malo, & iuncta fortunæ erit ei deterius reuerti, & fuga erit ei melior. Si autem fuerit ſeparata à fortunis, & iuncta fortunis, ſi fortuna à qua ſeparatur eſt melius diſpoſita, licet utrunque ſit bonum, reuerti eſt melius & econuerſo. Si uero fuerit ſeparata à malo, & iuncta malo, utrunque eſt ei malum. Sed ſi malus à quo ſeparatur Luna eſt peius diſpoſitus, reuerti eſt ei deteri⁹, & econuerſo.

De latrocinio, utrum reinueniatur uel adipiſcatur quærens illud uel non.
Caput XII.

SI quis de furto commiſſo, utrum recuperetur res furti ablati uel non, ad te acceſſerit, moturus quæſtionem ſuper his, & tu uis ei aſpicere in te illa: aſpice hora quæſtionis primam & dominum eius, & ſignificatricem uidelicet Lunam qui ſunt ſignificatores interrogantis: & ſeptimam & eius dominum aſpice pro latrone, quoniam ſignificatur latro per dominum ſeptimæ. Si quidem inueneris eum in ſeptima, ſignificat quòd interrogator poſſet inuenire latronem, ſi bene uoluerit inquirere ipſum, & laborare ac ſtudere, in hoc ſcilicet, ut inueniat ipſum. Si uero uolueris

ſcire

ſcire utrum reinueniat rem furatam, aſpice ſecundam ab aſcendente ſi fuerit iunctus domino octauæ & receperit ipſum, quod habet ſignificare ſubſtantiam latronis, adipiſcetur quærens rem furatā, uel de bonis latronis, ita quod ſatisfaciet ſibi de furto commiſſo. Illud idem dicas de domino primæ, ſi fuerit iunctus domino octauæ, et recipiat ipſum. Si autem dominus ſecundæ ab aſcendēte quæ habet ſignificare ſubſtantiā interrogantis, & etiam ipſam rem furatam fuerit cōbuſtus, ſignificat quòd latro diſtraxit rem furatam, & conſumpſit & diſſipauit & deſtruxit eam. Vnde licet quærens inueniat latronem, non inueniet furtum ſeu rem furatā. Si fuerit dominus ſecundæ egreſſus de cōbuſtione, inueniet quærens partē furti, ſed nō inueniet totum, & uix aut nunquā inueniet plus medietate furti. Deinde aſpice ſi dominus ſeptimæ fuerit in prima, uel fuerit iunctus domino primæ, pœnitebit latronem ſore furatū rem illam, & reddet eam illi cuius fuerat. Deinde aſpice ſi dominus primi fuerit iunctus alicui Planetæ exiſtēti in decima uel in prima, uel ſaltē in ſeptima, quoniā ſi ſic fuerit, inueniet interrogator latronē etiam ſine maxima inquiſitiōe. Et ſi fuerit iunctus dominus primi Planetæ cadenti ab angulo, qui non aſpiciat aſcendēs, ſignificat ꝙ latro iam receſſit à terra illa & elōgauit ſe tantū ab ea, quod non eſt ſpes in Inuētione illius. Sed ſi aſpexerit aſcendēs ille Planeta cadēs ab angulo, cui iungitur dominus primi, ſignificat inuentionem latronis quaſi poſt deſperationē, licet cum cuſtodia & inquiſitione magna. Præterea ſi inueneris dominum ſeptimę combuſtū, & dominus primi aſpexerit eū, ſignificat inuentionē latronis cum nō crederet ſe inueniri. Similiter ſi Luna tranſtulerit lumē inter dominum primi & dominū ſeptimæ, ſignificat inuentionem latronis. Et ſi non aſpexerit eum dominus primi, & ipſe fuerit ſub radijs, ſcilicet ſignificator latronis, inuenietur tamen, ſed non ita leuiter. Si aūt dominus primæ & dominus ſecūdæ fuerint iuncti ambo domino decimę, cōpellet poteſtas ſiue rector latronē reddere rem furatam interroganti, ſiue illi cuius eſt, uel reddet eam latro timore, ne ducatur ante poteſtatē ſeu rectorē illius terræ in quo fuerit detentus. Si aūt fuerit dominus primæ tantū iunctus domino decimæ, minabitur Interrogator latroni per poteſtatem, & nitetur terrere eum ut reddat ſibi rem ſuā, nec multū timebit latro minas illas tamen poteſtas, ſiue rector, iuuabit dominū rei cōtra furē. Si uero dominus ſeptimæ fuerit iunctus cum domino decimę, tantum ſine cōiunctione domini primæ, nō exercebit poteſtas ſeu rector bene officium ſuū cōtra latronē, ut reſtituat quod furatus eſt, immo auxiliabitur ei. Et ſi dominus octauæ qui ſignificat ſubſtantiā latronis, fuerit iunctus domino undecimæ, qui ſignificat ſubſtantiā poteſtatis, ſignificat ꝙ rector accipiet pecuniā à latrone & adiuuabit eum. Si aūt iunctus fuerit dominus ſecūdæ domino undecimæ, ſignificat ꝙ rector accipiet pecuniam ab interrogante, ut procedat cōtra latronē, & procedet illa de cauſa. Si quidē fuerit iunctus dominus ſeptimæ domino tertiæ uel domino nonæ, uel ſi fuerit in tertia uel in nona, ſignificat latronem exiuiſſe de regione illa, uel ſi fuerit in tertia, tunc eſt in itinere ut exeat regionem, & iam appropinquauit cōfinibus regionis. Si eſt iunct⁹ domino tertię, iam penitus exiuit regionē. Si eſt in nona, uel iunctus domino nonæ, iam elōgatus eſt multū à regiōe illa uerſus illā partē quā dixi tibi ſuperius cū inquirerē de fugitiuo. Si aūt fuerit dn̄s ſeptimę in aliquo angulorū, nondū exiuit latro de terra ſeu regione illa. Et ſi inueneris latronē exiuiſſe de terra ſeu regione illa, uide utrū mali Planetę an fortunę iungant dn̄o ſeptimę, quia ſi mali iungunt ei uel ipſe malus, male cedet ei in itinere fugæ ſuę: quia ſi fuerit Mars, incidet in abſciſſores uiarū, q auferēt ei quod portat, & percutiēt eum, & fortè ꝙ effundent eius ſanguinē. Si fuerit Saturnus, incidet in latrones q furabunt ei quod portat. Et ſi fuerit cōbuſt⁹ in aliqua domorū prædictarū, ſignificator latronis in terra ſcilicet aut nona, & fuerit de Planetis ſuperiorib⁹, & fuerit ante Solē: uel de inferiorib⁹, & fuerit poſt Solē: uel de Inferioribus & ipſe ante Solē retrograd⁹, ſignificat ꝙ occurret ei in uia labor et triſtitia & anguſtia et infirmitas, quæ erit occaſio ablationis & perditionis eius q̄d portat. Similiter ſi Luna fuerit iuncta malis, ſignificat ablationē ſubſtantiæ. Si uero fortunæ iungant ei, & ipſæ fuerint liberę ab impedimētis, ſignificat quòd bene cadet ei In fuga ſua, & in itinere ſuo, niſi fortuna quæ iungit dn̄o ſeptimæ fuerit impedita retrogradatione uel caſu uel cōbuſtione, quia ſignificat amiſſionē eius quod ſecū portat fugiens ille. Veruntamen ſi illa fortuna impedita fuerit, tunc iuncta alteri fortunę quę ſit in prima uel in decima, nec ſit impedita, ſignificat ꝙ ille qui Inſequitur latronē, auferet ſubſtantiam latroni: quia dimittet eam cū uiderit ipſum euntē poſt ſe ſed nō permitter ſe capi. Et ſimilr̄ ſi Sol uel Luna aſpexerint, tunc ſignificatorē latronis uel ſignificatorē ſubſtantiæ illius à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat ꝙ interrogator reinueniet rem furatā. Illud idē dicendum eſt ſi fuerit Sol uel Luna in prima uel in decima. Similiter & ſi aſpexerint ſe Sol & Luna à trino uel ſextili aſpectu. Si aūt aſpexerint ſe ex oppoſitione uel ex quarto aſpectu, ſignificat inuentio rei perditæ, ſed nō niſi poſtquā deſperauerit, quærens poſſe inuenire ulterius rem illam. Et erit inuentio rei furatæ ſeu aliter amiſſæ poſtquā Sol et Luna ſeparati fuerint à parte fortunæ aut fuerint ei uel unus eorum corporaliter iunctus & uide quot gradibus diſtet luminare quod eſt magis propinquum parti fortunæ ab ea hoc eſt, ſi fuerit pars fortunæ in angulo, erit inuētio infra tot dies quot gradibus diſtat luminare à parte fortunæ, uel infra tot hebdomadas Et ſi fuerit in ſuccedēti, erit infra tot hebdomadas uel menſes. Et ſi fuerit cadenti, erit infra tot menſes uel annos. & Inuentio quæ fit per ſignificationem Solis feſtinat plus quàm illa quæ fit per ſignificationem Lunæ: & illa quæ fit per ſignificationem Lunæ tardat plus quàm illa quæ fit per ſignificationem Solis. Si uero non inueneris quòd Sol uel Luna aſpiciat primam, nec aſpiciant ſe inuicem aliquo aſpectu: nec aſpexerit aliquis eorum partem fortunæ, ſignificat hoc quòd latro non inuenitur, nec pandetur in perpetuum nec reinuenietur furtum ſeu res perdita, per aliquem modum, nec per aliquem laborem, nec per aliquam Inquiſitionem quæ fieri poſſit per quærētem uel per aliquem pro eo.

Vtrum

Vtrum inueniatur res perdita. Caput XIII.

ET ſi quæreret aliquis aliquando à te abſolute, de re amiſſa ſeu furata, & forte quòd faciat mentionem de ipſa per modum latrocinij, & forte quòd nõ. ſed dicet, uide ſuper quadam mea re quam amiſi, utrum reinueniam eam an non, & uolueris ei aſpicere ſiue ſit res furata ſiue non, ſiue aliter amiſſa: debes tunc uidere dominum primi, & ſignificatorem ſcilicet Lunam, ſi ambo fuerint iunctũ domino ſecundæ ab aſcendente qui eſt ſignificator ſubſtantiæ, ſignificat inuentorem rei perditæ uelociter & cum pauco labore. Si uero unus eorũ tantum ſcilicet dominus primæ uel Luna iunctus fuerit domino ſecundę, ſignificat inuentionem rei ablatæ, ſed nõ ita leuiter, ſicut quando aſpiciunt ambo. Si uero non fuerit aliquis eorum iunctus domino ſecundæ, nec ipſe ei. uide tũc ſi aliquis Planeta trãſfert lumen unius eorum ad alterum, ſignificat ſimiliter quòd inueniet ille rem de qua interrogat. Et ſi non fuerit Planeta qui transferat lumen inter eos, ſed eſt aliquis qui eſt põderoſior ꝙ dominus primæ & dominus ſecundæ, cui ambo iunguntur & ipſe recipit lumen utriuſq;, ſignificat inuentionẽ rei quęſitæ. Similiter etiam ſi dominus ſecundæ fuerit in ſecunda, qui habet cuſtodire ſubſtantiam, uel aſpexerit illam à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat inuentionem rei amiſſæ, ſed cum dilatione & inuolutione, & cura & ſollicitudine quærentis. Et ſi non inueneris dominum ſecundæ in ſecunda, ſed fuerit alius Planeta in ſecunda, & dominus ſecundæ iunctus fuerit ei uel ipſe illi, ſignificat inuentionem rei quæſitæ, ſiue per corpus ſiue per aſpectũ ſit illa coniunctio. Si autem non fuerit dominus ſecundę in ſecunda, nec fuerit ibi Planeta quem ipſe aſpiciat, nec aſpexerit ipſe à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat amiſſionẽ rei quæſitę & ꝙ non recuperabit. Prętereа ſi inueneris dominũ 8. ab aſcendente iunctũ domino 7. nõ recuperabit rem amiſſam: quoniã ſignificat ille quòd ille qui habet eam, ſiue ſit latro ſiue ſit alius ad quã res ipſa peruenerit, appropriauerit eam ſibi. Et illud idẽ dicas ſi dominus ſeptimæ fuerit iunctus domino ſecundæ, uel ipſe illi, ſine coniunctione domini aſcendentis uel Lunæ: quaſi dominus primæ uel Luna aſpexerint eos, tunc ſic ſibi inuicem iunctos ſignificarent reinuentionem rei quæſitæ, licet cum lite atq; controuerſia. Et ſi dominus octauæ iungitur domino ſecundæ, ſignificat ꝙ quærens recuperabit rem amiſſam: quoniam coniunctio domini octauæ, ſignificat quòd ſubſtantia latronis ſiue illius qui habet rem quærentis, tranſibit in ſubſtantiam interrogantis, & fiet ſua ſicut hactenus fuit. Et ſi fuerit inde litigium, quòd quærẽs obtinebit & recuperabit. Et ſi non recuperaretur eadem res, caperet de bonis latronis ſeu alterius aduerſarij tantum, quòd ualeret rem ſuam, & ſatisfieret ſibi de re perdita, & maxime atq; ſecurius ſi dominus primæ aſpiceret tunc dominum octauæ uel ſecundæ. Et ſi aſpexerit tũc dominus decimę domus, ſignificat quòd poteſtas ſeu iudex ſiue rector accipiet res illas, & peruenient in manus ſuas, & ſpem faciet inde quod ſibi uidebitur faciẽdum. Si autem dominus octauæ domus iungeretur, tunc domino decimæ domus, ſignificat ꝙ latro ſeu aduerſarius dabit poteſtati ſeu rectori pecuniam, ut ipſe nõ noceat ei, ſed potius ſit ſibi in adiutorium. Deinde proſpice & uide ſi dominus ſecundæ nõ fuerit iunctus domino primæ, nec dominus octauæ, ſignificat ꝙ res illa de qua fit interrogatio ſit penitus amiſſa & ꝙ non recuperabitur de cætero, immo quaſi pro nihilo ducetur. Deinde aſpice ſi dominus ſecundæ fuerit iunctus cum domino tertię uel cum domino nonæ uel cum aliquo Planeta exiſtente in eis uel fuerit ipſe in eis, ſignificat quòd ille qui furatus eſt rem, ſeu ſubſtantiã illam, uel ille ad quem peruenerit portauerit eam extra terram illam ad aliam. Deinde aſpice ſi Sol & Luna fuerint ambo ſub terra hora quæſtionis, ſeu hora qua res non fuerit ablata, ſignificat quòd res non recuperabitur per aliquem modum, nec poterit recuperari: nec ſcietur latro, nec ſcietur res perdita, nec ſcietur qui eam habuit. Deinde aſpice ſi dominus aſcẽdentis & Luna fuerint ambo in aſcendente, & Sol aſpexerit eos ex trino uel ſextili aſpectu, ſignificat quòd res illa de qua quæritur reinueniet in prima die in qua fuerit ablata uel amiſſa. Si uero aſpexerit Sol ex quarto aſpectu, inuenietur in illa hebdomada. Si autem aſpexerit ex oppoſitione, inueniet in illo menſe, & reuertetur ad dominũ ſuum. Idem intellige de qualibet re quocunq; modo fuerit amiſſa uel ablata.

Si latro uel habens rem perditam ſit de familia uel de quibus conditionibus ipſe ſit. Cap. XIIII.

QVod ſi ſuſpicetur quærens utrum fur uel ille qui habet rem quæſitã ſit de familia, uel de quibus ipſe ſit, & uoluerit à te ſcire illud: uide ſi Sol & Luna ambo ſimul & ſemel aſpiciunt aſcendens, uel fuerit dominus aſcendentis in aſcendente, uel fuerit alicui iunctus corporaliter, uel cum domino ſeptimæ, uel fuerint Sol & Luna in domibus proprijs, uel fuerint in domibus domini aſcendentis, & aſpexerint aſcendens uel eius dominum: uel fuerit dominus aſcẽdentis remotus à gradu cuſpidis aſcendentis: & alius Planeta fuerit cum eo in eodem ſigno, ita quòd ſit magis prope gradum aſcendentis, ſignificat quòd latro uel qui rem perditã habet, ſit de familiaribus domus. Si uero non fuerit de ambobus luminaribus, quod dixi tibi, ſed fuerit de uno eorum tantum, non erit de familiaribus domus, ſed erit domeſticus & natus in domo illa in qua eſt perdita res uel furata. Et ſi fuerit Sol & Luna in triplicitatibus ſuis, erit fur de illis qui attinent domino rei ex parentela, ſed non habitat in domo cum ipſo. Si autẽ fuerint luminaria in terminis uel faciebus ſuis nõ erit latro de habitatoribus domus: ſed eſt familiaris habitatoribus domus, & plus alijs familiaris ꝙ domino domus, tamen ei eſt notus: & ipſe utitur cum eis frequenter, ita ꝙ creditur quòd ſit cõſanguineus familiariorũ. Si autem aſpexerint luminaria aſcendens, & non aſpexerint ſeptimam, non intrauerat latro domum illam aliqua uice, ſed tunc intrauit primo quando furatus eſt ſubſtantiã quæſitam. Sed ſi aliquod ex luminaribus eſſet in ſigno cõmuni, ſignificat ꝙ iam intrauerat latro alia uice domum illam. ſed non cauſa furandi: & ſciuerunt illi de domo quãdo intrauit illa uice fur ille. Si uero ſignificator furis, q eſt dñs ſeptimę ab aſcẽdẽte fuerit in terra à prima ꝙ eſt nona à ſeptima, ſignificat ꝙ fur ille non ſit de terra illa, ſed de alia remota ab illa.

ab illa. Si uero fuerit ſignificator latronis in duodecima ab aſcendente quæ eſt ſexta à domo ſua, erit latro ſeruus. Et ſi fuerit in nona à ſeptima quæ eſt tertia ab aſcendente, & fuit latro iam religioſus. Et ſi fuerit in quarta ab aſcendente quę eſt decima à ſeptima, fuit iã habens officia regis. Et ſi fuerit in undecima quæ eſt quinta à ſeptima, fuit de familiaribus regis, uel poteſtatis uel alterius magnatis, de his ſcilicet qui ſunt apti regno. Et ſi fuerit in aliqua domorum ſuarum, erit uir qui conſueuit habere de ſuo: ſed nunc eſt indigens, & uerecundatur laborare ut lucretur. Et ſi fuerit in exaltatione ſua, ſignificat quòd latro ſit nobilis: ſed propter paupertatem cogitur furari, quoniam erubeſcit mendicare uel alio modo laborare, ut acquirat. Et ſi fuerit in aliqua ex dignitatibus minoribus, termino ſcilicet aut triplicitate ſeu facie, nõ erit multum notus in ciuitate illa, ſed erit notus in contrata qua moratur ſeu uicinia. Poſtquàm uero noueris, quòd ſit de familia quærentis, ſeu de habitatoribus domus ſuæ dixit Zael quòd ſi fuerit Sol ſignificator latronis, quòd erit pater quęrẽtis. Si uero Luna fuerit ſignificatrix, quòd erit mater quærentis. Et ſi fuerit Venus, erit uxor eius. Et ſi fuerit Saturnus erit ſeruus eius uel peregrinus. Et ſi fuerit Iupiter, erit nobilior omnibus qui ſunt in domo & de quo nulla ſuſpicio fuit habita. Et ſi fuerit Mars, erit filius uel filia uel frater eius. Et ſi fuerit Mercurius erit ex amicis familiaribus. Deinde dixit Zael, quòd ſi fuerit ſignificator latronis peregrinus, quòd aſpicias partẽ fortunæ, ſi fuerit libera à malis latro ille ante hanc uicem nihil furatus eſt. ſimiliter ſi fuerit dominus aſcẽdentis liber à malis. Et ſi fuerit Mars ſeparatus à domino ſeptimæ notus fuit in furto ab eis ante hoc. Deinde dixit, quòd ſi aſpexerit Saturnus Lunã aut aſcendens, latro ille cum calliditate & ingenio furatus eſt. Et ſi Iupiter fuerit ſignificator latronis nõ intrauit ut furaretur: ſed intrauit cauſa alterius negocij, accidit'q; ei latrocinium & furatus eſt. Et dixit ſi uero Mars fuerit ſignificator latronis, non peruenit ad latrociniũ donec perforauit domum aut fodit parietem domus, in qua erat ſubſtantia aut fregit ſeras uel portam uel inuenit clauem. Et ſi fuerit Venus ſignificatrix, ſignificat amicitatem, ſecuritatẽ quoq; & eius audaciam inter eos dum intraret ad ſermocinationem, ſuſcipiens imaginem & ſimilitudinẽ amici uiſitantis, & ſic furatus eſt eis. Et ſi fuerit Mercurius ſignificator, intrauit latro domũ cum ingenijs & calliditate uel aliqua arte. Et dixit, nam Sol & Luna cum aſpexerint aſcendens, erit latro ex habitatoribus domus. Et ſi ſignificator latronis fuerit fortuna, erit liber & ſi fuerit malus erit ſeru⁹.

De ætate latronis. Et dixit ſi Venus fuerit ſignificatrix latronis, erit iuuenis uel puella, & Mercurius minoris ætatis eſt quàm Venus. Et fuerit Mars ſignificator latronis, erit iuuenis collectus à perfectione iuuentutis plus Saturno, id eſt plus iuuenis. Iupiter uero maior eſt Marte. Et ſi fuerit Saturnus, erit ſenex decrepitus. Si autem fuerit orientalis erit perfectæ ętatis. Et ſi Luna fuerit ſignificatrix, & fuerit in initio menſis, erit iuuenis. Et ſi fuerit in medio menſis, erit mediæ ætatis, id eſt perfectus uir. Et ſi fuerit in fine menſis, erit ſenex. Si uero Sol fuerit ſignificator. & fuerit inter aſcẽdens & medium cœli, erit latro ætate iuuenis & ita non ceſſabis augmentari donec peruenias ad angulum terræ, quia hic locus eſt finis uitæ.

De loco latrocinij. *Caput* XV.

ET ſi fueris interrogatus, uel per teipſum ſcire uolueris, in quo loco ſit depoſitũ ſiue abſconſum furtum, conſidera tunc domum quartã, quæ habet ſignificare omnia abſcondita, & uide quod ſignum ſit quartæ domus: quia ſi fuerit Aries uel Leo uel Sagittarius, erit abſconſum furtũ in ſtabulo uel in alio loco ubi morantur animalia. Si fuerit Aries, erit in loco animalium domeſticorũ minutorum, quæ comeduntur, ut oues, porci, & ſimilia. Si fuerit Leo in loco animalium mordentium domeſticorũ, quæ non comeduntur, ut ſunt canes: uel ſylueſtrium mordentium tanquam domeſtica, ut ſunt lupi, leones, & ſimilia. Si fuerit Sagittarius, erit in loco animaliũ quæ equitantur, ſicut in ſtabulis equorum. Et ſi fuerit Taurus uel Virgo uel Capricornus, erit in ſtabulo equorum uel in alio loco in quo morantur animalia magna, quę comeduntur & mactantur, ut ſunt boues, & ſimilia. Et ſi fuerit Virgo uel Capricornus, erit in loco in quo morantur equi, aſini, muli, uel cameli, & ſimilia quæ nõ mactantur uel quæ nõ comeduntur. Et habet etiam ſignificare Virgo horrea & illa maxime, quæ ſunt ſub terra, ut foueæ: uel prope terram, ut ſunt uegetes archæ, & ſimilia in quibus blada reponuntur. Et ſimiliter Capricornus, ſignificat locum caprarum uel ouium ſimul, & ſimilia. Et ſi fuerit Gemini, aut Libra, aut Aquarius, erit in domo. Si fuerit Gemini erit in pariete ſeu muro domus. Et ſi locus quartæ domus fuerit Libra, erit res furata propinqua tecto domus. Et ſi fuerit Aquarius erit iuxta hoſtium, uel ſupra hoſtium domus, ſeu portam in locis altioribus. Et ſi fuerit Cancer uel Scorpio uel Piſces, erit locus furti prope aquas. Si fuerit Cancer, erit prope puteum, uel ſtagnatorium ſeu ciſternam. Si fuerit Scorpio erit prope locum in quo morantur ſiue proijciuntur aquæ immundæ. Si fuerit Piſces erit locus qui ſemper quaſi manet madefactus. Præterea dixit Zael quòd ſi inueniſti quòd furtum ſit in domo & uolueris ſcire locum eius ex domo aſpice dominum quartæ & Planetã qui fuerit ibidem. Si fuerit Saturnus erit in latrina domus & in loco longiori ac profundiori. Et ſi fuerit Iupiter, ſignificat locum nemoris oratorium. Et Mars ſignificat coquinam & locum ignis. Et Sol ſignificat clauſtrum domus, & locum ſeſſionis domini domus. Venus uero ſignificat locum ſeſſionis mulieris. Et Mercurius locum ædificij depicti & librarũ, aut locum annonæ, & maxime in Virgine. Et ſi fuerit Luna, erit infra puteum uel ciſternã ſeu lauatorium. Et dicit. & ſcito quòd fortunæ cum fuerint in quarta aſcendẽte, erit furtum in loco mũdo, & pulchro & iam cõmiſſum eſt cuidam nobili. Et ſi fuerint ibi mali, erit in loco horrẽdo & fœtido, & iã cõmiſſum eſt cuidã ignobili.

¶ De numero rerũ furatarũ, ſi ſunt una uel plures.

ET ſi uolueris ſcire, utrum ſit una res illa quæ eſt furata uel ſint plures: dixit Zael quòd debes uidere ſigna quæ fuerint inter Lunam & Mercurium, utrum ſint paria uel imparia: quoniam ſi ſunt paria, illud futurum eſt res de pluribus rebus facta, quæ ſunt ſimul conglutinatæ uel ſunt plus

una

una re. Si uero fuerint inter eos ſigna imparia, erit res una.

Si ille de quo ſuſpicatur eſt latro an non.
Caput XVI.

ET ſi fuerit aliquando ſicut pluries accidit aliquis uir accuſatus, quòd ſit latro uel ſit captus, uel alias detentus ea occaſione, quòd dicatur ipſum eſſe furem: & uolueris ſcire utrum ſit culpandus aut non, ſi eſt tibi facta quæſtio de hoc, uel aſſumpſiſti horam per temetipſum, aſpice aſcendens & dominum eius atque Lunam quæ habet multum facere in hoc, & conſidera eam, primo quoniam ſi ipſa fuerit iuncta fortunis ſiue recepeſint eam ſiue non, nõ erit latro. Si uero iuncta fuerit malis, erit latro ſiue recepta fuerit ſiue non. Si uero dominus aſcendentis fuerit in angulo, nec fuerit iunctus Planetę cadenti ab angulo, ſignificat quòd ſit uerum quod dicitur de ipſo. Si uero fuerit dominus aſcendentis in angulo, & fuerit iunctus Planetæ cadenti ab angulo, qui non recipiat eum, fuit iam aliquando dictum aliquid mali de ipſo, ſed nõ fuit ita ueritas. Et ſi fuerit dominus aſcẽdentis, quoniam in iſto caſu aſcẽdens datur furi in cadenti, nec fuerit iunctus Planetæ in angulo qui eum recipiat, falſum eſt quod dicitur de illo detento. Si autem fuerit aſcendens ſignum mobile, erit falſum quod dicitur de ipſo, & multo fortius ſi aliquis malus Planeta aſpiciat tunc aſcendens, & eo fortius ſi fuerit ibi Cauda draconis. Et etiam ſi inueneris Lunam uacuam curſu, annuncia ipſum ex toto non culpabilem. Similiter & ſi fuerit Luna iuncta Planetæ cadenti, ſiue fuerit recepta ab illo Planeta cadenti ſiue non. Si uero fuerint quatuor anguli, ſigna fixa, uerum eſt quod dicitur de ipſo & eſt latro. Et ſi fuerit Luna iuncta Planetæ in angulo, ſimiliter ſignificat quòd ſit uerum quod dicitur de illo detento & maxime ſi ipſa uel Planeta cui ipſa iungitur, fuerit in decima domo: & etiam ſi ipſa fuerit in angulo, & fuerit impedita, ſignificat falſitatem eius quod obijcitur ſibi. Et ſi uolueris ſcire utrum ipſe ſit furatus aliquid præter illam uicem de qua ipſe accuſatur: uide quis ſignificatorum ſit fortior, dominus ſcilicet aſcendentis uel Luna, quoniam in tali caſu datur prima & eius dominus & Luna illi de quo quis ſuſpicatur malum: & uide quis eorum ſit fortior & aſpice ſi ſit ſeparatus ab aliquo malo: ſiue iũgatur fortunæ ſiue malo, ſignificat quòd iam fuerit aliquid furatus præter uicẽ illam. Et ſi non fuerit ſeparatus à malo, ſed fuerit ſeparatus à domino ſecundæ quæ eſt domus ſubſtantiæ ſiue fortuna fuerit ſiue malus, ſignificat quòd iam furatus eſt aliquid alia uice. Et ſi fuerit dominus ſecundæ fortuna, non perſeuerauit in latrocinio: ſed ſi fuerit malus perſeuerauit in latrocinio. Si uero ſeparatus fuerit malus perſeuerauit in latrocinio. Si uero ſeparatus fuerit à fortunis, ſiue iungatur fortunis ſiue non, nunquam fuit aliquid furatus adhuc, niſi illa fortuna ſit dominus ſecundæ ab aſcendente: quoniam tunc ſignificat quòd iam aliquando furatus eſt aliquid & eo fortius ſi dominus aſcendẽtis poſt ſeparationem à domino ſecundæ alicui malo iungatur.

Quales res ſint illæ quæ ſunt furatæ.
Caput XVII.

SI uolueris ſcire quales res ſint illæ quæ ſunt furatæ: aſpice aſcendens & Lunam. & uide ubi ipſa ſit, ſcilicet in quo ſigno & in quo gradu euſdem ſigni, & uide in termino cuius Planetæ ceciderit ille gradus, qui ſi fuerit in termino Saturni, & ipſe fuerit in aſcendente, uel in decima in ſigno terreo, erit res illa de illis quæ pertinent ad aptationem terræ quæ ſunt de materia ferri, ſicut ſunt uomeres, ligones, motoria bidenna, & ſimilia. Si uero fuerit Saturnus in ſeptima uel quarta, erunt alia ferramenta cum quibus ſcilicet efficiuntur opera grauia, ut eſt inciſio lapidum, & ſimilia: uel erit claua ferrea, uel aliquod ſupradictum plumbatum: uel erit ipſum plumbum uel cuprum, & ſimilia: & ſimiliter ſi fuerit cadens ab aſcendente, & ab alijs angulis: & ſi aſpexerit eum Sol uel Luna, tunc erunt arma ferrea, grauia, lucida, polita, cum aliquali rubigine, & ſimilia. Si uero nõ fuerit Saturnus ita, ſed fuerit cadens ab aſcendente, ita quòd non aſpiciat illud, nec aſpiciat Sol uel Luna & maxime ſi fuerit in Ariete, ſignificat quòd res furata ſit pauci ualoris, & ſit de illis rebus quæ ſpectant ad archimãdritas: uel ſunt ibi arma uilia, & parum ualẽtia, ut cultelli ueteres, & enſes & ſimilia, cum quibus cõſueuit fundi ſanguis, & ſimilia. Si autem fuerit Saturnus in Geminis erit res illa diuerſarum materierũ & ſpecierum nec tamen uidebitur quòd ſint res caræ niſi alius aſpiciat Saturnum. Nam ſi Iupiter aſpexerit eum ex prima, uel decima domo, ſignificat quòd pars illarum rerum furatarũ ſit aurũ, aliæ ſint res uiles. Et ſi fuerit Iupiter in ſeptima uel quarta, & aſpexerit Saturnum, erit pars rerum furatarum argentũ, aliæ erunt res uiles & pauci ualoris. Si uero fuerit gradus in quo fuerit Luna de termino Iouis, uidendum eſt tunc quis & quomodo aſpiciat eam: quoniam ſi fuerit in Ariete uel in alio ſigno igneo, & aſpexerit eam Iupiter à domo uel à decima, erit opus deauratum ſeu ex auro factũ. Si aſpexerit eam Sol erit aurum rude, hoc eſt, non laboratum. Si aſpexerit eam aliquis eorum à ſeptima uel à quarta, erit argentum uel res de argento facta. Quod ſi Venus aſpexerit Iouem à quocunq; aſpectu & Iupiter in termino eius, erunt res ualde caræ, ſicut ſunt margaritæ, & alij lapides precioſi. Si uero Iupiter in Tauro uel in alio ſigno terreo fuerit, ſignificat ꝙ res furata ſit ueſtimentum carum & nobile. Si autem fuerit in Geminis uel in alio ſigno aereo, erit res illa animal & equus, mulus, bos, & ſimilia.

Si autem fuerit Iupiter in Cancro uel in aliquo ſigno aquatico, erit res quæ ſit extracta de aqua, ut margarita, & ſimilia. Et dixit Zael, quòd ſi fuerit Luna in termino Martis, iam tranſiuit ipſa res per ignem uel qualicunq; modo tetigit ignis eam. Si uero Luna aſpexerit Venerem, iam operata eſt in ea tinctura. Et ſi fuerit Luna in termino Veneris in Ariete uel in eius triplicitate, erit aurum uel argentũ. Et ſi fuerit in Tauro & eius triplicitate, aut in Cancro & eius triplicitate, erit ueſtimẽtum ornatum aut abonaſim quod eſt genus ueſtimenti ſerici precioſi, uarijs coloribus ac diuerſis picturis contextum.

Et dixit, quòd ſcies bonitatem & pulchritudinem

rei à

rei à loco Veneris in ſignis. Quod ſi fuerit in Geminis & eius triplicitate, non erit res illa ex ſubſtantijs animalium. Et dixit quòd ſi fuerit Venus egreſſa de ſub radijs Solis, erit res noua. Si uero retrograda fuerit aut in fine curſus ſui, aut diminuta numero, erit res uetera & iam indurata. Et dixit, quòd ſi fuerit in termino Mercurij, erunt libri. Et ſi fuerit in Ariete & eius triplicitate, erunt nummi accepti de loculo uel alio uaſe quod ſit coopertum de corio rubeo. Et dixit, quòd ſi fuerit in Geminis & eius triplicitate, erunt ipſi nummi. Vide ſimiliter in quo ſigno ſit Luna, quæ ſi fuerit in Ariete, ſignificat quòd res furata ſit de rebus quę portantur in capite. quoniam ſi fuerint arma, erunt galeæ de chalybe uel corijs pictis. Et ſi nõ fuerint arma, & fuerint de rebus quæ pertinent ad mulieres, erunt ſerta, uittæ & alia ornamẽta capitis quæ pertinent ad ornamenta mulierum. Et ſi fuerit in Tauro, erunt res precioſę ſcilicet monilia, & alia ornamenta quibus ornant collum. Et ſi fuerit in Geminis, erunt ornamẽta brachiorum & manuum, aut annuli, & ſimilia. Et ſi aſpexerit tunc Mercurius eam, erunt nummi uel alij theſauri depicti, in quibus ſunt figuræ hominum ſculptæ. Et ſi non aſpexerit eam Mercurius, erunt res coreorum depictorum, in quibus ſunt ſimiliter figuræ depictæ. Et ſi fuerit tunc Luna in Cãcro, erit res extracta de aqua uel erit res quæ naturaliter eſt humida. Et ſi fuerit in Leone, erit res laborata cum auro, uel erit ferrum brunitum uel aurichalcum. Et ſi aſpexerit eam Sol, erit aurum ſine picturis. Si autem fuerit in Virgine, erunt ueſtimenta laborata cum metallis. Et ſi aſpexerit eam Mercurius erit moneta in qua erit ſculpta figura hominis. Et ſi fuerit in Libra, erunt bilances. Et ſi aſpexerit eam Venus, erit res quæ facit ad ornamenta mulierum, & eſt redolens ex rebus & ſpeciebus miſſis in eam.

Et ſi fuerit Luna in Scorpione, erit æs uel opus de aurichalco, uel de ære deauratũ & eſt brunitum uel ſplendidũ. Et ſi aſpexerit eam Mars, ſignificat quòd ſit aurum uel argentum rude. Et ſi fuerit in Sagittario, erit res uaria ſeu uariorum colorum uel diuerſarum ſubſtantiarum iunctarum in unam quæ ſunt maioris apparentię quàm ualoris. Si autem aſpexerit Iupiter Lunã, erit res (ut dixi) uaria, ſed erit precioſa. Et ſi fuerit in Capricorno erunt res uiles, & in uili loco inuentæ. Et ſi Saturnus tunc aſpexerit Lunam, erit res pauci ualoris quaſi ſimilis terræ uel de terra facta, & poſſet eſſe cuprum uel brunzum. Et ſi fuerit Luna in Aquario, erit res quæ fuit extracta de aliquo animali, ſicut eſt quidam lapis qui grapaldina uocatur, qui dicitur extrahi de capite ruſpi ueteris. Et ſi aſpexerit eam Iupiter, erit aurum uel argentum laboratum uel nuper de minera extractum. Si autem aſpexerit Sol Lunam, erit aurum rude. Et ſi aſpexerit eam Mercurius aut Venus, erit argentũm. Si uero aſpexerint eam Sol & Mercurius ſimul, erunt monetæ inuolutæ in aliquo corio, marſupio, ſcilicet aut funda, & ſimilib⁹. Et ſi fuerit in Piſcibus, erit ſeta uel ſericum uel opus de ſeta uel ſerico factum. Si quidem aſpexerit eam Iupiter, erunt res precioſæ extractæ de aqua, ſicut margaritæ ambrã, & ſimilia.

A quibus domibus requirantur res furatæ.

Dixit quidam ex modernis, conſiderabis cuius maneriei ſint res amiſſæ ſeu furatæ, quoniam quælibet earum non requiritur ab una domo, ſed à diuerſis ſecundum diuerſitatem rerum. Fuerunt enim quidã, ut ipſe dixit, qui uoluerunt dicere quòd quęlibet res furata requireretur à decima domo ſed non eſt ita nam res requiruntur ſecundum quòd ſignificantur à domibus. Dixit enim, ſi fuerit res furata de familiaribus alicuius, requiritur à ſecunda. Et ſi fuerit frater uel ſoror eius uel alius ex conſanguineis, requiritur à tertia. Et ſi fuerit pater uel au⁹ uel ſocer, requiritur à quarta. Et ſi fuerit filius uel alia res delectabilis, ut ſunt zonæ uel cingula muliebria, uel aliquid ſimile, requiritur à quinta. Et ſi fuerint arma uel lorica uel ſimilia, uel aliquod paruum animal, requiritur à ſexta. Et ſi fuerit uxor uel amaſia, requiritur à ſeptima. Et ſi fuerit res dotalis uel ſubſtantia dotalis, uel res depoſita, requiritur ab octaua. Et ſi fuerit clericus uel religioſus, requiritur à nona. Et ſi fuerit cenſus regis uel alicuius communitatis, requiritur ab undecima. Et ſi fuerit magnũ animal uel aliquis incarceratus, requiritur à duodecima. Si autem fuerint denarij uel libri uel granum uel oleum aut ſimilia, requiruntur à decima, & hoc ſecundum ſpecialitatem à prædictis domibus & eorum dominis. Similiter tamen quælibet res ſi fuerit de bonis quærentis, poteſt requiri à ſecunda & eius domino.

Figura furis. *Caput* XVIII.

Albumaſar fecit lõgũ ſermonẽ de hoc quod dictum eſt ſuprà, de qualitate rerũ furatarũ: ſed ego nõ facio magnã uim in hoc qa ſatis eſt dictũ ſuperius per Zaelem: & ego addidi quod mihi uiſum fuit addendum, ita quòd ſatis poteſt tibi ſufficere: quoniam non eſt ita magna utilitas in eo. ſed potius aliqualis fama, ut uideatur quis aliquid ſcire. Vnde ad uitandum nimiam prolixitatẽ, uidetur mihi potius dicendum illud quod dici poteſt de forma furis, & eius qualitate & eſt ut aſpicias ſeptimam domum quæ habet ſignificare latronẽ: & uide cuius plurimæ facies ſit gradus ſeptimæ domus, quia per illum poterit ſcire formam ſeu qualitatem furis. Nam ſi fuerit domus ſignificans latronem, prima facies Arietis, ſignificat quòd latro ſit homo bruni coloris, & ſit indutus quando furatus eſt ueſtimentis pertinentibus potius ad album colorem, quàm ad alium. Et ſi fuerit ſecunda facies Arietis, ſignificat quòd fur ſit mulier quæ habebat tunc indumenta pertinentia potius ad rubeum colorem quàm ad alium. Et ſi fuerit tertia facies eius, ſignificat quòd fur ſit habens colorem pallidum & habens capillos rubeos uel quaſi rubeos. Et ſi fuerit prima facies Tauri, ſignificat duos uiros. unũ habentem uiſum acutum. & habentem promptitudinem & alium male indutum. Et ſi fuerit ſecunda facies Tauri, ſignificat ſimiliter uirum male atq; uiliter indutum, & habuit clauẽ in manu. Et ſi fuerit tertia facies eius, ſignificat quòd fures erunt tres latrones, quorum unus nouit exorcizare ſerpentes & ſimilia. & alter eſt ſagittator. Et ſi fuerit prima fa-

De ſocietate contrahenda inter aliquos & eorum participatione.

Cap. XIX.

SI quis cum aliquo ſocietatem contrahere uolens, utrum ſit ei utile an non, à te procuratus fuerit, atque ſuper hoc tibi mouerit quæſtionem, & tu ſibi exinde ſatisfacere uolueris hora quæſtionis, primam domum dabis illi cuius ſocietatem interrogator affectat, Lunam quoque fac participem utriuſq;. A domo uero decima poterit ſcire qui futurum ſit ei ex illa ſocietate quam contrahere intendit. Ad quem finem ex ſocietate perueniet ſcies à quarta domo & à Planeta, cui tunc Luna iungetur. licet tamen Luna ſit magis ex parte quærentis quàm ex parte quæſiti, tamen Planeta cui ipſa tunc iungitur, ſignificat pro utroq;: ſed minus pro quærente quàm pro illo cum quo intendit contrahere ſocietatem: Planeta uero à quo ipſa tunc ſeparetur uel eſt ſeparata, facit pro quærente plus quàm ipſe faciat pro quæſito. Et conſidera tunc hora ſcilicet quæſtionis, ſi dominus primæ qui eſt ſignificator quærentis et Luna fuerint in Ariete uel Cancro uel Libra uel Capricorno ſine receptione perfecta de domo ſcilicet uel de exaltatione, uel de duabus minoribus dignitatibus ſimul, ſignificat quod in illa ſocietate erit diſſidium & diſturbatio & poſtea rectificabitur & durabit ſocietas, ſed non erit in uere bona firmitate, nec erit bene utilis nec multum lucroſa. Si autem fuerint in Tauro uel Leone uel Scorpione ſeu Aquario, erit ſocietas illa durabilis & conſtans: nec tamen erit multum lucroſa, & quando ement aliquid non ueläociter uendent, immo ſtabit ſuper eos plus quàm ſit debita conſuetudo. Si uero fuerint in Geminis uel Virgine uel Sagittario uel Piſce, ſignificat quòd ſocietas illa erit utilis & bona & lucroſa, & quòd ſæpius reiterabit ſuum emere atque ſuum uendere, & quòd uendet expedite atque ueläociter ſuas mercationes, & erit ſecuritas & legalitas inter eos, & bonus animus & bona fides, nec erit inter eos fraus. Et ſi fuerit unus ſignificator, domus ſcilicet primæ, uel Luna in ſigno mobili: & alter in fixo uel communi, uel econtra, erunt ea quæ dixi tibi ſuprà non ex toto, immo ſecundum minus. Et ſi aſpexerint mali ſignificatores, ſcilicet dominum aſcendentis & dominum ſeptimæ, erit eorum ſocietas mala, & utetur unus falſitate contra alium, & deceptione, & non bene ſe habebit unus erga alium. Vnde aſpice ubi fuerint mali impedientes ſignificatores, ſcilicet dominum primæ & dominũ ſeptimæ, quoniam illa de cauſa ueniet diſſidium inter illos ſocios, quę habet ſignificari per domum illam in qua fuerint mali impedientes. Quod per unamquanque domum ſignificetur iam reiteratũ, eſt tibi tantum quòd ſatis potes ſcire. Et uide ſi aliquis malorum fuerit in prima ſiue impediat dominum primæ uel ſeptimæ, ſiue non: ſignificat quòd diſſidium & fraus ſiue deceptio atque iniuria & malitia uenit ex parte interrogantis. Si uero fuerit aliquis malorum in ſeptima, tunc ſignificat quòd ueniet ex parte illius cum quo intendit contrahere quærens ſocietatem, uel cum quo contraxit ſi facta eſt ſocietas: & quæſtio forte fuit facta quid futurum eſſet de ſocietate iam contracta. Præterea uide ſimiliter ſi Luna ſeparatur ab una fortuna & iungitur alteri, bene incipient ſocietatem, & cum dilectione finient eam ſimiliter, ſiue lucrentur, ſiue non lucrentur. Si uero ſeparata fuerit à bono & iuncta fuerit malo, bene & libenter incipient, ſed male finient eam & cum lite & diſcordia, niſi ille malus ſit bene diſpoſitus, & recipiat lunam receptione perfecta, ſicut dixi tibi ſuprà. Si uero ſeparata fuerit ab aliquo malo, & iuncta fuerit fortunæ malæ, libenter incipient eam, ſed bene finient & cum dilectione. Si autem fuerit obſeſſa Luna, ſcilicet quòd fuerit ſeparata ab uno malo & iuncta alteri fuerit malo, ſignificat quòd male incipient & male perſeuerabunt & male finient cum rixa & diſcordia. Et hæc omnia intelligas ſiue lucrentur ſiue non lucrentur: hoc inſpecto, quia ſi Luna iungeretur domino domus in qua fuerit, quoniam ipſe recipiet eam de domo ſua, tunc non impediret. Et ſemper conſidera iſtud, quia ſi Luna iungitur domino domus in qua fuerit, quòd ſocietas illa bene finietur & de plano & cum dilectione utriuſque ſociorum & lucro, ita quòd quilibet eorum ſtabit contentus & creder ſe bene feciſſe in ſocietate illa. Si autem non fuerit iuncta domino domus ſuæ, nec alicui fortunæ ex bono aſpectu, ſuſpicabitur unus ſociorum malum de altero, & alter de illo: & ita ſeparabuntur illa de cauſa. Et ſi mali Planetæ fuerint ſub terra, dixit Zael quòd ſeparabuntur propter malam æſtimationem quam habuerint erga ſe. Deinde aſpice domum decimam, & uide quis Planeta ſit in ea, quia ſi fuerint in ea fortunæ, quoniam ipſa eſt ſignificatrix eſſe ſocietatis, dic quòd habet ſignificare bonum & lucrum de quo gaudebunt & dicent ſe bene feciſſe. Si autem fuerint in ea mali, minuentur lucrum eorum, immo quaſi non lucrabuntur comparatione ſocietatis, ſed interueniet caſus qui ſoluit omne connexum, uidelicet qui fit morte quæ omnia ſoluit. Et illud poteſt ſciri, per hoc uidelicet, ſi Luna iungatur domino domus in qua fuerit, & iterum ambo iungantur malo Planetæ uel iungantur domino domus mortis, non ſeparabuntur niſi per mortem.

Cum aliqui iuerint ad aliquem uirum, utrum inueniatur ipſe an non.

Cap. XX.

SI quis ad aliquem profecturus, utrum eum inueniat an non, te interrogauerit, & illi ſuper tali quæſtione aſpicere uolueris: uide qualis perſona ſit ille ad quem ire intendit, utrum ſcilicet ſit rex uel prælatus uel alius religioſus, uel ſit alia perſona ſingularis. Si fuerit rex, uide ſi dominus decimæ domus fuerit in decima uel prima uel ſeptima uel quarta: quia ſignificat quod rex ſit in loco in quo ille intendit eum inuenire. Si uero fuerit dominus decimæ domus in tertia, & iter fuerit unius dietæ quod dicitur breue iter: uel fuerit in nona & iter fuerit multarum dietarum, quod dicitur longum iter, ſignificat quòd inueniet eum in uia, ſi fuerint iuncta ſimul dominus aſcendentis et dominus decimæ domus. Si autem fuerit in una

decima, uel ſecunda uel quinta uel octaua, ſignificat quòd non ſit in loco in quo quærens intendit, ſed non erit ita remotus ab illo loco quin poſſit eum inuenire cum inquiſitione ſua. Si autem fuerit dominus domus decimæ in ſexta uel 12. non inueniet eum, nec in tertia uel in nona ſine coniunctione uel aſpectu. Si autem fuerit clericus ille de quo interrogatur, & fuerit in prædictis locis, inueniet eum ſicut dictum eſt de rege. Si autem fuerit alius laicus ſingularis, aſpice tunc dominum ſeptimæ, qui ſi fuerit in ſeptima uel decima uel prima uel quarta, inueniet eum in loco in quo credit, niſi ipſe ſit iunctus Planetæ cadenti ab angulo, quia tunc non inueniet eum incontinenti, niſi primo quærat de ipſo inueniendo. Si autem fuerit dominus ſeptimæ in octaua uel undecima uel ſecunda uel quinta non inueniet eum in loco illo, ſed ibi prope non multum longe à loco æſtimato. Si autem fuerit in nona uel duodecima uel tertia uel ſexta, non inueniet eum in loco in quo credit nec ibi prope, & maxime ſi fuerit dominus ſeptimæ in ſexta uel duodecima. Si uero fuerit in tertia uel nona, & fuerint iuncti ſimul per corpus uel per aſpectum notum dominus ſeptimæ & dominus tertiæ uel nonæ ſignificat quòd inueniet uel occurret ei in uia.

De aliquo uolente ire in exercitum uel ad bellum, ſeu guerram incipere, ſiue dux ſiue alter, quicunque fuerit, utrum uincat aut non.

Caput XXI.

CVm inter aliquos fuerit aliqua guerra uel ſperatur quòd ſit futura, ſicut multotiens accidit, & uenerit ad te aliquis ex eis, & uolet à te certificari quid inde ſibi accidere poſſit, ſiue ſit rex ſiue imperator ſiue marchio ſiue dux ſiue comes uel poteſtas, uel quæuis alia perſona laicalis et clericalis, quæ gerat uicem laicalis, & quæ debeat præeſſe exercitui, ſiue nobilis ſit, ſiue popularis, aut ruſticus, dummodo ſit conductor exercitus ſeu unius partium alicuius guerrę, appellatur dux illius exercitus, ſeu guerrę ſiue pro ſe ſiue pro alio ſit conſtitutus ad illud exercendum. Et uoluerit incipere guerram alicui, uel ire in exercitum cõtra aliquem. Et ſuper his fecerit tibi quæſtionem uel fecerit eam pro ipſo qui ſit ualde ſollicitus, de re illius, & non fuerit imperator uel rex ille pro quo quæritur, primam dabis ei, & dominum eius, & uide à quo Planeta Luna ſeparatur, & da illum ſimiliter quærenti. Et ſeptimam & eius dominum & Planetam cui tunc iũgitur Luna dabis aduerſario. Si autem fuerit imperator uel poteſtas ſeu rector, & quæſiuerit de factis imperij uel regni uel ciuitatis quam regit, dabis ei decimam, & eius inimico dabis quartam. Si uero quæſiuerit de propria re atque ſpeciali quæ nõ ſit de facto imperij uel regni uel ciuitatis, dabis ei primam, & inimico ſeptimam, & in omnibus alijs iudicabis ei ſicut alteri perſonæ ſingulari. Si uero non fuerit tunc Luna ſeparata ab aliquo, nec fuerit iuncta alicui, dixit Zael quòd non eſt tunc Luna mittenda in opere illo. Videas itaque ſi dominus primæ fuerit iunctus domino ſeptimę uel ipſe illi à trino uel ſextili aſpectu cum receptione perfecta, ſcilicet quòd unus eorum recipiat alium, ſignificat quòd fiet pax inter eos ante contentionem. Si uero fuerit iuncta quarto aſpectu uel oppoſitione, licet recipiant ſe inuicem aut à trino uel ſextili aſpectu ſine receptione, non pacificabuntur niſi primo prælientur uel contendant ſimul. Sed poſtquam contenderint uel præliati fuerint ſimul component inter ſe & ueniet principium pacis ſeu compoſitionis ex parte illius cuius ſignificator fuerit leuior. Et debes ſcire quòd Planetæ ſuperiores ſcilicet Saturnus, Iupiter & Mars ſunt fortiores in prælijs & guerris quàm inferiores, ſcilicet Sol, Venus, Mercurius & Luna, & ſtabiliores & conſtantiores propter tarditatem ſuorum motuum. Et quia inferiores applicantur eis, & ipſi non inferioribus. Vnde ſi tu poſſes facere hoc, fac ſemper in tuis inceptionibus bellorum ſeu guerrarum quòd tu habeas pro ſignificatore aliquem de Planetis ſuperioribus ſicut aliàs dicetur: ſed tamen ſi non potes habere ſuperiorem, accipe de inferioribus ſicut melius potes: quoniam bonum eſt tibi habere inferiorem beatum, quàm ſuperiorem infortunatum ſiue impeditum. Poſtea conſidera ex quo uideris ipſos pacificaturos, ſi uterque ſignificator ſcilicet dominus aſcendentis et dominus ſeptimæ fuerit directus, erit pax ſeu concordia quam facient ſimul bona & firma, & maxime ſi fuerit aſpectus trinus uel ſextilis. Si uero fuerit uterque retrogradus, erit pax ficticia & non erit bona neque durabilis, ſed erit potius cum ingenio malo & calliditate, & quilibet nitetur decipere alium. Si uero unus fuerit directus & alter retrogradus, ille cuius ſignificator fuerit retrogradus nitetur decipere alium, & incedet cum malo ingenio & calliditate aduerſus alium. Et uide in quo loco fuerit ab illo quẽ nititur decipere: quia ſi fuerit in ſecunda à prima poſtquam concordauerit ſecum, & quia ipſe confidet de illo, ipſe auferet ei ſubſtantiam. Et ſi fuerit in tertia, primo decipiet eum cauſa fratris: quoniam accipiet fratrem illius ab eo & tenebit eum ut extorqueat aliquid ab illo uel fortè panget cum fratre illius et faciet quòd ipſe nocebit ei uel mittet eum extra regionem illam in ſuum detrimentum. Quod ſi fratrem non habuerit, decipiet eũ ex alijs de cauſis quæ ſignificantur per tertiam domum. Si fuerit in quarta, capiet eum & tenebit in carcere ſubterraneo et abſcõſo donec auferat ſibi quod intendit: uel auferet ei regnum uel ciuitatem uel caſtrum uel uillam uel domum ſeu aliud prædium, prout diſcordia fuerit inter eos. Si fuerit in quinta, faciet ei illud idem cum filio uel cauſa filij, quod dictum eſt cum fratre uel cauſa fratris: uel aliqua ex his quæ ſignificantur per quintam domum. Si fuerit in ſexta, tenebit eum & incarcerabit ut auferat ei ſeruos uel alia animalia minora ut pecudes, porcos, capras, canes, aſtures & ſimilia. Si fuerit in octaua, quia ſeptima non cadit in hoc opere, niſi ut prima ponet eum in carcerem & faciet eum mori in illo uel alio modo, interficiet ipſum. Et ſi fuerit in nona, mittet eum in peregrinationem lõginquam, & faciet eum ibi pati pœnas. Et ſi fuerit in decima, dabit ipſum in manꝰ poteſtatis uel alterius magnatis ut offendat eum, uel fortè incarcerabit eũ in aliquo caſtro uel in aliqua turri ſeu alio loco eleuato. Et ſi fuerit in undecima, tradet eum alicui militi ſeu familiari regis ſeu po-

teſtatis

teſtatis uel alterius magnatis, ut extorqueat aliqnid ab eo, uel tradet eum alicui ſuo amico illa eadem de cauſa, uel ut cuſtodiat eũ ſibi. Et ſi fuerit in duodecima, tenebit eum & diſtringet eum carcere ultimato, & dicendo ſibi bona uerba, faciet ei quàm peius facere poterit ex diſtrictione, & tenebit eum longo tempore, ita quòd deſperabit, nec credet ſe poſſe ulterius euadere, uel ut auferat ei equos, boues, camelos & cætera maiora animalia. Et nota quòd quarta ſignificat carcerem. Septima ſignificat incarcerationem uel incarcerandum. Octaua ſignificat actum incarcerandi. Decima ſignificat ipſum iam incarceratum. Deinde, aſpice dominum ſeptimæ, qui habet ſignificare illum qui incarceratur ſi fuerit retrogradus, ſignificat quòd ille fugiet à carcere. uide tunc cui ipſe iungitur in retrogradatione illa primo: quia ſi iungitur fortunæ, ſignificat ei bonum in fuga ſua. Deinde aſpice ſi non uideris quòd componant ſeu pacificentur: & uide ſi dominus primæ ſeparatus fuerit à domino ſeptimæ, uel econtra, ſignificat quòd illa guerra ſeu lis ſiue contentio ſeu diſcordia ſit diutius duratura, nec uidetur quòd finiatur in paruo tempose. Et ſi dominus primæ fuerit de tribus Planetis ſuperioribus, & fuerit in prima uel in decima uel fuerit ſaltem in quarta receptus, niſi ille qui receperit ſit dominus ſeptimæ uel octauę ueruntamen quarta eſt multum infra decimam, & infra primam ſignificat quòd ille qui interrogat, uincet & obtinebit contra inimicum niſi ſit combuſtus uel intrauerit tunc in combuſtionem. Si uero dominus ſeptimæ fuerit de tribus Planetis ſuperioribus, & fuerit in ſeptima uel in quarta, uel fuerit in decima: ſed decima erit infra quartam receptus, niſi ille qui recipit eum ſit dominus primæ uel ſecundæ, ſignificat quòd inimicus uincet et obtinebit contra interrogantem, niſi ſit combuſtus, uel intrauerit tunc in combuſtionem: quoniam tunc debilitatur, & nulla fortitudo ineſt ei. Conſidera etiam iam ſuper iſtis ſignificatoribus, uidelicet ſuper domino primæ & ſuper domino ſeptimæ: quia licet caſus domini aſcendentis ab aſcendente ſit magna debilitas, tamen ſi ipſe fuerit de Planetis ſuperioribus, erit ei fortitudo contra inimicos propter ſuperioritatem illam: & aduerſario erit debilitas propter inferioritatem quoniam dominus ſeptimæ erit de inferioribus qui non ſunt ita fortes in facto belli ſicut ſunt ſuperiores. Vnde non debes dicere ob hoc interroganti quòd ipſe ſuccumbet, niſi cum uideas primo cui dominus ſeptimę iungitur, quia licet dominus primæ qui eſt de ſuperioribus ſit cadens ab angulo, & dominus ſeptimæ qui eſt de inferioribus ſit in angulo non tamen eſt ob hoc minus fortis dominus primæ quàm dominus ſeptimæ, niſi dominus ſeptimæ iungatur alicui Planetæ qui fortificet eum. Si enim dominus ſeptimę iungitur cum aliquo Planeta qui ſit in loco forti, ſcilicet in angulo, & recipiat eum, tunc fortificatur dominus ſeptimæ & potes dicere interroganti quòd ipſe ſuccumbet & uincetur ab aduerſario ſuo ſiue inimico. Si enim iungatur dominus ſeptimæ Planetæ qui eum non recipiat, non fortificatur ob hoc in tantum quòd interrogator ſuccumbat illa de cauſa. Et econtra dic de domino ſeptimæ ſi fuerit de ſuperioribus quod dixiſti de domino primæ, quia ſi fuerit dominus ſeptimæ, cum ſit de ſuperioribus cadens à ſuo angulo, ſcilicet à ſeptima, non indicabis uictoriam interroganti ſupra inimicum, licet dominus primæ qui eſt de inferioribus ſit in angulo, niſi ipſe iungatur cum Planeta altero qui ſit in angulo qui recipiat eum. Nam ſi fuerit ita receptus, fortificatur inde in tantum quod poteris ei iudicare uictoriam ſuper inimicum ſuum. Si dominus ſeptimæ fuerit cadens ab angulo, licet ipſe ſit de ſuperioribus. Si quidem inueneris dominum primæ in angulo fortem, licet fuerit iunctus alicui Planetæ cadenti ab angulo quod habet ſignificare ipſius impedimentum nihilominus tamen erit fortis tunc, quia maior erit fortitudo eius quam habuerit ex angulo quàm ſit debilitas quam infert ei Planeta cadens ab angulo & hoc durabit ei donec ipſe fuerit in loco illo & gradu qui tunc erat angulus, uel uſque dum fuerit elongatus ab eo per quindecim gradus, niſi compleatur primo coniunctio inter ipſum & Planetam cadentẽ ab angulo qui eum impedit. Sed quandocunque completur coniunctio inter ipſum & Planetam cadentem gradu per gradum incontinenti debilitatur, & timetur poſtea ne ſuccumbat interrogator, licet à principio bene ſucceſſerit ei. & fortificabit inimicus, licet malè ſucceſſerit ei à principio. Illud idem iudicabis de domino ſeptimæ quod iudicaſti de domino primę, ſcilicet ſi tu inueneris dominum ſeptimæ in angulo fortem, licet fuerit iunctus Planetæ cadenti ab angulo quod habet ſignificare ipſius impedimentũ, nihilominus tamen erit fortis tunc, quoniam maior eſt fortitudo quam habet ex exiſtentia ſua in angulo quòd ſit debilitas quam habeat ex coniunctione Planetæ cadentis ab angulo qui eum impedit, donec ipſe fuerit in illo loco & illo gradu qui tunc erat angulus, uel uſque dum fuerit elongatus ab eo per quindecim gradus, niſi coniunctio inter ipſum & Planetam cadentẽ qui eum impedit, compleatur primo gradu per gradum: ſed quandocunque completa fuerit illa coniunctio, incõtinenti debilitatur, et uidetur quòd debeat ſuccumbere inimicus, licet à principio uiſum fuerit bene cedere ſibi, & fortificabitur quærens, licet uideatur à principio quòd cedat ei ſiniſtre. Et dixit illud idem, dic de domino primæ & de domino ſeptimæ ſi intrauerit in combuſtionem: quod dixiſti quando perficietur coniunctio alicuius eorum cum Planeta malo cadenti ab angulo & impedienti eum. Si autem dominus primæ uel ſeptimæ non fuerit iunctus cum aliquo Planeta in ſigno in quo fuerit, uide poſt exitum eius ab illo ſigno in quo eſt cum quo ipſe primo iungetur quando intrabit aliud ſignum: qnia ſi iungitur alicui de Planetis ſuperioribus à trino uel ſextili aſpectu cum receptione, & illo in loco forti, ſcilicet in angulo uel ſuccedenti angulum, uel iunctus fuerit fortunis à trino uel ſextili aſpectu & ſine receptione, uel à quarto aſpectu uel oppoſitione cum receptione, ſignificat quod ille cuius ſignificator fuerit, ſic uincet & obtinebit ex toto ſicut uoluerit: & omnia cedent ei proſpera ſiue dominus primæ fuerit, ſiue dominus ſeptimæ. Si uero fuerit ex quarto aſpectu coniunctio illa uel ex oppoſitione cum receptione, & recipiens in loco forti, ut di-

xi,uel ex nino uel ſextili aſpectu ſine receptione cedent ei qnaſi ſemiproſpera,ted non perfecte. Si autem fuerit coniunctio ex quarto uel oppoſitione ſine receptione, & ille malus fuerit cadens uel combuſtus,uel intrat in combuſtionē, ſignificat quòd omnia cedent ei aduerſa in fine rei qualecunq; principium fuerit. Et dixit Zael quòd cum mutabis ſignificatorem ad ſecundum ſignum,quòd non iudices per fortitudinem Planetarum inferiorū, niſi per bonitatem loci eius ab aſcendente,& per liberationem à Planetis impedientibus, & per auxilium aliorum Planetarum erga eum. Prætetea ſcire debes quòd ſignificatores, dominus ſcilicet primæ & dominus ſeptimæ poſſunt habere fortitudines & debilitates & relatiuas poſitione loci. Et ſunt iſtæ, qnia ſi dominus ſeptimæ fuerit in prima, eſt maxima debilitas,& domino primæ eſt maxima fortitudo,quia ſignificat quòd interrogator uincet inimicum,nec erit ei defenſio contra quærentem. Idem in electionibus uidetur poſſe dici,ſicut accidit nobis quando equitauimus Valbonam: fuit enim aſcendens Taurus & Mars in aſcendente uicimus enim omnes uolentes nobis reſiſtere. Si autem dominus primæ fuerit in ſeptima, quod eſt ei maxima debilitas & inimico maxima fortitudo, ſignificat quòd inimicus uincet interrogantem. Et dixit Zael, Er multo fortius fient iſta quæ dixi tibi ſi aliquis ſignificatorum aſpexerit illum qui fuit in domo ſua, hoceſt ſi dominus primæ aſpexerit dominum ſeptimæ in prima adipiſcetur interrogator inimicum,et nincet eum. Et ſi aſpexerit dominus ſeptimæ dominum primæ,in ſeptima,adipiſcetur inimicus interrogantem,& uincet eum. Similiter uide ne dominus primæ cadat in octaua:quoniam ſi ſic fuerit,uel fuerit dominus primæ coniunctus domino octauæ, dubium reddit interrogantē,nel dominus octauæ innctus fuerit domino primæ,ſignificat tunc mortē interrogãtis. Et ſi dominus ſeptimę fuerit in ſecunda à prima,uel fuerit iunctus domino eius, uel ipſe illi, dubium reddit inimicum,& ſignificat eius mortem,& maxime ſi dominus ſecundæ fuerit impeditus aliquo prædictorum impedimentorum quibus Planeta impeditur, quoniam ſecunda à prima eſt octaua à ſeptima, ſicut ſecunda à ſeptima eſt octaua à prima. Et illud idem dicas de domino octauæ ſi fuerit impeditus, quoniam tunc ſignificat mortem,ita quòd uix aut nunquam euitabit eam: niſi ille qui fuerit ex eis læuior,recipiatur à ponderoſo,& ipſe leuis non recipiat ponderoſum, uel econtra:quia ſi uterque recipit & recipitur,ſignificat mortem. Si uero unus recipiat & alter non recipiat,non imponit ita neceſſitatem moriendi,licet tamen minetur mortem. Deinde conſidera ſi dominus primæ iungatur domino decimæ,uel ipſe illi,& fuerit cum hoc dominus primæ in decima, ſignificat qudd ſi guerra illa uel prælīū illud fuerit in diſtrictu ſeu regno illius qui quærit, quòd ipſe erit fortis immo fortior omnibus qui uenient contra ipſum: & quòd ipſe uincet eos omnes,niſi eſſet fortè multitudo tranſgrediens numerum ultra modum:& capiet aduerſarium ſiue inimicum qui ſecum contenderit,& eo melius & fortius ſi ille qui fuerit ponderoſior dominus ſcilicet primæ uel dominus decimæ fuerit in angulo, prima ſcilicet uel decima uel in ſuccedenti angulū, ſecunda ſcilicet, uel undecima: quia ſignificat tunc quòd non poterit uinci, nec erit aliquis ita fortis quòd poſſit habere uires contra ipſum in diſtrictu eius ſiue regno. Si autem fuerit in diſtrictu alterius, uincet inimicum conditionibus ſupradictis, ſed tamen non erit ita fortis, quia poſſet perdere de ſuis rebus, & etiam de perſonis: tamen fama & rumor erit quòd ipſe uicerit: ſed non poterit contra tantam multitudinem contra quantam poterit in ſuo diſtrictu:poterit tamen contra æqualem uel contra maiorem ſe pro quarta nel pro tertia parte. Si autem dominus ſeptimæ fuerit in quarta, quæ eſt eius decima, aut fuerit iunctus domino quartæ, uel dominus quartæ iunctus fuerit ei, & ponderoſior ex eis fuerit in angulo,in ſeptima ſcilicet uel quarta, aut in ſuccedenti angulum, quinta ſcilicet uel octaua,ſignificat quòd inimicus non uincetur,& nullus poterit contra eum ſi fuerit prælium in diſtrictu inimici. Si autem fuerit prælium in diſtrictu interrogantis, dubitatur ne amittat interrogator de ſuo diſtrictu ſen regno. Et dixit Zael, Si iunctus fuerit unus ex ſignificatoribus alicui Planetæ in angulo uel domino anguli:& eo melius ſi ipſe fuerit in angulo, quia tunc ſignificat fortitudinem eiuſdem ſignificatoris. Et dixit, ſi fuerit unus ex ſignificatoribus in angulo liber à malis, & fuerit in ſigno mobili, ſignificat ei mortem poſt adeptionem cito. Item aſpice ſi uideris dominum ſeptimæ in prima,& non aſpexerit eum dominus primæ, uel fuerit in duodecima,ſignificat fugam inimici. Si uero aſpexerit dominus primæ eum, uincet ipſum. Et ſi quidem fuerit retrogradus,ſignificat eius fugam et debellationem & confractionem ſuæ partis. Si uero dominus primæ fuerit in ſeptima, & dominus ſeptimę non aſpexerit eum uel fuerit in ſexta, ſignificat fugam quærēns. Si autem fuerit retrogradus, ſignificat eius fugam & confractionem & debellationem ſuæ partis. Deinde aſpice ſi uideris dominum decimę,in prima uidetur qudd rex ſit auxiliaturus interrogantem. Si uero fuerit dominus decimæ in ſeptima,uidetur quòd ſit auxiliaturus inimicum. Illud idem dicas ſi Sol uel Luna fuerit iunctus aut aliquis eorum alicui ſignificatorum,ſcilicet domino primæ aut domino ſeptimæ qua cuicunque iunctus fuerit aliquis eorum ſcilicet luminarium,ille auxiliabitur à rege. Præterea uide ſignificatricem quæ eſt Luna, ſi ſeparata fuerit ab ab aliquo ſignificatorum, & iuncta alteri: quoniam ſignificat fortitudinem eius cui iungitur, & debilitatē à quo ſeparatur, quia ſi ſeparatur à domino ſeptimæ, & iungitur domino primæ, ſignificat uictoriā ex parte quærentis contra inimicum. Et ſi ſi ſeparata fuerit à domino primæ,& iungatur domino ſeptimæ, ſignificat uictoriam ex parte inimici contra interrogantem. Deinde aſpice locum Saturni in re belli: quoniam præſentia eius in angulis in facto præliorum mala eſt, quia ſignificat fortitudinem & atrocitatem belli. Vnde ſi tu uideris eum in aliquo angulorum hora interrogationis uel incœptionis prælij, annuncia fortitudinem & crudelitatem atque prolixitatem belli. Et ſi fuerit retrogradus, magis impediet & deterius faciet ſiue habeat dignitatem ſiue poteſtatem in angulo,ſiue non. Si fuerit in

prima

prima, erit bellum magnum atque forte ex parte quærentis. Si fuerit in q' arta, erit infra hoc hincinde. Si fuerit in ſeptima, erit magnum & durabile, & maxime ex parte inimici. Si autem fuerit in decima, erit bellum magnum, forte, crudele, nominatum. Illud idem dicas, ſi fuerit Mars hora interrogationis uel hora incœptionis prælij in Capricorno uel in Ariete, ſed non erit prælium ex toto terribile. Præterea uide ſi Mars fuerit ſignificator alicuius partium: quia ſi ipſe fuerit ſignificator quærentis, ſiue incipientis, ſeu auxiliatorum ſuorum, & fuerit directus, ſignificat quòd erunt illi de parte quærentis, boni bellatores, & qui non proponunt in corde ſuo fugere. Et ſi fuerit tunc Mars ſtationarius in ſtatione ſua ſecunda, permittent ſe potius interfici, quàm fugiant uel recedant retro. Si autem fuerit tunc Mars retrogradus, erunt illi bellatores inſtabiles, & non bene perſeuerabunt in bello, niſi ut illi qui inſurgunt contra alios per modum latronum & abſciſorum uiarum. Et econtra ſi fuerit ſignificator inimici uel auxiliatorum eius, ſignificat illud idem pro inimico, quod dictum eſt pro quærente. Si uero non fuerit ſignificator alicuius eorum, ſignificat fortitudinem uel debilitatem utriuſque ſecundum eſſe ſuum, & ultimatam fortitudinem in bello ſignificat in ſtatione ſua. Et retrogradatio Saturni ſignificat prolongationem belli, & eius reiterationem. Retrogradatio uero Martis, non ita prolongat bellum ſicut retrogradatio Saturni. Et ſi fuerit tunc Mars in decima ſcilicet hora interrogationis, ſiue incœptionis belli, erit bellum nominatum & durabile tandiu, qudd diuulgabitur per plures regiones & diuerſas & longinquas. Et ſi fuerit à decima domo uſque ad angulum occidentalem, erit bellum durabile & creſcet & multiplicabitur, ſed nitetur unus capitaneorum exercituum ſeu ducum decipere alium & cum ingenio & calliditate faciet uterque quicquid fecerit. Conſidera etiam ſi Mars fuerit in angulo, ipſe ſcilicet uel Planeta qui aſpicit eum, quoniam ſignificat fortitudinem belli, etiam ſine intromiſſione Saturni de bello illo, ſed non ultimatam. Si autem fuerit in ſuccedenti angulum, & ille qui aſpexerit eum fuerit in angulo uel econtra, ſignificat maiorem fortitudinem belli quàm cum fuerit uterque ipſorum in angulo. Et ſi ambo fuerint in ſuccedenti angulum, ſignificat iterum maiorem fortitudinem belli quàm cum fuerint, ut dictum eſt. Et ſi unus fuerit in angulo uel in ſuccedenti angulum, & alter fuerit in cadenti, ſignificat iterum maiorem fortitudinem belli. Si quidem ambo fuerint in cadenti ab angulo, ſignificat bellum forte, terribile, atque multorum conflictuum, præterquàm In decima· quia tunc debilitat Mars bellum. Et ſi fuerit unus malorum in quarto aſpectu alterius, & fuerit unus ex eis cum Cauda, ſignificat fortitudinem belli. Et Mars ſi fuerit in Ariete, uel Virgine, uel Scorpione, & fuerit bellum diurnum, ſeu quæſtio diurna· uel fuerit nocturnum, & fuerit in Cancro uel Piſcibus, ſignificat mediocritatem belli. Et ſi fuerit in Tauro uel Libra, diurnum ſiue nocturnum fuerit prælium, ſiue quæſtio erit bellum leue, reſpectu aliorum bellorum, & non durabit diu, ſed ſeparabitur in paruo tempore. Præterea debes aſpicere Lunam, & uidere ſi ipſa fuerit alicubi iuncta cum Marte corporaliter, & maxime in octaua: quoniam ſignificat tunc interfectionem interrogantis, ſeu incipientis prælium, niſi fortuna tunc aſpiciat eam. Nam ſi fortuna tunc aſpexerit eam, quamuis pericula horribilia incumbant quærenti, tamen liberat eum à morte, licet uix. Similiter uide ſi Luna fuerit in prima, & Mars fuerit in ſeptima, uel econtra, conſule illi qui uult ire, uel incipere prælium quòd non uadat, nec incipiat prælium, quoniam ſignificat eius interfectionem. Et ſi fuerit in quarta, uel ſexta, uel decima, capietur, & uulnerabitur uulneribus dubijs, niſi fortè (ut dictum eſt) aſpiciatur tunc à fortuna. Nam ſi fortunæ aſpexerint, mitigabunt malitiam Martis: & fortè quod non interficietur, tamen ſemper reddit eum dubium. Si autem ſeparata fuerit Luna tunc à Marte per corpus, & fuerit corporaliter iuncta Saturno, uel per oppoſitionem, ſine receptione perfecta, & eo fortius ſi fuerit in ſecunda, ſignificat interfectionem inimici, niſi fortunæ tunc aſpiciant eam, quando ſcilicet ipſa iungitur Saturno, ſicut dictum eſt, quando ipſa iungitur Marti, & eo fortius accident hæc, ſi fuerit tunc Mars uel Saturnus cum Capite uel Cauda draconis, & multo fortius accident iſta, ſi fuerit ita hora incœptionis prælij. Deinde aſpice Solem, quem ſimiliter ſi inueneris cum Capite uel Cauda draconis hora interrogationis, ſed fortius in hora incœptionis prælij, ſignificat interfectionem maximam hincinde: ſed erit maior ex parte [illegible] rũ, qui tenuerint dorſum ſuum uerſus meridiem, uel uerſus occidentẽ, nec tamen pacificabuntur propter illos conflictus. Quod ſi dominus primæ fuerit tunc in illa coniunctione, ſcilicet ſi Sol fuerit cum Capite uel Cauda draconis, ſignificat quòd illa interfectio erit ita fortis & ita terribilis & ita magna, quòd quaſi omnes partes interficientur, ita quòd non erit reſiduum quaſi quantitas reſpectu illorum qui interficientur· erit tamẽ deterius cum Cauda quàm cum Capite, & perdentur corpora ipſorum. Et debes ſcire, quòd ſicut Mars ſignificat fortitudinem uel debilitatem belli, & Planeta cui ipſe iungitur, uel qui iungitur ei, ita & Luna ſignificat multitudinẽ uel paucitatem eius· quoniam ſi ipſa fuerit in angulo, ſignificat paucitatem belli, & maxime ſi aſpexerit eam dominus domus in qua ipſa fuerit, & ille in angulo ſimiliter. Si autem ipſa fuerit in ſuccedenti, ſignificat mediocritatẽ belli, & maxime ſi dominus domus in qua fuerit, aſpexerit eã uel fuerit in angulo uel ſuccedenti angulum, uel fuerit in Tauro uel Cancro. Si autem ipſa fuerit in cadenti ab angulo & fuerit iuncta domino domus in qua fuerit & ille in cadenti, ſignificat multitudinem præliorũ atq; guerræ. Illud idem poteris dicere ſi ipſa fuerit in Scorpione uel Capricorno uel in ultima medietate Libræ. Et ſemper ſit tibi curæ ne unquam ponas dominum primæ uel Lunam uel Martẽ impeditũ illi qui uoluerit incipere bellũ neq; Planetã à quo ſeparatur Luna. Quod ſi hoc totũ uitare nõ poteris, uita illud quod potes ad minus uitabis impedimentũ domini primæ, ne ſuccumbat incœptor. Et caue in in-

ceptione belli uel in itinere ad bellũ, ne dominus primæ iungatur uel uadat ad coniunctionem domini ſeptimæ: & quanto maior fuerit uolens exire ad prçliandum, tantum magis dubium erit et eo deterius erit, ſi dominus ſeptimæ receperit dominum primæ.

Quæ pars habet plures auxiliatores.
Caput XXII.

SI quidem uolueris ſcire quis ex ſignificatoribus ſit magis populatus ſiue auxiliatoribus fulcitus, aſpice quis eorũ ſit in maiori ſua dignitate dominus ſcilicet primæ aut dominus ſeptimæ, & qui aſpiciat melius domum ſuam, & qui aſpiciatur à Planetis pluribus, & qui plures Planetas habeat ex parte ſua, ſcilicet uerſus aſcendens uel uerſus ſeptimam. quoniam ille qui ſic fuerit, habebit plures milites ſeu plures auxiliatores. Et ſicut prima ſignificat quærentẽ ſeu incipientẽ, ita ſecunda ſignificat milites ſeu auxiliatores eius. Et ſicut ſeptima ſignificat inimicũ, ita octaua ſignificat auxiliatores eius. Et ſicut decima ſignificat regẽ, ita undecima ſignificat milites ſeu auxiliatores eius ſiue miniſtros. Et dixit Zael, ꝙ ſi fuerint fortunę in ſecũda, uel aſpexerint illa, fuerítq; dominus ſecũdę in bono loco, ſignificat fortitudinẽ adiutorũ quęrentis, & eorum fidelitatẽ & auxilium: & per octauam & dominum eius iudica de auxiliatoribus inimici ſicut iudicaſti per ſecundam & dominum eius de auxiliatoribus quærentis. Et ſi fortunæ quæ fuerint in ſecunda, fuerint in ſigno communi, aut fuerint in Cancro uel Scorpione uel Piſcibus aut Ariete uel Libra uel Capricorno, annuunt multitudinem militum ſeu auxiliatorum quærentis. Et idem dicas de fortunis quæ fuerint in octaua pro inimico & de illis quæ fuerint in undecima pro rege & eius uicario. Et dixit Zael, quòd quinta ſignificat ciuitatem & omnes qui habitant in ea. Et dixit quòd ſi fuerit Planeta orientalis in domo ſua, aut dominus ſecundæ fuerit directus & orientalis, milites ſeu auxiliatores quærentis petunt ueritatem. ſi uero fuerit retrogradus non obedient ei.

Pro militibus uero regis ſiue auxiliatoribus uel uicarijs regis aſpice undecimam, & uide ſi in ea fuerit aliquis malus Planeta, non erunt bene obedientes. Si quidem fuerit retrogradus ille malus, non ſolum erunt inobedientes milites regis, uerum etiam erunt proditores. Et eo fortius ſi Mercurius & cauda draconis fuerit prope Solem per tredecim gradus uel infra: uel fuerit aliquis malorum in octaua domo à ſigno in quo fuerit tunc Sol. Si uero fuerit retrogradus ille malus, non ſolum auxiliatores regis erunt malefactores ſeu proditores, uerum etiam ipſe idem rex ſeu uicarius eius erit malus & iniquus. Ita intelligas ſi non fuerint pacificati exercitus. Si uero inueneris quòd debeant pacificari, uide tunc Planetam cui duces ſeu productores exercituum committunt diſpoſitionem ſuam: & qui habet ſignificatorem illum qui intromittit ſe de componendo ſeu pacificando inter eos, ſi uis ſcire qualis perſona ſit, uide ſi fuerit in aliqua ſuarum dignitatum. Nam ſi fuerit ille receptor diſpoſitionis, & qui intromittit ſe de cõpoſitione illa in domo ſua, erit de illis qui ſunt in aliquo ipſorum exercituum. Et ſi fuerit in exaltatione ſua aliquis potens, erit qui eſt cum communi terræ quam habet ad regendum in exercitu illo. Si uero fuerit in termino ſuo, erit de illis qui habent conſanguineos in exercitu ſiue in aliquo de illis exercitib⁹ qui nollet quod accideret eis aliquod ſiniſtrum. Et ſi fuerit in triplicitate ſua, erit de illis qui habent ſuos amicos uel auxiliatores homines, qui uenerunt in exercitum ad eius poſtulationem. Et ſi fuerit in facie ſua, erit uir qui habet operari aliquid in exercitu cauſa ſui magiſterij. Et ſi non fuerit in aliqua ſuarum dignitatum, erit perſona quæ ueniet aliunde tanquam foreſis ſeu uiator Et attentius poteris ſcire per eius ſignificatorem, & fortè poteris ſcire ipſius effigiem per eundem Planetam. Nam ſi fuerit Saturnus, uidel quod ſit ignobilis ſenex, & maxime ſi ipſe fuerit occidentalis. ſi autem fuerit orientalis, erit minus ſenex. Et ſi fuerit Iupiter, uidetur quòd ſit collectæ ætatis, & ſit nobilis, et poſſet eſſe fortè epiſcopus uel iudex uel iſtis ſimilis. Si autem fuerit Mars, erit homo qui conſueuit uel qui fecit producere exercitus & fortè quòd erit de ducibus eiuſdem exercitus, & erit homo mendax, & qui aliquando fuerit abſciſor uiarum uel aliàs malefactor. Et ſi fuerit Sol, erit homo magis nobilis de his ſcilicet qui apti ſunt regno: uel fortè quòd erit rex uel multis gentibus prępoſitus. Et ſi fuerit Venus, erit quidam iuuenis ætate atque ſapientia parũm doctus: quicquid tamen fecerit, operabitur bona fide non ſub aliqua ſpecie ſcaltrimenti. Et ſi fuerit Mercurius, erit uir ſapiens & doctrinatus, tam ſenſu naturali quàm accidentali, uel literatus. Et ſi fuerit Luna, erit uir qui motu iuſto & bona uoluntate intromittit ſe de his. Et ſi uideris Mercurium ſub radijs Solis, & dominus primæ unà cum domino ſeptimæ impedierint eum, ſignificat quòd quælibet pars uitetur decipere atq; perdere aliã. Et ſi inueneris tunc Martem cum Mercurio, illa proditio propalabitur, ita quod ſcietur ab omnibus manifeſte. Et ſi ambo extremi Planetæ qui ſunt Saturnus & Luna, aſpexerint ambo aſcendens uel ſint in aſcendente uel cum domino aſcendentis, ſignificat quod proditio illa perficietur ab una partium aduerſus aliam. Et ſi non fuerit Mercurius in aſcendente neque Luna, ſed aſpexerint illud uel alter eorum à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, ſignificat quod ille qui intromittit ſe pacificando inter eos non ſit fidelis neque legalis. Et ſi fuerit tunc ſignificator eius ſub radijs Solis, ſignificat quòd inuenẽtur illi de exercitu contra eum. Et ſi fuerit tunc Luna corporaliter iuncta Marti, uel Planetæ, à quo ſeparatur Mars, uel qui ſeparatur ab eo, capietur. Et ſi Mercurius fuerit cum hoc orientalis, ponetur in carcerem, ultimo tamen euadet. Et ſi fuerit tunc Mercurius iunctus corporaliter alicui malorum, & ille malus fuerit Septentrionalis, ab eo affligetur ille in carcere, & patietur detrimentum in eo. Et fuerit iunctus fortunæ, & fuerit illa fortuna ſeptentrionalis ab eo, euadet ille ab illo detrimento. Et ſi fuerit Mars ſignificator illius, qui impedit ſignificatorem pacificantis, erit ille qui affliget eum aliquis bellicoſus miles. Et ſi fuerit Sol, erit de productoribus exercitus, & ſpecialiter maior & excellentior

tior eo, Et ſi fuerit tunc Mercurius in Geminis uel Vrigine uel Sagittario uel Piſcibus, illi qui ſe intromittunt de pacificando inter exercitus erunt plures. Si autem fuerit tunc Iupiter aſpiciens aſcendens uel Lunam, fient omnia cum legalitate atque bonitate, & nulla deceptio ſiue proditio cadet tunc in corpore illo.

De ſcientia uictoriæ belli quis uincet.
Caput XXIII.

ASpiciens etiam in ſcientia uictoriæ belli quis ex prælianribus debeat eſſe uictor, ui debisq; ſi Sol & Luna fuerint à linea decimæ domus uſq; ad lineam quartæ domus ex parte aſcendentis: uel à linea quartæ domus uſque ad lineam medij cœli ex parte occidentis, fuerintq; liberi & mundi, fortunari ſcilicet atque fortes, quoniam ſignificabunt uictoriam belli ex parte in qua fuerint, ut ſi ſint ex parte aſcendentis ſignificabunt eam interroganti ſiue incipienti. ſi autem ſint ex parte occidentis, ſignificabunt eam aduerſario. Si quidem fuerint infortunati atq; debiles fuerint, ſignificabunt contrarium: quoniam ille ſuccumbet ex cuius parte fuerint.

Quæ fuit cauſa quare ſurrexit illud bellum, & utrum iuſta uel iniuſta. *Caput* XXIIII.

SI quæſierit aliquis aliquãdo prout pluries fieri conſueuit, uel aliàs illud alicui dicere uolueris quæ fuit cauſa quare bellum ſurrexit: dixit Zael quòd debes aſpicere Martem, quoniã ipſe eſt naturaliter ſignificator bellorũ, & omnia bella prout aliàs dicetur ſunt ei attributa, et uidere à quo Planeta ipſe ſeparatur, uel qui ſeparatur ab eo, quoniam ab illo percipies illum qui incipit bellum, & ab illo cui ipſe iungitur uel qui iungitur ei, percipies inimicum ſiue aduerſarium. Si ſeparatur à fortunis uel fortunæ ſeparentur ab eo & iungatur malo uel malus iungatur ei, ſignificat quòd interrogator ſeu inceptor mouerit ſe iuſta de cauſa ad incipiendum illud bellum, & quòd ipſe utatur iuſtitia & ueritate & aduerſarius contrarijs his.. Si uero fuerit ſeparatus à malis uel ipſi ab eo & iunctus cum fortunis, ſignificat quòd mouerit ſe contra iuſtitiã, & quòd non utitur ueritate, & aduerſarius defendit iuſtitiam & ueritatẽ. Et ſi fuerit ſeparatus Mars à fortunis & iunctus fortunis, ſignificat quòd utraque pars fouet iuſtam cauſam, quod raro cõtingit. Si quidem ſeparatus fuerit à malis & iunctus malis ſignificat quòd uterq; nititur contra iuſtitiã et contra ueritatem. Deinde aſpice ſi aliquis malorum fuerit in prima, & ſpecialiter ſi fuerit Mars, quia ſignificat quòd bellũ ſurrexerit cauſa inuidiæ quam unus habebit aduerſus alium aut forte quòd unus uolebat auferre alteri aliquid de ſuis uictualibus. Et ſi fuerit Mars in ſecunda, ſurrexit bellum hac de cauſa, ſcilicet quia unus uolebat auferre alteri bona ſua & ſubſtantiam ſuam ſeu pecuniam. Et ſi fuerit in tertia, uidetur quòd unus læſerit fratrem alterius, & illa de cauſa ſurrexit bellum: uel forte quòd dicebat eum non eſſe catholicũ. Et ſi fuerit in quarta uidet quòd ſit cauſa ciuitatis uel caſtri quod unus abſtulerat alteri uel uolebat auferre alteri: uel forte uolebat auferre ei domum uel terram uel campum ſeu hæreditatem uel uineam uel quòd læſerit patrem eius. Et ſi fuerit in quinta, ſignificat quòd ſit cauſa filij quem læſerit aliquis eorum alteri: uel erit cauſa mulieris uel alicuius rei luxuriandæ, uel cauſa bonorum paternorum, & maxime immobilium. Et ſi uideris tunc Lunam iunctam Mercurio à trino uel ſextili aſpectu, uidetur quòd ſit bellum cauſa cuiuſdam ciuitatis ſeu caſtri quod uolebat occupare quilibet eorum per ſe Et ſi fuerit in ſexta, erit cauſa ſerui uel ancillæ uel cauſa animalium paruorum ablatorum ab uno alteri: uel erit quaſi pro nihilo ſeu pro re propter quã non deberet eſſe guerra. Et ſi fuerit in ſeptima, erit cauſa mulieris ablatæ uel læſæ ſiue iniuriatæ & maxime uxoris uel amaſiæ: uel erit cauſa uindictæ alicuius maleficij. Et ſi fuerit in octaua, erit cauſa rei antiquatæ propter quam fuit effuſus ſanguis: uel erit cauſa hæreditatis alicuius mortui, qui non multum attinebat alicui eorum. Et ſi fuerit in nona, erit cauſa religionis uel alicuius religioſi: uel quòd unus uult conuertere alium ut ſequatur quod ipſe ſequitur, & reuereatur quod ipſe reueretur. Et ſi fuerit in decima, erit cauſa regis & eius honoris, & cauſa accreſcendi eius dominium. Et ſi fuerit tunc Luna in decima, & fuerit iuncta Marti corporaliter, uel aſpexerit eum à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, magnificabitur bellum, & erit interfectio multa hinc inde. Et ſi fuerit Mars in undecima, erit cauſa amicorum, uel erit pro defenſione ſubſtantiæ regis ſiue auxiliatorum eius. Et ſi fuerit in duodecima erit cauſa inimicitiæ antiquatæ & malæ uoluntatis quæ eſt inter partes ſiue inter productores exercituum: ſed tamen licet ſit guerra illa de cauſa, nõ tamen prælia buntur partes ſimul prælio uniuerſali: & leuiter componẽt, ſi fuerint aliqui qui uelint ſe intromittere de componendo inter eos.

De magnitudine ſiue paruitate exercituum.
Caput XXV.

SI forte aliquando aliquis ex productoribus alicuius exercituum dubitauerit de exercitu aduerſarij ſui, & uoluerit à te ſcire utrum ſit magnus uel paruus, & uolueris ei aſpicere, in hoc proſpice tunc locum Lunæ de ſignis & gradibus & Mercurium ſimiliter: & minue locum Lunæ de loco Mercurij, & uide quot ſigna tibi remanent, quæ ſi fuerint paria, erit exercitus magnus: & quanto plura fuerint ſigna remanentia poſt ſubtractionem illam, in tanto maior erit exercitus. Et ſi fuerint diſparia, erit exercitus paruus: & quãto fuerint pauciora, tanto erit exercitus minor. Si uero non fuerit locus Mercurij tantus quòd poſſis inde extrahere locum Lunæ, adde illi duodecim ſigna & poſtmodum extrahe inde locum Lunæ, & fac ut dictum eſt. Et etiam uide ſi ex parte occidentis quod eſt ab angulo terræ uſq; ad decimã ex parte occidẽtis fuerit maior quantitas Planetarum q̃ ex parte oriẽtis, quod eſt ab angulo decimæ uſq; ad quartam ex parte orientis, ſignificat iterùm maiorem quantitatem gentis ex parte aduerſarij. Si uero fuerit maior quantitas eorum ex parte oriẽtis q̃ ex

parte

parte occidētis ſignificat diminutionem quantitatis gentium ex parte aduerſarij, licet ratione prædicta ſignificetur eius exercitus magnus: & econtra ex parte quærentis.

Ad ſciendum uniuerſa inſtrumenta & alia quæ ſpectant ad bellum.
Cap. XXVI.

AD ſciendum uero uniuerſa inſtrumenta quæ ſpectāt ad bellum, dixit Zael quòd aſcendens ſignificat incipientem bellum & cauſas eius. & quid ſit quod excitauit bellum: & utrum cum ueritate cœpiſſet uel mendacio. Prima ſignificat incipientē bellum quoniam prima res quę uenit in bellum eſt incipiens. Secunda uero ab aſcendente ſignificat utrum ſit bellum an non. & utrum ſit pro profectu aut damno quoniam ſecundum quòd uenit in bellum poſt incipientes eſt ipſe effectus bellandi. Et dixit quòd tertia à prima ſignificat arma & quibus generibus armorum erit uictoria uel adeptio: & quæ genera armorum non erunt neceſſaria in ipſo bello: quoniā tertia eſt res quæ uenit in bellum, ſunt arma, quia ſine ipſis nō poſſet quis bono modo bellare. Et quòd quarta à prima ſignificat locum in quo erit bellum, utrum ſcilicet erit campeſtris aut montanus · & utrum ſit in littore maris uel iuxta flumen: uel ſint arbores fructiferæ aut nemus: quoniam locus eſt res taliter apta bello quòd ſine ipſa non poſſet fieri. Et quòd quinta ſignificat probitatem atque inceſſum atque audaciam atque pigritiam bellatorum: quoniam probitas eſt res ſine qua bellatores non bene bellarent. Et dixit quòd ſexta ſignificat animalia militum quæ ſint utrum ſcilicet equi uel aſini uel muli uel cameli: quoniam res quæ magis eſt utilis militibus bellatoribus ſunt equi ſeu alia animalia quę portent eos. Et dixit quòd ſeptima ſignificat inſtrumenta cum quibus proijciuntur lapides, & utrum ſit bellum cum calliditate uel non · quoniam eſt res ualde utilis bello poſt alia inſtrumēta ſeu arma prędicta. Et dixit quòd octaua ſignificat plagas & captionem & mortem, fractiones quoq; & uictorum fugam: quoniam iſta ſunt ipſe actus bellandi & in quem cōſueuerunt bella ultimo deuenire. Et dixit quòd nona ſignificat opus exploratorum & ſcientiam rerum inimici & eius rumores atque calliditates · quoniam iſtud eſt res quas multum debet procurare dux belli, ſcilicet ut ſciat acta inimici & noua quæ ſunt penes ipſum, & qualiter ipſe ſollicitetur circa facta belli: & qualiter ipſe ſit callidus ſeu ingenioſus. Et dixit quòd decima ſignificat conſuetudinem uel acta ducis maioris cæterorumq; ducum, qui ſunt ſub eius imperio: quoniam iſtud debes tu uel quiuis alius niti uidere utrum rex ſiue dux ſit ſollicitus & procurans circa illa quę ſpectant ad bellum uel non & utrum ſit cautus uel aſtutus in his quæ ad eum pertinent. Et dixit quòd undecima ſignificat acies eorum & earum ordinationem qualiter incedunt contra inimicum: quoniam hæc eſt res ualde ſeruanda ut ſciat quis ordinare ſuas acies & ſuos bellatores & inſtruere ipſos qualiter ſe habeant in re belli: & ex iſto ſolo multi uicerunt iam ſuos inimicos. Et dixit quòd duodecima ſignificat ciuitatem & eos qui obſidentur & expugnantur in ea, quoniam hæc eſt res quam oportet prælıantem ſcire, & ex qua poterit pendere quid habeat facere & qualiter poſſit augmentari contra inimicum ſuum.

Qualiter debes aſpicere ſignificata duodecim domorum. Caput XXVII.

LIcet dicta ſint ſuperius in iſto eodem capitulo multa de his quæ ſpectant ad factum bellorum ſeu contennonum tamen dicam tibi adhuc quædam utilia quæ non uidentur mihi fore omittenda nec credas me uelle contradicere ſententijs ſupradictis: quia ſi bene inſpexeris quæ dicta ſunt & bene ea intellexeris & quæ dicentur nullū reperies contrarium. Vnde ſi recte diſtinxeris tempora, bene concordabunt concordanda. Cum ergo bene proſpexeris, ut dictum eſt, omnes domos, & uolueris ſcire ſignificatum uniuſcuiuſq; ipſarum, aſpice pro interrogante ſeu pro incipiente omnes domos ordine intrà ſcripto, incipiendo à prima: pro inimico uero aſpice à ſeptima & fac ipſam primam inimici, & octauam fac eius ſecundam, & nonam fac eius ternā, et decimā fac eius quartā, & undecimā fac eius quintā, duodecimā fac eius ſextā, primā fac eius ſeptimā, ſecundā fac eius octauā, tertiam fac eius nonam, quartam fac eius decimam, quintam fac eius undecimam, ſextam fac eius duodecimam. Deinde aſpice ſi fuerit malus in prima, aut aſpexerit illam à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, ſignificat quòd quærens non bene exercebit quæ ſunt exercenda pro facto belli, nec bene ſollicitabitur circa illa: & hoc poterit eſſe cauſa quare non bene cedet ei in bello, niſi ſit ille malus dominus aſcendentis uel ſaltem exaltationis eius. & ſignificat etiam quòd non habeat tus, ſed potius contrarium quærens uel incipiens bellum. Si autem fuerit ibi fortuna uel aſpexerit à trino aſpectu loco prædicti mali ſignificat bonum: malus ſignificat contrarium. Si fuerit malus in ſecunda qui non ſit dominus ſecundæ uel exaltationis eius, uel aſpexerit illam à quarto uel ab oppoſitione, ſignificat quòd non erit bellum, & ſi fuerit, erit in damnum quærentis, & non in eius utilitatem. Si autem fuerit ibi fortuna uel eius aſpectus, ut dictum eſt in prima, ſignificat bellum futurum · & ſi fuerit, erit cum utilitate quærentis. Si uero fuerit malus in tertia & fuerit Mars, & fuerit boni eſſe, erunt in ipſo bello neceſſaria arma militaria. Idem dicas ſi fuerit ibi Iupiter: & illis oportebit quærentem uti ſi uoluerit obtinere. Et ſi fuerit Mars mali eſſe, ſignificat quòd uſus armorum qui erit ex parte ſua erit armorum, latronum, & abſcıſorum uiarum & hominum inſtabilium, nec erunt ſibi utilia.


Si autem fuerit malus in quarta uel eius aſpectus prædicti, ſignificat quòd locus belli erit incommodus & ineptus pro parte quærentis ſi fuerit campeſtris: ſi fuerit montanus, erunt montes aſperi & inhabitabiles, & ſiluatici. ſi uero fuerit iuxta aquas, erit paludoſus & lutoſus, & male aptus ad præliandum. Si autem fuerit in quinta fortuna, uel eius aſpectus prædicti, uel fuerit ibi Mars, & fuerit boni eſſe, ſignificat quòd milites

millites & auxillatores quærentis erunt probi & audaces et facilis inceſſus et bene apti ad prȩliandum. Et ſi fuerit ibi malus uel eius aſpectus prædicti uel Mars et ipſe mali eſſe, ſignificat quod erũt uiles et inertes & grauis inceſſus & tardi & male apti ad præliandum. Si fuerit in ſexta uel fortuna uel eorũ aſpectus prædicti uel caput draconis animalia quibus utẽtur pro bello illo, erunt equi precian: ſimiliter ſi fuerit ibi Mars & ipſe boni eſſe erunt æqui illi feroces & rigidi & Impatientes. Et ſi fuerit ibi malus & ſpecialiter Saturnus, erunt illi equi uiles, ut ſunt roncini & alij equi uetuſti atq; pro maiori parte pauci ualoris: & erunt ibi aſini & cameli, ſi fuerit regio in qua ſunt cameli. Et ſi fuerit ibi cauda erũt muli & alia uilia animalia pro bellando et non bene aſſueta. Si autem fuerit fortuna in ſeptima uel eius aſpectus prȩdicti, ſignificat quod inſtrumenta cum quibus proijciuntur lapides erunt & utilia & bene facientia illud ad quod erunt deputata, & ſignificat etiam bonitatẽ inimici. Et ſi fuerit ibi malus uel eius aſpectus prædicti ſignificat utilitatem inſtrumentorum prædictorum & quod nitetur ut multum præliari cum calliditate et deceptione atq; proditione: & ſignificat etiam utilitatem inimici. Si quidẽ fuerit fortuna in octaua, ſignificat quod paucæ plagæ ſequuntur ex illo bello & pauca mortalitas: & quod illa uulnera non multum erunt periculoſa, nec ſequũtur inde multæ captiones, nec erunt magnæ debellationes nec magnæ fugæ. Si autem fuerit ibi malus & maxime Saturnus & ipſe retrogradus, ſignificat multas plagas & periculoſas & interfectionem magnam & captionem & confractionem. Si autem fuerit fortuna in nona ſiue aſpectus eius, ſignificat quod inimicus ſit bene diſpoſitus & quod habeat ſpem aliquorũ rumorum quos habet & quòd ſint ei utiles rumores illi: & quod ſit homo callidus, & quòd nitatur decipere quærentẽ ſi poterit. Si autem fuerit in decima fortuna uel eius aſpectus prædicti ſignificat quòd quærens ſiue ille qui eſt maior ſeu capitaneos ſui exercitus ſit ſagax & doctus talium quæ ſpectant ad bellum, & alij quibus commiſſum eſt aliquid de his quæ ſpectant ad bellũ. Si autem fuerit ibi malus ſignificat quòd quærens uel eius dux uel maior ſui exercitus & alij productores exercitus quibus commiſſum eſt de factis exercitus aliquid omnes uel pro maiori parte homines ſint inepti ad talia exercenda. Si uero fuerit in undecima fortuna, ſignificat quòd quærens ſeu productores exercitus ſint homines diſcreti & qui bene nouerunt ordinare ſuas acies atque ipſas producere ad bellum: & quòd ſcient bene ire contra inimicos ſeu aduerſarios & bene facere omnia quæ ad illud ſpectant. Si autem fuerit ibi malus uel eius aſpectus, prædicti ſignificat quòd productor exercitus ſit inſcius & indiſcretus, nec ſciet ordinare ſuas acies, nec producere ipſas ad bellum, nec facere ea quæ ad productionem exercitus ſpectant: licet aliàs poſſit eſſe bonæ uoluntatis. Si quidem fuerit in duodecima fortuna, ſignificat quòd illi qui ſunt in ciuitate uel alia terra quæ obſidetur, ſint bene diſpoſiti & apti ad defenſionem & ſint unanimes, & quòd bene confortentur & quòd nihil uideantur timere. Si quidem fuerit ibi malus uel eius prædicti aſpectus ſignificat quòd ſint male diſpoſiti, & quòd non ſint apti ad defenſionem & quòd non ſint unanimes & quòd ſint timidi expauẽtes.

Nec obliuiſcaris unum quod dico tibi nunc quia licet nõ inuenerim in dictis philoſophorum, tamen inueni per experimenta probata quòd ſemper quando Mars fuerit in duodecima, ſemper timendum eſt de proditione & quaſi illud idem poteſt dici de cauda. Et ſicuti aſpexiſti ex parte quærentis omnibus domibus incipiendo à prima & finiendo ad duodecimã: ita proſpice pro inimico iudicando ei, & pro eo omnibus domibus incipiendo à ſeptima & finiendo ad ſextam. ſicut iudicas de prima quærenti ſiue incipienti: ita iudica de ſeptima inimico. Et ſicut de ſecunda quærenti, ita de octaua inimico. Et ſicut de tertia quærenti, ita de nona inimico. Et ſicut de quarta quærenti, ita de decima inimico. Et ſic ut de quinta domo quærenti, ita de undecima inimico. Et ſicut de ſexta quærenti, ita de duodecima inimico. Et ſicut de ſeptima quærenti, ita de prima inimico. Et ſicut de octaua quærenti, ita de ſecunda inimico. Et ſicut de nona quærenti, ita de tertia inimico. Et ſicut de decima quærenti, ita de quarta inimico. Et ſicut de undecima quærenti, ita de quinta inimico. Et ſicut de duodecima quærẽti, ita de ſexta inimico. Sed debes hoc ſcire, quòd ſi tu inueneris ſignificatores exercituũ, dominum ſcilicet primæ & dominum ſeptimæ in omnibus æqualiter fortes & bene diſpoſitos uel æqualiter debiles & male diſpoſitos: quia tunc ſignificat uictoriam ex parte illius qui incœperit prȩlium, niſi prædictæ horæ combuſtæ contrà operentur. Et ſi unus fuerit bene diſpoſitus & alter male: & incœperit ille cuius ſignificator fuerit bene diſpoſitus, obtinebit. Si autem incœperit ille cuius ſignificator fuerit male diſpoſitus ſuccumbet, etiam ſi aliàs fuerint in omnibus æqualiter fortes.

Vtrum futurum ſit prælium inter exercitus an non. Caput XXVIII.

SI te interrogauerit aliquis utrum ſit futurum præliũ inter exercitus an non, aſpice tunc primam & dominum eius & Lunam & ſeptimã & eius dominum & uide ſi iungantur corporaliter in aliquo angulorum: quoniam illud ſignificat quod erit prælium inter eos. Si autem non fuerint iuncti corporaliter, uide ſi iungantur ex oppoſitione uel quarto aſpectu, quoniam illud ſignificat ſimiliter prælium futurũ. Et ſi aliquod iſtorum non fuerit, uide tunc ſi aliquis Planeta transfert lumen inter eos ex oppoſitione uel quarto aſpectu: quoniam illud ſignificat præliũ futurum ſi fuerit, ſine receptione. Si autem ponderoſior ex eis receperit illum qui trãsfert lumen eorum inter eos, ſignificat quod prælium non erit & ſi fuerit, pacificabuntur aut in ipſo exercitu aut in breui poſt exercitum. Et ſi aliter fuerit, ſcilicet quod ſignificatores exercituũ dominus ſcilicet primæ & dominus ſeptimæ non fuerint alicubi iũcti, nec obuiauerint ſibi inuicem, nec fuerit aliquis qui transferat lumen inter eos, ut dictum eſt, ſignificat quod prælium non erit.



Cuius rei exemplum fuit hoc. Cum comes Guido nouellus eſſet poteſtas Florentiæ, & eſſemus in exertitu ſupra diſtrictum Lucenſium, & Lucenſes tenerent In pectus eius cum ſuo exercitu prope ad unum miliariũ uel minus, quæſiuit utrum eſſet futurum præliũ inter exercitus illos an non. Aſpexi in hac quæſtione cuius aſcendẽs fuit Sagittarius 4. gradus, & medium cœli Virgo 24. gradus. Mars in eo 13. gradus 30. minuta. Venus 17. gradus 6. minuta. Mercurius 17. gradus 13. minuta in 9. in cadente ab angulo & Sol in eodem 26. gradu 4. minuta in angulo decimæ domus. Libra 11. domus 18. gradus. Cauda in eo 3. gradus. Scorpio 12. domus 14. gradus. Capricornus 2. domus 9 gradus. Iupiter in eo 13. gradus. Aquarius 3. domus 13. gradus. Piſcis 4. domus 24. gradus. Aries 5. domus 18. gradus. Caput in eo 3. gradus. Saturnus in eo 13. gradus retrogradus. Luna in eo 21. gradus. Taurus 6. domus 14. gradus. Gemini 7. dom9 4. gradus. Pars fortunæ in eo 29. gradus. Cancer 8. domus 9. gradus. Leo 9. domus 13. gradus. Hæc fuit æra Arabum 658. anni 9. menſes 16. dies fere. Altitudo Solis ante meridiem 48. gradus, fere die Lunæ 12. menſis ſeptembris. Aſpexi igitur huius quæſtionis aſcendens & dominum eius qui erat Iupiter, & ſeptimã & dominum eius qui erat Mercurius, quorũ unus erat in ſecunda in Capricorno, ſcilicet in caſu ſuo quod uidetur ſignificare utilitatem partis quærentis, ita quòd non peteret prælium, ſed quia ipſe erat in ſecunda, ſignificat ei aliquam fortitudinem. Deinde aſpexi Lunam quæ erat in Ariete uacua curſu, quod ſignificabat ſimiliter debilitatẽ ex parte quærentis, & utilitatem. Deinde aſpexi Mercurium pro aduerſarijs, qui erat in Virgine cõbuſtus & cadens ab angulo, qui licet eſſet in domo ſua, ſicuti illi erant in ſua terra, ſignificabat eius debilitatem, ita quòd non peterent prælium. Vnde iudicaui ei quæſtionem & ita deuenit quia non poſuerunt ſe ad locum præliandi & ita poſtea diſceſſit uterq; exercitus, ſicut in capitulo de caſtro abſconſo dicetur infrà poſt hæc.

Vtrum ciuitas uel caſtrum obſeſſum uel obſidendum capiatur an non. Caput XXIX.

ANtiqui Aſtrologorum non multum curauerunt de re iſta, de qua miror cum ſit res quæ ſæpiſſime currat eis per manus, ſed poteſt eſſe fortè quòd fecerũt illud, eo quod poſuerunt eam rem leuem: & poſuerunt quòd quilibet hoc ſciret. & ob hoc non curauerunt de ipſa dicere: ego tamen aliquid hic tibi ſubiungam. Dixit tamẽ Zodyal inde aliquid, cuius intentionem non benè percepi. Vnde ſi fuerit facta tibi quæſtio de aliqua ciuitate uel aliquo caſtro obſeſſo, uel obſidẽdo, utrum capiatur an non, ex obſidione illa aſpice primam quæ eſt quærentis, & quartam quæ habet ſignificare ciuitatem uel caſtrum obſeſſum. licet fortè quidam ex modernis dixerunt quòd decima ſignificat ciuitatẽ: & mouebantur hac ratione quòd quarta ſignificat terram quærentis eadem ratione, decima ſignificat terram inimici nõ facientes differentiam inter terram ſeu hæreditatem prædiorum & ciuitatem ſiue caſtrum. Mihi autem uiſum eſt q; non debeamus dare quartã ciuitati ſeu caſtro, quoniam quarta ſignificat hæreditatem quærentis, & terras eius, & domos, & decima ſignificat eius honorem, & nullus honor maior quàm dominari: & nullum dedecus maius, quàm deponi à dominio. Vnde ſi decima ſignificat honorem quærentis qui ſignificatur magis per ciuitatem uel caſtrum, quàm per alias diuitias, oportet quòd quarta ſignificaret honorem aduerſarij, qui eſt oppoſitus honori quærentis: & ſic uidetur quòd quarta ſignificat ciuitatem uel caſtrũ inimici. Nec tamen credas hoc contrarium eius quod dicit Zael: ipſe enim uidetur uelle dicere quòd duodecima ſignificat ciuitatem uel caſtrum obſeſſum: ſed eius intentio fuit de ciuitate contra quam fit exercitus abſq; caſtrametali obſeſſione circa ipſam, ſed intrat per inimicos uiolenter in eius iuriſdictionem, & de ipſius ciuitatis ſeu caſtri defenſoribus. Vnde ſi tu inueneris dominum primæ fortem & fortunatũ uel inueneris eum iunctum domino quartæ in prima, uel cũ Luna uel in decima uel etiam in undecima uel alio loco qui nõ ſit infortunatus ut 12. uel 8. uel 6. ita quòd dominus primæ recipiat dominum quartę, uel etiam recipiat eum Luna, etiam ſi non recipiatur ab eo, ſignificat adeptionem ciuitatis & eius captionem. Similiter ſi fuerit dominus quartæ in locis malignis, non aſpiciens domum ſuam, uel niſi dominus ſeptimæ fuerit in quarta. quoniam tunc ſignificat cuſtodiã eius. Similiter ſi fuerit dominus quartæ cum Infortunis impeditus, ſignificat eius captionẽ uel ſi fuerint infortunæ in quarta ſine aliqua fortunarũ uel eius laudabili aſpectu, ſignificat eius captionem. Illud idem dicas ſi fuerit ibi Cauda draconis, quoniã habet ſignificare amiſſionem & euacuationem. Si autem non fuerit aliquid de his quæ dixi tibi, uide ſi dominus quartæ fuerit in quarta fortis uel fortunatus, ita quòd non ſit retrogradus, nec combuſtus nec obſeſſus ab infortunis: uel fuerit ibi dominus ſe primæ liber à malis et ab alijs impedimentis: uel fuerit ibi Iupiter, aut Venus aut Sol uel Caput draconis: nec dominus primæ receperit dominum quartæ: nec impedierit eum, ſignificat quòd caſtrum uel ciuitas

ciuitas non capietur ex illo exercitu: maxime ſi dominus primæ fuerit impeditus non habens ibi dignitatem: etiam ſi foret aliqua de infortunis in quarta, dummodo ſit ibi fortuna quæ uadat prius ad lineam anguli quartæ, quàm infortuna, maxime ſi dominus primæ fuerit debilis, ſicut dixi. Si uero fuerit ibi aliqua fortuna, & dominus primæ fuerit fortis & fortunatus, & aſpexerit quartam ipſe uel Luna, ſignificat caprionem. Si quidem non aſpexerit uel fuerit impeditus, ſignificat quòd pars quærentis propter uilitatem & pigritiam deſiſtet ab his faciendis quibus caſtra obſeſſa capiuntur: & ita ex negligentia & uilitate impugnantium remanebit caſtrum obſeſſum cum poſſet capi. Zodial uero dixit, quòd aſcendens & eius dominus eſt aſpiciendũ pro quærente, ſeptima uero & eius dominus pro ciuitate uel caſtro. Et dixit quòd quicunq; eorum fuerit male diſpoſitus uel retrogradus uel in ſua deſcẽſione, eius ſignificator ſuperabitur. Et ſi dominus aſcendentis intrat domum ſeptimam & dominus ſeptimæ dat ei uim, ciuitas ſeu caſtrum capietur. Si ſunt iuncti anguli Planetis fortunis & infortunis uenient utriq; ſuffragia, ſcilicet urbi & expugnanti: ſemperq; eſt Luna conſideranda utrum ſit fortunata uel infortunata, quæ ſi eſt in domo decima ad exordium quartæ ex parte orientis ſuffragium ueniet quærenti: ſi in reliquo, medio urbi.



Cuius rei exemplum hoc eſt. Quæſiuit dictus comes cum eſſet in obſeſſione cuiuſdam caſtri comitatus Lucę, ſi eſſet occupaturus illud, cuius quæſtionis aſcendens Sagittarius 2. gradus. Capricornus ſecunda domus 7. gradus. Iupiter in eo 16. gradus. Aquarius tertia domus 10. gradus. Piſcis quarta domus 20. gradus. Aries quinta domus 14. gradus. Caput draconis in eo 2. gradus. Saturnus 9. gradus retrogradus. Taurus ſexta domus 11. gradus. Luna in eo 11. gradus. Gemini ſeptima domus 2. gradus. Pars fortunæ in eo 18. gradus. Cancer octaua domus 7. gradus. Leo nona domus 10. gradus. Virgo decima domus 20. gradus. Libra, undecima domus 14. gradus. Mars in eo 2. gradus. Cauda in eo 2. gradus. Venus in eo 23. gradus combuſta. Sol in eo 25. gradus. Scorpio duodecima domus 11. gradus. Mercurius in eo 6. gradus. Significauit itaq; Iupiter qui erat in 16. gradu Capricorni aſpiciens quartam caprionem caſtri: & maxime cum ipſe eſſet dominus primę, & eſſet dominus quartę: & quia unus & idẽ Planeta erat dominus primæ & quartæ, uidebatur quòd deberet haberi per concordiam, dummodo fierent primo quæ faciẽda erant ad capturam eius. Et Luna quæ erat in Tauro in exaltatione ſua ſignificat honorem ex parte quęrentis. Et Mercurius qui erat prope domum duodecimam non adhuc bene exiens inde, ſignificat debilitatem inimicorũ quærentis, ſed licet Iupiter uidetur ſignificare caprionẽ caſtri: tamen quia ipſe erat in deſcenſione ſua & aſpiciebat quartã & non primam, & Luna licet eſſet in exaltatione ſua, tamen erat in ſexta in cadenti ab angulo & ab aſcendente, ſignificauit hoc quòd tanta eſſet uilitas & pigritia & ſegnities & debilitas eorum, quòd non inſiſterent his quibus caſtrum debebat & poterat capi: & illa de cauſa non caperet cum deberet capi: quoniam licet caput eſſet in quarta, tamẽ Saturnus erat prope illud, ita quòd ponebatur ad introitum quartæ domus. Vnde reſpondi ei ſub iſta conditione. dixiq; ſibi quòd uidebatur mihi tanta eorum uilitas, quòd potius remaneret caſtrum quàm caperetur. Vltimo tam uiliter & tam debiliter ſe habuerunt, quòd nullo modo ſunt operati aliquid de his quæ faciebant ad captionem caſtri: & ita remanſit quaſi illæſum, & exercitus leuatus eſt de agro, & ſteterant tantum in exercitu quòd bene potuiſſent impugnaſſe caſtrum ſi uoluiſſent facere ea quæ ſunt facienda in talibus. Demum conſuluerũt me de mutatione aeris antequàm recederẽt de campo, & inueni quòd mutabatur à die quæſtionis ad tres dies mutatione magna, & fuit ita quòd beati fuerunt quando fuerunt reuerſi domum, ſteterat enim primo quatuor menſibus quòd non pluerat.

Vtrum aliquis habeat inimicos publicos uel occultos. Caput XXX.

FOrtunæ ſunt plures quàm infortunæ, tamen infortunia uidenť plura quàm ſint fortunia: non quòd ſint plura numero, ſed quia magis ſentiuntur: unde ſunt quidam homines fortunati: nec ſcitur niſi forte à peritis quare hoc ſit. Similiter ſunt quidam infortunati neſcientes quare hoc eueniat eis: ſeruiunt enim alijs indifferenter, licet forte plus uni quàm alteri, nemini deſeruiunt, & tamen inimicantur eis aliqui & quandoq; multi nec ſcirent aſſignare cauſam quare odiant illos, niſi quòd mouentur forte inuidia, quia uident eos bonos & non malicioſos. Vnde illi aliquando cogitant ſuper his & conſulunt Aſtrologum, dicentes utrum habeant inimicos quare accidant eis contraria an non. Vnde ſi aliquis mouerit tibi quæſtionẽ utrum habeat inimicos an non: ſcias ſi quærit de aliquo nominatum, utrum inimicetur ei an non. uel dixerit abſolute, habeo inimicos an non. Si uero nominauerit tibi aliquem, quære illum à domo 7. ſi dominus 7. aſpexerit dominũ primæ, uel Lunam à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, ſcias quòd ille inimicatur ei & maledicit & male facit negocia quærentis. Similiter ſi fuerit in 12. ab aſcendente uel fuerit in 12. à domino primæ uel à Luna uel fuerit iũctus cum aliquo Planeta qui ſit in oppoſitione domini primæ uel

Lunæ uel eorũ quarto aſpectu ſine receptione.ſi uero non fuerit ita,non erit ſibi inimicus. Si autem quæſierit abſolute, utrũ habeat inimicos,quęre hoc à domo 12.& uide ſi dominus 12. fuerit in eius oppoſitione uel in oppoſitione Lunæ,ſiue cũ receptione ſiue ſine receptione,uel in quarto aſpectu ſine receptione habet inimicos qui cogitant ei mala,& faciunt quando poſſunt ſine rumore ut non ſciat publice,& fingunt ſe amicos coram eo. Deinde aſpice in quacũq; domo fuerit dominus 12. ſic diſpoſitus, dic quòd illi qui ſignificantur per illam domũ,ſunt qui inimicantur ei.Et aſpice etiam ſi alius ex Planetis fuerit in oppoſitione domini primæ uel Lunæ, uel in eorũ quarto ſiue receptione: quoniam illi erunt inimicantes ei qui ſignificantur per domũ illã cuius fuerit dominus ille Planeta. Idem intellige de illis qui ſignificantur per domum in qua fuerit Planeta quando opponitur domino primi uel Lunæ: &omnes iſti mouentſ inuidia potius q̃ alia de cauſa.

De *uenatione terræ, & aquæ auium & ferarum.* Caput XXXI.

MOdi uenationũ ſunt duo, alius eſt in terra & per terrã alius in aqua & per aquam. Venatio aũt quæ fit in terra,eſt dupliciter: nã eſt ad feras aut eſt ad aues:Iterum tam ad feras q̃ ad aues ſubdiuiditur,nam aut eſt in mõtibus aut eſt in terra plana. Si fuerit tibi facta queſtio de uenatione terræ & fuerit ad feras, ſi fuerit aſcẽdens ſignum terreũ,& determinatio uenationis illius:aſpice tunc aſcendens & dominum eius,& aſpice etiã dominũ illius horæ,quoniã habet multum facere dominus horæ in re uenationis,tam terrę q̃ aquæ.Aſpice etiã ſi fuerit ex ſignis quadrupedibus,quoniã idem operãtur quaſi quod terrea in uenatione terræ ad feras. Aſpice etiam ſi fuerit uenatio tua in montibus q; ſi tunc fuerit aſcendens aliquod ex ſignis igneis erit bonũ.Si fuerit in terra plana,& fuerit aſcendens aliqd' ex ſignis igneis,erit bonũ.Si fuerit in terra plana,& fuerit aſcendens terreũ uel quadrupes,ſignificat ſimiliter bonũ quantũ eſt ex hoc. In uenatione aũt auiũ ſiue ſint aues terreſtres,ſiue aereæ,ſiue paludeſtres aptanda ſunt ſigna aerea.Deinde aſpice ſeptimam quæ habet ſignificare uenationẽ & dominũ eius.& uide ubi ſit.&uide ſi aſpexerint ſe à trino uel ſextili aſpectu,ſignificat adeptionẽ uenationis ſine magno labore,& ſine multa inquiſitione,& eo melius,ſi domin⁹ primi receperit dominũ ſeptimę: quoniã tunc ſignificat adeptionẽ cum leuitate atq; ſuauitate. Et ſi fuerint iũcti ab oppoſitiõe uel quarto aſpectu, ſignificat q; quicquid adeptus fuerit ex uenatione,adipiſceſ cum multo labore atq; cũ multa fatigatione,quaſi poſt deſperationẽ.Si aũt nõ fuerint iuncti ab aliquo aſpectu,nec per corpus,& fuerit aliquis qui transferat diſpoſitionẽ ſeu uirtutem eorũ unius ſcilicet ad aliũ ſcilicet domini ſeptimę ad dominũ primæ, & dominus primæ non cõmiſerit tunc diſpoſitionẽ alteri,ſignificat etiã adeptionẽ uenationis,licet non multã,ſed modicã. Si uero cõmiſerit dominus primi diſpoſitionẽ alteri,uel tranſtulerit aliquis diſpoſitionẽ eius ad dominũ ſeptimæ, ſignificat q; erit in pręcinctu capiendi uenationẽ,tamen nõ capiet eam·lætabitur tamen ex eis quæ uidebit ex uenatione,ut ex fugatione,& ſimilibus. Si uero nõ fuerint iuncti ſimul à cõiunctione uel ab aſpectu,uel per tranſlationem luminis,ſignificat q; nihil adipiſceſ de uenatione. Si aũt inueneris q; ſit adeptus uenationem,&fuerit ſignum ſeptimum Aries uel Taurus,uel ultima pars Sagittarij uel Capricornus,& fuerit quæſtio hora Iouis,& fuerit dominus horæ in prima uel 10. adipſcetur uenationẽ ex quadrupedibus ſylueſtribus uelociter currentibus,ut ſunt cerui,capreoli,lepores,& ſimilia. Si aũt fuerit Leo erit uenatio eius in quadrupedibus ſylueſtribus lædentibus,ut ſunt urſi,lupi,uulpes,apri,& ſimilia. Si aũt fuerit ſeptima domus ex domibus malorum,& ſignificat adeptionẽ uenationis: aſpice ſi fortunæ fuerint in ea uel aſpexerint eam,quia ſignificat adeptionem cum ſaluatione uenatoris. Si autẽ nõ fuerint in ea fortunæ,nec aſpexerint eam, ſignificat fatigationem in uenatione illa magnam,& in eius inuentione& parum adipiſcetur ex ea,&quòd timetur illi uenatori ne accidat ei aliquod ſiniſtrũ, propter uenationem,uel ab ipſa uenatione in perſona ſua. Et ſi fuerit Saturnus dominus ſeptimæ, uel habuerit ibi aliam dignitatem,& ſignificat adeptionem uenationis quæſtio illa,uel principiũ itineris ad uenandum adipiſcetur de uenatione nõ multum,ſed timetur ne aliquis in uenatione lædat eum credens forte percutere feram,& alio modo·nec tamen erit res multum magnę lęſionis,ſed ſi ipſemet ſe percuſſerit,poterit ei eſſe grauius:quoniam illa effuſio ſanguinis pertinet ad Martẽ,unde minus impedit,quia omnis ſanguis qui funditur in uenatione pertinet ad Martem naturaliter·& ideo mitigatur eius malicia in hoc & minus lædit. Sed ſi Iupiter qui eſt ſolutor omnium maliciarũ naturaliter aſpexerit tunc Martem,non impedietur uenator,& maxime ſi fuerit Iupiter dominus horę uel fuerit aſcendens Sagittarius uel Piſcis,uenabitur cum ſaluatione ſui corporis, & adipiſcetur uenationem multã, & leuiter cũ pauco labore & parua fatigatione atq; uelociter. Si uero fuerit ſignum ſeptimũ terreũ,uel aereum,& fuerit in eo fortuna licet dominus ſeptimæ,ſit infortuna & dominus horæ ſimiliter fuerit infortuna,tamen ſaluabitur & non lædetur in uenatione illa, ſed omnino adipiſcetur de uenatione quod intendit & credit & feræ & aues quas uenare intendit, ſentient ipſum & ſuos canes ſiue leopardos,uel alia animalia cum quibus uenatur aliquis à longe,& fugient perterritæ ab eo, ita quòd non capiet illas,& inquiret inquiſitione forti & laborioſa:nec tamen ſequetur inde utilitatẽ.eo ſaluo,quòd ſi Iupiter fractor maliciæ,uel Mercurius fuerit cum domino ſeptimę uel cum illo malo qui fuerit dominus horæ,non reſiſtit quin bene poſſit uenari uenator ille. Mercurius enim gerit uicem Martis tunc in cauſa uenationis in tali caſu.

De *multitudine uel paucitate uenationis.* Cap. XXXII.

SI autẽ uolueris ſcire quantitatem uenationis, utrum multa uel pauca adipiſcatur uenator: aſpice primo horã interrogationis uel exitus ad uenationem: & uide 10.ſignũ illius figuræ,ut ſi ipſum fuerit Aries uel Scorpio, uel inueneris tunc Martẽ in eo & aſpexerit eũ Iupiter aut Mercuri⁹,& fuerit aſcẽdens aliqua ex domibus illorũ duorũ,& Mars in decima. Et ſi nõ fuerit aſcendens aliqua ex domibus eorum, ſed fuerit aliquis ex duobus dñs horæ,&aſpexerit cũ hoc Martẽ,ſignificat adeptionẽ

uena-

uenationis multam, & inueniet in quantitate plurima, ita quód nedum inſtrumentis uerũ etiam proprijs manibus & ſine magno labore adipiſcetur eã: niſi Saturnus aſpexerit tunc Martem. nam ſi aſpexerit eum abſque aſpectu inuis, & fuerit ille aſpectus quadratus, uel fuerit ex aliquo angulorũ, uel fuerit in decima, uel fuerit Capricornus uel Aquarius decima domus, non adipiſcetur forte modicum: quoniam tunc diminuit uenationem, & immittit ſuper uenationem laborem & triſticiã et anguſtiam. Nam ſi non aſpexerit Iupiter tunc Martem, & ipſe fuerit in aliquo locorũ ſignificantium uenationem, et maxime in angulo, timetur tunc illi uenatori ſeu domino uenationis impedimentum perſonæ ſuæ, & receſſio uenationis ab oculis ſuis, & grauabil in eundo in uenatione illa: & ſi uenatus fuerit aliquid, erit parum, & non gaudebit ex illo: & forte q perdet uenationẽ poſtquam adeptus fuerit eã, & maxime ſi fuerit uenatio terræ, ſiue planę ſiue mõtuoſę fuerit.

De uenatione aquæ. *Caput* XXXIII.

ET ſi fuerit intentio tua uel exeuntis ad uenandum piſcari, quæ uenatio maris dicitur, & ei ſubalternatur, ſimiliter intelligas de omni loco piſcationis cuiuſcunq; aquæ ſit, ſiue fluminis ſiue lacus ſiue paludis uel quicũq; alius locus ſit, dũmodo ſit locus piſcationis: quoniam omnes iſtæ uenationes ſubalternantur uenationi maris. Aſpice ſi fuerit aſcendens ſignũ aquaticum, quorum unius eſt Piſcis: deinde Cancer & Scorpio eſt infra Cancrum: non eſt Mars tunc utilis, quoniam ipſe impedit uenationem aquæ. Vnde ſi fuerit tunc Luna iuncta Marti uel dominus horæ, non eas adipiſcetur niſi Venus ſit tunc in coniunctione Lunæ: Venus enim in hoc caſu frãgit maliciam Martis: cum enim Luna quæ habet magnã uirtutem in uenatione fuerit iuncta Marti in uenatione aquæ, ſignificat modicam utilitatem in piſcatione, uel quaſi nullam: & illud quod fuerit, erit cum difficultate atq; grauitate, ſimiliter & impedimento uenantiũ. Secus eſt in Saturno, ipſe enim non impedit Lunam in uenatione aquæ, ſicut Mars non impedit in uenatione terræ: immo ſi fuerit Luna iuncta Saturno in uenatione, multiplicat uenationem, niſi Mars aſpiciat eam. Et ſi fuerit iuncta à quocunq; aſpectu, niſi ipſa ſit in Libra uel Capricorno uel Aquario, dubitatur ne uenator ſiue piſcator ille patiatur naufragium, uel alio modo ſuffocetur. Si uero fuerit in Capricorno uel Aquario, dubitatur ne cadat in aquam, ſed non ſuffocabitur. Si autẽ fuerit in Libra, ſignificat eius madefactionem per pluuiam uel per arbores ſeu herbas madefactas per rorem & hoc accidet, quoniam Mars & Saturnus ſunt inimici Veneris. In tractatu electionum ego dicam tibi ex dictis antiquorum alia quæ dicenda erunt in facto uenationum, tam aquæ quàm montium atq; planiciei.

Vtrum exul ſiue expulſus ſiue bannitus reuertatur ad terram ſuam an non. *Cap.* XXXIIII.

EXpelluntur aliquãdo aliqui de domibus uel ciuitatibus in quibus habitãt, uel alio modo recedunt ab eis: uolunt forſitan ſcire, utrum ſint reuerſuri in domum ſiue in terram in qua conſueuerunt habitare, & conſulunt Aſtrologũ ſuper hoc. Oportet ergo te ſcire in quo caſu ſit ille qui te interrogat de prædictis, quoniam poteſt quis eſſe multis modis & multis de cauſis extra domum ſeu terram ſuam: poteſt enim eſſe expulſus, exul, peregrinus, fugitiuus, bannitus, abſens, & deportatus.

Si ergo interrogatus fueris de aliquo de ſupradictis, uide quis eſt qui quærit, utrum ſit ille idem uel alius pro eo. Si eſt alius qui ſollicitetur de facto ipſius, uide quid attinet ei & per quem modũ ſua intereſt quærere, utrum ſcilicet ſit pater uel mater uel frater uel filius, &c. Da primam quærenti, quæſito dabis illam per quam ſignificatur ipſe quæſitus & iudica ſecundũ illud: quoniã ſi dominus domus per quam ſignificatur quæſitus aſpicit primam uel fuerit in prima uel fuerit iunctus Planetę, qui ſit in prima uel fuerit iunctus alicui Planetæ, qui non aſpiciat primam, ſi iungatur alteri Planetæ, qui aſpiciat primam & qui releuet uirtutem eius atq; lumen ad primam, ſignificat eius reuerſionem. Illud idem intelligas de Luna, ut ſi fuerit quæſtio de fratre & dominus tertiæ aſpiciat primam, ſcilicet de patre dominus quartæ: ſi de filio, dominus quintæ: & ita intellige de ſignificatis omnium domorum.

Si uero ille qui quæſierit, quærat per ſemetipſum, ſcilicet quód fuerit ipſe idem abſens qui quærit, uide utrũ ipſe ſit abſens qui propria uoluntate ſe abſentauerit ſpe & animo redeundi, ut faciunt aliquando mercatores, uel illi qui uadũt in poteſtatias & alia regimina: uel etiam per alium modũ cauſa lucrandi uel cauſa delectandi, uel per quemcunq; modum dummodo ſit ſpontaneus, niſi ipſe ſit peregrinus, ſemper octaua datur quærenti pro perſona ſua: prima uero datur terræ à qua ipſe receſſit: etiam ſi foret ſuſpicatus ne accidat ei contrariũ quare debeat expelli: tamen dicitur abſens & nõ expulſus, licet poſt receſſum accidat ei aliquid quare nõ audeat reuerti. Vnde ſi dominus octauæ domus aſpexerit primã ſiue Luna a quocunq; aſpectu ſignificat eius reuerſionem: ſed ſi aſpexerit ab angulis uel à trino aſpectu, feſtinabit reuerſio eius: ſi uero à ſuccedentibus uel à ſextili aſpectu, tardabit eius reuerſio aliqd plus. Si autẽ à cadentibus uel à quarto aſpectu, tardabit multum. Si aũt ab oppoſitione tardabit iterũ plus, & poſtponetur reuerſio. Peregrino uero datur duodecima propter irã & triſticiam ac tribulationes quæ accidũt ei in peregrinatione, & quidã dant ei ſeptimã: tu tamen potes eligere illam quæ magis uidetur apta ſignificare quod intendis. Si aũt fuerit abſens ille uiolenter expulſus de terra, uel fugit uel fuerit exul, uel timore aliquo ſe abſentauerit uel fuerit bannitus uel deportatus uel fuerit peregrin⁹: qm̃ peregrinus quodam modo cõpellitur ire in peregrinationem ſuam, ita q non poteſt recedere ab eo quod propoſuit ex peregrinatiõe ſua ſine offenſione Dei, aſpicies ei alio modo. Nam ſi fuerit expulſus ille, qui quærit uel bannitus uel deportatus, uel qui propter timorẽ poteſtatis, uel inimici uel alĩ cuius alterius ſe abſentauit, datur ei ſeptima pro ſua perſona & eius dominus atq; Luna, & prima datur terræ ſuæ à qua fuit expulſus. Vnde ſi dominus ſeptimę fuerit in prima aut Luna ſignificat eius reuerſionem. Si autem non fuerit in prima, alter eorũ &

quærentis, licet ipſa habeat maximam ſignificationem in alijs rebus cum domino primæ.

Vtrum primo moriatur uxor aut uir.
Caput V.

ET ſi te interrogauerit uir aut mulier quis eorum ſit primo moriturus, aſpice dominum primæ & dominū ſeptimæ, & uide quis eorum primo ſit in infortunium combuſtionis caſurus, uel primo ſit ſenſiturus aliquod de impedimentis ſupradictis & prædictis condinonibus, illum ſignificat primo moriturum cuius ſignificator ſic fuerit diſpoſitus.

Qua morte moriturus ſit interrogator.
Caput VI.

ET ſi dixerit tibi, uide qua morte ſim moriturus: aſpice aſcendens & eius dominū, quem ſi inueneris in octaua, fuerítq́ octaua domus Leo, eiusq́ dominus in fortunatus ſeu impeditus, lacerandum ipſum dentibus ſiue unguibus alicuius beſtiæ, ſeu alio modo per beſtiam moriturum ſignificabit. At ſi Saturnus cum domino octauę iunctus fuerit ipſumq́ impedierit ex Scorpione uel Piſcibus aut à morſu ſerpētis uel alteri⁹ animalis ueneno ſi, mori debere dubitabitur. Quod ſi hoc effugerit ipſius in aquis uerebitur ſuffocatio. Quod ſi Mars cū octauæ domino in octaua uel ſexta uel quarta uel duodecima abſq́ receptione perfecta cum primæ domino iūctus fuerit ipſumq́ impedierit, eum gladio uel igne periturum nunciabit: gladio tamen potius, in alijs autem locis non reddet eum ſecurū.

Vtrum faciat uindictam de iniuria ſibi illata ille qui paſſus eſt eam uel non. Caput VII.

SI fuerit alicui facta iniuria prout ſæpius euenire cōſueuit, ut ſi fuerit interfectus ei pater uel auus uel frater uel filius uel aliquis percuſſus, uel fuerit ei facta talis aliqua iniuria de qua ipſe uelit uindictā ſumere: feceritq́ tibi quęſtionem utrum ſit facturus uindictā illam, an nō: oportet te in hoc caſu aſpicere primam & dominū eius & Lunam & etiam quartā & uide ſi prima & quarta fuerint ambo ſigna mobilia, ſcilicet Aries uel Cancer uel Libra uel Capricornus & Luna fuerit in aliquo iſtorum quatuor ſignorū, ſignificat quod non fiet uindicta quæſita niſi dominus primæ fuerit in prima uel aſpexerit illā à trino uel ſextili aſpectu, & dominus ſigni in quo fuerit Luna ſimiliter aſpexerit eam, uel fuerit primum & quartū ſigna fixa: quoniam ſi ſic fuerit, abſq́ dubio fiet uindicta quæſita, niſi ſteterit per ipſum quod nolit eam facere: ſed non habebit aptitudinē faciendi, ſi uoluerit & in breui poſt quæſtionem factam. Et ſi dominus quartæ domus aſpexerit domum ſeptimā ex quocunq́ aſpectu uel eius dominum ex quarto uel oppoſitione faciet interrogator, ſi uoluerit uindictam de manu ſua fundēdo ſanguinem illius qui cōmiſit contra ipſum & intulit iniuſtū ei. Sed ſi fuerit cum hoc quod dixi, Luna iuncta alicui fortunarū, ſignificat quod nō poterit uindicta fieri, niſi per modū proditionis: & illud erit quia pacificabuntur: & poſtea ſub illa ſecuritate pacis interrogator interficiet illum qui fecit ſibi iniuriā, & eo fortius ſi illa fortuna cui iungitur Luna, iungatur cum aliquo malo ab oppoſitione uel quarto aſpectu: quoniā tūc ſignificat proditionem manifeſte. Si autē fuerit aſpectus trinus uel ſextilis, ſignificat ꝙ malefactor ille capietur & ponetur in compedibus uel cippo illa de cauſa. Et ſi fuerit ſignificator malefactoris uel Planeta fortuna cui iungit Luna uel malus cui iungit fortuna illa cū qua Luna iūgit in Ariete uel Cācro uel Libra uel Capricorno, & dominus ſigni in quo fuerit aliquid ſupradictorum per modū quē dixi tibi fuerit uelocis curſus & aſpexerit ſignificatorē malefactoris, ſcilicet dominū ſeptimæ, relaxabitur à carcere illo in breui. Si autem fuerit in ſigno communi uel fuerit ille malus cui iūgitur fortuna illa curſus æqualis ſtabit in captione pluſq̄ crediderit. Si autem fuerit in ſigno fixo uel fuerit Planeta ſupradictus curſu tardior uel ſtationarius, diutius captiuabitur & tenebitur uinculat⁹. Si uero fuerit illa fortuna cui iūgitur Luna in ſigno mobili & dominus illius ſigni aſpexerit ſe cum illo à trino uel ſextili aſpectu, liberabitur à carcere illo: quoniam ille qui habuerit fortitudinem ſuper illa captione ſiue ſuper illo carcere, relaxabit eum abſq́ impedimento: & ſi aſpexerit ſe à quarto aſpectu uel ab oppoſitione minus fiet.

De nona domo.

De itinere ſeu peregrinatione utrum ſit an non. Et ſi fuerit, an erit utilis an non. Caput I.

PRopoſuerunt aliquando aliqui facere iter & firmauerunt inter ſe facere illud: uel forte fuerit unus tantum qui propoſuit itinerare & uoluit ex eis aliquis ſcire, utrum iter illud ſit futurum an non, & fecerit tibi quæſtionem, ſi fiet illud iter, aut ſi non fiet: & ſi non fuerit, quid erit quod impediet illud: uide tunc dominum primæ & ſignificatricem quæ eſt Luna, qui ambo ſunt ſignificatores quærentis: & aſpice nonam & dn̄m eius qui habet ſignificare iter longū ſeu peregrinationē, tertia iter breue, quinta mediocre, duodecima longiſſimū uadens à coniunctione malorum per corpus uel per aliquem prædictorū aſpectuum, ita quod ſit ſeparatus ab eis, uel ſit euadens à combuſtione, ſignificat eum euaſum ab ægritudine uel ab alio impedimento ægritudini ſimili. Grauitatem autem ægritudinis uel eius leuitatem iudicabis, ſecundum quod uideris coniunctionem tranſactam, à qua fuerit ſignificator ille euaſus. Eſt tamen tibi conſiderandum ne iudices eum infirmum, niſi primo uideas utrum ſit tunc dormiēs: nec iudices eum mortuum, niſi uideas primo utrum ſit tunc ebrius: nec iudices eum uulneratum, niſi uideas primo utrum ſit tunc phlebotomatus, de quibus poteris habere talem cognitionem. Conſiderabis ſi fuerit ſignificator abſentis in ſexta, nec fuerit iunctus domino ſextæ, nec alicui malo impedienti eum: & fuerit iunctus alicui fortunæ forti ac liberæ, non impeditæ, uel alicui ex Planetis amicantibus ei fortunato & forti non impedito, ſignificat eum non infirmū, ſed potius ſomnolentum: & non uulneratum, ſed potius phlebotomatum. Idem intelligas ſi fuerit in octaua conditionibus prædictis, quoniam ſignificat eum inebriatum, & non mortuum.

¶ De aduentu alicuius abſentis.

SÆpiſſime conſueuerunt occurrere quæſtiones Aſtrologis de abſentibus, ſi reuertētur an nō: & quando reuertentur, quod grauius eſt, licet non credant illi qui interrogant quòd ſit maior labor reſpondere quàm interrogare. Vnde ſi fueris interrogatus de aliquo qui ſit abſens, utrū reuertatur an nō & quando, aſpice dñm domus per quam ſignificat abſens, ſicut dixi tibi ſupra in capitulo præcedenti, & uide ſi eius ſignificator ſit in aſcendente qualecunq; ſit iter uel ſit in nona, ſi fuerit iter longum: uel in duodecima, ſi fuerit iter longiſſimū: uel in quinta, ſi fuerit iter mediocre: uel in tertia, ſi fuerit iter breue. Iter enim breue ponitur unius dietæ: mediocre dico ab una dieta uſq; ad tertiam: lōgum à tertia uſq; ad 60. longiſſimū à 60. uſq; dum poteſt quis ire lōge: uel iungatur cum Planeta aliquo qui ſit in eis, cui ipſe committat diſpoſitionem ſuam, ſignificat quòd abſens ille reuertet. Et ſi fuerit in ſeptima, ſignificat eius aduentū, ſed non uelociter, immo differtur aduentus eius: et ſignificat ꝙ ipſe ſit in terra ad quam profectus eſt, nec exiuit adhuc de illa cauſa reuertendi, tamen ſollicitatur circa ſuū aduentum. Si aūt fuerit in quarta, ſignificat prolongationem ſui aduentus maiorem q̃ cum eſt in ſeptima, tamen intendit circa reuerſionē, quādo poterit illam facere & reuertetur, niſi ſit impeditus ab aliquo malorum in domo ſua. Et ſi fuerit in tertia uel nona, & fuerit iunctus alicui Planetæ in aſcendente, ſignificat ꝙ ille abſens ſit paratus uel paret ſe incōtinenti ad reuerſionem. Et ſi inueneris eum in ſecunda, & fuerit iunctus alicui Planetæ in nona domo, uel in decima domo, ſignificat ꝙ parat ſe ad reuerſionem: nec erit in eius aduentu magna dilatio. Si aūt inueneris eum cadentem ab aſcendente, ita ꝙ non aſpiciat illud, etiam ſi non fuerit alias impeditus, ſignificat eius tarditatem & duritiam, & prolongationem in aduentu, & ꝙ non curet de reuerſione: & ſi curat nō poteſt illam facere. Si uero fuerit cadens ab aſcendente, & fuerit alias impeditus: nec fuerit iunctus alicui Planetæ qui reuelet eum, & qui aſpiciat aſcendens, & reddat lumen eius ad aſcendens, aufert ſpem reuerſionis eius: & uidetur ꝙ nō reuertatur. Si uero fuerit ſignificator abſentis retrograd⁹, uel fuerit ipſe uel Luna iunctus alicui Planetæ retrogrado, & aſpexerit aſcēdens, ſignificat eius citam reuerſionem. Et ſi fuerit impeditus ab aliquo Planeta, uide quis eſt qui eum impediat. Nam ſi fuerit dñs quartę, uidetur ꝙ ſit detentus, ſi fuerit dominus ſextæ, uidetur ꝙ ſit infirmus, ſi fuerit dominus octauæ dubitatur de morte, ſi fuerit dominus duodecimæ, uidetur ꝙ ſit recluſus in carcere. Iſta uidentur eſſe qui impediunt eius reuerſionem. Verumtamē ſi dominus octauæ impedierit eum, nec ipſe receperit eum, licet dominus octauæ recipiat ſignificatorē abſentis, non ſignificat mortem. Et ſi non fuerit ſignificator abſentis impeditus, ſicut dixi, tunc reuertitur iudicium ad ſignificatricem quæ eſt Luna: quæ ſi fuerit iuncta ſignificatori abſentis, & cōmiſerit ei diſpoſitionem ſuam in aſcendente, uel ſupra lineam aſcendentis per tres gradus, uel infra eam per duodecim gradus, ſignificat eius aduentum citum. Si autem commiſerit ei diſpoſitionem, ultra lineam aſcendentis à tertio gradu uſq; ad quintum, uel infra à 12. uſq; ad complementum totius illius domus, ſignificat tarditatem reuerſionis eius, licet non multum magnam. Si autem fuerit impeditus ſignificator abſentis extra prędictas domos, non ſignificat magnum impedimentum, licet forte aliquod. Si autem fuerit ſignificator abſentis in octaua, nec fuerit alias impeditus, prolōgabitur eius aduentus, & erit dilatio in eo. Si uero fuerit impeditus, reddet eum dubium, & timetur ne non reuertatur, ſicut dictum eſt ſuprà. Si uerò Luna fuerit ſeparata à domino quartæ aut à domino ſeptimæ, uel à domino nonæ, uel à domino tertiæ, uel ab aliquo Planeta qui fuerit ſub terra, quæ dicitur ſiniſtra aſcendentis, & fuerit iuncta domino aſcendentis, uel Planetæ, qui fuerit ſupra terram, quæ dicitur dextera aſcendentis, ſignificat reuerſionem abſentis: & etiam ſi Luna fuerit cadens ab aſcendente, & fuerit iuncta domino aſcendentis: nihilominus tamen ſignificat aduentum. Et ſi iuncta fuerit Luna à dextera aſcendentis Planetæ exiſtenti in decima, ſignificat aduentum, licet cum dilatione: quoniam Luna erit tunc in dextera aſcendentis: ſed ſi eſſet in ſiniſtra eius, & iungeretur Planetæ in decima, ſignificaret impedimētum & duritiam & tarditatem in eius aduentu. Zael tamen, ſicut dixi tibi in alio capitulo, dabat abſenti primā. Item oportet te conſiderare aliud de abſente: quoniam abſentia poteſt eſſe pluribus & diuerſis modis, ſicut dictum eſt in capitulo præcedenti. Eſt enim abſens qui eſt exul, eſt peregrinus, eſt expulſus, eſt bannitus, eſt deportatus, eſt fugitiuus, unde abſens eſt quaſi quoddam generale: tamen abſens proprie dicitur ille, qui propria & ſpōtanea uoluntate ſe abſentauit ſiue ad certum locum ſeu determinatum iuerit, ſiue non, dummodo iuerit de ſuo propoſito atq; intentione redeundi, ut alias dicitur. Exul dicitur ille, qui receſſit à terra ſua neſciens cauſam, quare niſi forte aliqua fatuitate ductus uel forte uadit uacillando uel inquirēdo, ſi poſſit inuenire terram ſibi aptiorem quàm illa in qua erat: & forte quòd fuerit præmeditatus ad quem locum eſſet iturus: nec abſentauit animo redeundi, uel non redeundi, ſed uadit ſicut errans.

Peregrinus, dicitur ille qui propria & ſpontanea uolūtate ſe abſentauit, ut proficiſceretur ad aliquem locum per modum regionis ſiue in ſeruitio Dei, ac ſi uellet transfretare uel ire ad ſanctum Iacobū uel ad ſanctum Petrum, & ſimilia. Expulſus, dicitur ille qui contra ſuam uoluntatem fuit expulſus de terra, in qua habitabat ab aliquo ſuo inimico, uel à ſuo fortiori uel per aliquam partium, prout fit aliquando inter partes ciuitatum, caſtrorum uel aliarum terrarum, quando una pars expellit aliam.

Bannitus, dicitur ille qui propter aliquod maleficium, uel alia quacunq; de cauſa expellitur, ſicut poteſtas uel commune terræ in qua habitabat, expulit eum de illa terra & banniuit eum, nec audet illuc reuerti, licet uelit. Deportatus, dicitur ille qui per commune terræ ſuæ miſſus eſt ſub cuſtodia ex aliqua de cauſa ad aliquem certum locum, nec poſſit inde recedere ſine licentia cuſtodum ſeu præſidis.

Fugitiuus, dicitur ille qui timore aliquo ne aliquod ſiniſtrum accideret ei, fugit à terra in qua habitabat, & timet reuerti ad eam: nec tamen ob hoc poſitus eſt in banno: ſed tamē ſunt fortè aliqui qui

ſtudent

ſtudent lædere ipſum, ſi reuerteretur. Vnde omnes tales in quolibet prædictorum caſuum ſunt abſentes: & ſi fiat de aliquo ipſorum quæſtio, utrum reuertatur ad terram ſuam, ſiue per ipſum, ſiue per alium, ſemper datur ei qui ſponte ſe abſentauit, & animo ſiue intentione redeundi octaua pro perſona ſua. ut dixi, & prima datur terræ ſuæ, niſi peregrino: omnibus alijs abſentibus tam expulſis, quam bannitis atq; fugitiuis & peregrinis datur ſeptima pro perſona, & prima datur terræ ſuæ, ſicut expulſis, ut in alio capite dictum.

¶ De tempore aduentus abſentis.

AD ſciendum tempus aduentus abſentis, uide quot gradibus diſtat eius ſignificator à linea cuſpidis domus in qua fuerit: ſi fuerit in aliqua ſupradictarum domorum: & ſi non fuerit in aliqua earum, uide quot gradibus diſtet à Planeta, cui ipſe commiſerit diſpoſitionem ſuam, in aliqua earum gradu per gradum: quia ſi fuerit iter breue, ſignificat quòd infra tot dies ueniat: ſi fuerit mediocre, ſignificat quòd ueniat infra tot hebdomadas ſi fuerit iter longum, ſignificat quòd ſit uenturus infra tot menſes: ſi fuerit iter longiſſimum, ſignificat q; infra tot annos ſit uenturus.

¶ De morte interrogantis.

DVbitant aliqui aliquando de aduentu mortis, & timent ne ſuperueniat eis ante tempus, quod naturaliter conueniens uideatur: & ne non poſſent bene diſponere ſua facta, conſulunt ſuper hoc Aſtrologum, ut poſſint inde certificari. Vnde ſi fecerit tibi aliquis quæſtionem de morte ſua, ſiue abſolutè, ſiue determinatè fecerit eam: aſpice horam interrogationis eius, & conſtitue ſuper eam, figuram ad illam quæſtionem, primam ſcilicet & decimam, & cæteras domos: & loca Planetarum per gradus ſuos atque minuta, & per directionem eorum, atque retrogradationem, & ſecundum longitudinem eorum atque latitudinem. Siquidem interrogauerit determinate, dicens: uide ſi moriar hinc ad unum uel duos, uel tres annos, uel plus uel minus, ſecundum quòd ſibi uidebitur quærendum: aſpice dominum primæ & Lunam, & utere ipſis in hac re, & uide ubi ſint: utrum in angulis uel in ſuccedentibus uel ſint in cadentibus: uel ſint in ſuis dignitatibus, uel ſint peregrini, uel ſint uacui curſus ſeu aliquibus iuncti. Nã ſi dominus primæ iungitur cum aliquo ex Planetis ex fortunis, & commiſerit diſpoſitionem ſuam, & ille Planeta fuerit fortis, ita quòd non committat alteri ſuam diſpoſitionem, aſpice tunc ſi ille Planeta bonus, & fortuna ſit dominus octauæ domus: quia ſi nõ fuerit dominus octauæ, & fuerit ita diſpoſitus, ut dixi, ſignificat quòd non morietur infra tempus quæſitum. Si uero fuerit dominus octauæ domus, ille cui dominus primæ iungitur, & cõmittat diſpoſitionem, ſiue bonus fuerit ſiue malus interficit, & ſignificat q; morietur interrogator infra tempus quæſitum & eo fortius ſi Luna fuerit tunc impedita, niſi alius Planeta iungitur cum dño primæ, qui recipiat eum uel Lunã ſaltem, quia tunc ſignificat eum non moriturum infra tempus illud ſiue bonus ſiue malus fuerit ille qui receperit dñm primæ ſeu Lunam, ex quo non eſt dñs octauæ domus. Aſpice etiam ſi dñs primę iungatur alicui malo Planetę, qui eum non recipiat de domo uel de exaltatione, uel de duabus dignitatibus minoribus, & Luna fuerit tũc impedita, ſignificat eius mortem. Similiter dic, ſi fuerit dominus primæ iunctus dño octauę niſi dñs octauę receperit eum, ita tamen q; dominus primæ nõ recipiat dñm octauæ, licet ipſe recipiat eum: quoniam ſi dñs octauæ receperit dñm primę, & dominus primæ dñm octauæ, timendum eſt de morte ſiue fortuna fuerit dñs octauæ ſiue malus. Sed ſi dñs octauæ receperit dñm primę, non impedit ſiue bonus fuerit ſiue malus, ex quo dñs primæ non receperit eum. Si aũt uideris, q; nõ ſit moriturus infra tempus quæſitũ, aſpice quando dñs primę iungetur Planetæ, qui recepit eum ex coniunctione completa: quoniam ab illo tempore ib anno erit ſecurus, & reddet ſemetipſum certum de non moriendo. Si autem uideris ipſum moriturum, aſpice quando dñs primæ iungatur domino 8. uel quando iungetur malo Planetæ ſupradicto, qui non receperit eum, ſed impedit: quoniã quãdo fuerit eorum coniunctio completa, ſiue per corpus, ſiue per aſpectũ, tunc ſignificat eius mortem. Si aũt dñs primæ fuerit ita diſpoſitus q; nõ credas te poſſe iudicare per ipſum de morte, ſeu euaſione à morte, aſpice tunc Lunam, ſecundum dicta Meſſalæ, & iudica per eam, ſicut debeas iudicare per dominũ. 1. conditionibus ſupradictis de morte, ſiue de ipſius euaſione. Si aũt ut tetigi tibi ſuprà, ſint dñs octauæ, et dñs primæ iunctũ ſimul & uterq; receperit alium: uel ſaltẽ dominus primæ receperit dominum octauæ, ſignificat eius mortem in terminis ſupradictis hoc eſt quando ūnus peruenit ad gradũ, in quo erat alter tempore aſpectus. Idem intelligas, ſi infra tempus quæſitũ infortunium cõbuſtionis ſenſerit.

¶ De tempore mortis interrogantis abſolutè de morte.

SI autem fuerit interrogatio abſoluta, quod non determinauerit tibi quæſtionẽ ſuam, ſed dixerit, Vide mihi quando moriar. Aſpice tunc dominum primæ & Lunam & dominũ octauæ atq; planetam cui iungitur dominus primæ ſiue Luna, & iudica ei mortem ſecundũ diſtantiam graduum exiſtentium inter dñm, qm̃ ſi inueneris dñm primæ in 9. aut lunam, uel fuerit aliquis eorum iũctus cum dño 9. & eo fortius ſi fuerit in 3. uel 5. uel 7. uel 11. fiet iter ſeu peregrinatio, & ipſe idẽ interrogator erit cauſa qua re iter fiat: nec accidet ei aliquod extrinſecum uel extraneum, quod moueat eum ad iter, niſi ſpõtaneus motus & uoluntarius. Deinde aſpice dñm 9. & uide ubi ipſe fuerit: qui ſi fuerit in prima, ſignificat q; uenient ei noua de loco ad quẽ intẽdebat ire, quæ mouebũt eum ad eundem locũ, & uelocius q̃ eſſet iturus. Si aũt cum hoc fuerit dñs primæ, uel ſignificatrix, ſcilicet Luna in 9 uenient ei noua talia, q; uix aut nunquam fiet, quin uadat. Si autem fuerit cum hoc, ſcilicet quòd dñs 9. fuerit in prima, quòd ipſe ſis iunctus cum dño primæ, ſuperuenient ei quædã talia, quòd nullo modo poterit facere, quin uadat, niſi fortè interrogator nellet facere uim naturæ ex arbitrio ſuo. Si uerò non fuerit dñs 9, in prima iunctus domino primæ, uide ſi aliquis Planetarũ reddiderit lumen alicuius eorum ad alterum: ſignificat enim illud q; fiet iter. Si aũt non fuerit Planeta, qui

transferat lumen domini primæ, uel domini nonæ, ſcilicet unius ad alterum, unde tunc ſi dominus primæ atque dominus nonæ fuerint ambo iuncti alicui Planetæ qui ſit ponderoſior eis, & ille ponderoſior aſpexerit 9. domum ſignificat ſimiliter quod iter fiet. Si autem nõ fuerit iunctus dominus 9. cum domino primę, nec fuerit Planeta qui transferat lumen inter eos, nec fuerint iuncti Planetæ ponderoſiori eis qui aſpiciat domũ 9. indica quęrenti quod non fiet iter illud de quo quæritur. Item ſi fuerit dominus primæ in angulo & fuerit iunctus alicui Planetæ qui ſit in 3. ſignificat quod iter fiet ſi fuerit liber à malis, ut dixerunt quidam, quibus Zael uidetur aſſentire. Si fuerit iunctus Planetæ qui ſit in 2. quòd ſignificat iter ſicut ſi eſſet in 3. dummodo ſit liber ab aſpectibus ſeu coniunctione malorũ. Si uero dominus primæ & Luna fuerint iuncti alicui Planetæ in angulo, nec fuerint in locis ſupradictis quæ ſignificãt iter, ſicut dictum eſt, ſignificat quòd iter non fiet. Hoc tamen debes conſiderare quòd ſi dominus primæ fuerit iunctus domino 9. & uideatur per illam coniunctionẽ quòd iter debeat fieri, & inueneris aliquem malorum in prima qui nõ habeat in ea dignitatẽ, & impedierit eos uel aliquẽ eorũ ꝙ annullabiẗ & nõ fiet. & erit cauſa deſtruens illud aliquid quod accidet quærẽti impediens iter eius ut non fiat illud etſi incœperit. Si aũt fuerit ille malus in ſecũda, accidet aliquid in ſubſtãtia eius ꝙ perturbat iter uel in ſuo familiari qui nõ attinet ei. Si fuerit in 3. accidet cauſa fratris. & ſi non habuerit fratrẽ, accidet cauſa alicuius de reb⁹ quæ ſignificanẗ per domũ tertiã. Et ſi fuerit in quarta, accidet cauſa patris: ꝙ ſi patrẽ nõ habuerit, accidet cauſa alicuius de rebus quæ ſignificanẗ per domũ quartã ut cauſa terræ. Et ſi fuerit in quinta, accidet cauſa filij: ꝙ ſi filium nõ habuerit, accidet cauſa alicui⁹ de rebus quę ſignificanẗ per domũ quintã. Et ſi fuerit in ſexta accidet cauſa infirmitatis uel cauſa ſerui ſiue ſeruientis ſuæ domus, uel aliqua de cauſis quæ ſignificanẗ per ſextã domum. Et ſi fuerit in ſeptima, erit cauſa rumorũ qui uenient ei à terra illa ad quam uolebat ire uel cauſa rei quam intendebat habere: uel cauſa uxoris uel cauſa inimicorũ ſeu latronũ. Et dixit Zael quod ſi aſpexerit ab aſcendẽte timeẗ interfectio ſeu aliqua de rebus quæ ſignificanẗ per domũ ſeptimã. Et ſi fuerit in octaua, accidet ei cauſa mortis uel aliqua de cauſis quæ ſignificanẗ per domũ octauã. Et ſi fuerit in nona, accidet ei cauſa rumorum quos audiet ex itinere: uel forte quod uia nõ ſit tuta uel aliqua de cauſis quæ ſignificanẗ per domũ nonã. Et ſi fuerit in decima, accidet ei ab aliquo qui præeſt ei q non permittit eum facere iter ſuum, ſicut ſunt poteſtas & ſimilia, uel aliqua de cauſis quæ ſignificantur per domum decimam. Et ſi fuerit in undecima accidet ei cauſa amici uel alicuius de cauſis quæ ſignificantur per domum undecimam. Et ſi fuerit in duodecima accidet ei cauſa alicuius qui finget ſe amicum cum non ſit, immo inimicatur ei occulte, uel aliqua de cauſis, quæ ſignificantur per domum duodecimam. Si uero fuerit dominus primæ iunctus domino nonę, poſtea iunctus fuerit malo per cõiunctionem uel ab oppoſitione uel quarto aſpectu & ille fuerit peregrinatus, ſignificat deſtructionem quæ occurret poſtquã fuerit peregrinatus. Et dixit Zael quòd erit illa deſtructio ſecundum quantitatem inimicitatis illius mali: hoc eſt ſi dominus ſextæ fuerit, erit infirmitas. Si fuerit dominus quartę erit carcer aut aliqua triſtitia. Et ſi fuerit dominus octauæ erit mors. Et ſi fuerit dominus ſeptimæ uel duodecimæ, ſignificat deſtructionem à latronibus & inimicis. Et ſi aſpexerit ab aſcendente, timetur interfectio. Si à ſecunda, ſignificat detrimentum ſubſtantiæ. Similiter quartus aſpectus aſcendentis ſignificat detrimentũ corporis: & alter quartus aſpectus ſecundus, ſcilicet ſeptimæ & decimæ, ſignificat detrimentũ ſubſtantiæ. Et dixit, ꝙ ſi inueneris dñm aſcendentis in ſeptima aut octaua, ſignificat laborẽ in peregrinatione: & maxime ſi fuerit malus. Verũtamen ſi dñs aſcendentis fuerit in octaua, nec fuerit malus, receperitq; dñm octauæ, nec fuerit receptus ab eo, ſignificat quòd occupabit uiator de bonis alienis in loco ad quẽ ire intendit. Deinde aſpice ſi dñs primæ fuerit liber ab impedimentis, ſcilicet retrogradatione caſu cõbuſtioue, cõiunctione malorum, uel eorũ quarto aſpectu uel oppoſitione, ſignificat ꝙ iter erit tutum & leue nec anguſtũ nec laborioſum. Similiter dicas, ſi Luna fuerit recepta receptione perfecta de domo uel exaltatione, uel de duabus dignitatibus minoribus, ꝙ iter erit leue abſque impedimento & labore & maxime ſi fuerit recepta à dño nonæ uel exaltationis eius: etiã ſi fuerit ille receptor in fortuna, nec fuerit impeditus impedimento terribili. Si uero nõ fuerit Luna recepta, ſignificat grauitatem itineris & tarditatem & moram & inuolutionẽ in eo et ꝙ iter nõ erit utile neq; lucroſum et ꝙ ille ad quem uadit uel illi de terra ad quã intendit ire, nõ bene uidebunt uel recipient eum & erit etiã odioſus ſibi ipſi. Et dixit Zael, ꝙ ſi inueneris dñm aſcendentis in aſcendente, uel ſua domo altera iunctum dño nonę, ſignificat ꝙ peregrinabiẗ, etiãſi fuerit ſignum fixũ. Et dixit, quòd ſignũ fixum nõ deſtruit iter. Itẽ dixit, & ſcito quòd aſcẽdens ſignificat peregrinationẽ & medium cœli res eius & ſeptima ab aſcendente terrã ad quam uadit, quarta uero ab aſcendente ſignificat finẽ rei illius. Si aũt inueneris fortunã in prima poſtq̃ uideris ꝙ iter fiat uel ꝙ nõ prohibeatur, ſignificat ꝙ iter illius erit bonũ et utile & cum ſaluatione animi & corporis. Si uero fuerit in 10 fortuna, ſignificat ꝙ merces ſeu res quas portat, erunt perſpicue ſi defert ſecũ mercationẽ. Si aũt fuerit in 7. fortuna, erit ei bona & utilis terra illa ad quã ire intendit et gaudebit & lætabiẗ in his quæ inueniet in ea inueniet enim in ea quod inuenire deſiderabat. Si uero fuerit in quarta fortuna, ſignificat quòd finietur iter illius, ita quòd ſibi placebit & bene ſatis fiet uoluntati ſuæ, ex eo quod accidet ſibi in itinere illo. Si uero inueneris aliquem malorum in locis prædictis non habens in eis dignitatem, nec erit iter ad uelle ſuum, ſed potius in contrarium illius: quoniam ſi fuerit in prima, accidet ei horribile in uia cum iuerit. Si fuerit in ſeptima, accidet ei horribilis infirmitas, ſcilicet uel aliquid tale in terra ad quam ire intendit. Si fuerit in decima, accidet deterioratio & damnum rerum, quas portat. Si uero in quarta fuerit, accidet ei anguſtia & diminutio rerum, & labor quem ſuſtinuerit, erit fruſtratorius & inutilis.

Ad quid proficiſcatur itinerans uel qua de cauſa fiet iter. Caput II.

CONſueuerunt aliquando quidam occultare ab Aſtrologo quid quærere intendant quandoq; cauſa tẽtandi: quandoq; cauſa occultãdi ſuã intẽtionem, quoniã nolunt patefacere alicui quod intendunt. & ut pluries de itineribus ne forte aliqui inſidientur eis uel forte alia de cauſa, prout eis uiſum fuerit. Si uero poſt factam quæſtionem, uideris quòd iter ſit futurum, & uolueris ſcire ad quem intendat ire uiator aſpice ſignificatricem quę eſt Luna, & uide cui ipſa iungitur: quoniam ille Planeta cui iũgitur Luna, ſignificat illum ad quem intendit ire uiator uel qua de cauſa accidet ei iter. Si fuerit iuncta Luna Saturno uadit ad uiles perſonas & ignobiles uel ad monachos uel alios religioſos induentes nigras ueſtes uel ad ſenes ſeu decrepitos uel ad ludæos. Et ſi fuerit iuncta Ioui uidetur quòd ſit iter eius ad ciues uel ad epiſcopos ſeu religioſos ſeculares uel iudices ſeu iuriſperitos. Et ſi fuerit iuncta Marti, ſignificat ꝙ uadat ad guerrarios ſeu ad milites bellicoſos uel piratas ſeu abiciſores uiarũ. Et ſi fuerit iuncta Soli, ſignificat ꝙ uadat ad regem uel ad aliquẽ nobilem magnatẽ & diuitem & honorabilẽ. Et ſi fuerit iuncta Veneri, ſignificat ꝙ uadat ad mulieres uel alios luſores, qui gerant officia muliebria. Et ſi fuerit iuncta Mercurio, ſignificat ꝙ uadat ad philoſophos uel ſcriptores uel alios ſapiẽtes litteratos ſiue ad mercatores ſiue magiſtros operum. Si uero fuerit tunc Luna uacua curſu, erit iter eius ad hoc, ut inueniat quendã abſentem, qui eſt ei notus.

Si uero fuerit cũ hoc ſeparata tunc à Saturno, ſcilicet ꝙ fuerit uacua curſu, ſignificat ꝙ ſit iter eius ex hoc ꝙ infeſtatur à creditoribus propter manu leuationem quam fecit pro aliquo, uel etiã propter ſua propria debita, quia nõ eſt aptus ſatisfacere creditoribus. Si uero fuerit ſeparata à Ioue, ſignificat ꝙ ſit iter eius cauſa ꝙ ſit ſeparatus, uel ꝙ uelit ſe ſeparare ab aliquo epiſcopo, uel alio prelato uel iudice uel ab aliquo nobili ciue. Et ſi fuerit ſeparata à Marte, ſignificat quòd ſit iter eius cauſa ꝙ intendat ſe ſeparare ab aliquo qui conſueuit producere exercitus, qui præeſt tunc alicui exercitui uel ab aliquo bellicoſo milite, prout tu uideris tunc Martẽ in ſua dignitate, quia ſi fuerit tũc Mars in exaltatione ſua, fugit uel intẽdit fugere à rege. Si in domo à duce. Si in aliqua ſuarum dignitatũ minorũ, à milite bellicoſo. Si fuerit peregrinus, fugit uel uult fugere à latronibus, uel abſciſoribus uiarũ. Si uero fuerit ſeparata à Sole, ſignificat quòd ſeparatus ſit ab aliquo rege uel ualde nobili magnate, uel intẽdat ſe ſeparare ab eo forte timens de ipſo. Et ſi fuerit ſeparata à Venere, ſignificat quòd iter illius ſit cauſa ꝙ ſit ſeparatus ab aliqua muliere, uel intẽdat ſe ſeparare ab ea uel forte quòd decipit eam, & læſit eam in aliquo. Si aũt à Mercurio ſeparata fuerit, ſignificat quòd ſit iter ſeu fuga, cauſa quòd fugerit uel fugere intendit ſiue ſeparare ſe ab aliquo ſcriptore, uel alio literato uiro, uel ab aliquo mercatore. Item aſpice cui Planetarum iungatur primo Luna, ſi fuerit uacua curſu: qui ſi fuerit in domo ſua ille ad quem uadit uiator erit de regione illa & ſi fuerit in exaltatione ſua erit extra regionem, ſed habet ibi dignitatem laicalem, ut poteſtariam, & ſimilia. Et ſi fuerit in triplicitate ſua, ſignificat quòd ſit uir de extra regionem, ſed moratur in ea tanq̃ eſſet ciuis regionis ſeu terræ illius. Et ſi fuerit in termino ſuo, erit uir qui moratur in regione illa, & habet ibi parentes ſuos. Et ſi fuerit in facie ſua erit alienigena, ſed nunc moratur in illa terra ſeu regione, & habetur pro ciue. Et ſi dñs domus in qua fuerit Planeta cui Luna iungitur aſpexerit eum, erit ille ad quem tendit uiator notus in regione in qua moratur. Si uero nõ aſpexerit eum, nõ eſt publice notus in illa regione ſeu terra in qua tũc moratur. Et ſi aſpexerit, uide quo aſpectu aſpiciat eum, utrũ bono uel malo: quoniã ſi aſpexerit eũ trino aſpectu, erit homo quẽ omnes uicini eius amãt & honorant, & eſt eis ualde placidus. Si aſpexerit eũ ſextili aſpectu, erit dilectus & honoratus in terra illa, ſed erit infra hoc aliquid. Si fuerit aſpect9 ille quadratus, nõ diligitur multũ, nec habetur multũ odio & quidã dicunt de ipſo bonum: plures tamen ſunt maledicentes q̃ illi qui commendant eum. Si quidẽ fuerit aſpectus oppoſitionis, erit homo de quo homines communiter & unanimiter male dicunt, & quaſi omnes qui habent cõmunicare ſecum, odiũt eum, & habetur pro cõtentioſo & ſuſurratore. Si uero fuerit cõiunctio corporalis, ſignificat quòd ſit homo uerboſus, & qui intromittit ſe de multis negocijs ſuis & alienis, & ex illa intromiſſione nitit ſubtrahere pecuniã ab hominibus, nec proſpicit uadũ aliquod, niſi unde poſſit acquirere omnibus modis per fas & nefas ſollicitatur, ut extorqueat pecuniam aliorũ. Item aſpice, ſi uideris quòd facere propoſuit interrogator, & uide ſi dominus aſcẽdentis fuerit impeditus uel Luna ab aliquo malorũ, quis eſt ille malus qui impedit, & proſpice in quo ſigno ipſe fuerit: quoniã ueniet impedimentũ ſecundum ſubſtantiam ſigni in quo fuerit malus impediens & ſecundum ſignificatum domus in qua fuerit: ſignificata domorum bene debes ſcire non oportet quòd reiterem ea modò. Et ſi fuerit in Geminis uel Libra uel Aquario, uel prima medietate Sagittarij, eueniet ei illud impedimentum ab hominibus, unde debes eum monere, quod caueat ſibi à latronibus, & ſcarranis & robatoribus ſeu uiarũ abſciſoribus. Si autem fuerit in Cancro uel Scorpione uel Piſce, dic quòd caueat ſibi, ſi fuerit ille malus Saturnus de naufragio uel ſubmerſione, uel ſuffocatione aquæ. Si fuerit Màrs, dic quòd caueat à piratis equitantibus mare, ſeu latronibus marinis & terrenis. Si aũt fuerit in Ariete uel Tauro, uel ultima medietate Sagittarij, uel Capricorno, caueat à caſu beſtiarũ uel earum calcitratione, ſeu percuſſione. Si fuerit in Leone, dic quòd caueat à leonibus uel lupis uel urſis uel etiam canibus, & a ſcorpionibus, & à ſpinis, & araneis, et ſimilibus. Et ſi fuerit in Piſce, dic quòd caueat à ſerpentibus aquarum, & alijs animalibus uenenoſis degẽtibus in aquis. Et ſi fuerit in Virgine, dic quòd caueat ne aliqua arbor cadat ſupra eũ, uel aliquod lignum uel alio modo impediat eum: & caueat etiam à ripis uel præcipitatione de loco eleuato, & caueat etiam à ueneno. Et dixit Zael quòd Mars eſt maioris impedimentis in terra, & Saturnus in aquis magis impedit.

Quali.

Qualiter cedet itineranti in ciuitate in quam intrauerit. Caput III.

SI aliquando uoluerit aliquis uiator ſcire ſeu peregrinus cum intrauerit in aliquam ciuitatem ſeu alienam terram quid accidat ei in illa, uel uolueris tu ipſe pro te ſcire illud. Aſpice primam domũ quando ingreditur in terram illam uel quando interrogat uiator ille: & uide ſi dominus 2. domus quæ ſignificat ſubſtantiam illius ciuitatis, fuerit directus, reuertetur in non magno tempore & ſatis cito perficiet quod intẽdit. Si uero ſtationarius in ſtatione ſua ſecunda erit in eius reuerſione dilatio, ſed tamen perficiet rem ſuam pro qua iuerit. tamen occurrẽt ei multa contraria impedientia negocium ſuum, ita quòd non credet ſe perficere. Si uero fuerit ſtationarius in ſtatione ſua prima credet ſe poſſe perficere quod intendit, ultimo tamen nõ perficiet & reuertetur poſt aliquam dilationem iratus, quia nihil lucratus erit immo expendit plus quàm ſit lucratus. Si autem fuerit retrogradus recedet cito à terra illa & non perficiet rem pro qua iuit, nec lucrabitur ibi aliquid, nec perueniet ad eum aliquid boni in ea. Si uero fuerit dominus ſecundæ in prima uel decima uel undecima, erit iter illud ſiue introitus in terram illam utilis & bonus & lucroſus, gaudebit & lætabitur illa de cauſa. Si autem fuerit in ſeptima dominus ſcilicet ſecundę, accident ei multa contraria & horribilia: & oportebit eum litigare illa de cauſa, quia forte illi cum quibus habuerit facere, negabũt ei ueritatem, & maxime ſi fuerint mali ſignificatores eorum, ſcilicet quòd ſint domini ſeptimæ & occurrent ei contentiones & diſtrictiones & alia multa quæ turbent eum & inducant ei mœrorem & triſticiam. Si uero fuerit dominus ſecundę in tertia uel nona ab aſcendente ſignificat inſtabilitatem quærentis & eius motũ in terra in quam intrauerat uel ad quam uenerat in aliam, & non trahet moram in illa niſi modicã uel quaſi nullã, et ſi traxerit ibi moram nõ erit ſuo uelle, ſed cõtra ſuam uoluntatem potius ac ſi eſſet coactus ſtare ibi. Si uero fuerit in quarta & aſpexerit eum aliquis malorũ à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, niſi eum receperit receptione bona, non itinerabit ulterius de leui. Et ſi fuerit iunctus ei corporaliter nõ uidetur ꝙ reuertatur ulterius ad domũ ſuam & uidetur quòd ibi ſit moriturus. Si uero fuerit Mars ille malus qui impedierit dominũ ſecundæ & Luna fuerit ei iũcta domino, ſcilicet ſecundę, uel fuerit iuncta Mercurio ex aſpectu quarto uel oppoſitione uel per corpus, & tunc aſpexerit Mars Lunã, accidet ei horribilia, & cadet in contentionem cum aliquibus malis, & qui utuntur eis quæ ſpectant ad Martẽ & ſignificantur per uiſum ita quòd offendent eum & uulnerabunt uulneribus dubijs, ita quòd ſi fuerit tunc Luna in quarta et aſpexerit eam Mars ex quocunq; aſpectu, morietur inde quærens ſeu uiator ille. Si autem fuerit in alijs angulis, non morietur inde. Sed ſi fuerit uulneratus, apparebunt cicatrices in locis uulnerum. Et ſi fuerit tortus remanebunt ueſtigia torturę in locis coartatis à ſtrictura tormenti. Si uero fuerit Luna in aſpectu Martis & non aſpexerit eum Iupiter uel Sol uel Venus aut Mercurius, ſi ipſe fuerit tũc boni eſſe, eueniet quęrenti ſeu uiatori illud horribile à ſignificato illius ſigni ſeu domus in qua fuerit Mars. Si uero aliqua ſupradictarũ fortunarum aſpexerit tunc Lunam, forte quòd tunc nõ euenĩet ei illa horribilia quæ dixi: tamen ſi euenerint, liberabitur ab eis quærens ſeu uiator & euadet & inuenietur omnibus his remedium, & euaſio ab eis. Si uero aliqua fortunarum ſupradictarum non aſpexerit Lunam, timetur tunc quòd illa horribilia ſint ita praua & taliter adhærentia uiatori ſiue quærenti quòd moriatur ex eis.

Qualiter cedat uiatori de ſuo itinere uel eius occaſione ſiue ſit rex ſiue quæuis alia perſona. Caput IIII.

COnſueuerunt homines aliquando quærere quando uadunt in aliquod iter uel peregrinationem ſeu aliquod tale qualiter debeat eis cedere uel euenire in itinere illo uel eius de cauſa uel forte uolueris tu ſcire per temetipſum qualiter ei cedere debeat. Aſpice aſcendens hora quæſtionis ſi quæſiuerit, uel motus eius ſi non quęſiuerit, et uerifica omnes domos à prima uſq; ad duodecimã, et uide diſpoſitionem ſignificatorũ omniũ domorũ & eorum eſſe et quem eorum inueneris bene diſpoſitum, de illo iudica bonum et quem eorum inueneris male diſpoſitũ, de illo iudica malum. Præterea iudicabis ei de eſſe ſuo ſecundũ alium modum minus particularem, uidelicet quòd debes aſpicere Planetas, qui fuerint inter primam & quartam, & ſpecialiter illos qui fuerint in ſecunda. Et ſi fuerit ibi malus Planeta, qui non habeat domum in ea uel exaltationem uel terminũ uel triplicitatem uel faciẽ ſignificat ſaltem quòd accidet ei damnũ in his quæ dimiſerit poſt ſe. Si fuerit rex uel alius magnus nobilis, erit damnũ ſeu detrimentũ illud in regno ſuo ſeu ducatu uel comitatu ſuo et in his quæ pertinent ei ex parentela. Si autem non habuerit ibi aliquam de ſupradictis dignitatibus, nec habuerit ibi faciem nec Aym, ſignificat tam in magnatibus quàm in uilibus perſonis rerũ ſuarum damnum: & ſpecialiter ſi fuerit uilis perſona, quæ non habeat regnum uel ciuitatem aut caſtra, ſignificat ei damnum quæ poſſidet, & in rebus ſuæ domus tam mobilibus quàm alijs, & quibuſlibet ſignificat detrimentũ in propinquis & conſanguineis diligentibus eum. Quod ſi fuerit ille malus qui fuerit in ſecunda Mars, accidet ei illud detrimentũ propter guerram ſeu aliam contẽtionem uel per cõbuſtionem ignis ſeu ſanguinis effuſionem uel per abſciſores uiarũ uel interitu animalium minutorũ ſeu ſeruorũ ſeu ancillarũ, prout Mars fuerit tũc diſpoſitus ad ſignificandũ aliquod prædictorũ. Si autem fuerit Saturnus, erit illud horribile ſeu detrimentum cauſa naufragij uel ſubmerſionis uel ruinæ uel latronũ uel mortis animalium magnorum uel infirmitatum. Si uero fuerit ibi Cauda, erit occaſione utriuſq; ſignificatorũ alicuius domus, quoniam eueniet damnum ab illa re quæ ſignificatur per domum illam cuius dominus fuerit impeditus. Si autem fuerit ille malus dignitatem habens in ſecũda & fuerit directus uel fuerit receptus, tollet eius malicia nec impediet impedimento multum ſenſibili. Si uero fuerit retrogradus nõ tolletur eius malicia ex toto, tamen parum nocebit, ex quo fuerit receptus: ſed ſi fuerit retrogradus nec fuerit receptus nec in ſua dignitate augmentabitur eius malicia & plurimum nocebit. Idem dicas ſi fuerit in caſu uel in deſcenſione ſua. Si autem fuerint fortunæ

in loco

In loco malorum, ſcilicet in ſecunda: dic quòd illud iter non ſit ei dubium propter ſua bona quæ remanent poſt eum, nec diminuentur illa de cauſa, ſed potius meliorabuntur & creſcent. Et dixit Zahel, ꝙ ſi dominus aſcendētis uel Luna fuerint impediti ſignificat diſtrictionē & triſticiam in uia. Vnde cum uideris ꝙ iter alicuius ſeu peregrinatio minetur ei damnum, debes uidere quis Planeta ſit ille qui impedit, qui immittit illum timorē & qui eſt cauſa detrimenti quod uideaſ debere accidere uiatori & ubi ipſe ſit. Et ſi fuerit inter primam & decimam, ut ait Zahel accidet illud detrimentum ſeu damnum in reuerſione ſua. Si fuerit inter ſeptimam & decimā in deſcenſione ſua. Et ſi fuerit inter primam & quartam ſub terra in his quæ acquiſiuit in deſcenſione ſua. Si uero fuerit inter quartam & ſeptimam in reuerſione ſua. Mihi tamen uidetur quòd ille qui tranſtulit, non bene ſciuit Arabicam linguam. Vnde potuit fallere in transferendo: quoniam uideretur conuenientius quòd impedimentū deberet euenire ſi eſſet malus impediens inter primam & quartā in deſcenſione ſua à terra in qua erat eundo ad aliam uſq; ad medium itineris. Si eſſet inter quartam & ſeprimam debent accidere à medio itineris uſq; ad terram ad quam intendebat ire uiator. Et ſi eſſet inter 7. & 10. accideret ei in reuerſione ſua uſq; ad mediū uiæ reuerſionis & maxime in his quæ acquiſiuit. Et ſi eſſet inter decimam & primam, accideret poſt medium itineris reuerſionis ad domum ſeu terrā ſuā.

Hic debent poni accidentia ſecundū unāquamq; domum & ſecūdum unumquenq; Planetarū: & ut particularius ſcies hoc, proſpice fortunas iuuantes & malos impedientes, & uide in quibus domibus fuerint, quoniā in illis proportionibus itineris accident ſignificata eorum tam fortunarum q̃ malorū. Nam ſi fuerint in prima, accident in principio itineris parum extra portam terræ à qua recedit uel forte accident inter portam. Si ſint in ſecunda, accident infra quintam partem itineris. Si ſint in tertia, accident infra tertiam partē itineris. Si fuerint in quarta, accident infra medietatem itineris. Si fuerint in quinta, accident infra tertiam partem reſidui itineris poſt primam medietatem. Si fuerint in ſexta, accident poſt duas partes reſidui itineris poſt primam medietatem. Si fuerint in ſeptima, accident in loco ad quem tendit uiator. Si fuerint in octaua accident in ſeparatione à loco illo uel prope quintā partē itineris reuerſionis à loco à quo quis reuertitur. Si fuerint in nona, accidēt in tertia parte itineris reuerſionis. Si ſint decima, accident in medietate itineris reuerſionis. Si fuerint in undecima, accident poſt ſecundam partem itineris reuerſionis. Si fuerint in duodecima, accidēt prope terrā ad quam reuertitur uiator. Deinde aſpice in qua prædictarū domorum inueniatur fortuna, quoniam ibi gaudebit uiator & accident ei bona, ut ſi fuerit Iupiter ſignificabit quæſtum pecuniæ: ſi fuerit Venus lætabitur cum mulieribus & comeſtoribus, & ſimilibus. Si autem inueniantur ibi mali, accident ei contraria: ut ſi fuerit Saturnus, accident ei damna cauſa furti, ignis, clam & obſcure facti uel cauſa naufragij. Si autem fuerit Mars accident cauſa ignis uel abſciſionis uiarum uel cauſa effuſionis ſanguinis & ſimilium.

Verſus quam partem ſit melius ire. Caput V.

ET ſi te interrogauerit uiator uel quiuis alius dicens, uerſus quam partem eſt mihi melius ire. Aſpice figuram quam erexiſti, & uide in qua quarta ſint fortunæ, & quæ ſint magis aptæ, atq; melioris eſſe, & ſecūdum illud dicito ſibi quòd ſit melius ire: ſi in orientali uerſus orientē: ſi in meridionali uerſus meridiem: ſi in occidentali uerſus occidentem: ſi in ſeptentrionali uerſus ſeptentrionem. Et in quacunque quarta fuerint plures fortunæ atque magis bene diſpoſitę uerſus illam partem eſt melius ire. Et idem dic de infortunis, quia in quacunq; quarta fuerint plures infortunæ uerſus illam partem eſt deterius ire. Et uidetur quòd etiam debeat accidere aliud illi uiatori, quoniam ſi cōiungatur dominus primi cum aliquo ſignificatorū quæſtionis, obuiauit illi in uia. Si fuerit dominus tertiæ, obuiabit fratri. Si fuerit dominus quartæ, obuiabit patri. Si fuerit in quinta, obuiabit filio, ſi habuerit fratrem uel patrē, &c. Et illud idem intellige de omnibus ſignificatis domorum. Et ſi fuerit ſignificator fratris in prima ueniet frater ad eum. Et ſi fuerit dominus primi in tertia ibit uiator ad fratrē. Et idem dic de omnibus ſignificatoribus domorū, ſi habuerit quærens ſeu itinerans fratrem uel patrem, &c. Et ſemper ſit tibi curę aſpicere ſecundam & octauā in itineribus: iuxta illud Ptolemæi, caue ab Infortunis in octaua & eorum aſpectibus exeunti in itinere & in ſecunda redeunti, quia malus ſeu infortuna in octaua ſignificat detrimentū in quæſtu terræ ad quā uiator intendit ire & in ſecūda in quæſtu terræ ad quā uiator intendit reuerti. Vnde debes fortunā ponere in octaua in quolibet itinere, uel facere ꝙ aliqua ex eis aſpiciāt eam: & ſi poteris ponere caput cum ea, erit melius. Et caue tunc à Cauda, & ſi accideret quòd non poſſes euitare, quòd non eſſet ibi infortuna, pone cum ea Caudam, & caue tunc à capite. Illud idē intelligas de ſecunda quando reuertitur quis, ſicut dixi tibi de octaua quando uadit, quòd non ſit ibi malus nec aſpiciat illam: & ſi non poteris uitare quin aſpiciat, ſit aſpectus eius trinus uel ſaltem ſextilis. & ſemper pone ibi fortunam, uel fac quòd aſpiciat illam.

Quæ ex duabus terris uel domibus uel quibuslibet rebus uel quod duorum uel plurium negociorum ſeu itinerum, & ſimilium ſit melius interroganti. Caput VI.

HAbent aliquando aliqui homines plura negocia præ manibus, & neſciunt quod illorum ſit eis utilius. & cōſulunt Aſtrologum ut eligat eis quod illorum negociorū ſit eis melius. Vnde ſi uenerit ad te aliquis qui habeat aliqua negocia præ manibus ſiue ſint itinera ſiue ſint emptiones ſeu uenditiones ſiue ſint officia ſiue matrimonium ſiue ſint mutationes de terra in terrā ſiue de domo una in alteram uel aliquid iſtis ſimile, & uoluerit quòd ſatisfaciat ei ex hoc: uidetur quòd de his fuerit diuerſitas inter ſapiētes antiquos noſtros: ſed ſi quis recte conſideret, mihi non uidetur quòd fuerit diuerſitas: ſed dixit unus plus alio, ſicut ſibi uiſum eſt, non contradicendo dicto alterius, nec infrigendo illud inter quos Meſſala & Albumaſar, uiſi ſunt mihi ſubtiliter dixiſſe, licet forte occulte.

Illi

Illi autem qui fuerũt in tempore meo ſicut fuit Hugo Abalugant, Beneguardinus Dauidbam, Ioannes Papienſis, Dominicus Hiſpanus, Michael Scotus, Stephanus Francigena. Girardus de Sabloneto Cremonenſis & multi alij utebantur in omnibus ſupradictus prima & ſeptima, tamen extendebant ſua iudicia iſtos duos modos. Bellonus uero Piſanus utebatur ſupradictis omnibus 4. angulis. Grandeus uero filius dicti Dauid utebatur quadam ratione ſua occulta quam nemini pandebat, & bene cedebat ei in ſuis iudicijs. Ego autem non contradicendo alicui eorũ, nec antiquis nec modernis uſus ſum ſicut dico tibi, et ſit benedictus dominus noſter filius beatæ uirginis: bene habebantur in eo iudicia & autentica, quoniam utebatur hoc modo & conſulo tibi quòd tu utaris illo, uidelicet ſi fiebat mihi quæſtio aliqua de aliquo prædictorum quæ contineret plures res eiuſdem materiei, accipiebam ſecure tres res ſub uno aſcendente, & iudicabam ſuper eis ſicut ſuper una: & utebar dominis triplicitatis ſignificantis rem quæſitam & ſuper illis iudicabam.

Verbi gratia, uolebat aliquis accipere uxorẽ & habebat plures mulieres præ manibus, & faciebat ſuam quæſtionem & formabat eam ſic. Ego habeo uerba de accipiendo Mariam in uxorem & Bertam & Inueldam: uide quæ illarum eſt mihi melior aut utilior. & ſi complebitur matrimonium inter me et aliquam earum, & cum qua complebitur matrimonium. Et ponatur quòd eſſet aſcendens Aries qui ſignificat quærentem: et Libra dabatur mulieri unde proſpiciebam dominos triplicitatis Libræ uidelicet Saturnum qui eſt primus: Mercurium qui eſt ſecundus: Iouem qui eſt tertius: et quem eorum inueniebam in coniunctione Martis, qui erat ſignificator quærentis, cum illa dicebam ipſum perfecturũ matrimonium. Et ſi eſſet Mars iunctus cum duobus ex eis uel cum omnibus, dicebã quòd perficeretur cum illa cuius ſignificator eſſet magis propinquus coniunctioni Martis. Et ſi omnes eſſent æqualiter iuncti ei ſiue per corpus ſiue per aſpectum, dicebã quòd poterat perficere cum qualibet. Sed ſi unus eſſet iunctus Marti per aſpectum et alter per corpus, ille qui eſſet iunctus eſſet dignior & cum illa perficeretur matrimoniũ. Idem intelligas de omnibus alijs ſignificatis meliorẽ & utiliorem, iudicabis per illum Planetam qui melior fuerit & melius diſpoſitus & magis fortunatus. Si autem eſſet quæſtio de una tantum, iudicabis per dominum ſeptimę domus uel per quamcunque domum ſignificatur. Et ſi interrogauerit de pluribus rebus quàm de tribus, tunc mutabis iudicium: ſi fuerint res quatuor dabis dominũ domus ſignificantis rem illam primæ rei: primum dominum triplicitatis ſecundæ rei ſecundum dominum triplicitatis tertiæ rei: tertium dominum triplicitatis quartæ rei. Et ſi iterum interrogauerit de quinq; rebus eiuſdem modi mutabis iterum iudicium, & dabis dominum domus primæ rei: dominum exaltationis ſecundæ rei: primum dominum triplicitatis tertiæ rei: ſecundũ dominum triplicitatis quartæ rei: tertium dominum triplicitatis quintæ rei. Et ſi non fuerit exaltatio alicuius Planetæ, dabis ut dictum eſt dominum domus primæ rei: primum dominum triplicitatis ſecundæ rei: ſecundum dominum triplicitatis tertiæ rei: & tertium dominũ quartæ rei: dominũ uero cuius termini fuerit gradus domus ſignificantis rem quæſitã dabis quintæ rei. Aſpice in omni re & in omni interrogatione ſecundum iſtum modũ quem tibi dedi: ut ſi fueris interrogatus ab aliquo qui eſt in aliqua terra & non bene cedit ei in ea: uel ſi alia de cauſa uult mutari ab ea ad aliam: uel de una domo in aliam uel de uno officio ad aliud: ſiue de una arte ad aliam: uel de aliquo ſimili. Et dixerit tibi: uide quod iſtorum eſt melius mihi an hoc an illud, uide de quale ſit eſſe domini primæ & domini ſeptimæ: ſi dominus primæ fuerit melioris eſſe q̃ dominus ſeptimæ manere in terra illa, uel domo illa, in qua eſt uel tenere artem illam quam tenet: uel exercere officium quod exercet eſt melius. Si uero eſſe domini ſeptimæ fuerit melius quàm eſſe domini primæ ire ad terram quam uult: uel mutari in aliam domum: uel capere aliam artem, eſt ei melius & utilius. Item aſpice ſi cum hoc Luna fuerit ſeparata ab aliqua fortuna ſiue receperit eam cum fuerit ei coniuncta ſiue non: uel ab aliquo malo qui non ſit impeditus qui recipiebat eam quãdo iuncta erat ei: & fuerit iuncta alicui malo ſine receptione perfecta, ita quòd ex illa receptione melioretur eſſe ſuũ: dic quòd terra in qua eſt: uel domus in qua moratur: uel ars quam ipſe exercet, ſit ei melior. Si uero fuerit ſeparata ab aliquo malo & fuerit iuncta alicui malorum: dic ei quòd caueat a billa mutatione. Similiter dic de parte fortunæ ſi ſeparantur ab ea fortunæ & iungantur ei mali, dic malum ſi ſeparantur ab ea mali & iunguntur ei fortunę dic bonum, utrunque erit ei bonum aut uult facere quod intendit uel nõ: ſed erit ei melius illud cuius ſignificator fuerit melioris eſſe. Si uero ambo fuerint mali, eſſe utrunque eſt ei malum: ſed eſt ei minus malum cuius ſignificator fuerit minus mali eſſe. ſimiliter dic de Luna & de parte fortunæ. Si autem eſſe domini primæ fuerit bonum & Luna fuerit ſeparata à fortunis & fortunæ aſpexerint partem fortunæ, dic quòd res illa quam facit uel domus uel terra in qua moratur eſt ei utiliſſima, ita quòd nõ poteſt meliorari. ſi uero aliquod illorum deeſt, erit infra in hoc ſecũdum quòd defuerit ei aliquod de prędictis bonis. Si autem eſſe domini ſeptimæ fuerit malum & Luna fuerit iuncta malis & aſpexerint mali partem fortunæ, ſignificat quòd res quam uult facere uel domus uel terra ad quam uult ire uel terras mutare, ſit ei ita praua quòd non poteſt deteriorari. ſi uero aliquod illorũ defuerit, erit infra hoc malicia illa ſecundum quantitatem defectus alicuius illorum malorum.


Vtrum terra illa ſit ei melior. Cap. VII.

ET dixit Zael, cum te aliquis interrogauerit ſi terra in qua ſum ſit mihi melior, uel ad quam uolo ire: aſpice Lunã ſi ſeparata fuerit à malo, egreſſio erit ei melior. ſi uero à fortunis ſeparata fuerit, manere erit melius. Sed dixit & ſi te interrogauerit dicens eſt mihi bonum ſi egrediar ad hoc negocium, aut faciam illud: aſpice dominũ aſcendentis & Lunam ſi fuerint ſeparati à malis uel iuncti fortunis, præcipe ei ut faciat quod uult. ſi uero à fortunis ſeparati fuerint & iuncti malis nõ appropinquat illi operi. Si uero eſſe domini aſcẽdentis fuerit bonum

bonum manere, erit ei melius. Si autem eſſe domini ſeptimæ fuerit melius, ire erit ei utilius. Et ſi fuerit Luna ſeparata ab infortuna orientali directa & forti recipienti eam ex trino uel ſextili aſpectu, & fuerit iuncta fortunæ impeditæ non recipienti eam, ſignificat ꝙ deterius eſt facere rẽ de qua quærit, q̃ dimittere, licet ſit bonum facere. Et ſi ſeparata fuerit à fortuna impedita & male diſpoſita, nõ recipienti eam quarto aſpectu uel ab oppoſitione, & fuerit iuncta malo directo orientali, & forti & bene diſpoſito recipienti eã à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat ꝙ deterius eſt dimittere rem q̃ facere, licet nõ ſit bonum facere. Idẽ dico, ſi ſeparata fuerit ab eis, ut dictum eſt, & fuerit uacua curſu, nec ſit ſeparata iungi fortunæ: mihi tamen uidetur ꝙ ſatisfecerim tibi de omnibus his. Verũtamen ſi fuerint ſignificatores rerum quæſitarũ, ita æquales in fortitudine uel debilitate, ꝙ non poſſis per aliquem eorũ diſcernere ueritatem, nec per Lunam ſimiliter: tunc minue locum unius ſignificatoris de loco alterius ſignificatoris & illi reſiduo adde gradus ſigni aſcendentis, & proiice ab aſcendente, & uide ubi ceciderit numerus quoniam ſecundũ illum locum, & ſecundũ dñm illius ſigni, & ſecundũ eſſe poteris de re illa iudicare ut ſi fuerit bene diſpoſitus, poteris dicere bonũ: ſi aũt male contrariũ iudicabis. At ſi fuerint loca ipſorũ ęqualia remanebit ſignificatum in gradu aſcendente.

De aliquo poſito in carcere ſeu uinculis, quid futurum ſit ei de carcere illo, utrum ſcilicet liberetur de carcere illo, uel non, & uſq; quando, Cap. VIII.

CVm interrogauerit te aliquis incarceratus, uel alius pro eo ſuo uerbo, utrum liberetur ab illo carcere an non, & uſq; quando, non præfigens alium terminum de tempore liberationis, aſpice dominum aſcendentis & Lunam, & uide ſi fuerint ambo in angulis, ſignificat retentionem capti illius, & prolongationem eius carceris. Similiter ſi dominus primæ, & dominus decimæ dominus quoq; ſeptimæ, & dominus quartæ fuerint in angulis, ſignificat retentionem eius in toto illo anno. Et ſi non fuerint omnes quatuor domini dictarum domorum in ipſis angulis, & fuerint tres ex eis, uel duo tantum, ſignificat ſimiliter eius retentionem in toto illo anno. Præterea ſi dominus primæ tantum fuerit in angulo, etiam ſi Luna non fuerit in angulo, ſignificat eius retentionem atq; ſui carceris prolõgationem. Similiter ſi dominus primæ uel Luna fuerit in ſigno fixo, ſignificat prolongationẽ carceris. Si uero fuerit in prima, erit ita ſcilicet prolongatio carceris. Si fuerit in decima, erit eius mora in carcere longior, quia quod ſignificauerit in prima, diem in decima, ſignificabit hebdomadã: quod in prima ſignificat hebdomadam, in 10. ſignificabit menſem: quod in prima ſignificabit menſem, in 10. ſignificabit annũ. Et ſi fuerit in ſeptima, quod ſignificabit in prima diem, in ſeptima ſignificabit hebdomadã: qđ ſignificabit in prima hebdomadã, in ſeptima ſignificabit mẽſem: qđ in prima ſignificabit mẽſem, in ſeptima ſignificabit annum. Si fuerit quarta quod in prima ſignificat horam, in quarta ſignificabit diem. quod in prima ſignificat diem, in quarta ſignificat hebdomadam: quod in prima ſignificabit hebdomadam, in quarta ſignificabit menſem: quod in prima ſignificabit menſem, in quarta ſignificabit annum. Et uide ſi tunc aſpexerit dominus duodecimæ dominum primæ, cum ipſe ſcilicet fuerit in quarta uel Luna accidet ei in carcere diſtrictio & malum, ita quòd ex illo carcere, & ex illa diſtrictione dubitatur de morte incarcerati. Et dixit Zael, quòd ſi dominus aſcendentis fuerit cadens ab aſcendente, & fuerit iunctus Planetæ in angulo, ſignificat quòd prolongabitur eius carcer poſtquam ſe ſperabat euadere. Si uero fuerit dominus primæ in angulo, & fuerit iunctus Planetæ, qui fuerit cadens ab angulo, ſignificat quòd deſperabit incarceratus in carcere, tamen poſtea euadet. Deinde aſpice ſi dominus primæ fuerit iunctus alicui malo Planetæ in quarta exiſtenti, uel dominus octauæ fuerit in prima, morietur incarceratus in carcere illo. Et idem intelligas de ſignificatrice quę eſt Luna, quod dictum eſt de domino primi. Si uero fuerit dominus primæ, & Luna, uel unus eorum tantum iunctus domino tertiæ uel domino nonæ, ſignificat quòd liberabitur incarceratus. Sed ſi fuerit dominus tertiæ uel dominus nonæ domus, dominus alicuius anguli decimæ, ſcilicet uel ſeptimæ uel quartæ, tardabit eius exitus à carcere: tamen poſtea euadet, nec erit aliquis qui extrahat eum à carcere: ſed ipſe idem franget ſeras ſeu compedes & fugiet: uel operabitur alio modo, ita quòd exibit à carcere. Si autem dominus tertiæ uel dominus nonæ, fuerit leuior quàm dominus primæ, ita quòd iungatur aliquis eorum ei, ſignificat quòd aliquis etiam ſine petitione incarcerati operetur pro ipſo, & faciet ita quòd liberetur. Si autem dominus primę fuerit iunctus dño duodecimæ, uel dñs duodecimæ iunctus fuerit ei, uel fuerit dñs tertiæ, uel dñs nonæ iunctus corporaliter cũ dño duodecimæ, ſignificat ꝙ incarceratus fugiet à carcere, & ita liberabit. Sed ſi fuerint dñs primæ, & dñs tertiæ uel dñs nonæ, quando iunguntur ſimul iuncti, tunc alicui Planetæ ponderoſiori ſe qui recipiat diſpoſitionẽ eorum, & ille ponderoſior fuerit in angulo, ſignificat incarceratus nõ exibit de captiuitate, donec ille Planeta põderoſior qui recipit diſpoſitionem ſignificatorũ prædictorũ egrediatur de ſigno in quo eſt: uel donec trãſeat tot gradus de ſigno, in quo eſt quot erant illi qui faciebant illam domum uſq; ad quinq; gradus, prope lineam ſuccedentis angulum illum.



Verbi gratia: erat linea anguli quartus gradus Arietis: & linea ſuccedentis angulum erat ſeptimus gradus Tauri: & Planeta pōderoſus qui recipiebat diſpoſitionem erat in 25. gradu Arietis: modo non exibit ille incarceratus, donec tranſeat ille receptor diſpoſitionis totum Arietem, & reſtant ad tranſeundum quinq; gradus, & duo gradus de Tauro: quoniam alij quinq; ſunt de ſuccedenti, ſicut ſcis, uſq; ad 27. gradum eius. Et aſpice etiam Planetam, qui eſt dominus domus in qua fuerit Luna, utrum iungatur domino primæ an nō, qui ſi fuerit iunctus cum eo ſignificat prolongationem carceris, & dilatationem exitus incarcerati à carcere. Et dixit Zael, poſtquàm ceſſaſti aſpicere in domino aſcendentis, & eius coniunctione ſtellarū cum eo, aſpice locum ſignificatoris quæ eſt Luna, quæ ſi fuerit in ſigno mobili, ſignificat celeritatem liberationis præter Cācrum, qui eſt tardus eo q; ſit domus eius & Aries & Libra uelociores ſunt in liberatione Capricorno. Et dixit, & non tardabit in carcere, & inueniet ibi auxiliatores multos. Et dixit Capricornus uero, ſignificat tarditatem & ſollicitudinem ac triſticiam, & inimici laborabunt, ut retineatur in uinculis. Et dixit, quòd ſi fuerit in ſigno fixo, ſignificat tarditatē exitus, & tardior omnibus eſt Aquarius. Et dixit, quòd ſi fuerit Luna in ſigno communi, & non fuerit liberatus antequàm ipſe egrediatur de eodē ſigno prolongabitur eius carcer: & eo fortius ſi fuerit domus Iouis, & ipſe eam non aſpexerit. Et dixit, ſi uero fuerit in domibus Mercurij inueniet in ipſo carcere bonum & gaudium. Et dixit deinde, aſpice eius coniunctionem ſi fuerit in angulo & iuncta fuerit Planetæ in ſiniſtro aſcendentis, & teſtificatus fuerit dominus aſcendentis, ſimiliter ſignificat liberationē. Et dixit, & ſi fuerit Luna cadens & iuncta fuerit alicui Planetæ in angulo, ſignificat prolongationē carceris niſi ſit Planeta dominus tertiæ aut nonæ, tunc liberabitur cum mutatus fuerit ipſe Planeta. Et ſi fuerit Luna cadens ab angulo, & fuerit iuncta alicui Planetæ qui ſit dominus alicuius anguli ſperabit incarceratus & credet ſe firmiter exire carcerem: nec credet quòd poſſit ei aliquid prohibere quin exeat: & hæc ſpes durabit ei, & erit in ea donec ille Planeta cui Luna iungitur uadat de loco in quo eſt ad ſignum, quod erat tunc angulus quando fuit facta quæſtio: uel quando fuit poſitus in carcerem: & tranſeat iterū omnes illos gradus, qui faciebat tunc angulum, cui magis erat prope: & tūc deſperabit & non credet ſe poſtea poſſe exire de carcere illo, ſed licet deſperet ſi ille dominus anguli cui iungitur Luna iungitur alteri Planetæ qui ſit in tertia uel in nona: nihilominus tamen exibit de carcere poſt illam deſperationem & melius quàm credatur. Et hoc habeas ſemper in mente quia quando Luna fuerit iuncta domino alicuius anguli, niſi aliud adiuuet, ut dictum eſt, indicat tarditatē exitus à carcere. Poſtea conſidera, ſi uideris quòd incarceratus ſit egreſſurus carcerem, ſi fuerit malus Planeta in quarta qui non habeat ibi domum uel exaltationem uel duas de dignitatibus ſuis minoribus, & fuerit cum hoc directus ſignificat infortunium, quod accidet ei poſt exitum ſuum à carcere. Si fuerit Mars, interficietur: ſi fuerit Saturnus, ſubmergetur: & forte quòd ſuffocabitur ex illa ſubmerſione, uel cedetur baculis cæde forti, uel præcipitabitur: ita quòd poterit ex illa præcipitatione mori, uel frangetur pars corporis ſui & accidet ei hoc ſecundum ſignificatum ſigni, in quo fuerit ille malus. Quod ſi dominus primæ fuerit tūc intrans in combuſtionem, ita quòd tegatur iam à radijs Solis, ſignificat quòd incarceratus ille de quo fit quæſtio ſit mortuus, uel ſit infirmus infirmitate pernecabili. Si malus dico fuerit in quarta, qui non habeat in eo dignitatem, ut dictum eſt. Si uero tranſiuerit dominus primæ combuſtionē per unum minutum uſq; ad unum gradū, ſignificat quòd ſit infirmus uel infirmaturus infirmitate periculoſa: tamen eſt ſpes de liberatione ab infirmitate illa. Si uero tranſeat eam, hoc eſt quòd ſit ſeparatus à corpore ſolis plus uno gradu uſq; ad quinq; gradus integros, ſignificat quòd ſit infirmus uel infirmaturus infirmitate fortiſſima, ſed liberabitur. Si uero fuerit ſeparatus à gradu Solis uſq; dum ſit elōgatus ab eo per 12. gradus integros, ſignificat quòd ſit infirmus uel poteſt infirmari infirmitate non multum forti nec periculoſa. Si uero fuerit ſeparat⁹ ab eo plus 12. gradibus uſq; ad apparitionem eius de ſub radijs Solis, ſignificat quòd fuit infirmatus ſed iam euaſit ab ægritudine illa, & eſt liberatus. Et illud idem intelligas de quolibet abſente cuius ſtatus ignoratur: quoniam ſi ſic inueneris eius ſignificatorem, ita poteris iudicare de ipſo. Et dixit Zael, quòd quanto plus uideris illum malum qui fuerit in angulo longiorem à gradu Solis, tanto erit eius infirmitas leuior & citius liberabitur. Si autem fuerit tunc dominus primæ, ita diſpoſitus, ſcilicet iunctus domino octauæ uel cum domino quartæ, morietur incarceratus, ſiue abſens ex infirmitate illa. Si autem non inueneris eum infirmum eſſe, ſed ſolum incarceratum, & fuerit iunctus Saturno corporaliter, uel aſpexerit ex oppoſitione uel quarto aſpectu ſine receptione perfecta, ſignificat impedimētum corporis incarcerati atq; diminutionem, & detrimentū ſubſtantiæ eius. Si uero fuerit Saturnus tūc impeditus, licet recipiat ſignificatorem incarcerati, tamen impediet ipſum, ſed non ita grauiter ſicut ſi non reciperet. Si autem fuerit Mars loco Saturni, ſignificat quòd affligetur afflictione forti: & quòd grauabitur eius carcer, & fortificabitur plus ſolito. Et aſpice ſignificatricē quæ eſt Luna, quā ſi inueneris impeditā accident ei contraria, & impedimēta in carcere, quæ uenient ex cauſa ignota & ex cauſa nō patenti & quædā naturaliter, & quædā per accidēs, etiā ſine opere cuſtodis ſeu illorum, qui tenent eum incarceratū, niſi dominus domus in qua fuerit Luna tunc aſpiciat eam: quia ſi aſpexerit eam dominus domus ſuæ, minuit illam maliciam & alleuiat eam. Aſpice etiam ſi Mars fuerit in duodecima: ſignificat enim mortem incarcerati, antequàm egrediatur de carcere illo, & erit dominus carceris cauſa necis illius. Illud idem dicendum eſt de Cauda. Similiter ſi fuerit Mars dominus duodecimæ, fueritq; iunctus cum ſignificatore incarcerati & eo fortius ſi fuerit coniunctio eorum in octaua. Si autem fuerit Saturnus in loco Martis, ſignificat eius mortem cauſa ægritudinis.

¶ De illis qui ſunt ei contrarij in carcere.

SI autem uolueris ſcire ſi ſunt aliqui qui nitantur contra ipſum incarceratum, ut ipſe retineatur in carcere & non relaxetur ab eo, utrum iuſta de cauſa ſit in-

ſit incarceratus an nõ: aſpice dominum primæ atq; dñm ſeptimæ, utrũ aſpiciant ſe aſpectu amicinæ trino, ſcilicet uel ſextili aſpectu: quoniã ſi ſic fuerit ille ꝙ reſiſtit ei, ut nõ liberetur à carcere mouet iuſta de cauſa, & facit eum tenere in uinculis, ne ſi ipſe exiret inde eſſet ei damnũ: unde timens hoc uiritur ad hoc ut non exeat niſi primo pacificetur ſecum: nec inuenitur malo modo contra ipſum. Si uero aſpexerint ſe ab oppoſitione uel quarto aſpectu, non uidetur quòd utatur iuſticia ille qui reſiſtit ei ne liberetur à carcere, & petit eum cum importunitate & iniuſticia & perſeuerantia maxima petens, ut detur ſibi in ſua fortuna, credens ſe ab eo aliquid extorquere, aſſerens ſe habere ius, ut debeat ſibi tradi: & aſpice domum carceris quæ eſt quarta, ſi fuerit carcer nõ multum grauis, id eſt tolerabilis. & ſi fuerit intolerabilis & inſuetus, id eſt multũ grauis, ſignificatur per duodecimã. Si inueneris ibi Caudã draconis, ſignificat carcerem euacuatũ, & ꝙ tunc exiuit ille de quo interrogatur à carcere, niſi dominus primæ uel Luna inueniatur in ea: quoniam Cauda habet ſignificare euacuationem, & diminutionem ſemper.

Vtrum ea quæ apparent in ſomnijs habeant ſignificare aliquid uel non, & quando ſignificant aliquid, & quando non habent ſignificatũ. Cap. IX.

Conſueuerunt aliquando apparere in ſomnijs quæ terrent homines, & quædam quæ aliquaudo faciunt eos lætari: & quãdoq; apparent eis horribilia quæ ſunt præter naturã: quandoq; quædam quę uidentur naturalia: quandoq; apparent quædam quæ poſtea eueniunt, ſicut uidentur iu ſomnijs, uel quaſi ſicut uidentur: aliquãdo nihil euenit de omnibus quę uidentur: quandoq; habent aliquem effectũ: quandoq; nullum: quandoq; recordantur homines ex eis quæ uident ſomniãdo: quandoq; obliuiſcuntur ex eis, & non recordantur in aliquo. Vnde homines neſcientes difficultatem iudicandi de ſomnijs, & qui nõ poſſunt ſcire eorum ſignificata, ſecundum ꝙ poſtea eueniunt ut multum ꝙ ræruntab Aſtrologo, ut dicat eis ueritatem quid habet ſomniũ ſuum ſignificare: unde licet nõ poſſumus eis reſpondere, ſecundũ ꝙ intendunt: oportet dicas ꝙ eis quæ de ſomnijs dici poſſunt. Si ergo uenerit ad te aliquis moturus quæſtionẽ de eo quod ſomniauit, uel nunciauerit tibi ſomnium, & uoluerit ſcire utrum ſignificet aliquid uel non: & ſi ſignificauerit quid ſignificet. Aſpice hora quæſtionis ſeu denunciationis aſcendens, & omnes alios modos, & uerifica earum duodecim cuſpides, prout melius quiueris. Deinde cum iſtud capitulum ſit de capitulis nouæ domus, & quòd quodãmodo ſignificat religionem, oportet quòd à nona domo incipiatur & inueniatur illud quod inde inueniri poteſt: aſpicias ergo nonã domum, & da ipſam ſomnio. Si quidem inueneris in ea ex Planetis ſeptem aliquẽ, tunc ipſa ſignificet ſuper ſomnio. Quod ſi fuerit Saturnus, ſignificat quòd ille ſomniator ſeu interrogator ſomniauit uidere rem aliquam quæ ipſum expauit & quæ intulit timorem, & fuit aliqua res inordinata quæ non eſt uere naturaliter, ita ſicut uidebatur ei quòd foret. Si autem fuerit Cauda loco Saturni, uel fuerit ibidem cum eo, uidit iterũ rem magis horribilem & magis tumoroſam, ac ſi uidiſſet aliquos qui fugarent eum, & ipſe timeret ne occiderent eũ: uel aliquid tale huic ſimile, & uix uidebatur ei poſſe euadere, & ſimiiua. Poſtea uide, in quam domum ceciderit Capricornus, & in quam ceciderit Aquarius, quoniã à re quæ ſignificatur per illam domũ euenit ei ille timor ſiue illud horribile, hoc eſt ſi fuerit Capricornus uel Aquarius prima domus ipſe idẽ ſomniator, ſiue interrogator fuit cauſa, quare timor ille ſiue horribile illud euenit. Et ſi fuerit ſecũda domus ſubſtantia eius, fuit cauſa quare deuenit illud horribile. Si fuerit tertia domus illud horribile deuenit ei cauſa fratrum: & ſi nõ haberet fratres fuit cauſa timoris aliqua, de alijs rebus quæ ſignificant per domum tertiam. Et ſi fuerit quarta domus deuenit ei ille timor cauſa patris uel aui: ꝙ ſi patrem uel auũ non habuerit, fuit aliqua de alijs rebus quæ ſignificantur per domum quartam. Et ſi fuerit quinta domus accidit ei ille timor cauſa filiorũ: quòd ſi filios non habuerit, accidit ei aliqua ex cauſis quæ ſignificantur per domum quintam. Et ſi fuerit ſexta domus, fuit cauſa timoris illius ſeruus uel ancilla uel clientulus: & ſi ſeruum non habuerit, fuit aliqua de alijs cauſis quę ſignificãtur per domum ſextã. Et ſi fuerit ſeptima domus, fuit cauſa timoris inimic⁹ uel uxor uel ſocius uel aliqua de rebus quæ ſignificant per ſeptimam domum. Et ſi fuerit octaua domus fuit mors quæ terruit ipſum uel captio uel mortu⁹, uel aliquod ex eis quæ ſignificantur per domũ octauam. Et ſi fuerit nona domus, fuit aliquod iter cauſa timoris illius uel fuga uel aliquod aliud de his quę ſignificantur per domũ nonam. Et ſi fuerit decima domus, ſignificat ꝙ fuerit poteſtas uel rex uel ſuſpendium, uel aliquid ex eis quæ ſignificant per domum decimã. Et ſi fuerit 11. domus, ſignificat ꝙ fuerit amicus uel ſubſtantia regis uel aliquid ex eis quæ ſignificantur per domum undecimã. Et ſi fuerit 12. domus, ſignificat ꝙ fuerit inimicus uel incarcerario uel aliquid aliud de his quæ ſignificãtur per domum duodecimã. Si uero non inueneris Planetam aliquem in nona, conſidera decimã, & uide ſi eſt in eo aliquis Planetarũ, & iudica ſecundum illud ſicut iudicaſti per domum nonã, quia qualiſcunq; Planeta fuerit in decima, erit ſignificator eius quod ſomniauit ſomniator, ſiue bonum ſomniauerit ſiue malum. Si autem non fuerit Planeta in decima, tũc uide primam, & ſi eſt in ea aliquis Planetarum ipſe erit ſignificator. Si uero non inueneris Planetã aliquem in prima, tunc cõſidera ſeptimam ſi fuerit ibi aliquis Planetarum ipſe, erit ſignificator ſomnij. Si uero non inueneris in ea aliquem Planetarũ, tunc conſidera quartam, ſi fuerit aliquis Planetarũ, ipſe erit ſignificator ſomnij. Si uero non inueneris ibi aliquem Planetarum, tunc conſidera tertiam: quòd ſi nõ inueneris ibi aliquẽ Planetarũ, oportet tunc ꝙ ſit in ſecunda uel quinta uel ſexta uel octaua uel undecima uel duodecima, quæ omnes ſex domus habent ſignificare uanitatem ſomnij: & quòd nullum effectum habebunt ſomnia quæ tunc fient. Et poteſt eſſe quòd ille ſomniator obitus eſt ſomnium ſuum: & ſic eius ſomnium euanuit & annihilatum eſt. Si aũt fuerit Iupiter hora interrogationis, ſiue hora denunciationis ſomnij in noua, tunc ipſe ſomniator uidit rem delectabilem, de illis ſcilicet quæ ſunt de natura Iouis, ſicut ſunt dignitates ma-

gnatum: uel uidit ipſos magnates ſeu nobiles reges uel eos qui apti ſunt regno, aut eos qui ſunt poſiti in dignitatibus & prælaturis, & res de quibus homines gaudent & ſublimantur. Vnde uidendum eſt tunc, ubi ſit Iupiter, & in quam domum ceciderit Sagittarius uel Piſces: quòd ſi fuerit aliquis eorum & ſpecialiter Sagittarius, prima domus, uidebatur quòd ipſe idem ſomniator, erit cauſa delectabilis quod ſibi euenit. Si uero ſecunda domus ſubſtãtia eius, erit cauſa illius delectabilis quod ſibi euenit. Si uero tertia domus cauſa eius, erit frater, uel aliquis ſuus conſanguineus, uel aliquid de his quæ ſignificantur per domum tertiam. Et ita intellige de omnibus alijs domibus, ſicut dictum eſt ſuprà in ſignificatis Saturni, in quacunque prędictarum ſex domorum ipſe fuerit inuentus, ſcilicet nona uel decima uel prima uel ſeptima uel quarta uel tertia, erit ſignificator ſomnij. Si autem non fuerit inuentus in aliqua earum, non habebit ſignificatum aliquod ſuper ſomnio: ſed habebit ille qui fuerit inuentus in aliqua earum ſignificatum ſuper ſomnio, ſcilicet primus eorum. Quia ſi fuerit unus Planeta in nona & alius in decima, ille qui fuerit in nona prę mittitur, & eſt ſignificator ſomnij: & ita intellige de alijs. Et ſi fuerit Mars ſignificator uiſionis, quòd ille ſomniator uidit in ſuo ſomnio rem horribilem de illis ſcilicet quæ ſunt de natura Martis, ſicut effuſionẽ ſanguinis, uel uidit mutilari homines: quòd ſi non uidit hoc, uidit incendium uel prælium uel ſtrepitum armorum, uel lacerationem uenationũ: uel forte ipſam uenationem aut comeſtionem carnium crudarum ſeu putridarum uel forte uidit inſtrumentum deſtructionis rerum inimicorum cum quo proijciuntur lapides nocumenta inferentes, uel aliquid aliud de his quæ ſignificantur per Martem. Et ſi fuerit Sol ſignificator, ſignificat quòd ille uidiſſet regem. Et ſi fuerit caput cum eo, ſomniauit uidere Deum uel res cœleſtes: uel uidit luminaria, ſcilicet plures Soles uel plures Lunas uel ſubhaſtilia uel aurum: uel uidit uolatum ſuum uel alienum, uel aliquid quod ſit de natura Solis, & ſimilia. Et ſi fuerit Venus tunc ſignificatrix, ſignificat quòd ipſe ſomniauit coire cum mulieribus. Et ſi aſpexerit tũc Saturnus ſomniauit abuti eis uel abuti pueris per modum abhominabilem, ſcilicet Sodomiticum: uel eſſe cum domicellis uel alijs mulieribus, & delectari cum eis: uel uidere ludos, cantus & potationes & res odoriferas & monilia & ueſtimenta pulchra, maxime in quibus delectatur: lapides precioſos, & alia quæ ſunt de natura Veneris.

Et ſi fuerit Mercurius tunc ſignificator, ſignificat quòd ipſe uidit picturas ſeu ſcripturas, & numiſmata & mercationes aut domos orationis & orantes in eis: uel aliquid aliud quod eſt de ſignificatis Mercurij. Et ſi fuerit Luna tunc ſignificatrix, ſignificat quòd ipſe uidit nautas ſeu equitantes mare, uel quòd ipſemet aſcendebat nauim, uel uidit aquas inundantes uel in quibus natabat: uel uidit matrem uel alias mulieres, & potius uetulas quàm iuuenes. Et ſi fuerit Caput in aliquo prædictorum locorum ſiue ſolum, ſiue cum aliquo Planeta, tunc ſignificat quòd ipſe uidit aurum & res odoriferas & uiridaria delectabilia, & in quibus ipſe delectatur, & ſimilia. Et ſi fuerit Cauda ſignificatrix, ſignificat quòd ipſe uidit fumoſitates obſcuras, uel forte quòd uidit aliquem cremari, uel uidit nebulam uel infirmos ſeu infirmitates uel fletus & murmur & mortuos, ſeu mortuorum ſepulturas uel ſepulchra, & expauebat illa de cauſa, uel uidit rixas uerborum inter aliquos, uel decapitationem, & ſimilia. Et dixit Zael, & ſi fuerit ſignificator ſomnij in ſigno maſculino, ſignificat quòd ipſe uidit locum depreſſum aut quaſi ipſe uideatur aſcendere de loco depreſſo ad locum altum, & non poſſit perficere ſuum aſcenſum: aut ſomniauit tranſire per locum aliquem deficientem ſub pedibus eius, nec poteſt tranſire ſine magno labore & magna implicatione, & uidebatur ire per loca anguſta. Et ſi fuerit ſignum fœmininum illud in quo eſt Planeta ſignificans, timorem ſignificat, quòd uidiſſet ille ſomniator aliquam ripam magnam eleuatam à qua uidebatur cadere, uel altum locum altum ſaxum, ſcilicet uel aliquid ſimile à quo timebat ut caderet: & uidit ſe deprimi in locum aliquem dubium, uel forte uidit procellas maris, uel uentum maximum terrentem eum. Et ſi fuerit ſignificator ſomnij in Ariete, Leone, uel prima medietate Sagittarij, ſignificat quòd uidit caligionẽ obſcurã, nigram aut aliquem ſuſpendi uel decapitari, uel combuſtionem ſeu excoriationem. Et ſi fuerit ſignificator ſomnij ſeu Planeta inducens timorem in Tauro, uel in Virgine ſeu Capricorno, uel ultima medietate Sagittarij, ſignificat quòd ille ſomniator ſeu interrogator uiderit ſe percuti uel lapidari uel uidit ſe in loco in quo obſidebatur, & ob hoc timebat ne opprimeretur, uel uidebatur ei quòd caderet de ripa uel de alio loco eleuato: uel caderet in locum in quo abſconderetur & ſtringeretur nec uidebatur poſſe inde exire, uel ire per uiam ſeu locum ſtrictum & anguſtũ. Et ſi fuerit Saturnus ſignificator, uel fuerit ibi Cauda, ſignificat quòd uidit diabolum uel mortuum inferentem ei timorem. Et ſi fuerit in Geminis uel Libra uel Aquario, ſignificat quòd uidit aues ſeu uentos uel aſcẽſiones arborum: & uidit uolatum ſuum uel alienum, uel fugabatur ab aliquo & fugiebat, ita quòd poterit capi. Et ſi fuerit in Cancro uel Scorpione uel Piſce, ſignificat quòd uiderit ſe aſcendere nauim, & illa uidebatur ſubmergi, uel uidit aliud naufragium uel periclitationem uel ſubmerſionẽ aut nimiam ſuperabundantiam aquarum, & illud aliquando in locis ubi non conſueuerunt eſſe aquę uel forte uidit mare ſeu diluuium. Et aſpice tunc ſi Luna fuerit in ſigno fixo: quoniam habebit tunc ſomnium illud effectum ſiue in bono ſiue in malo apparuerit. Si fuerit in communi, apparebit aliquid ex eo: ſi fuerit in mobili euaneſcet ex toto & non erit ei aliqua ſignificatio. Deinde aſpice ſignificatorem uiſionis, & dominum aſcẽdentis & Lunam: & uide ſi omnes iunguntur ſimul, uel duo ex eis: & ſi iunguntur omnes uel duo uel unus ex eis tãtum cum bono Planeta, ſignificat quòd in uno ſequetur inde utilitatem & bonum: & ſpecialiter ex re quæ ſignificatur per domum illam, cuius fuerit dominus Planeta qui fuerit ſignificator ſomnij, ſicut dictum eſt. Si fuerit dominus primæ, cõſequetur utilitatem ex perſona ſua propria. Si fuerit ſecundæ, erit illud melioramentum in ſubſtantia ſua. Si tertiæ erit in fratribus & cauſa fratrum uel aliqua ex cauſis quæ ſignifi-

ſignificantur pec tertiam domom. Si fuerit domi-
nus quartæ, erit in patre uel cauſa patris uel aui uel
aliqua ex cauſis quæ ſignificantur pec quartam do
mum. Si fuerit dominus quintæ, erit in filijs uel ali
qua ex illis de cauſis quę ſignificantur per quintam
domum. Et ſi fuecit dominus ſextæ, erit in ſeruis
uel cauſa ſeruorum uel animalium minutorũ uel
aliqua ex illis de cauſis quæ ſignificãtur per ſextam
domum. Si fuerit dominus ſeptimæ, erit in uxori-
bus uel cauſa earum, uel aliqua de illis cauſis quæ
ſignificantur per ſeptimam domum. Si fuerit domi
nus octauæ, erit cauſa mortis uel carceris alicuius,
uel aliqua de illis cauſis quæ ſignificantur per octa
uam domum. Si fuerit dominus nonæ, ecit cauſa i-
tineris uel religionis ſeu religioſi, uel aliqua ex illis
cauſis quæ ſignificantur per nonam domum. Si fue
rit dominus decimæ, erit cauſa regis uel regni ſui of
ficij, uel aliqua ex illis cauſis quæ ſignificantur per
decimã domũ. Si fuerit dñs undecimæ, erit cauſa a-
micorum, uel cauſa quæ eueniet ei ex re inopinata,
uel aliqua de illis cauſis quæ ſignificantur per un-
decimam domum. Si fuerit dominus duodecimæ,
erit cauſa equorum uel boum, uel quorundam qui
nõ diligunt eum & fingunt ſe eſſe ſuos amicos uel
aliqua de illis cauſis quæ ſignificantur per duode-
cimam domum. Si autem fuerit ille Planeta cui iun
ctus fuerit dominus primæ, ſignificator uiſionis,
uel alter eorum, ſiue cum coniunctione Lunæ ſiue
ſine coniunctione eius malus, dic quòd eueniet ei
illud malum ſecundum ſignificatum domus, cuius
dominus fuerit ille malus ſicut dixiſti de iuuamen-
to. & ſecũdum illum eundem modum iudica iuxta
ſucceſſionem duodecim domorum ſeu cuſpidum.

14 : 5

*De epiſcopatu uel abbatia uel cardinalatu uel alia qua-
cunq; dignitate clericali, ſiue ordine ſiue religio-
ne, cuius intentio quærentis eſt utrum adi-
piſcatur an non.* Caput X.

Licet uideatur inhoneſtum religioſas digni-
tates affectare, cum diuinum donum deſu-
per ſit expectandum: tamen ſunt hodie mul
ti qui dignitates clericales, ut papatum, cardinala-
tum, archiepiſcopatum, abbatias, prioratus, & alias
dignitates atq; ordines clericales, tam fratres quàm
alij qui dicuntur clerici ſeculares, indifferenter affe-
ctant. Vnde ſi aliquis cupiens ad aliquod ſupradi-
ctorum peruenire, ad te ſuper id quæſtionem mo-
turus aduenerit: utrum ad dignitatem ſiue officium
quod affectat ſit promouendus, quod ſignum in li
nea ſit orientali primo conſiderabis, & uide ſi eius
dominus aut Luna ambo, ſcilicet uel unus eorum
ſcilicet fortior, iunctus fuerit domino 9. qui habet
ſignificare rem quæſitam. Et ſi dominus 9. fuerit in
9. uel aſpexerit illam, ſignificat adeptionem rei quæ
ſitæ, cum ſuo tamen labore atq; inquiſitione ſeu ſtu
dio. Si uero non fuerit aliquis eorum iunctus domi
no 9. nec ipſe cum eis: aſpice tunc ſi aliquis eorum
dominus ſcilicet primæ uel Luna fuerit in 9. quo-
niam ſignificat adeptionem eius quod intendit in-
terrogator, dummodo non ſit impeditus ille ex eis
qui fuerit in 9. hoc eſt, quòd non ſit retrogradus uel
combuſtus, nec aſpexerit eum aliquis malorum à
4. aſpectu uel ab oppoſitione ſine receptione per-
fecta, quoniam ſignificat tunc ſolutionẽ rei, etiam
poſtquàm uideretur quòd deberet perfici. Si autem
dominus 9. fuerit in prima, ſiue dominus primæ a-
ſpexerit eum aut Luna ſiue non, qualiſcunq; fuerit
diſpoſitio domini primæ uel Lunæ, uel ſi dominus
9. fuerit iunctus domino primæ, hoc eſt quòd ſit le-
uior eo, & iungatur ei, ſignificat adeptionẽ rei quę-
ſitæ abſq; dubio, ſine petitione quærentis. Si autem
non fuerit dominus 9. in prima, nec fuerit iunctus
domino primæ, ſed fuerit iunctus Ioui, uel etiam
Soli per aſpectum trinum uel ſextilem, & fuerit tũc
Iupiter uel Sol in prima, ſignificat adeptionem rei
illius cum paruo labore. Si uero fuerit coniunctio
illa cum receptione & aſpectibus ſupradictis, eue-
nietur ei quæſitum ab inopinatis ſcilicet gratis, eo
ſedente in domo ſua. Si autem fuerit quadratus, nõ
ita leuiter ueniet ei, licet ſit cum receptione, & eue-
niet hoc ex quo receptio interuenerit, etiam ſi rece-
ptor qui fuerit in prima non habuerit ibi poteſta-
tem aliquam, & etiam quod plus eſt, ſi dominus 9.
receperit dominum primæ aut Luna de quocunq;
loco fuerit illa receptio, etiam ſi fuerit de cadenti, ſi-
gnificat perfectionem rei quæſitæ. Si uero non fue
rit aliquid de his quæ dixi tibi, aſpice ſi aliquis Pla-
netarum transferi lumen inter dominum primę &
dominum 9. quoniam ſignificat adeptionem rei
quęſitæ pec manus legatorum intercurrentium, niſi
ille qui fuerit ponderoſior, cui tranſlator dat lumen
quod accipit à leui committat diſpoſitionem ſuam
alteri: quoniam ſignificat detrimẽtum, etiam poſt-
quàm credetur quòd res perficiatur. Si autem do-
minus primæ non fuecit iunctus domino 9. ſed pe
rit eius coniunctionem & iungitur ei antequàm a-
lius abſcindat lumen eorum, ſignificat perfectionẽ
rei, ſed cum inſtantia & importunitate. Et ſi nõ fue
rit aliquid de his quæ dixi tibi, ſed fuerit tranſlatio
luminis pec multos Planetas ab uno in alterum,
poſſibile eſt quòd res perficiatur: ſed non ſine ma-
gna inuolutione atq; implicatione & rixa & con-
tẽtione, & multis uerbis & implicitis & minis hinc-
inde, & cum ſtrepitu atq; diſcordia multa. Si uero
dominus primę iunctus fuecit alicui malo qui non
recipiat eum, nec ſit ille malus dominus 9. nec com
miſerit diſpoſitionem ſuam alicui Planetæ qui reci-
piat dominum primæ uel Lunam, non perficietur
res quæſita. Sed ſi ille malus commiſerit diſpoſitio-
nem ſuam alicui fortunæ, quæ ſit in loco forti ab a-
ſcendente perficitur res: coniunctio enim malorum
non perficit rem niſi recipiant: ſed ſi recipiant, perfi-
ciunt, licet non leuiter. Et ſcias hoc quòd quando-
cunq; aliquis Planeta ſignificauerit effectum alicu-
ius rei & ipſe fuerit in angulo, feſtinat rem. Si fuerit
in ſuccedenti tardat eam. Si autem fuerit in cadenti
poſtponit eam, licet poſtea perficiat eam exceptis
quibuſdam de quibus hic nihil ad præſens: ſed de
his & ſimilibus quæ hic dicuntur intelligas. Vide
etiam ſi aliquis malus aſpexerit dominum primæ
uel Lunam à quarto aſpectu uel ab oppoſitione ſi-
ne receptione, niſi committat tunc diſpoſitionem
ſuam impediet eum uel Lunam, & iraſcetur quærẽs
& turbabitur cum illo qui intromiſit ſe de tractan
do de re illa, & inimicabitur ei, & dicet eum nõ fore
fideliter operatum. Si autem fuerit aſpectus trinus
uel ſextilis, non iraſcetur cum eo licet non perfece-

rit rem. Si uero dominus primæ & dominus nonæ commiſerint ambo diſpoſitionem alicui Planetæ ab aliquo aſpectu qui non ſit impeditus, nec efficietur retrogradus antequam egrediatur de ſigno in quo eſt, ſignificat effectum rei. Similiter ſi fuerit Luna recepta de loco in quo fuerit, & fuerit libera à malis & ab omni alio impedimento, ſignificat adeptionem rei quæſitæ, & quòd habebit multos auxiliatores, quærens ut perficiatur ei quod intendit. Si autē fuerit dominus primæ & dominus nonę iuncti ſimul alicubi, nec fuerit aliquis eorum impeditus, & Luna commiſerit diſpoſitionem ſuam alicui eorum, ſignificat quòd perficiatur res ex toto. Si uero fuerit impeditus non perficietur. Et non ſolum accidit in hoc, ſed etiam in qualibet re quando dominus primæ iungitur cum domino rei quæſitę, & Luna commiſerit diſpoſitionem uni eorum quòd res perficitur ex toto. Si autem non commiſerit Luna diſpoſitionem alicui eorum, ſed fuerit recepta ab aliquo Planetarum, & illi fuerint iuncti ſimul, ut dictum eſt, ſignificat tamen perfectionem rei licet tardius. Idem dicas ſi dominus 9. iungitur domino quartæ, & dominus quartæ iungitur domino primæ, ſignificat quòd perficietur quæſitum interroganti, & ſine magno labore. Si quidem dominus primæ iunctus fuerit domino quartæ, & dominus quartæ fuerit iunctus domino nonæ, ſignificat etiam perfectionem rei quæſitæ cum maximo tamen labore & duricia & tarditate atq; inuolutione, ita quòd deſperabit quærens ne non perficiatur ei quęſitum, licet tamen poſtea perficiatur. Ex quo cognoueris ipſum adepturum quæſitum, & uolueris ſcire aliud ſuper ſuis accidentibus, iudicabis ei per nonam domum ſecundum quòd inuenies infra iudicatum pro rege per decimam domum, ſcilicet ſi ſit in eo adepturus an non, & quid ei debeat euenire ex illo, & in omnibus ſequeris ueſtigia illa: quoniam ibi dicentur latius omnia hæc.

De epiſtola uel rumore quando ueniet & utrum ſit bonum in epiſtola uel non. Caput XI.

FIunt aliquādo quædā negocia in aliquib⁹ locis, & de qbus neſcit ueritas, à quibuſdā & affectāt inde ſcire aliquid. interrogant forte Aſtrologum dicentes: quando ſciemus noua de tali negocio uel expectant forte quòd ueniet eis aliqua epiſtola de aliqua parte dicunt quando ueniet talis epiſtola. Aſpice tunc primam & ſecundam, & uide ſi fuerit Mercurius in prima uel in ſecunda, ita prope finem ſecundæ quòd petat uenire ad primam, ſcilicet quòd ſit infra ſecundam uno uel duobus gradibus ueniens ad primam uel fuerit Luna iuncta domino primæ uel fuerit dominus primæ iunctus domino domus Lunæ, uel ipſe illi: uel fuerit Mercurius dominus primæ, prout uiſum eſt Sarcinatori, ſignificat aduentū epiſtolæ ſiue rumoris de re quæſita. Et dixit, ſi Mercurius nō fuerit in prima, q; ueniet epiſtola ſeu rumor, hora in qua intrauerit Mercuri⁹ aſcēdens. Et ſi Luna iungeret Mercurio ueniet ea hora, qua iungent ſimul, uel ea hora qua ueniret Luna ad aſcēdens. Et ſi hoc nō fuerit, uide ſignificatricem quæ eſt Luna, ſi receperit lumen ſeu naturā à Mercurio in gradu aſcendente, uel ab eius domino, erit tempus aduentus epiſtolæ ſiue rumoris, quando Luna peruenerit ad dominum aſcendentis uel ad aſcendens, prout idem ſapiens dixit.

¶ Quando fuit facta epiſtola.

ET ſi uolueris ſcire quantum eſt quòd fuit facta epiſtola illa, uel quòd nuncius qui debebat portare rumorem incœpit iter ſuum. Aſpice à quo Planeta ſeparatur Luna, & uide quot gradibus elongauerit ſe iam ab eo & uide ſi ipſa eſt in angulo & Planeta ſimiliter à quo ipſa eſt iam ſeparata, eſt in angulo, ſignificat quòd ſunt tot menſes. Si uero fuerint in ſuccedenti, ſignificat hebdomadas. ſi ſint in cadenti, ſignificat tot dies. Et ſi uolueris ſcire quando ueniet. uide cui iungitur Luna, & quot gradus fuerint inter eam & illum cui iungitur: uel cui ipſa primo iungetur, ſecundum illum numerum pone menſes uel hebdomadas uel dies conditionibus prædictis.

Si aliquando ignoratur ad quem epiſtola mittitur & uis ſcire cuius eſſe ſit. Caput XII.

SI aliquando ignoratur ad quem epiſtola ſiue rumor mittitur, timensq; aperire literas ſiue epiſtolam. Aſpice aſcendens hora illius interrogationis, & uide cui iungatur Luna: quoniā per eius coniunctionem cum Planetis, poteris ſcire eſſe illius ad quem epiſtola mittitur. Si enim iungatur Luna Saturno, mittitur ſeni aut Iudæo aut religioſo induenti ueſtes nigras uel ſubnigras, uel populari uilis eſſe, ut agricolæ & ſimili. Si autem iungatur Ioui mittitur nobili uel magno religioſo, ut epiſcopo, & ſimilibus: uel iudici uel magno & diuiti mercatori & famoſo. Et ſi fuerit iuncta Marti, mittitur alicui duci exercitus, uel alicui bellicoſo militi. Et ſi fuerit iuncta Soli mittitur alicui regi uel alicui magnati de his qui apti ſunt regno uel alio famoſo uiro. Et ſi fuerit iuncta Veneri mittitur alicui mulieri famoſæ uel pulchræ uel ueneteæ. Et ſi fuerit iuncta Mercurio mittitur alicui probo in ſcripturis & ſcriptis uel iudici non multum famoſo uel mercatori uel iuueni uiro. Gradum etiam perſonarū poteris ſcire per locum Lunæ: quoniam quanto ipſa fuerit in maiori & fortiori loco tanto, ſignificat maiorem ſtatum perſonarum. ut ſi fuerit in exaltatione & in angulo ſignificat maiorem ſtatum perſonæ de ſupradictis. Nota. Si in exaltatione & non in angulo, erit aliquid infra hoc. Si in domo & in angulo, erit iterū aliquid infra hoc, licet parum. Si fuerit in domo & non in angulo, erit iterum aliquid infra hoc. Et triplicitas eſt multum infra domum, & terminus aliquid infra triplicitatē, & facies infra terminū. Et ſi nō fuerit in aliqua ſua dignitate, erit uilis perſona.

Quid in epiſtola contineatur utrum bonum ſiue malum. Caput XIII.

COnſueuerunt aliquando aliqui magnates & nobiles uelle facere uindictas aliquas ſuper aliquibus. Sed ad uitandum quandoq; infamiam, mittunt eos ad alios qui faciant uindictā illam, & dant illis eiſdē ſuas literas ſiue ſuas epiſtolas, dicentes eis, quòd uadant ad talia loca & ad tales homines ut prouideant eis aliquando pro ſeruitijs collatis, aliquando alia de cauſa. Et cōtinetur aliquando in literis illis, ut portantes epiſtolas illas remunerentur de ſeruitijs collatis: aliquando puniantur

niantur de maleficijs illatis ut ſuſpendantur uel decapitentur uel mutilentur, & ſimilia. Vnde aliquis eorum aliquando dubitans ne in epiſtola contineatur aliquod ſiniſtrum, petit certificari ab Aſtrologo de eo quod continetur in epiſtola, & ex hoc ſi aliquis quæſierit à te quid continetur in tali epiſtola, aſpice primo horam interrogationis, & uide ubi ſit Mercurius qui eſt ſignificator uniuerſaliter omnium ſcripturarum, & uide à quo ipſe ſeparetur: quoniam eius ſolius eſt ſignificatum epiſtolæ, nec participat cum eo Luna in hoc quod rariſſime accidit ei: ſed quia ipſa ſignificat rumores & maxime ſine ſcriptis, datæ ſunt Mercurio ſcripturæ: qui ſi ſeparatur à fortuna in epiſtola continetur bonum: & quòd ille remuneretur de ſeruitio quod fecit. Si uero ipſe ſeparatur à malo in epiſtola, continetur malum. Vide tunc ſi fuerit Mercurius in aſcendente uel ille malus à quo ipſe ſeparatur, ſignificat malũ perſonæ quærentis. Si fuerit in ſecunda, ſignificat detrimentum in ſubſtantia ſua. Si fuerit in tertia, ſignificat malum fratris, uel de illis ſignificans tertiæ domus, & ita de reliquis. Et ſi fuerit in quarta, ſignificat malum ſui maioris parentis, &c. Et ſi fuerit in quinta, ſignificat malum filij, &c. Si fuerit in ſexta, ſignificat malum ſerui, &c. Et ſi fuerit in ſeptima, ſignificat malum uxoris, &c. Et ſi in octaua, non habet certam ſignificationẽ, niſi quòd aliquando poſſet ſignificare ſubſtantiam mortuorum, nec in 9 nec etiam in 10. Sed ſi fuerit in 11. ſignificat malum amici, &c. Et ſi fuerit in 12. ſignificat ablationem equorum & boum. Et ſi fuerit tunc Luna impedita, & fuerit in Ariete, ſignificat eius decapitationem uel ſecationem. Et ſi fuerit in Tauro, ſignificat eius decollationem: & maxime ſi fuerit iuncta Marti. Et ſi fuerit in Geminis, ſignificat abſciſionem manuum. Et ſi fuerit in Cancro uel Leone uel Virgine uel Libra, ſignificat fuſtigationem. Si fuerit in Scorpione, ſignificat detrimentum uirilium. Et ſi fuerit in Sagittario uel Capricorno uel Aquario, ſignificat ei⁹ incarcerationem. Et ſi fuerit in Piſce, ſignificat abſciſionem eius pedum. Si uero fuerit Luna libera & ſalua ab impedimentis, erit ſaluatio omnium ſignificatorum illius domus in qua fuerit.

¶ Quid reſpondeatur epiſtolæ.

Et ſi fuerit epiſtola ad aliud quàm ad prædicta, quòd expectetur quòd fiat ei reſponſio: & uolueris ſcire utrum fiat eius reſponſio ad placitum mittentis. tunc uideas ſi Mercurius uel Luna, quia hic habet locum Luna, fuerint ambo iuncti fortunis, reſpondebitur epiſtolæ ad placitum mittentis. Si uero fuerit iunctus unus eorum fortunis & alter non, reſpondebitur ei pro parte, ſed non ad uelle ſuum. Si autem ambo fuerint uacui curſu nihil reſpondebitur ei. Zaeli uero uiſum eſt, quòd debeas iudicare reſponſionem epiſtolę per coniunctionem ſecundam potius quàm primam.

¶ Vtrum epiſtola ſit ſigillata an non.

Et ſi neſciueris ueritatem alicuius epiſtolæ quæ affectatur: & uolueris ſcire inde aliquid utrum ſit impetrata an non, proſpicito Lunam: quæ ſi fuerit in coniunctione Mercurij, ita quòd diſtet ab eo per unum gradum uel infra ſignificat quòd epiſtola ſit iam impetrata, ſed non eſt ſigillata: ſigillabitur tamen. Si autem fuerit Luna tunc à Mercurio ſeparata per 59. minuta uel infra, ſignificat quòd iam ſit epiſtola illa ſigillata. Si uero inueneris Mercuriũ iunctum Soli, uel ſeparatum ab eo uſq; ad terminũ trium graduum uel infra, ſignificat eam impetratam: & quòd ſigillabitur, ſed ſi tranſiuerit eum per 3. gradus, nec ſigillabitur nec eſt impetrata.

¶ A quo epiſtola ueniat uel ad quem mittatur.

Et ſi uolueris ſcire à quo ueniat uel mittatur epiſtola, aſpice Mercurium, quem ſi inueneris tranſiuiſſe Solem uel dominum decimæ, uel ipſam decimam per 15. minuta uel infra, ſignificat quòd epiſtola ueniet à rege uel à magno nobili, de his ſcilicet qui ſunt apti regno. Si autem fuerit Mercurius alicui ſupradictorũ iunctus, ſignificat epiſtolam miſſam regi uel magno nobili ſupradicto.

De rumoribus utrum ſunt ueri uel non, & quando ſint ex toto ueri & quando ſunt ex toto falſi, & quando ſunt pro parte ueri & pro parte falſi.

Caput XIIII.

Viſum eſt quibuſdam quòd capitulum de rumoribus eſſet ponendum inter capitula 12. domus, & habuerunt iſtam conſiderationẽ ſcilicet quòd rumores ut plurimum inueniuntur, aliter quàm feruntur & cum creditur quòd ſit ueritas in eis, reperitur potius mendacium, licet aliquando uerum. Mihi autem uidetur quòd capitulum de rumoribus ſit ponẽdum ſub domo 9. quoniam ut plurimum ueniunt de longinquis partibus, & neſcitur incontinenti cum audiuntur utrum ſit, ita ut ferunt an non. Et iſtud ſignificat quòd iterum alter euentus nouus expectaretur qui de loco apporteretur quod aſſimulatur quodammodo itineri & longæ remotioni. Tu autem accipias quod iſtorum uolueris. Vnde cum fueris interrogatus de aliquo rumore utrum ſit uerus uel falſus, uel audiueris ipſum rumorem & per teipſum uolueris eius ueritatem inquirere. Aſpice aſcendens hora interrogationis uel annunciationis ipſius rumoris uel Lunam. Et uide quis eorum ſit fortior, & operare per illum. Fortior enim eſt ille qui fuerit in angulo liber à malis. Si autem non fuerit aliquis eorum in angulis: uide ſi aſcendens fuerit ſignum fixum, & cæteri anguli: quia ſi ſic fuerit, ſignificat ueritatem rumorum, niſi dominus primæ uel Luna uel alter eorum fuerint iuncti cum Saturno uel Marte ſine receptione, uel fuerint cum Cauda. Deinde conſidera qualecunq; aſcendens fuerit, ſi fuerit ibi Iupiter aut Sol aut Venus aut Caput draconis, ſignificat ueritatem rumorum. Si autem non fuerit ex aliquis in prima, conſidera tertiam. Et ſi non inueneris aliquem in 3. conſidera 5. Et ſi non inueneris aliquem in 5. conſidera 9. Et ſi in aliquo iſtorum locorum inueneris aliquem ex prædictis Planetis, qui ſunt ueridici, ſignificat ueritatem rumorum: etiam ſi fuerit ſolitarius dummodo non ſit impeditus. Verumtamẽ Sol propter ſuam claritatem non habet tantum ſignificatum ſuper rumoribus, quantum habent aliæ fortunæ, ipſius enim eſt oſtẽdere certitudinem quæ non reperit leuiter in rumoribus. Si uero nõ inueneris in aliquo prædictorũ locorũ aliquẽ Planetã dictũ, nõ es certus utrũ rumores ſint ueri uel nõ. Vide ſi inueneris Saturnũ uel Martẽ in aliquo prædictorũ locorum uel Caudã, ſignificat falſitatẽ rumorũ, ſi ſolitarij etiam fuerint. Conſidera præterea ſicut di

xi, ſi dominus primæ fuerit in angulo liber à malis, & non fuerit iunctus cum aliquo Planeta qui ſit cadens ab angulo, ſignificat ueritatem rumorum. Et ſi non fuerit de domino primæ, ſicut dixi tibi, conditionibus præmiſſis Lunam conſiderabis, quam ſi inueneris in angulo liberam, nec fuerit iuncta Planetæ cadenti ab angulo, ſignificat ueritatem rumorum: & eo fortius, ſi fuerit recepta. Item ſi dominus primæ fuerit in ſuccedenti angulo, uel etiam in cadenti & iunctus alicui Planetæ qui ſit in angulo, & ſi fortuna, ueri erunt rumores. Si uero ſit malus ille Planeta cui dominus primæ iungitur nec ſit retrogradus uel combuſtus, & receperit eum, erunt rumores ueri: ſi uero non receperit, erunt rumores ueri pro parte, ſed non penitus. Illud idem dicas de ſignificatrice quod de domino primæ: quæ ſi fuerit cadens ab angulo, & fuerit iuncta Planetæ in angulo ſupradicto, modo erunt ipſi rumores ueri. Si autem ille malus non receperit dominum primæ uel Lunam, erunt ipſi rumores mendaces. Si uero ille Planeta fortuna qui fuerit in angulo cui iungitur dominus primæ uel qui iungitur ei receperit eum, nec fuerit tunc impeditus, ſcias tunc omnes illos rumores eſſe ueraces ex toto, nec oportet te quærere nec cōſiderare aliquid aliud niſi illud ſolum. & hoc maxime atq; præcipue, ſi fuerit ille Planeta cui dominus iungitur primæ in 10. quia tunc erunt ueri undiq; cum omnibus ſuis partibus, ſine aliqua diminutione, immo forte poterit eſſe quòd erit plus de rumoribus illis quàm tunc dicatur. Illud idem intelligas de Luna quod dixi tibi de domino primæ. Videbis etiam ſi dominus primæ uel Luna iunctus fuerit alicui Planetæ qui ſit in angulo & commiſerit ei diſpoſitionem ſuam, ſignificat ueritatem rumorum. Et uide ſi fuerit ille Planeta cui dominus primæ uel Luna cōmiſit diſpoſitionem ſuam in prima, iam fuerant auditi rumores illi, & erat dictum aliquid de ipſis in terra illa priuſquàm tu audiuiſſes eos, uel foret tibi facta quæſtio de ipſis utrũ eſſent ueri an non. Et ſi fuerit in 4. nihil ſonuerat in terra illa de illis rumoribus, immo erant adhuc in occulto. Et ſi fuerit in 7. fuerunt iam rumores illi nominati quaſi publice. Et ſi fuerit in 10. licet forte tu non nouiſſes rumores illos, tamen iam ſunt palam diuulgati: & eſt ſcita ueritas eorum apud homines illius contratæ.

¶ Quando non ſunt ueri rumores.

SI uero fuerit dominus primæ uel Luna in angulo, & fuerit iunctus Planetæ qui ſit cadens ab angulo, erunt falſi rumores, niſi ille cadens ſit fortuna & recipiat eum uel Lunam, ſed fuit dictum aliquid de ipſis, ita quòd uidebatur ſic eſſe. Si uero fuerit fortuna, & recipiat eum uel Lunam, ſignificat ueritatem rumorum, licet non ſint penitus ueri, ſicut dictum eſt. Et ſi non receperit ille Planeta cadens dominum primæ uel Lunam: uel fuerit malus ſiue receperit dominum primæ uel Lunam ſiue nō, erunt rumores falſi, licet ſit dictum aliquid de ipſis, & nihil peruenit de ipſis in actum. Si autem fuerit dominus primæ iunctus malo Planetæ ipſe uel Luna qui ſit impeditus, ſignificat quòd rumores ſint falſi, & quòd cito opprimentur illi rumores. Sed ſi non fuerit impeditus ille malus, & receperit dominum primi uel Luna, ſignificat aliqualem ueritatem rumorum, licet non ſint ex toto ueri. Verumtamen Zael dixit, quòd tu debes aſpicere dominum aſcendentis & Lunam: & uidere quis eorum ſit fortior, & per illum debes iudicare de facto rumorum. Vnde eius intentio non fuit facere uim niſi in uno eorum. Mihi tamen uidetur, ſi poſſumus uti utroque domino ſcilicet primæ & Luna quòd faciamus: tamen non uidetur mihi quòd dimittamus ueſtigia ipſius. Debes etiam aſpicere utrum anguli ſint ſigna mobilia: quoniam quantum eſt ex hoc, ſignificantur rumores eſſe falſi. Sicut enim cum anguli fuerint ſigna fixa, ſignificant ueritatem rumorum, ita cum fuerint ſigna mobilia, ſignificant falſitatem rumorum: & eo uerius erunt rumores mendaces, ſi dominus primæ uel Luna fuerit iunctus cum aliquo malorum per coniunctionem uel per aſpectum, niſi forte receptione perfecta recipiatur à domo ſcilicet uel exaltatione: & tamen cum hoc, erit pauca ueritas in rumoribus illis. Sed ſi fuerit retrogradus ille malus, erunt rumores falſi, ſiue fuerit in angulo ipſe uel dominus primæ uel Luna, ſiue extra angulum, qualis eorum fuerit cum eo iunctus, ſiue fuerint anguli ſigna fixa, ſiue non, ſiue fuerit receptus ſiue non, tamen erunt rumores falſi. Et dixit Zael, quòd ſi fuerit Luna in angulo impedita, & fuerit iuncta alicui Planetæ malo qui non recipiat eam, erunt rumores falſi. Et uide ſi dominus primæ uel Luna iunctus fuerit, aut aliquis eorũ alicui Planetæ impedito retrogrado ſcilicet, uel cōbuſto, uel non retrogrado, qui eum non recipiat, ſignificat falſitatem rumorum: etiam ſi dicitur ab omnibus indifferenter, quòd illi rumores ſint ueri: & quòd ab omnibus credatur ſic eſſe. Verumtamen eſt tibi uidendum ſeu conſiderandum cuius naturæ ſint rumores quos audieris, uel de quibus fuerit tibi facta quæſtio. Nam ſi fuerint de rebus quæ ſignificantur, & fiunt per ferrum & ignem & effuſionẽ ſanguinis, & abſciſionem uiarum, & ſimiles, & fuerit ibi Mars, dicitur quòd ſignificat illud. Et ſi fuerit de diruptione domus uel caſtri uel ciuitatis & ſimilia, & fuerit ibi Cauda, ſignificat rumores eſſe aliquid. Et ſi fuerit de ſubmerſione uel de caſu ex alto, & fuerit Saturnus uel etiam ipſa Cauda, ſignificat illud idem. Et ita intelligas de ſignificatis cuiuſlibet Planetæ: & eo fortius ſi fuerint in illis domibus ſigna concordantia cum naturis.

De decima domo.

De regno ſiue imperio uel ducatu ſiue comitatu, uel quacũq; alia dignitate laicali unde interrogator habet ſpem ſeu fiduciam adipiſcendi, utrum adipiſcatur quod intendit, an non. Caput I.

COnſueuerũt homines aliquando affectare dignitates ſeu regna, ſcilicet uel ducatus, uel comitatus, uel alias dignitates laicales, ſeu officia uel baylias. Vnde quærunt ab Aſtrologo, utrum ſint adepturi quod intendunt, uel non. Et ſi fuerit tibi facta quæſtio aliqua de aliquo prædictorum, ſiue ſit imperium ſiue regnũ ſiue ducatus ſiue poteſtaria ſiue iudicatus ſiue ſenatus uel quodcunque aliud officium uel quæcunq; dignitas ſiue magna ſiue parua ſit: etiam ſi eſſet cuſtodia alicuius caſtri uel alicuius portæ ciuitatis uel caſtri, dummodo ueniat per modum officij ſeu bayliæ, prima datur quæren-

quærenti, decima datur regno ſeu officio uel dignitati ſeu bayliæ. Aſpice tunc dominum primæ atque Lunam, ſi ambo fuerint iuncti uel Soli uel domino decimæ, qui habet ſignificare dignitatem ſiue officium, uel unus eorum tantum, & ille ſcilicet dominus decimæ aſpexerit decimam uel fuerit in ea, ſignificat quòd quęrens habebit quod intendit: ſed non gratis, immo oportebit quòd laboret & ſtudeat & inquirat modis omnibus quibus poterit ad hoc ut adipiſcatur quæſitum. Si autem non fuerit aliquis eorum iunctus domino decimæ, aſpice ſi dominus primæ uel Luna fuerint in decima, adipiſcetur quod intendit, dum non ſit dominus primæ uel Luna impediti, ſcilicet quòd non ſint combuſti: uel non ſit ille retrogradus, nec aſpexerint mali Planetæ eum ab oppoſitione uel quarto aſpectu ſine receptione: quia tunc ſignificat ſolutionem rei, etiam ſi uideretur directa & quòd deberet perfici. Si autem dominus decimæ fuerit in prima, ſiue aſpiciat eum dominus primæ, uel Luna, ſiue non, qualiſcunque fuerit tunc dominus primæ uel fuerit innctus dominus decimæ domus domino primæ, ita quòd uadat ad eius cōiunctionem, hoc eſt quòd dominus decimæ ſit leuior, ſine dubio ſignificat adeptionem imperij uel regni ſeu magiſtratus uel dignitatis laicalis ſeu officij uel bayliæ ſine aliqua ſua petitione uel ſuo labore uel importunitate aliqua. Et ſi non fuerit dominus decimę in prima, nec fuerit iunctus domino primæ: ſed fuerit iunctus Ioni uel Veneri uel Soli per aſpectum ſine oppoſitione Solis: quia in alijs ita non impediretur oppoſitio ſicut in Sole, & fuerit ille cui ipſe ſcilicet dominus decimæ iungitur in prima, adipiſcetur quæſitum cum leuitate. Si uero fuerit iunctus Marti uel Saturno, & ipſi in prima & fuerit aſcendens aliqua domorum uel exaltationum eorum & ipſi orientales & directi, nec fuerit unus eorum oppoſitus alteri, ſignificat adeptionem rei quęſitæ licet cum inuolutione atq; petitione ſeu importunitate: pauca tamen importunitate uel quaſi nulla. Meſſalæ tamen uiſum eſt, quòd ſiue recipiat malus ſiue nō, quòd res perficiatur, & quòd ſi aſpectus fuerit trinus uel ſextilis, & fuerit fortuna, ille qui fuerit in prima ueniet ei quæſitum exiſtenti in domo ſua ſine petitione aliqua. Si fuerit quadratus uel oppoſitus, uel fuerit malus & fuerit trinus uel ſextilis, ueniet etiam ei cum leuitate. Si fuerit oppoſitus, & fuerit infortuna, ueniet ei, licet cum duricia & tarditate: & hæc omnia ſiue habeat teſtimonium in prima ſiue non ille Planeta qui fuerit in prima iunctus domino decimæ. Et dixit iterum Meſſala, quòd ſi fuerit dominus decimæ recipiens dominū primæ uel Lunam, de quocunque loco fuerit illa receptio, quòd perficit rem cum bonitate atque ſtabilitate atque utilitate atque lucro. Et ſi non fuerit de his quæ dixi tibi aliquid, uide ſi eſt aliquis Planeta qui transferat lumen inter dominum primæ & dominum decimæ: quia ſi ſic fuerit, ſignificat adeptionem rei quæſitæ, ſed non per ſemetipſum: ſed oportet quòd alius interponat ſe per modum tractandi rem illam ad hoc ut perficiatur, & perficiet eam niſi ille qui recepit diſpoſitionem alterius iungatur tunc alteri cui ipſe committat diſpoſitionem: quoniam illud ſignificat ſolutionem rei, poſtquam putabitur directa: ſed ſi non commiſerit diſpoſitionem alicui, nec fuerit retrogradus uel combuſtus, ſignificat adeptionem rei quæſitæ. Similiter ſi dominus decimæ non petit coniunctionem domini primæ, ſed dominus primæ petit coniunctionem domini decimæ, & iungitur ei antequàm alius Planeta abſcindat coniunctionem eorum, fiet res illa, ſed non ſine petitione interrogantis, & eius inſtantia & importunitate. Similiter ſi dominus decimæ non iungatur domino primæ nec ipſe illi: nec iungatur aliquis eorum alicui fortunæ ſed iungitur alicui malo. & ille malus iungitur alteri malo, & ille alter malus iungitur alicui fortunæ, & illa fortuna iungitur domino decimæ, ſi coniunctio primi mali fuerit cum domino primæ uel iungitur ille ultimus Planeta domino primæ, ſi fuerit prima cōiunctio cum domino decimæ, ſignificat adeptionē rei quæſitæ, licet cum multis intromiſſionibus & diuerſis diuerſarum perſonarum. Significata perſonarū poteris cognoſcere per domos quarum fuerint domini illi Planetæ per quos fit coniunctio à coniunctione in coniunctionem, donec ueniat coniunctio ad ſignificatorem rei quæſitæ, uel ad dominum primæ uel decimæ, ut dictum eſt, ſi fieret illa cōiunctio ab illo Planeta uſq; ad ſeptem Planetas. Et dixit Meſſala, quòd illud idem fit in coniunctione per corpus. Et dixit quòd ſi non fuerit coniunctio inter dominum medij cœli & dominum aſcendentis uel Lunam: nec fuerit Planeta trāſferens lumen inter eos, quòd debes aſpicere quis ſit fortior an dominus aſcendentis an Luna, & operari per fortiorem ex eis. Et ſi non iungitur domino medij cœli, ſed iungitur alteri dummodo fortior ſit in angulo aut in loco forti quòd perficitur res quęſita, ſiue recipiat ille dominum aſcendentis uel Lunam, ſiue non. Et dixit, quòd ſi fuerit malus ille cui iungitur dominus aſcendentis uel Luna, & receperit eum, perficietur res. Si autem fuerit malus, & non fuerit dominus medij cœli, nec receperit dominum aſcendentis, nec commiſerit ille malus diſpoſitionē ſuam alteri Planetæ, tunc non perficietur res: quia malus ille deſtruit rem: ſed ſi cōmiſerit ille malus diſpoſitionem ſuam alteri malo, & ille alter malus receperit dominum aſcendentis uel Lunam, perficietur res quæſita. Sed ſi commiſerit ille malus diſpoſitionem fortunæ quæ ſit in loco forti, perficietur res. Item aſpice ſi fuerit aliquis Planetarum prædictorum in prima, ſiue fuerit in decima ſi fuerit fortuna, ſignificat perfectionem rei, ſiue receperit ſiue non, & quòd lucrabitur quærens & acquiret ſubſtantiā, illa de cauſa. Si autem fuerit malus & receperit dominum primæ uel Lunam, perficietur res: ſi uero non receperit, non perficietur. Si autem fuerit domus uel exaltatio illius Planetæ mali decima domus, & ipſe malus fuerit in ea, perficietur etiam res, ſiue recipiat ille malus dominum primę aut Lunam, ſiue non: ſicut ſi fuerit fortuna in decima, & aſpexerit eam dominus primę uel Luna: quia perficitur res tunc, ſiue recipiat illa fortuna dominum primæ uel Lunam ſiue non: uel habeat dignitatem in decima uel non habeat. Et debes ſcire hoc, quia quādocūq; Planeta ſignificator alicui⁹ rei fuerit in angulo, feſtinat effectū rei: in ſuccedēti tardat, in cadēn poſtponit licet ultimo pficiaſ res. Et uide ſi mal⁹ aſpexerit dñm aſcē-

dentis uel Lunam ab oppoſitione uel à quarto aſpectu ſine receptione: quia niſi cõmittat tunc diſpoſitionẽ ſuã alteri, impedit eum & turbat quærẽs cum illo qui ſe intromiſit de tractando rem illam, & non credit eum fore fideliter operatũ: & poſſibile eſt ꝙ efficiantur ex hoc inimici. Et ſi aſpexerit à trino uel ſextili aſpectu, non iraſcetur cum ipſo, nec imputabit ei, licet non perfecerit rem illam. Et ſi cõmiſerit dñs primæ & dñs decimæ diſpoſitionẽ ſuam alicui Planetæ à quocunq; aſpectu ſiue cũ receptione ſiue ſine receptione ſiue fortuoa fuerit ſiue malus, & nõ fuerit retrogradus neq; combuſtus neq; cadens, nec exierit de ſigno in quo eſt antequàm perficiatur illa cõiunctio illorum duorum dñi, ſcilicet primæ & dñi decimæ cum eo, & Luna fuerit iuncta dño primæ uel domino decimæ, adipiſcetur ioterrogator quæſitum. Sed ſi fuerit collectio luminis ſeu diſpoſitionis domini primæ & domini decimæ, ſicut dixi, nec aſpexerit Luna aliquem illorum duorũ: ſed aſpexerit alium qui recipiat eam de domo uel exaltatione, uel de duabus alijs dignitatibus, nec fuerit alias impedita, hoc eſt quòd ſit libera à caſu & combuſtione, nec ſit obſeſſa à malis, nec in eorum oppoſitione uel quarto aſpectu ſine receptione, ſignificat adeptionem rei quæſitæ. & quòd multi auxiliabuntur quærenti, ut perficiatur ei res quam petit. Videntur autem quaſi omnes ſapientes iudiciorum aſtrorũ concordari, quòd cum dominus primæ atq; dominus rei quæſitæ fuerint iuncti ſimul, & Luna commiſerit diſpoſitionẽ uni eorum, ꝙ perficitur res quæſita ex toto. Si autẽ non cõmiſerit diſpoſitionẽ alicui eorum, ſed fuerit Luna iuncta Planetæ nõ recipienti eam, & ille Planeta aſpexerit domũ rei quæſitæ uel aſpexerit domum primam, ſignificat quòd adipiſcetur interrogator partem eorum quæ petierit, licet non ex toto, ſi fuerit res partibilis. Et dixit Zael, cum receperit dominus aſcendentis diſpoſitionẽ Lunæ leuior erit petitio regni, hoc eſt quòd leuius habebitur. Si autem fuerit impeditus ille cui Luna committit diſpoſitionem ſuam uel dominus primæ ſcilicet quòd ſit retrogradus uel combuſtus uel cadens uel obſeſſus à duobus malis, uel in eorũ oppoſitione uel quarto aſpectu ſine receptione, ſignificat quòd res illa noo perficietur. Deinde aſpice ſi dominus primæ domus iungitur dño quartæ domus, & dñs quartæ domus iungitur dño primæ domus, perficietur res quæſita ei qui interrogat, & ſine magno labore. Si autẽ fuerit dominus primæ domus iunctus dño quartæ domus, & dñs iterum quartæ domus fuerit iunctus dño decimæ domus, perficietur res quæſita interroganti: ſed nõ niſi cum tanto labore atq; tanta duricia, & inuolutione atq; tarditate, quòd deſperabit quærẽs ne nõ poſſit perficere quod intendit: ultimo tamen perficietur ei.

¶ Vbi erit eius magiſtratus.

POſtq̃ oideris quòd interrogator ſit adepturus dignitatem ſeu officiũ uel magiſtratũ quem intendit: aſpice dñm primę, & oide ſi fuerit in domo ſua, & ſi ſic tunc ſcias quòd adipiſcetur illũ magiſtratũ, ſiue illam dignitatẽ in terra in qua morať. Et ſi fuerit in exaltatione ſua adipiſceť magiſtratũ cui ſubalternabunť alij magiſtrat⁹, & alia officia: & cõtinebit in ſe dignitas illa uel ſub ſe aliquas alias dignitates ſiue in terra ſua ſit adepturus hoc, ſiue in aliena, & non uidetur debere eſſe multum longe à ſua terra. Si autem fuerit in triplicitate ſua, uidetur quòd ſit adepturus officium ſeu magiſtratum magnum extra terram in qua moratur, & lõgè ab ea fortè plus una dieta. Et ſi fuerit in termino ſuo, non acquiret magnum officiũ, immo erit infra prædictũ: & fortè quòd ueniet ei hoc cauſa conſanguinitatis, quæ eſt inter ipſum & illum cui commiſſum eſt dare illud officium: uel fortè quòd aliquis eius conſanguineus nominauit illum ei cui cõmiſſum eſt dare officium. & illa de cauſa eligetur & conſtituetur ſupra regnum ſeu officium illud: uel fortè quòd eliget aliquis cõſanguineus ad aliquod officiũ & cõmittet illud ſibi. Et ſi fuerit in facie ſua eueniet ei hoc cauſa ſui magiſterij uel ſuæ ſapiẽtiæ & erit illud officiũ infra ſupraſcripta. Si aũt non habuerit dignitatẽ in loco in quo fuerit dabitur ei dignitas illa in terra in qua pauci uel quaſi nulli nouerũt eum. & erit multum infra ſupraſcripta illud officium ſeu illa dignitas ſiue baylia. Et ſi dominus primæ & dominus decimę fuerit idem Planeta, quod poteſt accidere in Ioue atq; Mercurio & fuerit alicubi ab aliquo receptus, & iuncta fuerit ei Luna ex aliquo angulorũ, ſignificat adeptionem rei quæſitę. Si autem non fuerit Luna iuncta domino primæ, ſed fuerit alteri iuncta qui eam recipiat, & ipſe dominus primæ fuerit ſimiliter receptus, & fuerit quilibet eorum non cadens ab angulo, neque ab aſcendente, adipiſcetur quærens partem eorũ quæ petierit, ſi fuerit res partibilis, ſed non totum.

¶ Quando non adipiſcetur quæſitum.

SI uero fuerit Luna impedita, & dñs primæ non fuerit receptus, nec fuerit alter eorũ in domo rei quæſitæ, nõ adipiſceť quærens qđ petierit: & uideť quòd ſit in cauſa quòd nõ adipiſcať illud, quia petit rem quæ nõ cõuenit ei. Si aũt dñs primæ uel Luna nõ aſpexerit dñm decimæ: nec dñs decimæ aſpexerit aliquem eorũ & fuerint anguli ſigna fixa: nec fuerit aliquis de aſpectibus ſupradictis ſignificantibus effectũ rei: aſpice tunc ubi ſit Sol & ubi ſit Vcous, & uide ſi ambo aſpiciũt decimã & ſi ambo ſint recepti: quoniã ſi ſic fuerit, ſignificat effectũ rei, & quòd quęrens acquiret regnũ in quo habet fiduciã, ſeu magiſtratũ & erit ei utile atq; lucroſum, & acquiret inde pecuniã multã. Si aũt non fuerint ambo recepti, ſed unus eorũ tantũ, uide ſi Luna tunc aſpexerit illũ qui nõ fuerit receptus, perficieť res quæſita: qm̃ Luna cõmittit diſpoſitionẽ ac fortitudinẽ ſuam illi cui ipſa iungiť. Aſpice etiã Lunã, quę ſi aſpexerit gradũ decimæ domus: uel etiã ſi ipſe dñs primæ aſpexerit gradũ decimæ domus: uel fuerit aliqs eorũ in eo: uel fuerit dñs decimæ domus in ipſo gradu aſcendẽtis, ſignificat ꝙ electio illius iã ſit facta, & cito perueniet ad eũ rumor de illa electione. Et dixerũt Meſſala, & Zael ꝙ ſi Luna fuerit iuncta lumini dñi medij cœli, aut trãſierit ſup eũ, ſcilicet quòd ſit ſeptẽtrionalis ab eo dũ trãſit per eius radios, uel fuerit iũcta corpori eius, & aſpexerit mediũ cœli adipiſceť: & ſi receperit eã dñs domus in qua eſt Luna, & aſpexerint ambo decimã, adipiſceť quæſitũ. Et ſi Luna fuerit in aliquo ſigno in quo ſit lumẽ alicuius Planetę, ſed non iungetur corpori illius antequàm ipſa egrediatur de ſigno in quo eſt, non perficietur res, niſi dominus primæ, & dominus decimæ, ſiue

alterius

alterius rei quæſitę ſint, ambo in locis in quibus habeant dignitatem, & aſpexerint decimam ſiue locũ rei quæſitæ. Et dixit Zael quòd uitium Lunæ & domini medij cœli, ſignificat diminutionem rei in opere: & eo deterius, ſi fuerit receptor diſpoſitionis Lunæ impeditus: quia tunc ſignificat detrimentum operis. Et dixit, ſi iuncta fuerit Luna domino aſcendentis aut domino medij cœli, auxiliabitur ad profectum. Et ſi pulſauerit receptor & dominus medij cœli fortitudinem eorum atque diſpoſitionem Planetæ qui eos recipiat, & qui habeat fortitudinem in loco ſuo & rei, & non aſpexerit medium cœli, nõ perficietur res eodem modo quo petitur. Et dixit quòd cum ſignificator inimicatur domui ſuæ, ſignificat duritiam & inuolutionem in petitione rei. Et inimicitia domus eius in hoc caſu eſt, ut ſit in duodecima à domo ſua, aut in ſecunda aut in ſexta aut in octaua. Et ſi aſpexerit eum à ſeptima, dominus ſcilicet rei quæſitæ, ſignificat quòd non adipiſcet quæſitum, ſed nõ prohibet ex toto quòd nõ fiat, immo eſt poſſibile quòd perficiat res quæſita, ſed ſi fuerit perfecta erit cum lite & controuerſia et cõtentione.

Vtrum laudetur uel uituperetur occaſione regni uel officij uel magiſtratus. Caput II.

POſtquam cognoueris quòd quærens ſit adepturus regnum, ſeu aliud quod intendit adipiſci: & uolueris ſcire quid acceſſurũ ſit ei in regno ſeu officio ſiue magiſtratu illo, aſpice dominum primæ & locum eius, et uide qualiter ſit diſpoſitus, quoniã ipſe habet ſignificare quid accidet quęrenti ex regno ſiue magiſtratu ſuo. Si autem inueneris dominũ primæ in decima non remotũ à gradu decimæ domus plus tribus gradibus ante, uel ad plus 12. retro: uel fuerit ibi fortuna nõ impedita: uel aſpexerit locũ illum, ſcilicet decimã tribus gradibus ante & quinque retro, uel ad plus ſeptẽ. Idem intelligas ſi fuerit fortuna nõ impedita, uel aſpexerit ut dictum eſt de decima. & ita intelligas de undecima, ſignificat quòd acquiret honorẽ et laudẽ ex officio ſiue regno illo, dummodo nõ ſit malo modo impeditus ex impedimẽtis ſupradictis: & maxime ſi fuerit ibi Caput draconis: ſed ſi fuerit ibi Cauda, diminuet tertiam partem illius honoris. Si autem fuerit in undecima, erit infra, hoc tamẽ bene finiet ſuum regnum, & dicetur de ipſo bonum. Si uero fuerit in primo, laudabitur et dicetur bonum de ipſo: tamen quidam nitentur maledicere: ſed non publicabunt ſuam malitiam. Si uero fuerit in alijs locis bene diſpoſitus, recedet à regno ſeu officio ſuo, nec multum cum magno honore, neque cum uituperio, ſed ſicut rectores communiter recedunt à ſuis regiminibus, dummodo non ſint in locis prædictis infortunæ malè diſpoſitæ. Si autem fuerit in prima uel in decima malus male diſpoſitus, qui non habeat ibi dignitatem: uel aſpexerit ut dictum eſt de decima et prima, & maxime ſi fuerit retrogradus uel in caſu ſuo: & eo fortius, ſi fuerit ibi Caput draconis, ſignificat quòd uituperabitur quærens illa de cauſa. Et ſi aſpexerit eum dominus quartæ & fuerit malus à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, ſignificat quòd capietur & detinebitur illa de cauſa ſine poſitione in carcerem. Et ſi aſpexerit eum dominus duodecimæ, conditionibus ſupradictis incarcerabitur. Et ſi etiam aſpexerit eum dominus octauæ per modum prædictum, ſtringetur in carcere, & timetur ne moriatur illa de cauſa. Et ſi fuerit ibi Cauda draconis, minuet tertiam partem illius uituperij. Et ſi fuerit in ſecunda fortuna libera, ſignificat quòd acquiret ſubſtantiam illa de cauſa, & ſequetur inde profectũ & bonum uel aſpexerint fortunæ ut dictum eſt de alijs domibus. & eo melius ſi fuerit ibi pars fortunæ. & ſi fuerit alibi ſimiliter, ſignificat bonum & lucrum, & augmentat illud ſi uero fuerit male diſpoſita, ſignificat malum & impedimentum. Et ſi fuerit ibi malus, uel aſpexerit à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, ſignificat diſperſionem ſubſtantiæ atque ipſius diminutionem. Et ſemper habeas hoc in mente tua, quia quandocunque Caput fuerit in aliqua domo quæ ſignificet bonum, ſemper augmentabit illud pro tertia parte. Et quandocunque Cauda fuerit in aliqua domo quę ſignificet bonum, ſemper diminuet tertiam partem illius boni. Et quandocunque fuerit in domo aliqua quæ ſignificet malũ, ſemper diminuet tertiam partem illius mali, ſicut ſi Caput eſt in aliqua domo quæ ſignificet malum, augmentat illud pro tertia parte. Et ſi fuerit fortuna libera in tertia, uel aſpexerit illam, ſignificat bonum pro fratribus quærentis, & ei ex fratribus, ſi fratres habuerit. Et ſi fuerit ibi malus, uel aſpexerit ex quarto uel oppoſitione, ſignificat malum & detrimentũ. Et ſi fuerit in quarta fortuna libera, uel aſpexerit illã, ſignificat ꝙ finis illius regiminis erit bonus & laudabilis. Et ſi fuerit ibi malus uel aſpexerit illã, ſignificat ꝙ finis erit malus & turpis. Et ſi fuerit fortuna in quinta uel aſpexerit ut dictum eſt, ſignificat bonũ et fortunã ex filijs uel cauſa filiorũ, & ꝙ bene cedet eis, ſi habuerit filios. Et ſi fuerit ibi malus, ſignificat cõtrariũ uel aſpexerit, ut dictũ eſt de alijs. Et ſi fuerit fortuna in ſexta uel aſpexerit illã, ſignificat ꝙ bene cedet ei ex ſeruis et famulis, et pro eis & ipſis famulis. Si aũt fuerit ibi malus, uel aſpexerit illã, ſignificat contrariũ. Si aũt fuerit fortuna in ſeptima, uel aſpexerit illã, ſignificat ꝙ bene cedet illis qui ſubierũt ei in regno illo, & ꝙ bene cedet ſcriptoribus eius et ꝙ inimici eius erunt bonę opinionis erga eum. Et ſi fuerit ibi malus, uel aſpexerit illã, ſignificat contrariũ eius quod dixi. Et ſi fuerit fortuna in octaua, uel aſpexerit illã, ſignificat quòd augmentabunt bona illorũ quos habuerit ad regendum, et creſcent & amplificabuntur. Et ſi fuerit ibi malus uel aſpexerit illam, ſignificat ꝙ patientur detrimentũ & diminutionem. Et ſi fuerit fortuna in nona uel aſpexerit illã, ſignificat quòd ille rector qui fuit ante eum, fuit honorãdus & reuerendus, & quòd bene ceſſit ei in regimine ſuo. Et ſi fuerit ibi malus, uel aſpexerit illam, ſignificat cõtrarium eius quod dixi. Et ſi fuerit fortuna in decima: uel fuerit ibi malus, erit ut dictum eſt ſuprà de decima domo. Et ſi fuerit fortuna in undecima, uel aſpexerit illam, ſignificat quòd bene cedet ei in regno ſeu magiſtratu et quòd bene cedet ei in regno ſeu officio, & quòd erit honorandus et reuerendus, et bene cedet ei in illo. Et ſi fuerit ibi malus uel aſpexerit illam, ſignificat contrarium eius quod dixi. Et ſi fuerit fortuna in duodecima, ſignificat ꝙ bene cedet ei ex equis, mulis, bobus, aſinis, &

camelis

camelis,& quòd non machinabunť aliqui in ſuum detrimentum. Et ſi fuerit ibi malus, ſignificat quòd cedet ei contrariũ in his quæ dixi: & maxime ſi fuerit ibi Mars, quia tunc ſignificat proditionẽ. Et ſemper intelligas quando dico, ſi malus fuerit in tali loco, ſignificat malum, niſi habeat ibi dignitatem, domum ſcilicet uel exaltationem uel duas de alijs dignitatibus.

Iterum de eodem & eius fine.
Caput III.

ITerum conſidera ſi tu inueneris dominũ primę in bono loco bene diſpoſitũ, quoniã ſignificat ſimiliter bonum finẽ, ſcilicet ſi fuerit in decima uel undecima uel prima uel quinta, non impeditus ſiue receptus fuerit ſiue non: ſiue fuerit cum parte fortunæ ſiue non. Si aũt fuerit in ſecunda uel tertia uel nona uel ſeptima uel etiã in quarta: ſed in quarta magis debilis moratur q̃ in aliquo ſupradictorũ locorum & bene diſpoſitus, & in nullo alias impeditus, erit finis eius infra hoc, ſed nõ erit abhorrendus nec uituperabilis. Si autem fuerit in aliquo prędictorum quinq; locorũ impeditus, ſignificat impedimentũ & malum. Si autem fuerit in ſexta uel in octaua uel in duodecima, ſignificat quòd deponeť à regno ſeu magiſtratu ſuo turpiter, & cum opprobrio atq; dedecore: ſed in ſexta & in duodecima, ſignificat grauius dedecus q̃ in octaua, niſi ſit receptus: quia tunc ſignificat, quòd ſecundus rector impediet eum, & inſurget contra eum in eius uituperium, & eo fortius ſi fuerit ibi Caput. Et ſi fuerit ibi Cauda erit debilius: ſi autem fuerit receptus nõ impedietur: & ſi fuerit impeditus liberabitur ab impedimento illo ſine magna inſtãtia ſeu inuolutione. Et ſi nõ fuerit receptus, & fuerit in prædictis tribus locis, & fuerit alias impedit⁹, accidet ei poſtq̃ fuerit depoſitus aliquid, quod erit ei maius damnum & maius uituperiũ quàm depoſitio à magiſtratu ſuo. Et ſi iunctus fuerit dominus duodecimæ domus domino primæ, & non receperit eum, ſignificat quòd ille qui fuerit depoſitus, ſtringetur uinculis & dedecorabitur, & multo fortius ſignificabitur eius dedecus & uituperium, ſi fuerit illa coniunctio in aliquo quatuor angulorum, & uituperabilior omnibus eſt domus decima: ſicut enim ipſa ſignificat maiorem honorem cæteris domibus: ita ſi uertatur ad contrarium, ſignificat maius uituperium: quoniã ſignificat quòd ipſe ponetur in uinculis palam corã omnibus uolentibus eum uidere, & poterunt omnes qui uoluerunt deridere ipſum. Si autem fuerit coniunctio in prima, ſignificat quòd uinculabiť, & erit inde rumor: ſed non ita magnus, ſicut quando fuerit in decima. Si autem fuerit coniunctio in ſeptima, erunt ipſi ſubiecti ſui, quorũ fuit dux uel rector qui ponent ipſum in carceribus ſeu uinculis. Si autem fuerit cõiunctio in quarta, ponetur in uinculis ſeu carceribus, ſed non erit inde magna diffamatio. Si autem fuerit cum hoc dominus primæ in cadentibus ab angulis & fuerit ſupra terrã, licet ſit iunctus cum domino duodecimæ, nõ captiuabiť in terra illa in qua erat rector ſeu dux ſiue baylitor ſeu officiarius, immo ducetur ad alium locum, & ibi captiuabitur. Si autem fuerit ſub terra, uinculabiť in uia quando ducetur ad locũ retentionis eius. Si aũt fuerit dominus primæ cum ſeparatus fuerit à dño duodecimæ primam coniunctionem cum domino octauæ, ſignificat quòd morietur ille in carcere illo. Si aũt fuerit iunctus dñs primæ dño decimæ poſtq̃ fuerit ſeparatus à dño duodecimæ anteq̃ iungatur alteri, ſignificat ꝙ poſtquàm ipſe fuerit captiuatus, liberabitur à carcere, & dabitur ei aliud regnũ ſiue officiũ. Et illud idem intelligas, ſi fuerit dñs primæ iunctus Marti, quia ſignificat ꝙ accident ei illa eadẽ ſignificata quę accident ei quando iungiť dño duodecimæ, & etiam fortiora, quoniã Mars ſignificat uerberationẽ & percuſſionem telorũ, & ſanguinis effuſionẽ & mortẽ quandoq;, quod dñs duodecimæ nõ facit. Et ſi non fuerit Mars iunctus corporaliter cum dño primæ, ſed per oppoſitionẽ uel per quadratũ aſpectum, & fuerit dñs ſecundæ uel octauæ, ſignificat illud idem quod ſupra dictũ eſt. Et aſpice etiam ſi dominus primæ impeditur ab aliquo malorũ: quoniam afflictio quam patietur erit ſecũdum naturam, & ſignificata illius mali qui impedierit dñm primæ. Si quidem fuerit Mars ſicut dixi, erit illud impedimentũ ex cõpedibus lædentibus & ſtringẽtibus crura uel brachia, uel utrunq; cum excoriatione: & panetur cum ferris, & ſtringetur ligamentis ferreis, & forte quòd percutietur gladijs & ferrans fuſtibus. Si autem fuerit Saturnus, incarcerabitur in carcere obſcuro uel ſubterraneo & cedetur baculis. & forte ꝙ lapidabitur uel percutieť petris.

Quando intrauerit regnum ſiue officium & incœperit imperare uel præcipere, quid accidet ei in officio. *Caput* IIII.

ET ſi uolueris ſcire quid accidat ei in regno ſiue officio illo, uide quando ipſe ingreditur officium illud, uel regnum, ſiue imperium ſuum. Et illa eſt hora ingreſſionis eius, quando ipſe locatur in ſede ſua, uel incipit imperare ſiue præcipere atq; diſponere facta regni ſiue officij per modum generandi officium. Si fuerit illud principium de die, aſpice dominũ primæ & Solem, ſi fuerit dominus primæ male diſpoſitus, & Sol fuerit alicubi iunctus cum Saturno, uel aſpexerint eum mali à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, ſine receptione perfecta, ſignificat eius depoſitionem, & erit ita depoſitio eius à regno uel officio illo. Si autem inueneris dominum primæ atq; Solem in aſpectu uel coniunctione fortunarum, & fuerint in prima uel decima uel undecima uel quinta, & fuerint cũ hoc in ſigno fixo: ſignificat quòd eius regnum ſiue officium illius durabit & prolõgabitur & delectabitur in eo: & accident ei in illo ea quæ uoluerit, & de quibus lætabitur & gaudebit ex eis. Si autem fuerint dominus primæ atq; Sol in coniunctione corporali, uel etiam in aſpectu Martis ſine receptione perfecta, ut dixi, & fuerit ſeptentrionalis à Sole, uel fuerit Mars in decima, & Sol fuerit in prima, & fuerit aſcendens ſignum mobile: ſignificat quòd inſurget ei quidam de illis quos habet ad regendum, & nitetur reſiſtere illi in regno ſiue officio ſuo, & timebit ne poſſit cõtra eum rex ſiue officiarius ille, & ne poſſit eum deponere ab officio ſeu regno ſuo: & dubitatur ne interficiatur uel moriať alio modo anteq̃ cõpleat officium ſuũ. Si autẽ defuerit aliquod prædictorũ, hoc eſt ꝙ non ſit Mars in decima uel nõ ſit Sol in prima, uel non ſit aſcendens ſignum mobile: ſignificat quòd non inſurget ei ille, & ſi inſurrexerit

rexerit

rexerit oon poterit contra eum & ſuccumbet. Si uero fuerit dominus primæ & Sol, uel ſaltem Sol iunctus corporaliter Ioui, uel in eius aſpectu a trino uel ſextili, ſiue cum receptione ſiue ſine receptione, uel in quadrato uel oppoſito cum receptione, uel fuerit Iupiter io decima, & fuerit liber ab impedimentis ſupradictis, ſcilicet quòd non ſit retrogradus uel combuſtus ſeu cadēs, & fuerit Sol in prima uel undecima uel quiota, & fuerit Sol cum hoc in ſigno fixo, ſignificat quòd regnum ſeu officium illius erit ualde laudabile, & erit magni honoris, & augmentabitur ſemper in bono: & durabit diu in laude atq; fama, & quòd erit ei utile atq; lucroſum, & diutius dicetur talis homo bene rexit nos. & ualde fuit nobis utile regnum ſuum. Aſpicias etiam ſi uideris Solem in ſexta uel octaua, fueritq; dominus primæ in prima aut in decima, & fuerit dominus primæ Iupiter aut Sol aut Venus, erit officium ſeu regnum illius bene diſpoſitum, & boni finis prçter quòd uidetur quòd debeat triſtari, quoniam ſignificat mortem illius qui promouit eum ad illud officium ſeu regnum. Et ſi fuerit introitus regiminis ſiue officij illius de nocte, ſcilicet quando incœperit exercere officium ſeu regimen: aſpice Lunam ſicut aſpexiſti Solē in introitu diurno, & uide ſi ipſa fuerit libera ab impedimentis ſupradictis, & quòd non fuerit combuſta nec cadens nec in cōiunctione malorum, ſignificat quòd complebit regimen cum ſalute atq; integritate ſui corporis: & quòd morabitſanus & non çger in regimine illo. Et ſi fuerit Luna corporaliter iuncta cum aliquo malorum ſupradictorum, uel fuerit io eorum quadrato aſpectu, uel in eorum oppoſitione, uel etiam in trino uel ſextili aſpectu, ſine receptione, ſignificat depoſitionē eius à ſuo regimine, & erit in breui depoſitus. Et ſi fuerit ipſa uel dominus domus, in qua ipſa fuerit in malis locis, inueniet malum in illa terra & illo regimine, & quòd erunt plures quæ conquerantur de ipſo, cauſa tegiminis non bene facti ſeu tractati. Et ſi fuerit ille malus qui impedierit Lunam dominus decimç, accuſabitur quòd male rexerit eos. Et ſi fuerit dominus undecimæ accuſabitur, quòd abſtuliſſet malo modo, uel dilapidaſſet bona communis uel regis. Et ſi fuerit dominus ſecundæ accuſabitur, quòd abſtuliſſet uel dilapidaſſet pecuniam cioium, quos habuerit ad regendum. Et ſi fueri dominus quintæ accuſabitur ille turpi uino quod foret abuſus pueris. Et ſi fuerit dominus ſeptimç accuſabitur quòd foret uſus uxoribus eorum. Et ſi fuerit dominus octauæ accuſabitur, quòd iudicaſſet aliquos in perſonis iniuſte. Et ſi fuerit dominus aliarum domorum, non ſignificat certam uel ſpecialem accuſationem, niſi ad rumorū popularium & inſipientum. Et ſi fuerit tunc Luna prope Caput draconis uel eius Caudam per quatuor gradus uel minus, ſignificat quòd non erit illud officium ſibi utile ſeu regimen, nec acquiret in eo famam uel lucrum. Siquidem fuerit lōge à Capite uel Cauda plus 4. gradibus uſq; ad cōplementum 12. graduum, & fuerit ſigoificator illius rectoris impeditus uel detētus, & fuerit tūc Luna in ſigno mobili ſignificat quòd tot diebus durabit eius detentio atq; impedimentum, quot gradibus diſtat Luna ad perficiendū ſeparationē à Capite uel Cauda, donec elōgetur ab eo per dictos 15. gradus integros. Et ſi fuerit in ſigno cōmuni, durabit tot menſibus. Et ſi fuerit in ſigno fixo, durabit tot annis. Et ſi fuerit ibi gradus tractus, & ſignificauerit detentio, dies ſignificabitur pro omnibus 2. minutis & dimidio una hora. Et ſi ſignificauerit menſes, ſignificabitur pro omnibus 15 minutis hebdomada. Et ſi ſignificauerit annos, ſignificabitur pro omnibus 5. minutis menſis. Et ſi non fuerit detentus, nec alias impeditus, ſed dubitauerit ne accidat ei aliquod ſiniſtrū, erit in dubio illo donec Luna elongetur ab illis 12. gradibus à Capite uel Cauda, ſicut dictū eſt. Et uide ſimiliter ſi quando ipſe incipit regimen uel quando iurat illud, eſt aſcendēs aliquis gradus qui ſit de terminis Martis uel Saturni, & aſpexerit aliquis eorū illum gradū, ſignificat quòd nō faciet in officio illo ſeu regimine opus boni regiminis, & turpiter ſe habebit in illo & turpiter loquentur homines de ipſo, etiā ſi alias eſſet bonus rector ibi, deficiet eius bonitas & debiliter ſe habebit in illo. Idem quaſi poteris dicere ſi Luna fuerit in 4. impedita hora intronizationis eius in regimine illo. Si uero fuerit aliquis gradus termini alicuius trium Planetarum Iouis, ſcilicet aut Veneris uel Mercurij, cum ipſe eſt fortunatus, & aſpexerit eum aliquis eorum, perficiet regimen cum honore atq; bona laude, & dicetur omne bonum de ipſo, & magnificabitur ſonus nominis eius illa de cauſa. & omne lucrum quod fecerit occaſione regiminis illius. bene dicetur ei ab illis quos habuerit ad regendū. Sicut laudabitur ex opere bono cum fuerit fortuna in prima hora introitus in regimen, ſiue officium, ita uituperabitur cum fuerit de Infortunis, ſicut dictū eſt. & tanto deterius quia forte quòd morietur illa de cauſa.

Quale ſit principium regiminis bonum uel malum, & etiam finis eius qualis erit. Caput V.

ET uide etiā in principio regiminis ſui, ſi fuerit fortuna in prima, erit principium eius bonum & laudabile ualde: ſi fortuna illa non fuerit impedita. Si autē fuerit impedita, uel fuerit ibi aliquis malus oriētalis & directus in domo uel exaltatione ſua, nec alias impeditus, ſignificat quòd erit principium regiminis laudabile, ſed non multū. Et ſi fuerit cum hoc malus in 4. ſignificat quòd qualecunq; fuerit principiū, finis erit malus. Et ſi fuerit in prima infortuna, quæ non habeat ibi teſtimoniū, ſicut prædixi: ſignificat quòd principiū ſui regiminis erit malum. Si aūt fuerit in 4. fortuna bene diſpoſita, finis erit laudabilis & quilibet qui maledixerat eum benedicet, poſtea & honorabit ipſum & dicet bonū de ipſo. Et ſi fuerit ibi fortuna impedita, uel malus orientalis directus in domo ſua uel exaltatione nec alias impeditus, ſignificat quòd finis erit laudabilis, ſed non multum. Et ſi fuerit in prima & in quarta, ſimiliter principium & finis erunt digni laude. Si aūt in utroq; fuerit malus, utrunq; uituperādum erit. Similiter uide ſi fuerit Cauda draconis in prima, & dominus primæ fuerit in ſecunda uel quarta uel ſexta uel ſeptima uel octaua uel nona, niſi fuerit Sol uel in 12. & eo fortius, ſi fuerit in coniunctione uel aſpectu alicuius mali Planetæ, ſine receptione, & aliqua infortuna fuerit in prima uel 10. uel 7. uel 4. & fuerit cū hoc Luna impedita per aliquem malorum Planetarū, ſignificat quòd eius fa-

miliares erunt infideles:& eius miniſtri erunt uiles perſonæ, & eius uicarij atque officiales erunt male factores & reddent eum triſtem & horrendũ,& erunt eorũ opera talia quæ facient ipſum uituperari in ſuo regno ſeu regimine.& erũt illa maleficia quę ipſi perpetrabũt cauſa deſtructionis eius regiminis ſeu regni & contriſtabunt eum & ſemper erit in dubio ne malignetur in regimine ſeu in officio,donec ſteterit in illo. Et ſemper habeas hoc in mẽte,qm̃ quandocunq; minatur aliquod infortunium depoſitionem à regimine uel officio aliquo,& tu inueneris Iouem in decima uel prima,& ipſe fuerit orientalis,aut tollit penitus depoſitionem,aut alleuiat & tardare facit illam. Et ſi non ſignificatur depoſitio, & inueneris eum in decima,acquiret laudem in illo regimine ſeu officio : ita quòd illa de cauſa perueniet ad maiora regimina ſeu officia. Si autem fuerit in ea malus,diſtringetur,& uincietur & cadet in irã regis ſiue alterius magnatis qui præerit ei, & auferet ei omne quod ad eius manus peruenerat de lucro & quęſtu, Si autem inueneris in prima fortunã, & in 10. malũ & in quarta fortunã, principium & finis erit bonus,medium uero malum . Si inueneris in qualibet fortunam,& principium & mediũ & finis erunt boni.Si uero inueneris in prima malũ,in decima fortunã,in quarta malũ , principiũ & finis erunt mali,mediũ uero bonũ . Si uero inueneris in quolibet malum principiũ,medium & finis erunt mali. Si uero boni & mali fuerint in locis prędictis, erunt ſignificata ſecundum naturã illius qui fuerit plus gradibus in ſigno illo,ſed tamẽ alius diminuet aliquid de ſignificato alterius , ut ſi fortuna obtinuerit ſignificatũ ſcilicet q; fuerit plus gradibus malus,diminuet de bono quod ſignificauerit fortuna, ſi malus obtinuerit,ſignificatũ bonus diminuet de malo quod ſignificauerit malus. Et ſi fuerit Mercurius iunctus Ioui in 10. hora intronizationis eius in regnum ſiue officium,ſignificat quòd perficiet regimen ſuũ ſapienter & cum diſcretione atq; ratione, & accreſcet ei iuriſdictio eorũ quos habuerit ad regendum,& ingemabitur ſuper his. Illud idem accidet ei ſi fuerit Luna iuncta Ioui in 10.& Venus fuerit ibidẽ uel in 11.uel in prima uel in quinta. Et ſcias hoc quia quandocunq; tu inueneris Martẽ in ſeptima in hora introitus in regimen ſeu regnũ ſemper minatur mortẽ,niſi fortuna ſit in prima. Si aũt fortuna fuerit ibi & fuerit depoſitus à regimine illo,erit depoſitionis cauſa pulchra & honorabilis, & de qua ipſe gaudebit,nec triſtabitur inde.nec ſequetur inde damnũ aliquod uel dedecus,nec reputabitur illud ſibi iniuriã. Et ſi fuerit dñs 9 iunctus dño primæ,ipſe idem petet remoueri ab officio illo. Et ſemper eum dñs 4. fuerit bene diſpoſitus:ſignificat bonum finẽ regiminis illius ſiue in introitu regis fuerit hoc,ſiue in quæſtione. Et habeas hoc ſimiliter ꝓ cõſtanti,quia quandocunq; tu inueneris Iouem in aliquo locorũ uel aſpexerit aliquem locorũ circuli, & ipſe fuerit bene diſpoſitus q; non ſit retrogradus uel cõbuſtus uel cadens ab angulo:nec ſit in Geminis uel Virgine uel Capricorno , quòd nullus malus poterit operari aliquam maliciam in illo loco quam ipſe non frangat. Etiam ſi duo mali eſſent in illo loco , & ipſe affuerit , & fuerit ita diſpoſitus,ſicut dixi,licet ipſe non poſſit operari bonum quod aliquis uellet,tamen auferet omnem maliciam malorum.

Si ſtabit in regno uel officio iſto uel remouebitur ab illo. *Caput* VI.

ET ſi aliquando exiſtens in officio uel regimine aliquo quæſiuerit à te, dicens, uide ſi ſtabo in regno ſeu regimine iſto an non:conſidera dñm primæ atq; dñm decimæ,& uide ſi iuncti fuerint ſimul ex coniunctione corporali uel ex aliquo aſpectu.& proſpice ſi ponderoſior eorum qui dicitur receptor diſpoſitionis fuerit in angulo præter quartum,dic ei q; non remouebitur ab officio ſiue regimine illo ante tempus debitũ . Si uero fuerit ille receptor diſpoſitionis ſub terra quæ dicitur ſiniſtra aſcendentis,ſignificat q; exibit de regno ſiue officio illo,ſed reuertet ad ipſum iterato.& eo firmius ſi fuerit receptor ille receptus in loco in quo fuerit, quia tunc ſignificat q; reuerſio erit cita & honorabilis. Illud idem poteris dicere,ſi fuerit iunctus dominus primæ domino tertiæ uel nonæ,uel Planetę in eis,& poſt ſeparationẽ ab eis fuerit iunctus Planetæ in angulo præter quartũ & tantũ plus quantum erit exitus à regimine bonus & ſecurus & utilis . Si uero fuerint ſeparati ab inuicẽ, ita q; iam ſit cõpleta cõiunctio ipſorũ,& tranſiuerit unus aliũ,ſignificat receſſum à regimine ſuo . Et ſi cõmiſerit aliqs eorũ uel ſignificatrix quę eſt Luna diſpoſitionẽ ſuam alicui Planetæ in aliquo angulorũ pręter quartum,& ipſe ſit tardus curſu,nõ remouebit à regno ſiue regimine illo,donec ille receptor fiet retrogradus uel intret ſub radios Solis uel egrediatur de ſigno in quo eſt,quia tunc erit terminus remotionis eius à regimine ſuo.Si uero fuerit iũctus dñs primę alicui Planetæ qui ſit in ſigno oppoſito exaltationi ſuæ dñi, ſcilicet illius cui iungit dñs primæ,habebit ſe ille rector in regimine illo malo modo,ita q; timetur ſuper eum mors illa de cauſa. Si aũt dñs domus oppoſitæ exaltationi dñi primi iunctus fuerit ei,ferẽt homines illius regni falſum teſtimonium contra ipſum,& credet illa falſitas ab ignorantibus ueritatẽ, & diu manebit illa credulitas in cordibus eorum. Si autem fuerit iunctus dñs decimę dño domus oppoſitæ exaltationi ſuę,patietur regnum eius ſiue terra quam habuerit ad regendum , detrimentum magnum & depreſſionem. Præterea ſi fuerit Luna iuncta dño decimæ , & ipſe fuerit in decima,nõ deponetur rex ſiue rector ille à regimine ſuo. Et ſi dñs primæ uel Luna fuerint iuncti dño decimæ,uel alter eorum,& ipſe fuerit ponderoſior eis:& fuerit in bono loco ab aſcendente,ſcilicet in 10.uel 11.uel 5.liber ab impedimentis,licet ipſe non aſpiciat decimã: tamen nihilominus ſi fuerit in regimine aliquo,cõſtituetur ſuper aliud regnum ſeu regimen : ſed ſi aſpexerit decimam,ſtabit firmus in regno ſiue officio illo . Si autem dominus primæ & Luna fuerint in angulis, & anguli fuerint ſigna mobilia, & non fuerit Luna iuncta domino domus uel exaltationis ſigni in quo fuerit,ſignificat quòd recedet ille à regimine ſuo. Similiter ſi fuerit Luna iuncta Planetæ qui non ſit in aliqua ſuarum dignitatum,etiam ſi fuerit receptus,niſi forte erit receptus

à fortu-

à fortuna ex trino uel ſextili aſpectu, & ipſe fuerit in tertia uel in nona, recedet de regno ſiue regimine. Similiter accidet ei ſi fuerit Luna uel dominus primæ in quarta, & quarta fuerit Aries aut Cancer aut Libra aut Capricornus: & eo fortius ſi fuerit tunc Luna iuncta domino quartæ, & ipſe fuerit peregrinus. Et eo iterum fortius accidet ſi Luna fuerit iuncta Planetæ, qui ſit in oppoſitione ſigni exaltationis uel domus ſuę, uel fuerit ipſa in Capricorno. Similiter accidet ei ſi fuerit Luna uacua curſu.

Quid faciet rex ſiue rector ille de ſubſtantia quam lucratus eſt de occaſione regiminis. Cap. VII.

Accidit aliquãdo illis quibus prouenit ſubſtantia ſeu lucrum ad manus occaſione regni uel regiminis, ſeu officiorum, quòd oportet eos eam expẽdere quandoq; uoluntarie, quandoq; inuite. Vnde ſi uolueris ſcire in quo ipſe ſit expenſurus eam, eo tibi mouente quæſtionẽ, uel alio cuius interſit, oportet te alio modo aſpicere quàm in alijs quæſtionibus: quoniam aſpiciendus eſt in iſto caſu dominus ſecundæ domus, quem uidebis utrum ſit fortuna uel infortuna. Si autem fortuna fuerit, & fuerit Iupiter, expendet eam in opere bono & placabili deo et hominibus, in faciendo eccleſias, paces, hoſpitalia, eremos, ſubueniedo egenis eleemoſynis & ſimilibus. Si autem fuerit Sol, expendet eam in rebus regum, magnatũ, & nobilium, & in his quæ ſpectant ad temporalẽ honorem laicorum, uel ædificando domos, caſtra, uel turres, & in huiuſmodi quæ ad pompã laicalem ſpectant: & etiam in dando alijs per modũ uanæ gloriæ, & ſimilibus. Si uero fuerit Venus expendet eam in uſu uenereo, dando mulieribus, hiſtrionibus, indumẽtis, in cõuiuijs, comeſtionibus, et potationibus per modum dilapidationis, et in exercitio luxurię. Et ſi fuerit tunc eleuata Venus ſuper Saturnũ, hoc eſt quòd ipſa ſit ſeptentrionalis ab eo, ſignificat quòd ipſe uituperabiliter expendet partẽ ſuæ pecuniæ utendo illo turpi atq; horrendo uitio Sodomitico. Et ſi fuerit Mercurius expendat eam in rebus de quibus expectabit lucrum, ut in mercibus uenalibus, et in huiuſmodi emptionibus & uenditionibus, quæ cito reiterantur: & tota intentio eius erit in lucrando, et per modum mercationis, faciet ut plurimum ſuas expẽſas. Et ſi fuerit Luna & ipſa in ſuo lumine, ſeu uacua curſu, expendet ſubſtantiã illam nõ in ſuam utilitatem, et diſſipabit eam, neſciens quomodo uel in quo, donec conſumpſerit eam per modum dilapidationis. Et ſi non fuerit uacua curſu, expendet eam ſecundum quod expenderet ſi eſſet ſignificator ille cui Luna iungitur. Si autẽ fuerit Saturnus, expendet eam nõ iuſte, et ſemper timebit ne ille modus expendendi ſit ſibi damnoſus, & anguſtiabitur circa illud, et nitetur expendere in damnum aliorũ, quaſi per modũ uenerandi, & male cedet illis cum quibus habuerit facere, & cum quibus ſe intromiſerit. Et ſi fuerit Mars, expendet eam in omni facinore atque opere iniuſto, & malo, ut in guerris, ſuſurrationibus, in faciendo perpetrari incendia, effuſiones ſanguinis, & fornicationibus, et in ſeruitium amicorum per modum guerrizandi, & ſimilibus.

De aliquo qui ſit abiectus de regno ſiue officio ſuo uel de rege abſente, utrum reuertatur ad regnum ſiue officium ſuum an non. Caput VIII.

Si quis fuerit abiectus à regno, uel à regimine ſiue officio ſuo laicali, ſicut aliquando euenire conſueuit: uel ſi aliquis rex uel dux ſe abſentauerit à regno ſeu ducatu ſuo, ſicut aliquãdo conſueuerunt huiuſmodi homines à longè proficiſci, & fuerit facta tibi quæſtio, utrum reuertatur rex abſens ad regnum ſuum, uel dux ad ducatum, uel ablatus à regimine ad regimen, uel officiarius ad officium an non. Aſpice in iſto capitulo, ſicut dico tibi: quoniam ſi aliquis quærat pro rege utrũ reuertatur ad regnum, uel pro duce, utrũ reuertatur ad ducatum, ſcilicet cum rex uel dux fuerit abſens, uel quærat aliquis abiectus ab officio ſeu regimine per ſemetipſum: ſemper prima datur ei, ſcilicet tam regi atq; duci quàm abiecto. Vnde debes cõſiderare ſi dominus primæ fuerit alicubi iunctus cũ domino decimæ, & uide ſi põderoſior ex eis qui receperit diſpoſitionẽ leuioris aſpexerit decimã, rex reuertet & regnabit in regno ſuo, & dux reuertet ad ſuum ducatum, & abiectus reuertet ad ſuum regimẽ, ſiue officium quæſitũ. Si aũt nõ aſpexerit ille receptor diſpoſitionis decimã, aſpice tunc ſignificatricẽ quæ eſt Luna, & uide ſi ipſa eſt iuncta alicui Planetę qui ſit in decima uel in prima, ſignificat eius reuerſionem. Et uide ſimiliter ſi Luna fuerit in Ariete uel Cancro uel Libra uel Capricorno, reuertet citius. Si uero fuerit dominus decimæ, ſignificat reuerſionẽ regis abſentis ad regnũ ſuũ, & abiecti ab officio ſeu regimine ad regnũ ſiue officiũ ſuũ. Et ſi dominus decimæ fuerit leuior quàm dominus quartæ, & fuerit ſeparatus ab eo, ſignificat reuerſionẽ regis ad regnum, et abiecti ad officiũ ſimiliter et cum domino primæ. Et ſi fuerit dominus quartæ leuior domino 10. & fuerit ei iunctus, reuertetur & perſeuerabit in eo. ſimiliter ſi iuncta fuerit Luna domino decimæ, & ipſa aſpexerit decimã, reuertet etiã, niſi ipſa committat diſpoſitionẽ ſuã Planetę exiſtenti ſub terra, qui ſit peregrinus. Similiter ſi fuerit dominus primæ receptus à Planeta non impedito. ſi aũt nõ fuerit receptus, non reuertet. Similiter ſi fuerit Luna iuncta Planetæ qui ſit in 9. ſignificat quòd recedet rex ille de quo quærit à regno ſuo, niſi ſit fortuna. Si autẽ fuerit ille Planeta cui Luna iungit fortuna, & fuerit in Ariete uel Tauro uel Cancro uel Leone uel Libra uel Scorpione uel Capricorno uel Aquario, ſignificat reuerſionẽ regis ſiue abiecti. Et ſi fuerit in Geminis uel Virgine uel Sagittario uel Piſce: ſignificat q; ſit adepturus rex aliud regnũ, ſiue dux alium ducatũ uel abiectus aliud officiũ. Et dixit Zael q; præerit rex illi regno tribus annis, eo q; receptor diſpoſitionis Lunæ nõ cadat donec ueniat ad locũ 12. ab aſcendente, & erit in ſecũdo anno in meliori eſſe, & magis habebit in reuerẽtia, & magis ſatisfaciet uoluntati ſuæ quàm in primo. Et ſi Luna fuerit tunc iuncta cum fortunis, erit melius, niſi aliquis malorũ ueniat & intret decimã antequã receptor diſpoſitionis Lunæ perueniat ad 12. ab aſcendente hora quæſtionis: quoniam ſi aliquis malorũ peruenerit ad domũ 10. quæſtionis, quæ ſignificat regnũ, antequã receptor ueniat ad dictã domũ, im

pediet regnum quod erat adepturus rex ille, & non permittet illud adipiſci: & eo fortius, ſi retrogradauerit ille malus in ſigno illo quod erat tunc 10. domus: & ſi fuerit adeptus & Luna fuerit iuncta malis, acquiret uituperium illa de cauſa. Si autem fuerit iuncta Planetæ in 10. acquiret inde laudem & perſeuerabit in illo 2. annis. Similiter accidet ſi fuerit iuncta Planetæ in 5. quia reget in regno ſiue regimine illo 2. annis. Et ſi fuerit iuncta Planetę in 11. & eo fortius, ſi receperit eam, ſtabit in regno ſiue regimine illo uno anno, dummodo non intret aliquis maliuolorum in 10. & retrogradet in eo: ſimiliter ſi fuerit Luna iuncta Planetæ in prima, ſtabit in regimine uno anno. Et ſi fuerit Luna iūcta cum domino 10. uel ſi non fuerint iuncti, & fuerit uterque bene diſpoſitus in loco ſuo, & fuerint in Geminis uel Virgine uel Sagittario uel Piſce, reuertetur ad officium ſiue regnum ſuum. ſi autem fuerit pręſens, perſeuerabit in illo: & fortius manebit in illo quàm hactenus conſueuerit, & ſuperaddetur ei aliud regnum ſiue officium. Si uero inueneris dominum 10. atq; Lunam impeditos in aliquo angulorum ex corporali coniunctione alicuius mali ſignificat quòd non reuertetur rex abſens ad ſuum regnum, nec abiectus ad ſuum officium in perpetuū: & ſi fuerit in ipſo, remouebitur & perpetuo remanebit remotus.

Vtrum regnum uel regimen aliquod ſit duraturum, an non, & quantum. Caput IX.

DIctum eſt in præcedentibus, utrum aliquis ſit adepturus regnū aut non, & utrum rex abſens ſit reuerſurus ad regnum ſuum an non, & idem de alijs rectoribus ſiue officiarijs abiectis ab officijs, utrum reuertantur ad illud, uel non. Nunc autem eſt dicendum ſi regnum uel aliud ſimile ſit duraturum, & quantum. Ex quo percepiſti horam introitus eius in regnum, uel quando receperit illud, uel quando fuit confirmatus in eo, uel horam eius interrogationis, poteris ſcire tempus durabilitatis eius in regno illo ſiue officio, & quid debeat ei accidere in illo, & qualiter reuerebunt eum ſubiecti ſui: & qualiter honorabitur ab eis: & qualis memoria erit de ipſo de his quæ geſſerit ſtando in regimine illo: & qualiter cedet ei contra inimicos ſuos ſeu regni ſui: & qualem uictoriam habebit de ipſis, & qualiter ſeruabit bona regni ſui, & acquiret de bonis inimicorum, & ſimilia. Vnde aſpiciendi ſunt domini primæ atq; dominus 10. & uide ſi fuerint ambo paſſi infortunium combuſtionis in ſigno aſcendente, quod fuit hora intronizationis uel confirmationis, ſiue interrogationis ſuæ ſuper his uel in 10. uel 7. uel in 4. ante lineam alicuius prædictarū domorum 3. gradibus, uel retro 5 gradibus: ſignificat quòd tunc deponetur à regno ſiue regimine ſuo. Illud idem intelligas de Planeta qui erat in prædicta hora in prima, ſi fuerit habens aliquam ſignificationem in regno ſiue officio, ſicut dictum eſt in alio capitulo præter iſtud. Si autē non fuerit de domino primæ neq; de Planeta exiſtenti in ea, neq; de domino 10. quod dictum eſt, nec fuerit iunctus Planeta in prima hora confirmationis, uel intronizationis eius in regnum, qui habeat ſignificare aliquid ſuper regno. Vide tunc ſi fuerit aliquis Planeta in 10. qui habeat ſignificationem aliquam ſuper regno, ſcilicet qui habeat aliquam dignitatem in 10. idem iudicare poteris. Similiter quādo Mars uel Saturnus peruenerit ad illum gradum, uel ad illud minutum in quo erat tunc Planeta prædictus: & eo fortius ſi retrogradauerit ille ex eis Mars, ſcilicet uel Saturnus in gradu ipſo, quoniā tunc ſignificat remotionem abſq; dubio. Illud idem poteris dicere, ſi fuerit retrogradus uel cōbuſtus, uel fuerit in domo 10. introitꝰ regni Planeta qui erat dñs 4. domus introitus regni uel eius confirmationis, ſi domus 10. erat exaltatio alicuius Planetæ. Si autem domus 10. non erat exaltatio alicuius Planetæ, ſed erat deſcēſio alicuius, idē iudicabis ſecundū Planetā qui erat dñs, ſi aſpexerit eū, ſcilicet cuius fuerit deſcēſio domus 10. introitus regni Planeta qui fuerit ſignificator regis, quando incœpit regnū illius. Si non inueneris in aliquo prædictorū locorū, ſcilicet prima 10. uel 7. uel 4. Planetā, ſeu aliquē Planetarū ita diſpoſitū, ſicut dixi, & fuerit introitus regni ſiue officij diurnus. Aſpice ſi Sol iungitur alicui Planetę Saturno, ſcilicet uel Marti, & uide gradum in quo ipſi coniunguntur hora intronizationis regni: quia quando Sol perueniet ad illud minutum in quo fuerit completa coniunctio eorū minuto per minutū, & illud minutū fuerit inuentū in angulo decimæ uel primæ: & quidā uoluerunt dicere ſimiliter 7. aut 4. ſed nō fui ita expertus de 7. uel 4. ſicut de prima & 10. recte in linea anguli uel uno gradu ante, uel 2. poſt, ſignificat ꝙ tunc deponetur rex ſiue rector. Illud idē poteris dicere de coniunctione ipſius cum Marte, ſicut dixiſti de eius coniunctione cum Saturno. Si uero fuerit Sol iunctus Ioui, ſignificat eius depoſitionē, quando Saturnus peruenerit ad gradū atq; minutū in quo erat Sol hora intronizationis. Et ſi non fuerit, tunc erit quando ipſe peruenerit ad quartum aſpectū illius gradus atq; minuti, in quo tunc erat Sol. Et ſi tunc non fuerit, erit quādo ipſe peruenerit ad quartum uel ad eius oppoſitū. Et ſi tunc non fuerit, erit quando ipſe peruenerit corporaliter ad gradum & minutū, in quo tunc erat Sol, niſi aſpectus uel oppoſitio præueniat aduentū eius ad locum illum. Si uero aduentus eius ad illum locū præuenerit aſpectū uel oppoſitionē, erit tunc depoſitio illa. Si aūt non fuerit Sol iunctus Ioui, ſed fuerit ei iuncta Venus, & fuerit ipſa tunc ſcilicet in introitu in regnū in 9. uel 11. & habuerit ibi dignitatē, tunc quando Saturnus uel Mars peruenerit ad illū minutū in quo erat tūc Venus, uel ad eius oppoſitionē uel quartū aſpectū ſiue oppoſitionē ſuam, ſicut dictū eſt in cōſideratione Solis, erit depoſitio illius regis. Si aūt introitus regni fuerit nocturnus: aſpice tunc Lunam quę eſt luminare noctis, & uide ſi ipſa iungit Marti uel Saturno, quoniā illud ſignificat ꝙ cū ille ex eis cui ipſa iungit peruenerit ad gradū & minutū alicuius angulorū, uel ad gradum & minutū in quo erat tunc Luna, uel ad eius oppoſitionem uel ad quartū aſpectū, deponet promotus ille à ſuo regimine. Vide etiā ſi fuerit Luna iuncta Soli: quoniā ſignificat Sol ꝙ debeat ſignificare Luna. Si uero nō fuerit ei iuncta, ſed fuerit ſeparata ab eo, uide ſi iungit Marti uel Saturno, remanet ſimiliter ſignificatū quod debebat ſignificare Luna ipſi uel Soli. Si uero nō fuerit Luna iuncta Soli, nec fuerit ab eo ſeparata, ſiue fuerit iuncta Marti uel Saturno uel Mercurio, eo

non

nõ exiſtente fortunato, ſignificat ꝙ nõ perficiet rex ille ſiue officiarius ſuum regnū, ſiue longū fuerit illud regnū, ſiue officiū ſiue non: & qualecunq; fuerit nõ perſeuerabit in illo per annū integrū. Si uero dñs primæ & dñs 10. paſſi fuerint infortuniū cõbuſtionis in prima uel 10. uel 7. uel fuerit Mars impeditus: ſignificat ꝙ iam ſit ille receptor in pręcinctu remotionis ab honore ſiue magiſtratu ſuo. nec poterit hoc fruſtrari, quin remoueať in breui uel ad minus anteq̃ annus eius regni ſiue officij perficiať.

Et ſi uolueris ſcire quando erit depoſitio illa anteq̃ cõpleatur annus: uide quando patietur dñæ primę & dñs decimæ cõbuſtionem, in quo loco erit cõbuſtio cuiuſcunq; ipſorum: & quando Mars uel Saturnus perueniet ad locum illum: & quando peruenerit aliquis prædictorū malorū ad gradū illum, tunc erit depoſitio illius promoti ab officio ſeu regimine ſuo. Et ſi non peruenerit Mars uel Saturnus ad gradū illum in anno illo, erit depoſitio quando uenerit aliquis eorum ad eius oppoſitionē uel quartū aſpectū, loci ſcilicet in quo fuit cõbuſtio ſupradicta. Aſpice poſtea ſi Luna iungať Mercurio, & fuerit eorum cõiunctio in Tauro uel Leone uel Scorpione uel Aquario uel Geminis uel Virgine uel Sagittario, & fuerit regimē annuum, deponeť infra decem menſes. Si uero fuerit excedens annū, deponeť infra 8. menſes poſt annū. Si uero fuerit coniunctio eorū in Ariete uel Cancro uel Libra uel Capricorno, & fuerit officiū ſeu regimen annuum, deponeť infra 5. menſes. Si aūt fuerit excedens annum, deponetur infra 10. menſes. Si uero iungatur alteri Planetæ Luna, qui ſit impeditus, qualiſcunq; fuerit ipſe à malis uel fuerit combuſtus. Vide quot gradus ſint inter ipſum & malum qui impedit eum, uel inter ipſum & gradum in quo perficitur eius combuſtio, ſcilicet in quo gradu ipſe uniatur Soli, quia infra tot mēſes deponeť, ſi fuerit regimen unius anni. Si aūt fuerit regnū quod credatur perpetuū, uel longęuū, deponetur infra tot annos. Si aūt Luna fuerit recepta in loco in quo fuerit, ſignificat etiam ꝙ ſtabit in regimine per unum annū. Et ſi nõ fuerit recepta, & fuerit in exaltatione alicuius Planetæ & ille cuius fuerit exaltatio fuerit receptus de loco in quo fuerit, ſignificat ſimiliter moram in regimine ſeu regno per unum annum. ꝙ ſi non fuerit Luna recepta, nec dominus exaltationis loci in quo fuerit, ſignificat remotionem ſiue depoſitionem à regno ſiue officio.

¶ Si regnabit ſecundo anno.

CVmq; inueneris quòd ipſe ſit moraturus in regno per unum annum, uide quando complebitur annus ille: eritq; illius complementum quando Sol redibit ad idem punctū in quo erat quando ſurrexit rex ſiue rector ille: hoc eſt quando intrauit regimen illud, & aſſumpſit dñm ſeu magiſtratū illius: erit enim annus tunc completus, quando circuluerit Sol 360. gradus integros: & tunc incipiet annus ſecundus, quādo ipſe incœperit introire illud idem minutū quod intrabat quando cepit regnū ſeu regimen illius. Verbi gratia, erat Sol in principio primi minuti 5. gradus Tauri: & tranſiuerat iam de illo minuto 4. ſecunda quando Sol circuiuerit totū zodiacum, & peruenerit ad 4. ſecūdum primi minuti 5. gradibus Tauri, tunc erit cõpletus annus, & quando tetigerit 5. ſecundum 5. gradus Tauri, tunc incipiet alius annus, & ille erit ſecundus annus poſt primum. Æqua ergo Planetas ad illā horā & ad illud minutū horæ: & uertfica cuſpides 12. primā ſcilicet & decimam & cæteras domos: & tunc poteris ſcire utrum ſit manſurus in regno illo in ſecundo anno aut nõ, & quid debeat ei accidere in anno ſecundo: & ita fac in cæteris annis ſi uideris quòd ipſe ſit pl' moraturus in regno.

¶ De tertio anno.

ET uide ſimiliter ubi ſit dñs illius horæ, ſcilicet aſcendēris reuolutionis anni, quia per ipſum ſcietur ſi dictus promotus remanebit in ſuo regimine iterum in alio anno an non. Nam ſi ipſe fuerit bene diſpoſitus & liber ab impedimentis malorū, ſignificat ꝙ iterū ſtabit alio anno. Et ita intelligas in quali bet reuolutione: quoniā ſemper quando dñs aſcendentis reuolutionis fuerit liber ab impedimētis malorum, ſignificat quòd ille remanebit iterū in alio anno in regimine illo. Si aūt Luna fuerit iuncta Planetæ qui eam recipiat, uide ſi ille receptor fuerit liber à malis: quoniā ſi fuerit liber, ſignificat ꝙ ille ſit moraturus in regimine illo plus q̃ fuerit cogitatū à principio, quando fuit electus in regimine illo. ꝙ ſi nõ fuerit liber, uide quot gradib' diſtet à gradibus malorū impedientium ipſum, uel ab eorū aſpectu gradu per gradū, & tolle ipſum numerū & ſerua illud. & tolle numerū annorum minorum dñi aſcendentis eleuationis regni. Vide quoq; ſi fuerit aſcendens eleuationis regni aliqua ex domibus Saturni, adde 30. ſuper numerū graduum qui ſunt inter Planetam qui recipit Lunam & gradū mali impedientis eum. Si fuerit in domibus Iouis adde 12. ſi fuerit in domibus Martis adde 15. & pone gradus diſtantiæ ſupradictæ, & annos cuiuſuis eorum minores numerū unum, & reuolue annum ad tot annos ſupra illum in quo fuerit eleuatio regni: & uide ſi in anno illo fuerit dñs aſcendentis illius reuolutionis cõbuſtus in prima uel 10. uel 7. uel etiam 4. uel fuerit malus ſupradictus iunctus cum dño 10. in 10. quoniam ſignificat deſtructionem regni ſeu terræ, quod uel q̃ habuerit ad regendū uel ducatus, & ſimilia ſi ſignificauerit menſes infra tot menſes. Si ſignificauerit hebdomadas, infra tot hebdomadas. Et ſi fuerit ille malus in reuolutione illa in prima, ſignificat deſtructionem uicariorū & ſuorum officialium. Et ſi fuerit dñs primę, cõbuſtus in 10. ſignificat ꝙ ille promotus morieť in regno ſiue regimine ſuo. Et ſi fuerit ille malus in reuolutione in ſecūda, ſignificat in illo anno deſtructionē ſubſtantiæ, promoti & ſubiectorū eius in regno ſeu regimine illo. Et ſi fuerit in 10. ſignificat perditionē illius dominij & eius depreſſionē. Et ſi fuerit in 11. ſignificat amiſſionē & deſtructionē reddituū ſeu exactionū regni illius. Vnde uidendū eſt tibi, quis ex prædictis Planetis altioribus habuerit poteſtatē in eleuatione ſiue intronizatione illius dñij: qui ſi fuerit fortis in prima, & aliqs alius cõmiſerit ei diſpoſitionē ſuā, tunc ſignificabit ꝙ illud dominiū ſit duraturū per tot annos quot ſunt gradus diſtātię ipſius à malo, & anni ſui minores. Si uero fuerit debilis, hoc eſt ꝙ non cõmittat ei aliquis Planetarū diſpoſitionem ſuā, ſignificabit loco annorū menſes. Et ſi iterū fuerit magis debilis, hoc eſt, ꝙ nõ ſit in prima nec in aliqua ſuarū dignitatū, nec cõmittat ei aliquis Planeta

diſpoſitionē ſuam, ſignificabit loco menſiū hebdomadas. Et ſi iterū fuerit debilior, ſcilicet q́ ſit extra dignitates ſuas, nec cōmittat ei aliquis diſpoſitionē ſuam, & cum hoc ſit retrogradus uel combuſtus, ſignificabit loco hebdomadarum dies.

¶ De infamia eius poſt caſum.

POſtq̃ uero uideris conſumptionem ſeu deſtructionē illius dñij: uide ſi dñs aſcendentis eleuationis regni uel dñs decimę eiuſdem fuerit retrogradus uel cōbuſtus in reuolutione anni, qui fuerit minatus detrimentū illud: quoniā ſi fuerit iuxta lineā alicuius angulorū aſcendentis reuolutionis illius, hoc eſt tribus gradibus ante uel poſt 12. gradibus, prædicet illud detrimentū à uulgo diu, & erit in uoce populi & dicet ab hominibus illius regionis palā ita e quid eueniet nobis ipſis: neſcientes tamē quid dicant: ſed loquentur quaſi per modum propheticum. Si uero fuerit lōge à linea anguli quatuor gradibus ante uel 15. retro, eueniet illud malū ſiue deſtructio aliquid uelocius, & prædicetur & præſciet à quibuſdā hominibus regionis illius, ſed non ita palā ſicut prius. Et ſi fuerit lōge à linea plus quatuor gradibus uſq; ad cōplementum 5. gradus ante uel retro a 15. uſq; ad cōplementū ipſius anguli, eueniet illud malū ſeu deſtructio ſubito, & inopinate atque occulte, & feſtinanter quaſi ex improuiſo. Si aūt inueneris Iouē in prima uel 10. eleuationis regni ſeu ducatus uel alterius dñij, & habuerit ibi aliquā dignitatem uel cōmiſerit ei aliquis Planetarū ſuam diſpoſitionē, in eo ſignificabit q́ regnum ſiue dñium illud ſit duraturū tot annis quot ſunt gradus diſtātiæ inter Planetā recipientem Lunā hora eleuationis regni, ſiue dñij: & malū ſicut dictū eſt ſuperaddito numero annorū minorū Iouis ſcilicet 12. Si uero fuerit debilis, ſignificat loco annorū menſes, &c. ut dictū eſt in Saturno. Si uero fuerit Mars loco Iouis, & fuerit fortis & fortunatus, uel cōmiſerit ſibi aliquis de Planetis fortitudinē ſuam, ſignificabit ſimiliter annos ſecundū numerum ſupradictū. Et ſi fuerit debilis, ſignificabit loco annorū menſes, &c. ut dictum eſt in Saturno, & tanto plus & deterius. Quod ſi fuerit Mars in prima uel in decima & Luna in quarta uel in ſeptima, uel Luna in prima uel in decima, & Mars etiā in quarta uel in ſeptima, niſi Iupiter uel Sol aut Venus aſpexerit ipſum uel Lunam, ſignificat tunc deſtructionē regni ſeu regionis in quo uel in qua fuit eleuatus ille ad regendū per interfectionē ualidam & multam decollationē & ſanguinis effuſionē. Si aūt fuerit aſcendens Leo, & Sol fuerit in prima uel in decima fortis: uel commiſerit ei aliquis Planetarū diſpoſitionem ſuā: ſignificat regnum duraturū 19 annis. Si aūt fuerit Sol debilis, ſignificat loco annorū menſes. Iterū magis debilis, ſignificat loco menſiū hebdomadas uel forte dies. Si aūt fuerit aſcendens eleuationis ſiue intronizationis regni aliqua domorū Veneris, & ipſa fuerit in prima uel decima, fortis in aliqua ſuarū dignitatum, uel cōmiſerit ei aliquis ex Planetis diſpoſitionem ſuam, durabilitatē illius regni ſiue dñij per tot annos quot gradibus diſtiterit Planeta prædictus recipiēs Lunā à gradibus mali impediētis cū ſuperaddito numero annorū Veneris minorū, qui ſunt octo ſignificabit. Et ſi fuerit debilis, ſignificat loco annorū menſes. Et ſi fuerit iterū debilior, ſignificat loco menſiū hebdomadas. Reuolue ergo annū ad tot annos additos anno eleuationis regni ſeu dñij, & uide ſi tūc ceciderit aliquis malorū in prima uel in decima eleuationis uel reuolutionis: quia tunc ſignificat deſtructionem regni illius: & etiam ipſum eundem reddit dubium, & magnum erit ſi euaſerit. Et ſi fuerit Mercurius loco Veneris, ſcilicet quód ſit aſcendens aliqua domorū ſuarum, & ipſe ſit ita, ſicut dictum eſt de Venere, ſignificabit regnū duraturum tot annis quot ſunt gradus diſtantiæ ſupradictæ, & inſuper tot mēſibus quot ſunt anni eius minores, qui ſunt 20. quoniā propter ſua crebra infortunia cōbuſtionis nō poteſt dare annos. Et ſi fuerit debilis, addet numero annorū diſtantiæ, loco menſium hebdomadas, uel forte dies. Reuolue annum ad illud tempus, iudica ſecundum q́ iudicaſti in facto Veneris. Præterea ſi fuerit Mercurius cōbuſtus in aliquo angulorū in reuolutione illa, & dñs decimæ fuerit inuētus in oppoſitione, uel quarto aſpectu Saturni uel Martis, uel fuerit ei corporaliter iunctus: ſignificat deſtructionē illius regni uel ſaltē depoſitionē illius regis. Præterea uide ſi fuerit tunc Mars in reuolutione illa in prima uel decima, ſi accidat ei infortuniū cōbuſtionis infra tot mēſes quot ſunt anni eius minores qui ſunt 15. & fuerit cōpleta cōbuſtio gradu per gradum in aliquo angulorū eleuationis reuolutionis regni, ſignificat tunc deſtructionē regni ſeu dñij illius. & poſſibile eſt q́ ſignificet deſtructionē ſui ipſius ſcilicet promoti. Quod ſi fuerit tūc aſcēdens Cancer, & Luna fuerit libera ab impedimentis malorū, & fuerit iuncta dño domus uel exaltatiōis ſigni in quo ipſa fuerit. ſignificat durabilitatē regni illius 25. annorū numero diſtantiæ ſuperaddito. Et ſi fuerit Luna debilis, ſignificat loco annorū menſes, &c. ut dictum eſt in Venere. Aſpice ſimiliter ſi Luna iungiſ alicui Planetæ cui ipſa committat diſpoſitionē ſuam: qui ſi fuerit cōbuſta in aliquo angulorū ſignificat deſtructionē regni ſiue dominij illius. Et ſi fuerit receptus ille Planeta cui Luna cōmiſerit diſpoſitionē ab aliquo ſeptem Planetarū, ſignificat durabilitatē regni illius uſq; ad tot annos quot ſunt anni minores illius Planetæ. Et ſi tūc fuerit receptor ille debilis, ſignificat loco annorum menſes, &c. ut dictū eſt in Venere. Similiter iudicabis cum peruenerit Mars uel Saturnus ad gradū in quo fuerit Luna, uel ad gradū Planetæ cui ipſa committit diſpoſitionē ſuam uel ad oppoſitionē uel ad quartū aſpectum ipſius gradus: quia tūc ſignificat deſtructionē regni uel ad minus depoſitionē ab eo.

Debes etiā ſcire q́ quando aliquis prædictorū Planetarū ſignificauerit aliquod tempus quod mōſtret durabilitatē alicuius regiminis ad certos annos: & fuerit recepturus impedimentū in aliquo ex ſignis quæ fuerunt anguli in hora eleuationis ſiue intronizationis regiminis in anno alicuius reuolutiōis, non debes ob hoc deſperare de depoſitione illius in anno illo, niſi prius aſpicias reuolutionem alterius anni: quo facto, uidebis ſi Planeta prædictus fuerit liber à malis & à cōbuſtione atq; retrogradatione: quia ſi ſic fuerit, nihilominus perficiet ille ſuū regimen. Et ſi fuerit impeditus aliquo prædictorū impedimentorū: ſignificabit impedimentū atq; depoſitionē à regno ſeu regimine illo. Deinde aſpice in reuolutionibus annorū ad radios Planetę qui fuerit dñs

reuo-

reuolutionis ſeu profectionis, dãdo unicuiq; anno unum ſignum: & ſecundũ illud poteris uidere quid accidat ei in anno illo quẽ reuolueris. Et uide quantum diſtẽt radij eius à malis uel radij malorũ ab eo: & ſecundũ minorem diſtantiã iudicabis. Qui ſi fuerint in angulis, dabis unicuiq; gradui diſtãtiæ menſem, ſi fuerint in ſuccedentibus, dabis unicuiq; ſeptimanã: ſi fuerint in cadentibus, dabis unicuiq; diem. Vnde quot gradus fuerint inter radios illius Planetæ qui fuerit dñs reuolutionis & corpus mali, uel inter corpus eius & radios mali qui impediuerit eũ, tot menſes uel hebdomadæ uel dies erunt inter horã aduentus illius impedimẽti uenturi in anno illo.

Et ſemper fac ei participes dñm aſcendentis reuolutionis & dñm aſcendentis eleuationis ſeu intronizationis regni ſeu regiminis, & Lunã, ut ſi fuerit ille bene diſpoſitus, & dñs aſcendentis reuolutionis & dñs aſcendentis eleuationis fuerint bene diſpoſiti, & Luna ſimiliter, ſignificat q; auferent & remouebunt malitiã mali impedientis, ita q; parũ nocebit. Et ipſe fuerit male diſpoſitus, & alij ſimiliter augmentabit malitia mali & magis impediet & uelocius. Si quidẽ ipſe bene & alij male, eius bonitas parum poterit ei prodeſſe. Si uero ipſe male & alij bene, parum nocebit ei ſua mala diſpoſitio. Si aũt ipſe bene uel male & unus aliorũ bene & alter male, unus qui bene diſpoſitus adiuuet eius bonitatem & male diſpoſitus auget eius maliciã & diminuit bonitatẽ. Et licet dixerim tibi dñm reuolutionis, nõ intelligas q; ipſe ſit dñs aſcendentis reuolutionis, qm̃ ut plurimũ ipſe eſt alius ab eo: quoniã eſt dñs profectionis omni anno, ſecundũ unum ſignum. Verbi grana, fuit aſcendens eleuationis ſeu intronizationis 10. gradus Piſciũ, fuit tunc Iupiter dñs eleuationis illius regiminis. In ſequenti anno fuit Mars dñs reuolutionis ſeu profectionis, qui eſt dñs ſecundi ſigni ab aſcendente eleuationis ſcilicet Arietis. In tertio anno fuit dña profectionis Venus quæ eſt dña tertij ſigni ab aſcendente, eleuationis ſcilicet Tauri, qui eſt tertius à Piſcibus. In quarto anno fuit dñs reuolutionis ſeu profectionis Mercurius, qui eſt dñs quarti ſigni à Piſcibus, ſcilicet Geminorũ. Et ita intelligas ſucceſſiue ſecundum dños omnium ſignorum uſq; in finem eorũ. Vide etiam ſi fortunæ aſpexerint eum, quoniã ſignificabit illud bonũ eſſe regis in anno illius reuolutionis, ſi dñs aſcendentis reuolutionis fuerit boni eſſe. Si autẽ non fuerit boni eſſe, erit eſſe regis uel rectoris infra hoc quod dixi. Et uide ubi fuerint illæ fortunæ aſpicientes eũ uel dñm aſcendentis reuolutionis uel eleuationis uel dñm decimæ utriuſq;, uel Lunam uel cuius domus fuerit dñs: quoniã inde eueniet illud bonũ & illud fortuniũ. Si aũt aſpexerint eum mali & impedierint eum, uide à quibus domibus impediatur & quarũ domorũ ſint dñi: quoniã inde ueniet ei illud impedimentum, & illinc eueniet ei illud quod erit cauſa depoſitionis, ſicut à fortunis & locis eorũ eueniet ei cauſa cõfirmationis & ſtabilitatis eius & ſaluatio Lunę multũ ualet in hoc. & impedimentũ eius multum nocet. Vnde ſemper eſt ponenda in opere tuo, & ſemper timeas hoc: quoniã quãdocunq; dñs decimæ reuolutionis fuerit impeditus retrogradatione uel combuſtione uel obſeſſione duorũ malorum, ſemper ſignificat depoſitionẽ in anno illo uerecundam & horribilem. Si autem ipſe fuerit liber, ſignificat cõfortationem & durabilitatem eius. Et ſi fuerit orientalis à Sole, & fuerit fortunatus, & fuerit de ſuperioribus, ſignificat renouationẽ in regno ſiue officio illo. Et ſi fuerit de inferioribus, & fuerit occidentalis & fortunatus, erit ſimiliter. Et ſi fuerit de ſuperioribus, & fuerit occidentalis, ſignificat detrimentum & depoſitionem: & eo fortius ſi Sol fuerit cadens ab angulis & Luna in ſeptima uel duodecima. Et ſi fuerit de inferioribus, & fuerit orientalis, ſignificat illud idem. Similiter ſi dñs decimæ fuerit iunctus cum dño quartæ, quia ſignificat depoſitionẽ & malum: ſecus tamen erit ſi dñs quartæ fuerit iunctus dño decimæ, quoniã tunc ſignificat ſtabilitatem. Et uide ſi dñs aſcendentis reuolutionis anni fuerit iunctus cum fortunis uel cum malis, uel fuerit inuentus in locis in quibus erat hora eleuationis, & iudica ſecundum illud, & ſecundũ luminare cuius fuerit autoritas. Quibus omnibus & ſingulis diligenter inſpectis, & bene conſideratis, poteris ſcire durabilitatem atq; finem, ſimiliter & depoſitionem cuiuſlibet promoti à regno uel regimine ſiue officio ſuo.

De undecima domo.

De fiducia ſiue ſpe quam aliquis habet de aliqua re. Capit I.

CVm ſpes ſit unum de his in quibus omnes homines gaudent & quæ faciunt ipſos delectari, non eſt mirũ ſi homines habent ſpem in habendo res quas affectant: & ob hoc ſperant homines aliquando habere res quas eſt poſſibile habere: aliquando res quas eſt impoſſibile habere, & uident manifeſte q; eſt impoſſibile q; eas habeant: nihilominus tamen eas affectant. Vnde ſi aliquis fecerit tibi quæſtionem de aliqua re quam habere ſperat, uide ſi eſt impoſſibile, non intromittas te de iudicio illo. Si uero eſt de poſſibilibus, aſpice aſcẽdens ſignum hora quæſtionis quod prima domus dicitur, & dñm eius atq; Lunam & dñm undecimæ, & uide ſi dominus primę aut Luna iuncti fuerint domino undecimæ: uel dominus undecimæ iunctus fuerit domino primæ corporaliter, ſignificat eum eſſe adepturum rem de qua fiduciam habet. Si eſt ab aſpectu uide qualis fuerit aſpectus: quoniam ſi fuerit trinus uel ſextilis ſine receptione, adipiſcetur eam leuiter. Si aũt fuerit cum receptione, adipiſcetur eam leuiſſime. Si uero fuerit quadratus cũ receptione, adipiſcetur eam: ſed nõ multũ leuiter licet nõ grauiter. Et ſi fuerit ſine receptione, uel fuerit oppoſitus cum receptione, adipiſcetur eam cum grauitate. Et ſi fuerit oppoſitus ſine receptione, adipiſcetur eam cum grauitate forti quaſi poſt deſperationẽ. Si uero dominus undecimæ, fuerit in prima uel decima uel ſeptima uel quarta, & Luna fuerit ei iũcta ab aſpectibus notis, uel fuerit iuncta alicui Planetę qui recipiet eam, adipiſcetur rem de qua fiduciã habet iuxta uotum ſuum, niſi Luna cõmittat diſpoſitionem ſuam alteri qui ſit male diſpoſitus. Nam ſi Luna cõminat tũc diſpoſitionem ſuam alicui Planetæ, & ipſe fuerit in Geminis aut Virgine uel Sagittario ſeu Piſcibus, ſignificat q; quęrens adipiſcetur aliquid de re quã ſperat, ſed non tantũ quòd animus ſuus ſit inde cõtentus: tamẽ adipiſcetur illud cũ paruo labore. Si uero fuerit in Ariete uel Cancro uel Libra ſeu Capricorno adi-

piſcetur illud: ſed quod adeptus fuerit, erit parum cum labore atq; maxima grauitate. Si autem fuerit in Tauro uel Leone uel Aquario, adipiſcel integraliter quod intēdit & ſine magno labote. Si uero fuerit in Scorpione, adipiſcetur ſed nō penitus & cum labore niſi fuerit tunc à Marte recepta: quia ſi fuerit recepta adipiſceť ut in alijs. Et ſi fuerit impeditus ille cui Luna cōmiſerit diſpoſitionem ſuā, ſignificat ꝙ res illa perueniet quaſi ad effectū, & erit ut in fieri & credetur penitus ꝙ fiat, & forte ꝙ adipiſcetur eam tamen deſtruel poſt adeptionem uel poſtq̃ pu sabitur directa. Et ſi nō fuerit impeditus, ſed fuerit in cōiunctione alicuius Planetæ qui recipiat eum, ſignificat adeptionem rei, & etiam perfectius q̃ crederet interrogator. Illud idē accidet ei ſi dn̄s primæ fuerit iunctus alicui Planetæ qui recipiat eum.

Vtrum ſit amicus quærentis ille de quo dicit an non, uel ſi erit amicus an non. Caput II.

SVnt aliqui homines qui aliquando fingunt ſe amicos aliorū, uel uolunt dicere ꝙ uelint fieri eorum amici: illi autē uolentes certiorari conſulunt Aſtrologum utrum ita ſit an non. Vnde ſi uenerit ad te aliquis motutus quæſtionē tibi ſuper hoc aſpice primam & dn̄m eius, & Lunam & dn̄m undecimæ, prout dictū eſt in pręcedenti capitulo, & uide ſi dn̄s primę aut Luna iungať cum dn̄o undecimæ corporaliter uel à trino uel ſextili aſpectu uel dn̄s undecimę, iunctus fuerit dn̄o primæ, ſignificat eum eſſe amicum, & qui dixerit ſe uelle fieri amicus fiet, & iungetur ſimul amicitia uera & ſtabili. Et ſi fuerit cum receptione, durabit in perpetuū eorum amicitia uſq; ad eorum ſucceſſores. Et ſi aſpexerit tunc dn̄s quintæ aliquem prædictorum ab aſpectu amicitiæ, durabit amicitia etiā cum filijs & alijs deſcendentibus. Et ſi fuerit ſine receptione uel à quarto cum receptione, durabit amicitia illa diu, ſed nō extendetur ad generationem futuram. Et ſi fuerit ab oppoſitione ſiue cum receptione ſiue ſine receptione uel à quarto ſine receptione, erit amicitia illa ſuſurratio & cōtrarietas & cōtentio: & unuſquiſq; erit contrarius alteri, nec bene amicabuntur: nec erit eorum amicitia durabilis, & oppoſitio deuaſtabit amicitiam pluſquàm aſpectus quartus.

¶ De re quam uoluerit quærens patefacere tibi.

SI autem quæſierit à te aliquis de aliqua re quam noluerit tibi patefacere, ſed dixerit tibi, uide ſi adeptus ero rem quam ſpero adipiſci an non: debes tunc conſiderare dominū primæ & ſignificatricem quæ eſt Luna, ſi fuerint ambo iuncti fortunis & ipſe eis & fortunæ fuerint in angulis uel fuerit unus in angulo & alter in ſuccedenti, uel fuerint ambo in ſuccedenti: dic ꝙ adipiſcetur rem quam ſperat. Si uero fuerit unus in angulo & alter in cadenti, dūmodo ſint iuncti ſimul ab aſpectibus notis, & fuerit res partibilis, adipiſcetur partem rei quam ſperat. Si uero unus fuerit in ſuccedenti alter in cadenti, adipiſcetur de ipſa infra hoc. Et ſi iuncti fuerint à cadētibus, parum aut nihil adipiſcetur, ita pro nihilo reputabit illud quod adeptus fuerit. Et ſi non aſpexerint ſe inuicem, non adipiſcetur rem quam ſperat. Et uide ſimiliter cum quo Planeta iungitur dn̄s primæ uel Luna, uel cuius domus ſit dn̄s ille, quoniā res erit de natura illarum rerum quæ ſignificantur per domum illam. Et ſi fuerit dominus duarum domorum, erit de natura illius domus quam magis aſpexerit uel quā primo eſt aſpecturus uel in quam primo intraturus eſt.

De duodecima domo.

De brauio in aliquo loco poſito, quis ex equis uel alijs animalibus ſiue rationabilibus ſiue irrationabilibus primo perueniet ad ipſum. Cap. I.

SI aliquando uenerit ad te aliquis motutus tibi quæſtionē de brauio quis equus uel aliud animal uincet illud, aut primo ſit peructurus ad ipſum oportet te aſpicere in re iſta non ſicut aſpicis in alijs rebus, ſed aliter: quoniam duodecima datur animali currenti ad brauium & hora datur brauio, & dominus horæ datur animali ſimiliter. Vnde uidendū eſt tibi ubi ſit tunc dominus horæ quęſtionis: qui ſi fuerit in prima, ueniet animal illius qui quærit primum & ſi non fuerit ſuum, ſed fuerit alterius, & ipſe uoluerit de hoc certificari, illud idē erit iudicium, & ueniet ante omnia alia animalia: & eo fortius & certius ſi dominus primæ & dominus horæ fuerit idem, & multum præcedet alia animalia. Si uero fuerit in decima ueniet ſecundum: & ſi fuerit in undecima ueniet tertium & ſi fuerit in ſeptima ueniet quartū & ſi fuerit in quinta erit quintum & ſi fuerit in nona erit ſextum: & ſi fuerit in tertia erit ſeptimum & ſi fuerit in ſecunda erit octauum: & ſi fuerit in octaua erit nonum: & ſi fuerit in ſexta erit decimum & ſi fuerit in quarta erit undecimum uel ęquipollens ultimo & ſi fuerit in duodecima erit ultimū uel ęquipollens ei. Si autem fuerint plura duodecim quod raro contingit, iudica ea ſecundum aſpectum quem habuerint ad quartam uel duodecimam domum animalia currentia. Ad ſaluationē uero illius qui equitat equum, uel aliud animal, aſpice ſimiliter illum eundem dominū horæ. qui ſi fuerit in domo uel in exaltatione ſua, ſaluabitur corpus eius ab impedimento, niſi aſpexerit eum dominus octauæ quia tunc ſignificat impedimentum ſine fractione membrorum. Si autem fuerit in termino uel triplicitate uel facie, liber à malis, ſaluabitur ſimiliter. Et ſi fuerit in caſu ſuo, ſignificat caſum eius de equo, ſed impedietur malo modo. Et ſi fuerit in deſcenſione, ſignificat eius caſum & poſſibile eſt quòd etiam equus cadat cum eo. Et ſi tunc aſpexerit aliquis malorum ipſum ex oppoſitione: uel fuerit ei iunctus corporaliter, uel quadrato aſpectu, franget aliquod membrum ſui corporis Et ſi fuerit ille malus qui impedierit eum, impediens ipſum ab Ariete, lædetur caput eius ſi à Tauro, lædetur eius collum uel partes adiacentes: ſi à Geminis eius humeri uel brachia uel manus: ſi à Cancro lædetur circa pectus: ſi à Leone lædetur circa dorſum: ſi à Virgine lædetur circa umbilicum: ſi à Libra lædetur circa anchas ſi à Scorpione lædetur circa pudibunda: ſi à Sagittario lædetur circa coxas: ſi à Capricorno lædetur circa genua ſi ab Aquario lædetur circa crura: ſi à Piſcibus lędetur circa pedes. Si autem fuerit dominus primę in octaua cum malo, uel alias impeditus, uel fuerit cum hoc dominus octauæ impeditus, uel Luna fuerit impedita, ſignificat mortem ex caſu illo.

Quan-

Quando aliquis qui non habet animal inter animalia currentia ad brauium quod fuerit animal quod uincet. Caput II.

ET ſi forte fuerit ſollicitatus aliquãdo aliquis, qui non habeat equum ſeu animal inter animalia ſeu equos currentes ad brauium, & dixerit quis ex equis uel alijs animalibus currentibus ad brauium, uincet illud: tu poteris per hoc uidere quod animal uincat, & colorem eius ætatem & bonitatem eius, & famam. Vnde debes aſpicere dominum horæ cum inſtrumento ueraciſſimo, quod nõ te decipiat: quem ſi inueneris in prima uel in decima uel undecima, uel inueneris alium Planetam in aliquo prædictorum locorum, poteris ei dicere, quòd equus uel aliud animal exiſtẽs de colore qui ſignificatur per illum Planetam, uincet brauium: & non præpotens undecimam decimæ, nec decimam primæ, ſed primam decimæ & decimam undecimę.

Vnde ſcito colore animalis ſcietur uictor. Deinde aſpice ex quo uidiſti animal, quod debet uincere, ſi fuerit eius ſignificator in domo ſua, erit ipſum animal nobile, ſicut eſt dextrarius inter alios equos, & erit nominatum. Et ſi fuerit in exaltatione ſua, erit magis famoſum & magis nominatum, & animal generoſum, & quod diu conſueuit uincere alia animalia. Et ſi fuerit in triplicitate ſua erit infra hoc multum, & non erit multum nominatum animal nec generoſum. Et ſi fuerit in termino ſuo, erit iterum infra hoc, & parum erit nominatum. Et ſi fuerit in facie ſua, erit animal paruæ noticię uel erit extraneum de alia terra quaſi ignotum in terra illa. Si autem non fuerit in his locis, eſt animal ignotum & non magni ualoris, ut roncinus uel ſimile. Et ſi fuerit animalis ſignificator in caſu ſuo, erit uitioſum & mendoſum: licet forte non ſint multum nota eius uitia. Si autem fuerit in deſcenſione ſua, erit iterum magis uitioſum & eius uitia erunt nota.

¶ Vtrum animal uincens brauium ſit longæuum, an non.

SI uolueris ſcire utrum animal uincens ſit longęuum aut non, aſpice Planetam per quem ſignificatur illud animal: qui ſi fuerit orientalis, ſignificat iuuenile animal: & ſi fuerit occidentalis, erit longęuum: & ſi fuerit ante Solem uel poſt per quinq; ſigna uel ultra, erit in medietate.

Cuius qualitatis ſit dominus animalis. Cap. III.

ET ſi uolueris qualitatẽ domini animalis ſcire, dixit Zael quòd ſi fuerit aſcẽdens domus Solis, erit rex, mihi uidetur quòd ſit maior omnibus illis quorum ſunt animalia currentia. Et ſi fuerit ex domibus Saturni, erit animal longæuũ & non generoſum, niſi Saturnus ſit tunc in angulis aut in optimo loco ab aſcendente. Et ſi fuerit ex domibus Iouis, erit alicuius famoſi & nobilis uiri, qui habet domeſticitatem cum nobilibus & magnatibus, uel forte poſſet eſſe epiſcopus uel magnus iudex. Et ſi fuerit ex domibus Martis, erit alicuius bellicoſi militis, ſeu portatoris armorum uel forte alicuius ducis. Et dixit idem philoſophus, quòd ſi fuerit ex domibus Veneris uel Mercurij, erit alicuius magnatis uel nobilis uel mulieris uel ſcriptoris uel ſapientis ſeu literati. Et ſi fuerit domus Lunæ, erit cuiuſdam nautæ ſiue alicuius mercatoris, qui ideo fecit illud currere, ut aſcẽderet in fama ut poſſet illud melius uendere.

De rebus de quibus aliqui aliquando timent utrum incidant in hoc quod timent, an non. Cap. IIII.

ACcidit aliquando, q; aliquis propter minas quas aliquis ei facit, uel propter illud quod cõmiſerit, uel quacũq; de cauſa inciderit in timorẽ, & ob id ad te ueniet quæſiturus utrũ oportet ipſum timere de hoc quod timet an non, & uolueris ei aſpicere ſuper hoc quod quærit. aſpice primam & dñm eius, qui ſi fuerit in prima uel decima uel etiam in ſeptima uel quarta liber à malis & ab eorum impedimentis: dic q; erunt minæ falſæ, & timor quem habuerit, erit inanis, & q; non incidet in periculũ aliquod de his quæ timet. Si aũt fuerit dñs primæ in domibus cadentibus ab aſcendente quæ ſunt ſecũda, ſexta, octaua, duodecima, iã factæ ſunt ſibi minæ illæ palã, & ſunt diuulgatæ, & ipſe timet minas ſibi factas, ac ſi deberent ei euenire atq; perfici: tunc aſpice dñm primæ, ſi fuerit in aliquo prædictorum locorũ debilium, & aſpexerit eum aliquis malorũ ab oppoſitione uel quarto aſpectu, uel per corpus fuerit ei iunctus: annuncia ei niſi bene ſibi caueret, forte caſurũ in id quod timet, & de quo fiũt ei minæ. Et ſi aſpexerint mali à trino uel ſextili aſpectu, ſine receptione perfecta, cadet in diſtrictionẽ & horribilitatẽ magnam, & detrimentũ patietur. ultimo tamẽ euadet. ſi autem eum receperint parũ aut nihil impedient. Si quidem fuerit liber à malis, & ab eorũ impedimentis iam augmentatus, eſt timor ille in eo, ita q; non augmentabitur plus, immo diminuetur & euadet ab illis minis & ab illo timore. Et ſi fuerit impeditus à malis ſiue in cadẽti ſiue in ſuccedenti ſiue in angulo & eo deterius ſi fuerit etiã in angulo, & malus qui impedierit fuerit in angulo, ſimiliter ſignificat impedimentũ & detrimentũ maximum euenturũ ei de timore illo. Et uide ſi malus ille qui impedit, fuerit dñs ſecundæ ab aſcendente, auferet ei ſubſtantia ſua illa de cauſa. Et ſi fuerit dñs tertiæ, nocebit ei frater ſi fratrem habuerit, & ſi nõ, aliqua de perſonis ſignificatis per tertiã domũ. Et ſi fuerit dñs quartæ, aliqua de rebus ſignificatis per quartam domũ. Et ſi fuerit dñs quintæ, erit filius uel aliqua de rebus ſignificatis per quintã domum. Et ſi fuerit dñs ſextæ, erit ſeruus uel aliquid ſignificatum per ſextam domũ. Et ſi fuerit dñs ſeptimæ, erit uxor uel amaſia, uel aliquid ſignificatũ per domum ſeptimã. Et ſi fuerit dñs octauæ, ſignificat ejus mortẽ illa de cauſa. Et ſi fuerit dñs nonę, erit religioſus uel aliqd ſignificatũ per nonã domũ. Et ſi fuerit decimæ, erit aliqs nobilis potens, &c. Et ſi fuerit dñs undecimę, erit aliqs familiaris magnatis &c. Et ſi fuerit dñs duodecimæ, erũt pœnę carceris. Et ſi nõ fuerit ita, ſed fuerit dñs primæ in duodecima, & aſpexerit eũ dñs duodecimę ab oppoſitiõe uel quarto aſpectu, uel dñs ſeptimę à q̊cunq; aſpectu uel corporaliter ei iũctus fuerit: ſignificat detrimentũ & diſtrictionẽ, & q; inimicus ſiue ille de quo timet, poterit ſuper eũ & nocebit ei. Et ſi nõ aſpexerit aliqs eorũ liberabit & euadet ab omnib⁹ illis periculis, & nõ poterit inimicus ſuper eũ & ipſe fugiet ab eo, etiã ſi eũ cœperit inimicus. Et ſi Luna fuerit alicui malo iũcta qui nõ ſit recipiens eã, uel qui nõ ſit dñs domus in qua fuerit dñs primæ & ipſe aufugerit, occurret ei detrimentum, & diſtrictio in fuga illa. Et ſi rece-

peru

perit ille malus Lunam, uel fuerit dominus domus in qua fuerit dominus primæ, liberabitur ab omnibus ſupradictis. Hoc idem intelligas de qualibet re de qua dubitatur.

De diuerſitate multarum rerum de quibus fit aliquando quæſtio ſimul. Caput V.

MVltotiens ueniunt quidam ad Aſtrologum indiſcrete quærentes ab eo de multis & diuerſis rebus: & credunt quòd ſit ita leue reſpondere, ſicuti eſt quærere: & poſſit ita leuiter reſpõderi de omnibus ſimul, ſicut de uno: cum ſecus ſit. Vnde cum non habeas cõtractum aſcendens ad illud, oportet te ponere rem magis generalem quærenti, & illud eſt Luna: & cæteri Planetæ habent ſignificare res quæſitas. Vnde oportet te conſiderare numerum rerum quæſitarum, ſi ſunt res illę ſex uel infra, poteris iudicare de ipſis ſecundum coniunctionem quam facit Luna cum ſex Planetis. Poteris enim ſcire naturã primæ rei per naturam Planetæ, cui primo iungitur Luna poſt factam quæſtionem & uide diſpoſitionem illius Planetæ. & ſecundum quòd ipſe fuerit diſpoſitus, ſecũdum illud iudicabis effectum illius rei. Nam ſi ipſe fuerit bene diſpoſitus in loco forti, ut in angulis uel in ſuccedentibus angulorum, & in ſuis dignitatibus, & liber ab impedimentis quæ multotiens nominaui tibi, bonus erit effectus illius rei. Si uero fuerit contrarium eius quod dixi, & effectus erit contrarius. Deinde uide cui iungatur iterum Luna poſtq̃ fuerit ſeparata ab illo. & uide qualis ſit diſpoſitio eius, & ſecundũ illud iudica de re ſecunda. Poſtea proſpice cui iterum iungatur Luna poſt ſeparationem à ſecundo, & iudica de re tertia ſecundum diſpoſitionem tertij Planetæ cui ipſa iungitur. Deinde proſpice quartum cui ipſa iungetur poſt ſeparationem à tertio, & iudica de re quarta ſecundum diſpoſitionẽ illius. Deinde uide cui ipſa primo iungetur poſt ſeparationem ſuam à quarto, & ſecundum diſpoſitionem illius iudica de re quinta. Deinde uide cui ipſa iungitur poſt ſeparationem à quinto, & ſecundum diſpoſitionẽ ipſius iudica de re ſexta. Et idem intelligas de aſpectu quod de coniunctione corporali. Et ſi res illæ, ſiue interrogationes fuerint plures quàm ſex, iudica poſtea per dominos triplicitatum domorũ, in quibus erant Planetæ quãdo iuncta fuerit eis Luna ſiue per corpus ſiue per aſpectũ. Verbi gratia, fuit Luna iuncta Marti in prima coniunctione quã fecit poſt quæſtionẽ factam, & Mars erat in Virgine modo ex quo compleuiſti numerũ 6. Planetarũ, oportet te nunc iudicare de 7. re ſecundum primum dñm triplicitatis Virginis qui eſt Venus. Secundã coniunctionẽ fecit cũ Saturno, poſtq̃ ſeparata fuit à Marte qui erat in Cancro: nũc debes iudicare de re 8. ſecũdum primum dñm triplicitatis Cancri, qui eſt ſimiliter Venus. In tertia uero cõiunctione poſt ſeparationem à Saturno fuit Luna iuncta Mercurio, qui erat in Libra: modo oportet te iudicare de re 9. ſecundũ primum dñm triplicitatis Libræ, qui eſt Saturnus. Et poſt ſeparationẽ à Mercurio fuit Luna iuncta Ioui, qui erat in Sagittario: modo debes iudicare de re 10. ſecundum diſpoſitionem Solis, qui eſt primus dñs triplicitatis Sagittarij. Poſtq̃ uero cõpleueris primos dños triplicitatũ 4. & res fuerint plures 10. iudica iterũ per ſecundos dños triplicitatũ, ſicut iudicaſti per primos. Et ſi iterũ abundauerit res, iudica iterum per 3. dominos triplicitatũ, ſicut iudicaſti per primos & ſecundos. Et ſi iterũ abundauerint tibi res, quod nunq̃ mihi cõtigit, iudica ſecundum dños angulorũ. Et ſi iterũ abundauerint, iudica ſecundũ dños triplicitatũ angulorũ. Similiter ſi fueris interrogatus de aliqua re, utrũ ſit uerax uel non: aſpice dñm primæ & Lunã: ſi fuerint bene diſpoſiti, erit res illa uerax in natura ſua. Et ſi fuerit illa res aurũ, uide ſi Sol fuerit bene diſpoſit^9^, erit illud uerax: ſin autẽ, erit falſum. Si fuerit argentũ, aſpice Lunã, ſi fuerit bene diſpoſita, erit argentũ uerax: ſi fuerit male diſpoſita, erit falſum. Si fuerint margaritæ, aſpice Venerem ſi fuerit bene diſpoſita erunt ueraces. Si fuerit male diſpoſita, erunt falſæ. Idem intelligas de omnibus lapidibus precioſis, & de omnibus rebus caris, odoriferis, ut ſunt muſcus, ambra, balſamũ, & ſimilia. Si fuerint denarij uel aliæ ſculpturæ in metallis, utere Mercurio in eorum teſtimoniũ. Si fuerint paramenta religioſorũ, utere teſtimonio Iouis. Et ſi quæſierit aliquis de pluribus rebus ſcilicet 2. uel 3. quæ earũ ſit melior uel utilior ſeu ueracior, ſiue ſint rumores, ſiue aliud. ut de duabus uel pluribus rebus quam adipiſceſ, aſpice dñm primæ & Lunã, & uide quis eorũ ſit fortior, operare per illũ: ſi fuerit fortior ex eis in angulis liber ab impedimẽtis & fuerit receptus, ſignificatq́; illud qđ prius fuit nominatũ, erit uerius & melius & adipiſceſ à quærente. Si uero fuerit impeditus dñs ſcilicet primæ aut Luna, ut dictũ eſt, erit nominatio de re illa, ſed poſtea peribit: & ſi fuerit adeptus rem quæſitã, deſtrueſ poſt adeptionẽ. Si aũt dñs primæ aſpexerit primã uel Luna, & fuerit in ſuccedenti receptus, uel liber ab impedimentis: ſignificat q́; ſecundũ ex quæſitis erit uerũ, & adipiſcetur: & ſi fuerit impedit^9^ deſtrueſ poſt adeptionẽ. Et ſi fuerit in cadẽti, liber ab alijs impedimentis & receptus tertio, nominatũ adipiſcetur, uel erit dignius ſeu uerius. Si uero fuerit impeditus dñs. ſ. aſcẽdentis uel Luna, & fuerit in cadenti, nihil erit de his quæ fuerint tibi nominata.

Cum aliquis inuitatur ad conuiuium, utrum ſit eundum an non, & quæ cibaria erunt ibi. Caput VI.

ALiquando fiunt conuiuia in quibuſdã locis, & in quibuſdã regionib^9^ plus q̃ in alijs, quod cõſueuerunt ſæpiſſime facere Italici, & ſpecialiter Romanioli & præ cæteris milites Rauennates, & inuitantur ad illa conuiuia plures, qui non libenter uadunt, & etiã ad nuptias & alias magnas cõmeſtiones. Vnde aliquãdo uolunt certificari ab Aſtrologo, utrum ſit eundũ ad illud conuiuiũ, ſeu ad illam comeſtionẽ an nõ, & fecerit tibi de hoc quæſtionẽ. uel fueris tuipſe inuitatus ad illum conuiuiũ, & uolueris ſcire utrum ſit eundũ illuc an nõ: Aſpice ſignum quod fuerit tunc aſcẽdens: & uide ſi fuerit Luna in eo ſola, nemini iuncta, quia tunc ſignificat q́; poteris ire ad conuiuiũ, nec eris ibi multũ habitus in reuerẽtijs nec uilipenderis tu ſeu quærens. Et ſi fuerit in 10. accidet quaſi idẽ, pręter q́; habeberis in maiori reuerẽtia ſiue alius qui quærat. In ſeptima erit eius ſignificatũ infra primã. In quarta uero infra ſeptimã, quæ alijs locis omnibus eſt infra hoc, & ſecundum quòd quælibet domus fuerit debilior alia, ita magis uilipendetur ille qui iuerit ad commeſtionem illam. Si uero fuerit Lunam iuncta alicui,

cta alicui, & fuerit in prima, uide cui ipſa iungitur: quoniã ſi fuerit iuncta cum Saturno, ſignificat ꝙ in cõuiuio erunt cibi inepti & immũdi et male aptati, & non bene exhibiti nec ordinati, & piperata, & ſapores qui erũt ibi nõ ſapiẽt naturã quam debuerũt, nec gaudebit uadẽs ad conuiuiũ illud ex iſtis cibis, nec ex illis ſaporibus pœnitebit eũ iuiſſe: unde potius eſt nõ eundũ ad illud conuiuiũ quàm eundũ. Si aũt fuerit iuncta cum Ioue, poteris ire ad conuiuium ſecure, quoniã epulabiſ ibi bene & erunt ibi cibi boni ſaporis & dulcis, & erũt delectabiles, & erunt ibi cibi facti cum riſo & ſimilibus, & honoraberis ibi, ita ꝙ pauci honorabunt plus te uel fortè nulli. Si uero fuerit iuncta cũ Marte, non eas ad nuptias illas ſeu cõuiuiũ illud, quoniã nõ erũt ibi cibi habiles guſtui, & ſapiẽt de amaro, & timeť ne ſit ibi rixa & diſcordia inter eos. Si aũt fuerit iũcta cũ Sole, poteris ire ſi uolueris erunt enim ibi cibi boni ſaporis, facti cum eruca ſeu ſinapi uel agreſta, & ſimilibus bene ſaptẽtibus guſtui, & cum prouidẽtia recepti & appoſiti. Si quidẽ fuerit iũcta cum Venere, uade ſecure, quoniã ſignificat quòd erũt ibi cibi delectabiles & boni ſaporis, & erunt ſimiliter alacritates & ludi & delectationes multæ, et multiplicabuntur ibi cibaria diuerſarũ ſpecierũ, et potus diuerſi et erũt ibi quæ tibi ſeu cuiuis eunti ad conuiuiũ placebunt, & in quibus delectabiť: aut magna pars ciborum erit pinguis et multũ unctuoſa. Et ſi fuerit iuncta cum Mercurio, ſignificat ꝙ bene potes ire, quoniam erũt ibi plures ſpecies & diuerſæ ciborũ & potationum & comeſtionũ eorũ et acredinũ ſapientes guſtui: & diceť ibi bona uerba ſcilicet ſapiẽtiæ, & narrabunť ibi etiã facta antiquorũ, et diceť ibi plura noua, & recitabunť audita & inaudita, credibilia et incredibilia et ſimiliter erit ibi coadunatio pluriũ hominũ. Et dixit Zael ꝙ ſi fuerit Luna iuncta Saturno à ſigno aquatico ex trino uel ſextili aſpectu, comedent trutas. Et ſi aſpexerit eam ex quarto uel oppoſitione, ſignificat ꝙ comedẽt carnes frigidas, ut ſulziũ & ſimilia. Et ſi fuerit Luna in Libra, ſignificat comeſtionem leguminũ. Et ſi fuerit in Geminis uel Aquario, ſignificat comeſtionẽ carniũ, auiũ, Et ſi aſpexerit eam Iupiter, ſignificat comeſtionem delicatorũ ciborũ. Et ſi aſpexerit eã Mars, ſignificat comeſtionẽ calidorũ ciborũ et aſſatorũ. Et ſi aſpexerit tunc Sol Martem, ſignificat ꝙ pars illarũ carniũ erit cõbuſta. Alij Planetę nõ impediẽt eam. Si aũt fuerit Luna extra aſcendẽs, & fuerit in decima, erit conuiuiũ ſimile ei, quãdo fuerit in prima magis nominatũ. Si fuerit in 7. erit infra hoc. Si aũt fuerit in 4. erit iterũ magis infra hoc. In cæteris uero domib. erit infra, prout unaquæq; earũ eſt minus fortis alia.

Vtrum ex uno pulmento uel pluribus fiat conuiuium. *Caput* VII.

AD ſciendũ uero utrũ ex una manerie cibariorum comedať in conuiuio aut ex pluribus, aſpice tunc quod ſignũ ſit inuentũ in linea oriẽtali: quod ſi fuerit ſignũ fixũ, et eius dominus in ſigno fixo, & Luna ſimiliter una ſpecie cibariorum contenti prandebunt. Si autẽ fuerit dñs primę in ſigno cõmuni, habebunt alium cibum ſcilicet ſecundum, ſed aliquid infra primum. Si autẽ cum hoc fuerit Luna in ſigno cõmuni, ſecundum ferculum erit maiꝰ primo, uel duplicabiť. Si aũt fuerit aſcendens ſignum cõmune, et dominꝰ eius et Luna in ſigno, habebunt duo fercula. Si uero dñs primæ & Luna fuerint in ſignis cõmunibꝰ, habebunt tria fercula. Si in mobilibꝰ, habebũt aliquid poſt illa tria fercula. Si quidẽ fuerit aſcendẽs ſignum mobile, & dñs primæ & Luna in ſigno fixo uel cõmuni, habebunt tria fercula, & aliquid aliud poſt illa tria. Et ſi fuerit dominus primæ in ſigno mobili, habebunt quatuor fercula diuerſa quilibet comedentiũ, & aliquid poſt illa quatuor. Et ſi cum hoc Luna fuerit in ſigno mobili, habebunt quinq; genera ferculorũ, & aliquid aliud poſt illa. Et ſi cum hoc pars fortunæ & dominus eius fuerint in ſignis mobilibus, habebunt multa genera ferculorum, fortè ſex uel ultra, ſine fructibus arborum & ſimilibus, quæ non computantur inter fercula conuiuialia.

Ad ſciendum qua de cauſa factum eſt conuiuium. *Caput* VIII.

COnſueuerunt aliquando dicere uiles et inuidentes, & quorum corda nõ patiunť benefacere, quaſi per modum reprehendẽdi quando aliquis ex nobilitate ſui cordis, uel fortè alia de cauſa facit conuiuium, quare facit hoc ille. Et fortè tu uis à te ſcire cauſam: uel aliquis alius de hoc te interrogauerit: aſpice aſcendens hora inceptionis cõuiuij uel interrogationis, uel quando uocaris ad illud cõuiuium, & uide à quo Planetarum ſeparať Luna, & cui eorum ipſa iungitur: quoniã ſi ſeparatur ab aliqua infortunarũ, et nõ iungitur alicui, ſed eſt uacua curſu, nõ fecit illud cõuiuium ex aliqua cauſa manifeſte apparẽti, ſed quaſi quadã inſipiditate ductus facit hoc. Si aũt fuerit iuncta fortunis ab oppoſitione uel quarto aſpectu, fecit ille conuiuium tali de cauſa, ꝙ nõ potuit euitare illud, ut eſt cauſa nuptiarum, uel quòd talis uenit ad domum ſuam, quod ipſe non potuit facere ſine reprehẽſione, quòd nõ cõuiuaret, & ſimilia. Si aũt fuerit aſpectus à trino uel ſextili, cõuiuium fecit ille cauſa ſui honoris, & ut lætaretur & gauderet cum cõuiuantibus illis: uel fortè quòd aliquis conuiuauerat ei, & ipſe uoluit ei reddere uicem & ſimilia.

¶Quantum conuiuium ſit duraturum.

SI uolueris ſcire quantum durabit conuiuium, aſpice Planetã cui iungitur tunc Luna: qui ſi fuerit in angulo & in ſigno fixo, finietur illud conuiuium una comeſtione. Si uero fuerit in ſigno communi, erunt duæ comeſtiones. Et ſi fuerit in ſuccedenti & in ſigno cõmuni, nõ finieť in duabꝰ comeſtionibꝰ. Et ſi fuerit in cadẽti & in ſigno mobili, uel etiã cõmuni, durabit cõuiuiũ duobꝰ diebꝰ uel plus.

¶ Quando rixati erunt conuiuantes.

ET ſi fuerit Planeta cui iungiť Luna dñs domus eius, rixabuntur ſimul aliqui de cõuiuio illo, nec tamen dimittetur conuiuium quin comedant.

¶Quando ponetur cibus in conuiuio.

AD ſciẽdum qualiter adduceť cibus ad cõuiuiũ: uideas dominũ horæ inceptionis conuiuij, uel interrogationis uel principij itineris, quando quis uadit illuc, utrum ipſe inueniatur in prima uel 10. aptabuntur & pręparabuntur omnia & bene & ordinate, ſaluis cõditionibus ſupradictis: & ponentur

ponen-

ponenda in diſco antequàm aſſideant. Et ſi fuerit in 7. uel 4. aſſidebunt prius & implebitur locus comedentium prius quàm apponantur fercula.

¶ Quando cauendum eſt à cibis conuiuij.

ET ſi dubitaueris tu uel alius uadēs ad conuiuiū, ne ſint ibi cibaria euitanda. aſpice ſi fuerit tunc Luna in Cancro uel Libra uel Capricorno in coniunctione uel aſpectu alicuius malorum, niſi aſpiceret eam de Capricorno Saturnus uel Mars: quoniam non ſunt comedendæ tunc herbæ nec coctæ nec crudæ: nec comedas etiam legumina cum ipſa fuerit in Libra, nec enī in Virgine, ſi aſpexerit eam aliquis malorum, uel iunctus ei fuerit corporaliter.

Et dixit Zael, quòd ſi fuerit Luna in Scorpione cum Cauda, non comedas pinguedinem. Et ſi fuerit in Leone uel Sagittario, non comedas carnes animalium ſyluestrium. Et ſi fuerit in Piſce, non comedas truitas nec piſces alios ſalitos. Et hæc omnia intelligas cum fuerit Luna in prædictis ſignis in aſpectibus malorum, quadratis uel oppoſitis ſine receptione.

Quæ domus ſignificat conuiuium, cauſam, & ſimilia eius. Caput IX.

ET dixit Zael, quòd aſcendens ſignificat cauſam conuiuij. Et dixit, quòd ſi fuerit aſcendens conuiuij aliqua ex domibus Veneris, quod erit cauſa nuptiarum. Et ſi fuerit ex domibus Mercurij, erit propter filium. Et ſi fuerit ex domibus Iouis, erit propter amicum. Et ſecunda ab aſcendente, ſignificat uaſa potationis & ſuppellectiles domus. Vnde ſi fuerit ſecunda domus ſignum commune, erit uas eorum coloratum. Et ſi fuerit tunc Mars in ſecunda, erit uas illud cum ære. Et ſi fuerit in eo Venus, eſt in illo argentum. Et ſi fuerit Iupiter, erit argentum & aurum. Et ſi fuerit Saturnus, erit uas ligneum uel terreum. Et ſi fuerit fortuna in ſecunda, ſignificabit pulchritudinem ornamentorū domus. Et ſi habuerit illa fortuna dignitatem in ſecunda, erunt illa ornamenta propria. Si autem fuerit peregrina, habebit illa mutuo. Tertia uero, ſignificat cōuiuantes. ſi fuerit ibi fortuna, erunt homines boni eſſe. Si uero fuerit ibi Saturnus, erūt uiles. Si autem fuerit ibi Mars, erunt ſuſurrationes, aut erunt homines bellicoſi, uel abſciſores uiarum, & ſimilia. Quarta, ſignificat locum cōuiuij: ſi fuerit ibi fortuna, erit locus pulcher & aptus & decens. Si autem fuerit ibi infortuna, erit locus ineptus & turpis ſeu fœtidus. Et dixit Zael, quòd ſi fuerit ſignum commune, erit locus conuiuij in porticu. Et ſi fuerit ibi Sol aut Iupiter, erit eorum conuiuium in clauſtro domus uel in meridie. Et quinta, ſignificat eorū pocula. Si fuerit quintum ſignum fixum, potabunt de unico potu. Si fuerit ſignum commune, potabunt diuerſos potus. Et ſi fuerit in eò Iupiter aut Mercurius, erunt potus eorum dulces & ſaporoſi. Si uero fuerit ibi Mars, ſapit potus de acredine. Et ſi fuerit Mars impeditus à Saturno, erit potus acetoſus. Et ſi fuerit ibi Sol, erit acerbum uel aliqualiter amarū. Et ſi fuerit ibi Venus, erit mulſum uel alias dulcis bene ſapiens guſtui. Si autem fuerit ibi Luna, erit potus inſipidus. Sexta uero, ſignificat ſeruitores conuiuij: ſi fuerit ibi fortuna, erunt ſeruitores apti & decentes. Si uero fuerit ibi malus, erunt inepti & ſordidi, neſcientes ſeruire. Septima autē ſignificabit coquos & cauparios: ſi fuerit fortuna ibi, erunt apti: ſi infortuna fuerit ibi, erunt inepti. Octaua uero, ſignificat ſeneſcalcos. Et nona, ſignificat ponentes & portantes fercula in diſcum. Si fuerint in eis fortunę, erunt apti ad hoc & ſcient benefacere illud. Si autem fuerint ibi mali, nō ualebunt ad id. Decima uero, ſignificat uniuerſalē bonitatem conuiuij & alacritatem, quam ſimul habebunt conuiuantes. Et ſi fuerit fortuna, erit conuiuium decens & laudabile, & gaudebunt & lætabuntur ſimul conuiuantes. Et ſi fuerit ibi infortuna, erit conuiuium indecens, ita quòd conuiuantes erunt odioſi conuiuatores in ſemetipſis. Vndecima uero ſignificat, ſi ſunt amici conuiuato & conuiuantes. Duodecima uero, ſignificat exhibentem cōuiuium uel maiorem illius domus, ſi fuerit in eo fortuna, oſtēdet gaudium & lætitiam quam habebit ex conuiuio. Si uero fuerit in eo malus, triſtabitur intra ſe & dolebit de illius conuiuij exhibitione. Et quandocunq; inueneris fortunam in aliquo prædictorum locorum, & fuerit fortunata, ſignificat augmentationem boni. Et ſi malus fuerit infortunatus in aliquo prædictorum locorum, ſignificat augmentum maliciæ.

FINIS.

GVIDONIS BONATI FOROLIVIENSIS, ASTRONOMIÆ PARS TERTIA.

De electionibus ſecundum dicta ſapientum.
Caput I.

CVM poſt iudicia præ cæteris aſtronomię partibus electionibus indigeamus, & ipſæ ſint res quę quotidie nobis occurrunt, nec ſine ipſis poſſumus perfecte ad complementũ utilitatis multorum iudiciorum, quæ quotidie nos explicare oportet, peruenire. Videtur mihi cõueniens de ipſis tractatum, ſecundũ ueſtigia ſapientum noſtrorũ, facere ſpecialem. Eſt autem electio, prę cõſiliati appetitus cõſilium. Eligere autem, eſt appetitus intellectus reſultans ex actu liberi arbitrij. Et licet inſurrexerint mihi aliquando plures fatui atq; idiotæ tunicati, dicentes electionem nihil ualere atque penitus nihil eſſe. Nihilominus tamen electiones, & cæteræ partes aſtronomiæ in ſua firmitate remanſerunt, nec eſt ob hoc earũ ueritas diminuta. Per electiones enim apprehendere poſſumus multa bona, ſimiliter & multa mala poſſumus euitare, quæ ſecundum ſtellas uentura ſunt: non tamen dico q electio faciat rem, ſed remouet, prohibẽs ne res fiat: ſi enim iudicatum fuerit per aſtrologiam alicui contra hoſtes ituro uictoria, de ipſis ſuper aliqua ſibi facta quæſtione, niſi bonam habuerit quærens electionem in mouendo ſuum exercitum contra ſuos hoſtes, poterit propter malum itineris ſui principiũ ſuccumbere: uel etiam ad minus multum de bono quod ei ſignificabatur per iudicium diminuere. Et ſi bonam electionem habuerit ſub aſcendenti bono & fortior ei ſignificabatur, per iudiciũ ad rei finem bonum perueniet, atq; ſibi reſiſtentem inimicum ſuperabit. Impoſſibile enim eſt, quin ea quæ fiunt recto conſilio, & de iure, firmitatem non habeant & ad bonum finem perueniant. Altiſſimus enim & glorioſus creator omniũ cœlos fecit & ſtellas incorruptibiles de quinta eſſentia incorruptibili, ut inferiora corruptibilia de 4. corruptibilibus eſſentijs ſcilicet elementis facta regerent & gubernarent. & fecit ſtellas propter homines, ut à ſtellis hominibus & alijs inferioribus iuuamina præſtarentur. Quod enim eſt factum pro homine, debet ſeruire homini. quòd ſi dicerent aliqui, non eſt ita, nõ eſt cum illis altercandũ, cum nihil intelligãt & nihil credant, ſed dimittantur tanquam magiſtri erroris & hæretici ueritatis. Ipſi enim ueritatem ignorant, quoniam pecuniario lucro ſunt intenti, & priuat eos ſcientia, & mentes & corda eorum cæcat. Stellæ enim in 8. cœlis ſenſibilibus & mobilibus ſunt conſtitutæ: illæ enim quæ ſunt in primo mobili, quę fixæ à philoſophis appellantur, ſunt quaſi ut materia, corruptibilia ſunt formæ. Planetæ uero ſunt & operantur et exercent quoddam medium per quod ſuperiora in inferioribus operantur: nihilominus tamen ipſi formaliter exercent ſuas operationes: & quia materia eſt quoddam infinitũ & formæ fiunt ex materia et illud eſt cauſa quare forma nullius rationalis aſſimilatur ſimpliciter formæ alterius, et nedum indiuidua, ſed etiam ſpecies ſunt quaſi infinitæ nobis. Ex quo ergo deus fecit ſtellas propter homines, quam utilitatem ſequerentur ex eis ſi non operarent et imprimerẽt in inferiora diuerſa, nunc hoc, nunc illud, quod uidemus eas facere quotidie manifeſte: operantur enim in uno loco aliquando bonum: aliquando uidemus eas in illo eodem loco contrariũ eius, quod primo fuerant operatæ, quod non cõtingit niſi ex diuerſitate motuũ & ſituũ ipſarum: quoniã propter earũ motuũ qualitates diuerſas, & eorum corporũ ſitus diuerſos, fiunt diuerſæ mutationes in mundo. Videmus enim Planetas diuerſis motibus moueri, & ſecundũ illos motus diuerſos imprimunt diuerſimode in inferiora & ipſa ſecundum illas diuerſas impreſſiones diuerſimode mutantur & alterantur, caleſiunt enim & infrigidantur: deſiccantur et humectantur. Nam cum Mars & Sol fuerint ſimul iuncti, ſi fuerit æſtas, excedit calor modũ. Si fuerit hyems, frigus remittitur, & redit ad temperamentum. Si uero fuerit Sol iunctus cum Saturno, & fuerit, hyems intenditur. Si autem fuerit æſtas, remittitur calor. Vnde cũ Aſtrologus per ſuam inquiſitionem illas diuerſitates motuum nouerit, & nouerit illas impreſſiones quæ imprimunt in inferiora propter illos motus: & illi motus ſint quandoq; bonæ qualitatis, quandoq; malæ, poteſt eligere bonum quando qualitates illorum motuũ ſunt bonæ, & aſſumere illud. Et poſt eligere malũ, quod ſignificatur per illas qualitates quando ſunt malæ, & uitare illud. quoniã ſicut aliàs dictum eſt, non ſignificat Planeta idem quando eſt retrogradus, quod quando eſt directus: non idem quando eſt tardus, quod quando eſt uelox: non idem quando eſt ſtationarius, quod quando eſt progreſſiuus: non idem quando eſt combuſtus quod quando eſt euaſus: non idem quando eſt uacuus curſu, quod quando eſt alteri iunctus non idem quando eſt in alienis dignitatibus, quod quando eſt in ſuis. Non idem quando eſt in angulo, quod quando eſt in cadenti: non idem quando eſt liber, quod quando eſt impeditus. Vnde cum ſciatur per expertorem huius ſcientiæ, quando Planeta eſt bene diſpoſitus, poteſt fieri electio tunc ad bonũ. Et cum ſciatur per ipſum quando Planeta eſt male diſpoſitus, poteſt fieri electio, & euitari, ſecundum quod aſtrologus perceperit ita eſſe. Et poteſt eligi bona hora à mala, ſecundum quod ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus elegit dum dixit, Eamus in Iudæam iterum &c. & mala poſſunt euitari quæ uentura ſunt ſecundum diſpoſitiones motuum prædictorũ, & ſignificata mala. In omnibus initijs eorũ quæ facere intendimus

tam in itineribus quàm in mulierum deſponſationibus atque nuptiarum celebrationibus: tam in ædificationibus quàm in deſtructionibus: tam in plantationibus quàm deplantationibus, & in ſingulis quæ facere uolumus uel intendimus euitari. Et ſic patet quod ſtellę operantur diuerſa in inferioribus ſecundum diuerſitatẽ ſuorũ diuerſorũ motuum: & quod aſtrologus poſſit per bonas electiones auertere multa mala quę ſecundũ motus ſtellarum, niſi quis præcaueret, ſibi euenirent. Vnde non poſſunt infringere Aſtronomiam, neque electiones aliquarum rerum tali uia quàm leui ſibi aſſumpſerũt: poſſunt tamen quodammodo contraire in his quæ uidentur ueriſimilia, licet omnia poſſint defendi, uidelicet ſi dicerent quod electiones non forent inuentæ pro qualibet uili perſona: & illud eſt quodã modo uerũ, ſed non ſimpliciter: quoniam non confidimus bene quod quilibet uilis perſona poſſit facere ſibi ſemper eligi facta interrogatione, ſed facta quæſtione dere quid inde poſſet accidere ei, bene poſſumus ei poſtmodũ eligere, accepto ſignificatore electionis de quæſtione ab eo facta per quæſtionem enim ſuam renouatur quod iam deſtructum exiſtimabatur de ſignificato radicis natiuitatis ſuæ, quoniã eſt ſuper eo de quo quæritur. Et quodãmodo uidentur electiones eſſe cõmunes omniũ: quoniam electio non eſt rei ſpontaneæ, nec certi, nihilo minus tamen eſt cuiuſlibet qui conſiliatus eſt à ſe, uel cui conſuluit alter, & eſt res cuius cõſilium fuit præambulum, ratio & intellectus præſtint. Magnatibus uero & nobilibus, illis ſcilicet, qui ſunt apti regno, poſſunt eligere & ſuper natiuitatibus, & ſuper interrogationibus, & ſine ipſis ſemper. & indifferenter ſuper omnibus eorum initijs, tam itineribus quàm alijs. Quando uero tu eligis uilibus ſine interrogatione, & maxime ſi fuerint plures ſimul, ſicut fit aliquando in uolentibus ire per terram, dummodo ſint plures, ut fit in peregrinationibus & ſimilibus, non potes eis eligere ſicut quando eligis uni ſoli: quoniam differunt fortunia & infortunia radicum natiuitatum eorum, ita quòd ille ſignificator qui eſt utilis uni eorum, poteſt eſſe contrarius alteri: & ſic non poteris habere talem electionem quæ ſit utilis omnibus in hora una: quoniam non eſt aliquid quod poſſit exercere ſimul & ſemel duas naturales & contrarias operationes, ſecundũ unam & eandem rem & ad unum & idem ſignificatum. Et quòd res ita ſe habeat, patet per hoc, quoniam uidemus aliquando aliquos ire ſimul in una hora pro aliquibus negotijs, & quibuſdam bene cedit, quibuſdam uero contrarium. Vnde ſi haberentur quæſtiones omnium illorum, quorum quæſtiones ſignificarent bonum, eſſet eligendum: quorum ſignificarent cõtrarium, non eſſet eligendum ſicut alijs: uerum eſt tamen quòd bona electio aut prodeſt aut non nocet, dum modo non ſit contraria radici natiuitatis: nec tamen ſunt electiones abijciendæ, ſed ſunt ſeruandæ ſecundũ ordinem quem tibi dixi. Quorum boni Planetæ fuerint ſignificatores, illi gaudent in bonis diebus, & lætantur in eis: in malis aliquando triſtantur. Quorum mali Planetæ fuerint ſignificatores, illi gaudent in diebus in quibus non uidentur ſic debere eſſe, & in bonis diebus triſtantur & male eſt eis: & hoc non eſt niſi ex eo quòd mali uicerunt in radice natiuitatis eorum mali enim ſuis tantummodo proſunt: alienis nituntur nocere. boni uero ſuis ſemper proſunt & alienis nituntur prodeſſe. & hæc eſt cauſa quare electiones poſſunt prodeſſe potius, q̃ nocere. Non ergo deſpicias hæc quæ tibi dico: quoniam ſi bene conſideraueris, & ea bene fueris perſpicatus, poteris electionum utilitatem percipere & unde habeat originem, & quomodo & quãdo & quibus ualeãt. Volo enim te ſcire quod fortuna dominatur in omni re, licet quidam ex tunicatis idiotæ dicant quòd fortuna non eſt, ſed ſolum quod deus uult. Sapientes uero eorum in hoc diſcrepãt in occulto, licet in publico uideantur eis aſſentire, quod eſt potius præ timore, ne ipſorum ordines uilipendantur, quàm quòd credant eos dicere ueritatem. Si enim fortuna non eſt, quis eſſet tantæ fatuitatis qui neſciret ex arbitrio ſuo cuncta neceſſaria ſibi abundanter acquirere, ſed nos uidemus quotidie contrarium manifeſte: nonne uides quoſdam ſapientes probos & intelligentes, qui non habent ut plurimum quod manducent: & quoſdam fatuos, quibus ſi lupus auferet ex decẽ pecudibus 7. neſciret utrum eſſent diminutę uel nõ, cunctis ſibi neceſſarijs affluentibus abundanter: ipſi enim imponunt rabiem creatori ſuo, mentientes ipſum non eſſe iuſtum, & in hæreſim incidunt abhorrendam.

De his quæ conſiderantur in iſto tractatu.
Caput II.

IN iſto enim tractatu qui electionum dicitur, oportet te ſcire iſta quinque, uidelicet. Si electiones quas facimus contineant in ſe aliquam utilitatem. Et ſimiliter oportet te conſiderare principium omnis rei quam facere uel incipere intendit aliquis, quare ſit. Et utrum res quæ incipiuntur ſint uenturę ad complemẽtum an non. Et ſi fuerit complementum, utrum finis eius quod incipimus ſit bonus uel malus futurus. Ptolemæo enim qui fuit præ alijs ſapientibus huius ſcientię rectificator, uiſum eſt huius artis fructum fore iudicia electionibus non excluſis, immo in huius ſcientiæ fructus computatis: neceſſe eſt enim magnã partem Aſtronomię fructus electionis eſſe: quoniam quando eligimus alicuius rei principium, poſſumus per electionem illam ſcire principiũ, medium, atque ipſius rei finem, qualis debeat eſſe. Si enim eligimus alicui ætati ad hoc aptæ ut gignat filium: uel etiam ſi non eligimus ei & ſciamus horam illius concepti ſiue conceptus, ille ſit rationalis ſiue non rationalis, nos ſciemus quid futurum ſit de ipſo in utero materno uſque ad diem & horam natiuitatis: & ſi ſciuerimus horã natiuitatis, poterimus ei dicere quid de ipſo futurũ ſit poſt natiuitatem uſque ad finem uitæ ſuæ, ſecundum ordinem naturalem: & quid ei accidere debeat: Deus enim dat nato quod ſtellę miniſtrant. Et licet materia ſit eadem in eis, tamen operationes ſunt plures atque diuerſæ ſicut accidit in membris, quibus prima cauſa dedit uirtutem cuiuſlibet iuxta ſuas operationes, non enim intereſt ſua, prohibere alicui rei: licet quidam ignorantes Aſtronomiam non confiteantur. Similiter quando eligimus alicui uolenti ſeminare ſeu plantare, ſciemus

mus quid de illa plantatione uel de illa ſeminatione ſit futurum ſecundum ſtellarum adminiſtratio-nem & ſignificata. Sarcinator uero uiſus eſt uelle, quod non eligemus uilibus uel mediocribus, niſi ſuper natiuitate uel interrogatione eorum tamen ipſe non inhibuit ex toto quin eligeremus eis: ſed uidebatur ei tutius eligere ſuper natiuitatibus uel ſuper interrogationibus quàm aliter: quia bonum eſt eligere ſuper natiuitatib⁹ uel ſuper interrogationibus. Sed ſi non poſſumus aliquando habere aliquam ex illis non tamen eſt electio prohibenda. Et dixit quod eligeremus etiam ſine ipſis: nec ob hoc ſunt ſibi contrarij. Sarcinator uoluit eſſe certus, ita quod non poſſet reprehendi: quia uoluit eligere ſuper natiuitatibus quæ raro habentur: uel ſuper interrogationibus de natura ſua. Haly uero uoluit eſſe liberior in hoc quod omnibus uoluit prodeſſe, licet electiones quæ non fiunt ſuper natiuitatibus uel quæſtionibus non ſint ita certæ, ſicut illæ quæ fiunt ſuper eis: tamē confiſus eſt de ipſis quod deberent ualere, uel ad minus non poſſunt nocere. Mihi autem uidetur quod poſſumus omnibus ſingulariter eligere, dummodo non ſit pluralitas cui eligimus, nec intelligas pluralitatem aliquam communitatem ſed pluralitatem priuatam, ſicut quando uadunt aliqui ſimul congregati in peregrinationibus & ſimilibus, ita enim credo mediocrem ſeu uilem habere ſuam radiculam in natiuitate, quemadmodum magnatem ſuam radicē: quoniam quilibet eorum natus eſt ſub aſcendenti. Si enim aptauerimus Lunam quæ eſt particeps omnis rei, iam habemus partem itineris ſeu alterius rei uniuerſaliter aptatam quæ eſt de rebus radicalibus, & quæ non permittet uiatorem periclitari de leui, etiam ſi aſcendens itineris eſſet contrarium aſcendenti natiuitatis, in qua Luna fuerit particeps: & quomodo ipſa eſt res fortior, in itineribus multum tollit de contrario, quod poſſet ſignificari per alios Planetas contradicentes itineranti: quia ſignificatio eius in itineribus eſt in duplo maior, quàm ſignificatio alicuius aliorum Planetarum. Vnde cum ipſa habeat tantam partem in itineribus, & aliarum rerum omnium, & ſit particeps natiuitatis itinerantis, & aptauerimus eam in itinere: uidetur quòd ſit aptata pars radicis natiuitatis itinerantis uel incipientis, ita quòd erit ſibi proſperitas in itinere, licet fortè non cedant ei omnia proſpera, ſicut uellet, tamen bona electio multa mala diminuet atq; auertet, quæ uentura eſſent ſecundum ſignificata ſtellarum. Et aliqua bona apprehēdet ille cui eligitur quæ ſine electione non apprehendiſſet. Vitantes enim electiones quæ non fiunt ſuper natiuitatibus uel ſuper interrogationibus, non uidentur mihi ex toto ſapientes, quia ſi non poſſunt habere id boni quod uolunt: non debent tamen ſpernere id boni quod habere poſſunt. Illi enim qui hoc faciunt, uidentur facere ſicut fecit quidam hiſtrio qui iuit ad nuptias, in quibus dicebatur quòd erant anſeres: ille uadens illuc non inuenit ibi anſeres, ſed inuenit perdices, & poterat ex illis comedere quantum uellet, qui ex quo non inuenit anſeres, noluit comedere perdices, immo ductus fatuitate receſſit ieiunus. Trutannus uero dixit quòd melius eſt comedere grillos, quàm nihil, licet fuerit abuſiue locutus fuit tamen uera intentio ſua, & ſic melius eſt electionibus uti quàm penitus eam dimittere.

De radice electionum. Caput III.

Radix enim noſtrarum electionum, eſt aptare fundamenta ipſarum, & ex illis eſt aptatio Lunæ: quoniam ſicut alias dicitur, ipſa habet participationē & ſignificatum in omni principio, in omni itinere, in omni loco, in omni tempore, in omni re, atque in omni hora. Et eſt ſimiliter de illis, ut ait Haly, Sol qui præeſt inter alios Planetas, ſicut rex: & Planeta qui ſignificat rem quam uolumus incipere: ut ſi uellemus incipere guerrā, uel aliquid aliud, de his quæ operantur per ferrum & ignem, debemus aptari Martem qui naturaliter habet ſignificare illud. Si uellemus acquirere pecuniam, deberemus aptare Iouem, qui naturaliter ſignificat eam. Si uellemus celebrare nuptias uel ſimilia delectabilia, debemus aptare Venerem. Et ita intellige de ſignificato cuiuſlibet Planetæ. Præterea debemus aptare ſignum quod ſit de natura rei quam incipere uolumus, & quòd habeat illam ſignificare ut ſi uolumus facere iter per terram, aptemus ſignum terreum: ſi per aquam, aptemus aquaticum. Et aptatio eius eſt, ut ſit liberum ab impedimentis & ab infortunis, & earum aſpectibus, & ponas illud aſcendens electioni tuæ uel ponas dominum aſcendentis in eo, uel Lunam, uel ambos ſi poteris. Iſta ſunt neceſſaria in omnibus electionibus communibus, tam in electionibus quæ fiunt ſuper natiuitatibus ſeu interrogationibus, quàm in alijs ſi fieri poteſt: & quædam ſunt alia oportuna, licet non ita neceſſaria, ſcilicet ut aptemus uiris ſignum maſculinum, & mulieribus ſignum fœmininum. Electio.

De aptatione particularium. Caput IIII.

Poſtquam aptaueris prædicta uniuerſalia, oportet te aptare particularia, ſcilicet poſtquam aptauiſti luminaria & dominū aſcendentis, & Planetam ſignificantem rem quam incœptor intendit facere, uidelicet domus quæ ſignificat rem ſuper quam eſt electio tua et intentio incipientis. Et hoc ſit dupliciter: nam in illis quorum natiuitates nouiſti, & quorum habes interrogationes, debes aptare domum ſignificantem rem illam in natiuitate ſeu quæſtione. In illis uero quorum nō habes natiuitatem uel quæſtionem, aptabis domū ſignificantem rem illam in hora electionis ſiue incœptionis. Debes etiam aptare in omni electione primam & quartam, & dominum utriuſque: primam & eius dominum ut ſaluetur & cuſtodiatur perſona illius cui eligis: quartam uero & eius dominum, ut res perficiatur & finis eius ſit bonus & laudabilis. Et dixit Hali, apta domum rem illam ſignificantem hac de cauſa: quoniā unum & idem ſignum poteſt facere diuerſas domos, quæ habebunt diuerſa ſignificata ſecundum diuerſitatem regionum: ut ſi eſſet Aries prima domus Toleti, in illa eadem hora eſſet Forliuij idem ſignum duodecima domus: & eadem hora, hoc eſt tunc temporis eſſet Corinthij uel parum citra, undecima do-

mus:& ita uſque ad finem terræ habitabilis diuerſificando domos ſecundum diuerſitatem longitudinum, regionum & diſtantiam earum ad inuicem dando unicuique 770. miliaria ſecundum quod ſapientes antiqui menſurauerunt terram: uel fortè ſecundum menſurationē prout in eorum libris continetur. Vnde non facio magnam uim niſi ut uideas modum diuerſitatum domorum, ut percipias ipſarum ſignificata ſecundum diuerſitatem regionū, ex eo quod illud idem ſignū quod ſignificat in una terræ, unū poteſt ſignificare in alia aliud diuerſum ab illo:& ſic uidetur quod electiones non ſint omnimode uitandæ, licet non habeantur ſemper natiuitates ſeu quæſtiones. Et ſi diceret aliquis quod ſi ſemper facimus fortunas fortes, & malos debiles in electionibus, & aliquis malorum ſit ſignificator natiuitatis illius cui eligimus, facimus illi contrarium eius quod facere debemus, & ſic efficimur ei contrarij cum debemus eſſe ſibi utiles. Ad quod poteſt reſponderi quod debemus ueſtigia naturæ ſequi, quæ ſemper ad melius eſt intenta:& nos ad melius intenti eſſe debemus: melius eſt enim ex quo ignoram⁹ natiuitates, nec habemus interrogatiōes quod aptemus fortunas & debilitemus malos: quoniam debilitatio fortunarum peior eſt quàm debilitatio infortunarū. Nam ſi debilitamus omnes fortunas, poteſt eſſe quod nihil boni remaneat in electione. Si autem debilitamus omnes malos, non poſſumus eos debilitare quin aliquid boni remaneat in ea: quia nullus malorum, licet aliquis eorum ſignificet bonum in natiuitate, ſignificat uniuerſaliter ſemper & ubique bonum ex bonis enim ſunt plures qui naturaliter & uniuerſaliter ſemper & ubique ſignificant bonum, ſicut Venus quæ ſemper habet ſignificare de deſponſationibus & nuptiarum celebrationibus et alijs factis mulierum in omni hora, & in omni terra, & ſimilibus: & Luna quæ habet ſignificatum in factis matrum & in omnibus alijs noſtris factis, ut alias dicitur: ſimiliter & Sol ſuper factis dignitatum & Iupiter qui naturaliter ſemper & ubique in omni hora, & in omni terra eſt ſignificator ſubſtantiæ. Et ſic ſemper cum fortificamus fortunas uel ſtellas, ſignificantes id quod intendimus reſeruamus aliquid boni illi cui eligimus quod non accidit de infortunis. Prætereà mali naturaliter ſunt tantum duo, Saturnus ſcilicet & Mars. boni uero naturaliter ſunt quinque, Iupiter ſcilicet Sol, Venus, Mercurius et Luna. Vnde cum ipſi boni ſunt plures numero quàm mali, oportet quod uincant in fortitudine:& ſic magis debemus cōſiderare de multo bono, quàm timere de non multo malo. Et in hoc errant illi qui dicunt quòd non debemus uti electionibus: ſicut enim alijs dicitur, electio non poteſt nocere ſed poteſt prodeſſe. Impoſſibile enim eſt quin bona hora ſit bona, & mala ſit mala. Ex quo enim poſſumus diſcernere bonam à mala, quare non debemus aſſumere bonam horam, & uitare malam. Si quis uolens ire ad prælium, qui forte fuerit in præcinctu eundi quæſierit à te conſilium quòd eligas ei bonam horam uel dixerit quòd uideas ei ſi hora illa eſt bona uel non & tu uideris ſignificatorem male diſpoſitum in hora illa, ita quòd ſi tunc iuerit ad prælium interficietur:& uideris aliam horā in qua poterit ire ſine periculo, & non dixeris ei quòd non uadat tunc, & quòd expectet horam in qua poterit ire ſecurus: uel dixeris ei, uade quia non nocebit tibi hæc hora, ſi deus uoluerit: nonne tu ſi ille iuerit tunc & fuerit interfectus, es effectus inde homicida, ſcias quòd ſic hoc dico ſi tu denegaſti ei conſilium tua culpa hoc eſt ſi ipſe uolebat tibi ſatiſfacere alioquin ſecus eſt: non enim teneris ei ſeruire gratis, ſi poteſt ſatiſfacere: poteſt enim electio illa eſſe fortis, quòd nedum auertat malum illius cuius natiuitas ignoratur, nec quæſtio habetur. uerum etiam ſi per natiuitatem uel quæſtionem ſignificetur ei malum, poterit auerti ab eo per ipſam fortem electionem. Similiter ſi aliquis uiator quæreret à te de aliqua trium uiarum, quæ eſſet ei melior & ſecurior: in una quarum dicebatur publice, quòd nunquam ſtabant latrones: in alia uero aliquando erant latrones: aliquando non, in tertia quidem erant ſemper latrones, & tu diceres ei: uade per iſtam uiam: ſcilicet in qua ſemper erant latrones, quia non obuiabis latronibus, ſi deus uoluerit, nonne ſi ipſe iuerit per illam uiam & fuerit deprædatus, tu teneris ei ad reſtitutionem eius quod ipſe amiſit, quum potuiſſes eum docuiſſe illam, in qua dicebatur nunquam fuiſſe latrones, per quam ſi iuiſſet, etiam ſi foret deprædatus, non teneris ei. Electio enim operatur ſecundum magis & minus: nam ſi eligeremus ei cuius natiuitatem ſciremus, uel cuius interrogationem habemus, & natiuitas uel interrogatio ſignificaret ei aliquod bonum in radice ſua, & electio concordauerit cum aliqua illarum, ſignificat bonum & perfectum finem illius rei atque ipſius effectum: ſi autem una diſcordauerit ab altera, minuet illud bonum. Et ſi natiuitas uel quæſtio ſignificauerit malum, & electio ſignificauerit bonum, minuet electio bona de malo, quod ſignificauerit natiuitas uel quæſtio: aut fortè dirimet ipſum ex toto: ſicut bona theriaca minuit uel tollit aliquando totum nocumentum ueneni: et uidemus aliquando medicos dare medicinas quibuſdam ægrotantibus ad mortem, & de quibus non habetur ſpes quòd poſſint euadere: tamen poſſibile eſt, quòd tanta ſit aliquando uirtus medicinæ, quòd natura confortatur inde, necnon & liberatur æger: & ſi medicina nō liberauerit ægrū, ad minus non nocebit ei: & ſic bona hora ſemper eſt eligenda.

Quòd electio debeat conuenire cum natura rei pro qua eligitur. Caput V.

CAne tamen quòd electio tua cōueniat cum natura alicuius rei pro qua tu eligis: quoniā effectus & impreſſiones ſuperiorum corporum naturaliter non adaptantur, niſi ſubiectis aptis poſſe illos ſuſcipere. nec poteſt electio dare aliquid ulli ſubiecto, niſi quod ſuum eſt, & quod ad ipſum pertinet ſecundum ordinem naturalem ſuæ ſpeciei. non enim poſſet aliquis homini talem eligere horam quæ faceret eum uolare: nec quæ faceret eū currere ſicut currit lepus, uel capreolus: nec etiam quę faceret eum ire in die uno 500. uel 1000. miliaria: ſed eſt ei eligendum ſolum ad illa quæ poſſunt ei adaptari ſecundum ordinem naturalem. Al

tiſſimus

tiſſimus enim opifex mundi, ſtatuit ordinem cuilibet creaturæ ſecundum ſuam naturam, & ſecundum quod ſibi conueniens fuit: tantum enim poteſt unaquæque creatura & unumquodque indiuiduum, quantum ſua naturalis forma permiſit: uirtus tanq; debet reſpondere figuræ: nihil enim poteſt habere aliquid per ſuam naturam, niſi quod per ipſam poteſt ei dari, niſi fortè ſit monſtruoſum. Non ergo eligas impoſſibile alicui, quoniam laici, & etiam quidam tunican, & quaſi omnes indifferenter nituntur deridere Aſtrologos, & fingunt ad eorum deriſionem mendacia inaudita. Non eligas mulieri octuagenariæ uel nonagenariæ horam ut conceipiat, quoniam ſenectus prohibet. Noo eligas puero decem uel duodecim annorũ ut gignat: quoniam ætas non patitur, nec permittit. Non eligas uolenti equitare equulum duorum uel trium menſium: quoniam eius teneritas oon patietur. Iuxta illud quod natura negat, nemo feliciter audet. Nec eligas uolenti ſeminare frumentum in planicie Italiæ in Iunio uel Iulio. nec uolenti ſeminare faſeolos uel milium in Vngaria uel in Teutonia in menſe Octobris uel Nouembris. quoniam regio uel aeris diſpoſitio nõ affectat. Nec etiam eligas uolenti ſeminare in littore maris, quia locus oon eſt ad hoc aptus. Agens enim non produceret, niſi quod à ſua natura procedit. Non eligas neſcienti natare, uolenti ſe projcere in aquam profundam: quoniam ſuffocabitur. Non eligas uolenti ſe projcere in fornacem ardentem· quoniam cremabitur. Non eligas uolenti ſe projcere de turri alta in terram· quoniam frangetur ei collum. Noo eligas in eremo uolenti præliari cum leone: quoniam lacerabitur. Non eligas debili uolenti præliari cum multum ſe fortiori uel paucis uolentibus præliari cum multis: quoniam ſuccumbent. Fiet enim uiolentia uirtuti. ſed eligas æquali uel parum debiliori. Ratio enim naturalis non inclinat niſi ad ea ad quæ pertinet naturaliter bene tamen eligitur aliquando paucis contra multos, et uincunt pauci· ſed tamen quod aliquando accidit, non eſt aſſumendum pro regula generali. Sufficit enim illi cui eligis, ſi elegeris ei contra quartam uel tertiam partem maiorem ſua. Si enim abinde ſuffuerit non erit electio bene tuta: quoniam uis facit rationem multotiens retrogradari. Corpora oanque ſuperà e cœleſtia non operantur aliud, niſi quod eis præſtitum eſt à natura. Sunt enim octo ſpecierum: nam quilibet Planeta eſt ſuæ propriæ ſpeciei: ſtellæ fixæ ſimiliter ſunt ſuæ propriæ ſpeciei. Et poſſet etiam dici, quòd quælibet ſtella fixa eſſet ſuæ ſpeciei, & quia ſpecies ſunt diuerſæ, ſic & operationes & ſignificata: licet æqualiter ſint incorruptibilia. Verum eſt tamen quòd ego elegi quadam uice comiti Guidoni Nouello de Tuſcia contra Florentinos qui expulerunt eum de Florentia & ſtrauerunt ei omnia ſua caſtra quæ habebat in Tuſcia, & expoliauerunt eum omnibus ſuis bonis: qui habebat ex parte ſua 1200. milites & fòrtè 13000. pedites & 300. baliſterios: & aduerſarij habebant 5300. milites & fortè 12000. pedites & 5000. baliſterios & ultra & tamen debellauimus eos & uicimus ex toto: & fuit hoc in ualle Arbiæ apud montem apertum: ueruntamen ego habebam primo per quæſtionem quòd debebamus obtinere, & pòſt habuimus electionem fortiſſimam in eundo ad prælium. & ſciebam exitum eorum per priuatos nuncios miſſos ad illud qui erat malus immo peſſimus. Tu tamen debes conſiderare in omnibus tuis electionibus ſecundum quòd natura & eſſe uniuſcuiuſque rei uidetur poſſe pati ſic fieri, & non errabis. Oportet enim ad hoc ut electio tua perficiat quod intendis & ille cui eligis perueniat ad bonum finem rei, fac quod aptes omnia hæc quæ tibi dico, ſi potes, uidelicet primam & eius dominum: quartam quoque & eius dominum. necnon et ambo luminaria: partem quoque fortunæ: ſimiliter & dominos dominorum in quibus fuerint, & domum ſignificantem rem pro qua eligis, atque ipſius dominum & Planetam cui primo iungeretur Luna poſt electionem ſiue incœptionem tuam, & dominum quarti ſigni à ſigno in quo fuerit Luna: quoniam & ipſe habet participanonem in ſignificatione finis rei: & dominum etiam quarti ſigni à ſigno in quo fuerit pars fortunæ, & dominum domus in qua fuerit dominus ſigni, in quo fuerit Luna tam in omnibus ſupradictis quàm in urbium uel caſtrorum ſeu domorum ædificationibus, et ſimilibus. Quando ergo uolueris aptare aliquam electionem, utpote ſi uelis ædificare turrim uel caſtrum, uel quicquid aliud incipere uolueris, oportet quod ſis intentus circa rem & circa perſonam illius cui eligis: quoniam prima & eius dominus ſunt aptaodi pro perſona ipſius: & debes etiam aptare primam, & eius domioum & Lunam et partem fortunę ad rem quæ incipitur, ut finis eius ſit bonus. Vnde ſi fuerit incœpta res aliqua, ſiue fuerit ædificium ſiue iter, ſiue aliud, & ſignificatores illi fuerint bene diſpoſiti pro te uel pro illo cui eligis erit bonum. Si uero fuerint omnes impediti erit cootrarium. At ſi fuerint impediti dominus primæ & Luna & pars fortunæ fuerit ſalua, erit bonum pro re pro qua fit electio· ſed non pro illo cuius res fuerit· ſed tamen non erit tãta uirtus partis fortunæ, licet proſit, quòd poſſit ita defendere negotiũ quin participet cum eis in impedimento.

¶ De dirimendo aliquod ædificium.

SI áutem fuerit electio tua ut uelis dirimere aliquod ædificium, domum ſcilicet aut caſtrum, uel aliquod tale, debilitandi ſunt eius ſignificatores & ſpecialiter dominus quarti, & Plaoeta cui iungitur Luna: propterea quia ſignificat quod futurum eſt de re· & præ cæteris ſignificatoribus debilitandus eſt Mars: quoniam ipſe habet ſignificare reiterationem dirupti ædificij: & maxime in contrariũ illius qui dirimit ædificium, uel fecit illud dirimi. Si autem fuerit intentio dirimentis ut reiteretur: uel fuerit eius intentio dirimere cum leuitate atque uelocitate: uel fortè non erit ei curæ utrum reædificetur ædificium diruptum uel non: ſit Luoa ſeparata à malo, & iuncta fortunæ quæ ſit orientalis directa, uel ſit iuncta domino domus in qua ipſa fuerit à trino uel ſextili aſpectu deſcendens in circulo ſuo.

Quòd principium rei non eſt antequam res incipiatur. *Caput* VI.

SCito etiam quòd inceptio uel principium alicuius rei non poteſt eſſe antequam res illa incipiatur, nec eſt poſtquam fuerit incœpta, ſed eſt in ipſo principio rei prout tibi dicam, nō quando eſt factum principium, non quando non eſt factum: non eſt etiam quando eſt in fieri, ſed ſolummodo quando fit, ſicut quando ædificamus turrim uel domum uel quodlibet aliud ædificium cum durabilitatem quærimus & inijcimus primum lapidem & locamus ipſum locatione debita & illa talis prima locatio, poteſt dici principiū ædificij ſeu ædificationis. Quod ſi diceret aliquis, quòd fodere uel metiri foret principium ædificij, non uidetur mihi rectum, quoniam omne principium conſtituit principatum ſeu intrinſecum eſt rei quam incipere uolumus, uel intendimus: ſed extrinſecū eſt quod non eſt de ipſa: quoniam aliquando poteſt quis ædificare ſine foſſione, ut quando ædificamus in ſaxo uel ſimilibus ſed ſine primo lapide nunquā poſſumus ædificare rem quam incipere uolumus uel intendimus. Manifeſtum eſt igitur poſitionem primi lapidis & ipſum primum lapidem, eiusq; debitam locationem eſſe principium rei intrinſecum, atq; ædificij quod intendimus facere uel incipere, ipſiusq; actus ædificationis: metiri autem & fodere licet præparatoria ſint ad ædificandum, non tamen ſunt de ædificio, niſi ut congregatio lapidum & conſperſio calcinæ, atque ſimilia. nec tamen blaſphemo ſi tu poſſes aptare omnia illa. Et ſi oportuerit ædificium quod facere uoluerimus fundare ſuper lignis ſicut aliquādo accidit in pontibus et ſimilibus, ubi aliquando non poteſt principium ædificij fieri cum lapidibus, apta primum lignū quod locatur in illo fundamēto, eſt principium illius ædificij quoniam eſt de ædificio.

¶ Quando ædificatur ſine muro faciendo.

ET ſi fuerit aliud ædificium quàm muros, pono principium locationem primæ columnæ in fouea facta, illa de cauſa locatione ultimata & debita & ſimilia. Et quia uidetur quaſi quoddam impoſſibile aptare tot ſignificatores quot nominaui tibi, ſi non poteris eos aptare omnes, apta illos quos aptare potes, quia nō aptabis ita paucos ex eis, quin proſint electioni tuæ, licet non tantum quantum uelles. Nam ſi poſſes eos aptare omnes, eſſet res undique beata beabitur tamen ſecundum quantitatem ſignificatorū quos aptaueris. Vnde ſi poteris aptabis primam & eius dominum, Lunam quoque ac dominum domus in qua ipſa fuerit, & Planeta cui Luna uel dominus primæ iungitur & partem fortunæ dominumq; domus in qua ipſam inueneris, & Planetam ſignificantem rem quam facere intendis, necnon & dominum horæ. Et ſi non poteris aptare iſtos omnes, apta dominum primæ, & Lunam & Planetam ſignificantem rem illam, & dominum horæ. Si autem non poteris aptare ipſos, iterum omnes apta, Lunam et dominum horę. Quod ſi facere non poteris, conſidera ſuper qua re fit electio tua. nam ſi fuerit iter uel exitus ad uenandum & ſimilia, tunc aptabis dominum horæ potius q̄ aliquod aliud, & fac Lunam cadere ab aſcendente, ut non ſit in eo nec aſpiciat illud. Si autem fuerit aliud quàm iter, aut uenatio, apta Lunam prout quiueris, & proderit tibi in re quam facere uel incipere intenderis. Si autem diceret aliquis, quod non debemus electiones ita elōgare, ſicut dixi, cum omnes ferè uideantur uelle dicere aliud ab iſto: poſſet ei ſic reſponderi, quoniam ſapientes uoluerunt ita beare ſuas electiones, quòd eſſent undique perfectæ: & conſiderauerunt electiones quas non poſſet aliquis ſemper expectare, donec ſignificatores poſſent omnes ita, ut ipſi dixerunt aptari: ſed nos ut plurimum non habemus tempus expectandi: unde oportet quod eligamus in ſpacijs quæ habemus & committere illud boni quod poſſumus in electione noſtra.

¶ De fortificando Solem.

SIt autem tibi curæ ſemper fortificare Solem in rebus durabilibus, prout melius poteris, & maxime nobiliū & magnatum, quorū mentio ſit aliàs, etiā in alijs electionibus in quibus eum aptare potes. Veruntamen electiones prout aliàs tibi tetigi, ſunt diuerſæ, uidelicet ſecundū nobilitatē, ſecundū tempus, ſecundū ætatem, ſecundū locum, ſecundū officiū ſeu magiſtratū, ſecundū naturā & ſpeciē rei eligendæ. In his aūt quorum natiuitates ſcimus uel quorū habemus interrogationes, nō debemus debilitare aliquē ex Planetis qui habeat fortitudinē in radice natiuitatis uel interrogationis alicuius eorū.

Et dixit Hali, quòd iſta cōcordant in omni initio præter quòd in quibuſdā hominibus debemus ponere quædā ex ſequentibus, quæ nō ſunt uniuerſaliter ponenda in omnibus alijs. quoniā ſunt eis exceptata, & ſunt quaſi neceſſaria in eorū factis, prout nunc tibi dicetur.

Quomodo diuerſis perſonis aptantur diuerſi Planetæ. *Caput* VIII.

IN electionibus ad reges aptandus eſt Sol, & decima & eius dominus: nec ſunt iſta de illis quæ exequuntur. ſed ſunt de neceſſarijs & radicalibus. quoniam uelis nolis oportet te aptare iſta in factis regū, potentū, & ſimiliū, hoc eſt factis ſpectantibus ad regnū & alias dignitates laicales: eſt etiam aptandus Sol Babylonis et Romanis orientalibus: Scribis & mercatoribus aptandus eſt Mercurius: ſignificat enim ſcripturas & mētes naturaliter, & res tales propter ſuam cōuertibilitatē: et Indis, quoniā eius fortitudo eſt in terra illa. Pugilibus, becarijs, furnarijs, fabris, & ſimilibus eſt aptādus Mars, quoniam naturaliter ſignificat cōtentiones et ea quę operant per ferrū & ignem. & Romanis occidentalibus, quoniā fortitudo eius eſt in partibus illis. Religioſis ſecularibus eſt aptandus Iupiter, et mercatoribus iuſte mercari uolētibus: quoniā ſignificat ſubſtantiam & ſpecialiter bene acquiſitā & Alirachenſibus: quoniā fortitudo eius eſt in partibus Alirach. Mulieribus eſt aptanda Venus, quoniā naturaliter habet ſignificare facta mulierū: & Arabibus quoniam naturaliter habet ſignificare gentem illam, et fortitudo eius eſt in partib⁹ illis. Iudæis, agricolis, ſenibus, religioſis, inducntibus nigras ueſtes, & ſimilibus eſt aptādus Saturnus propter grauitatē ſui motus & Æthiopibus, quoniā ſignificat gentē illam.

Vnde

Vnde ſicut pluries tibi iam dictũ eſt, apta illos ſignificatores quos potes, licet nõ poſſis aptare omnes quos uolueris ad hoc ut electio noſtra poſſit augere aliquid boni & minuere aliquid mali quod poſſumus, licet non poſſumus facere quicquid uolumus. Hali uero dixit quòd in omnibus noſtris electionibus debemus conſiderare dominum aſcendentis, & Lunam, & facere ſignificatorẽ rei noſtræ fortiorẽ ex eis & laudauit hoc, quoniã ſignificat qd ſequat ex initio illo. Et dixit cum dñs aſcendẽtis fuerit fortunatus, ſcilicet iunctus cum fortunis, & fuerit debilis, ſcilicet cadẽs ab angulo uel ab aſcendẽte, & Luna fuerit fortis, ſcilicet in angulo aſcendentis uel in ſuccedẽti angulũ in undecima uel in quinta, aſpiciens aſcendẽs, & fuerit infortunata ſcilicet iuncta malis, ꝙ nõ debemus ob hoc iudicare malũ immo debemus iudicare bonũ: quia dicit ꝙ tunc Luna paucã habet participationẽ in re illa. Sed ſi dñs aſcendẽtis eſſet tunc fortis, & fortunatꝰ nõ eſſet, facienda magna uis in Luna, immo dixit ꝙ aliquãdo nos oportet eam infortunare, hoc eſt, debilitare, & fortunare dominũ aſcendentis ut in uenatione. Veruntamẽ Zael & Ahomar uidẽtur dicere, quòd Luna ſit in uenatione fortunanda: ſed ꝙ Hali dixit ꝙ Luna ſit infortunãda in uenatiõe, idiomatice locutus eſt. Nã ipſe dixit quãdo intellexit infortunãda, hoc eſt debilitãda, quoniã quilibet Planetarũ poteſt eſſe fortis et infortunatꝰ, debilis et fortunatꝰ, prout alias dicit. & ꝙ dixit, ꝙ ponit cum malis: etiam cum malis poteſt poni ſine infortunio et ſunt quidã mali cum quibus oportet nos eam ponere in uenatione aliquãdo oportet nos etiam eam debilitare, et infortunare, ſicut in inueſtigatione fugitiui, ſicut alias dicetur. Quod alij dixerunt, quòd ſit fortunanda, non intellexerunt quòd ſit fortificanda.

Qualis finis ſperatur de re quam incipimus.
Caput VIII.

Albumaſar uero dixit, q[u]òd ad hoc ut ſciamus finem electionis [n]oſtræ, oportet nos cõſiderare 5. et poſuit primũ ex eis dominũ 4. non tanq̃ præcedentẽ, ſed tanquã digniorẽ, quoniam ipſe ſignificat finẽ, & finis dignior eſt principio. Secundũ poſuit dominũ ſigni in quo fuerit Luna. Et ſi fuerit tunc Luna in Cancro, conſiderabit ipſa tunc, ſcilicet poſt dominũ 4. Et poſuit tertium Planetã cui primo iungetur Luna ad primã cõiunctionẽ quã fecerit cũ aliquo Planetarũ poſt rem incœptam. Quartũ poſuit dominũ domus ſiue ſigni in quo fuerit pars fortunæ. Quintũ poſuit 4. ſignũ à ſigno in quo fuerit tunc Luna. Et quidã uoluit ut dixit Hali quòd adderet dominus 4. à loco partis fortunæ. Sed quia nõ poſſunt de leui omnia hæc ſimul & ſemel aptari, ideo dixi tibi iſta. Et licet dominus 4. habeat naturaliter ſignificare finẽ rei quã aliquis uult incipere, ſiue iter ſit ſiue aliud, accidit aliquando ꝙ ipſe non ſignificat finẽ unde oportet te quærere alium. Verbi gratia, dominꝰ primæ ſignificat rem tanq̃ præcedẽs alios ſignificatores, & dominus quartæ reſpicit finẽ eius ſicut dixi præ omnibꝰ alijs, ſcilicet ſi aſpexerit quartã. Vnde incœptũ eſt aliquod iter, uel aliquod ędificiũ, &c. dñs 4. aſpicit 4. modo quæritur finis rei ab eo. Sed ſi nõ aſpiciat 4. quæritur à domino domus in qua fuerit Luna: qui ſi aſpexerit Lunã, ſignificat finẽ rei: ſin aũt nõ: quære tunc finem rei à Planeta cui primo iunget Luna poſt rem incœptã, ſi ipſa iungat, dico alicui aut petat cõiunctionẽ alicuius. Si aũt ipſa fuerit ſolitaria, itaꝙ nemini iungat, nec petat cõiunctionẽ alicuꝰ, quærere tunc finẽ rei à Planeta in cuius domo fuerit pars fortunæ: q[ui] ſi aſpexerit eam, erit ſignificator finis rei, ſin aũt nõ remanebit ſignificatio tunc ſup Luna & ſup dño domꝰ in qua ipſa fuerit & ipſe erit fortior eam participatione, et participabũt etiam cũ ipſo aliquali participatiõe omnes prædicti ſignificatores, & dñs primæ cũ eis ſed ipſe erit autentior omnibus ſcilicet dñs domꝰ in qua fuerit Luna. Et dixit Hali ꝙ ſi daret ſignificatio dño 4. ſigni à loco partis fortunæ, ꝙ eſſet omnibus alijs poſtponẽdꝰ. Et dixit ꝙ ſi Luna fuerit iuncta corporaliter gradu per gradũ alicui Planetæ in ſigno in quo eſt, ꝙ ipſe erit ſignificator finis rei, ſiue habeat ibi dignitatẽ ſiue non: & præponetur dño ſigni in quo eſt Luna: quare ſi ſic inueneris, cõſidera tunc participationẽ prædictorũ ſignificatorũ cũ Planeta cui iungit Luna corporalit̃ in ſigno in quo eſt gradu ꝑ gradũ, & reuertet ad dñm primæ prout Alchindi uiſum eſt, quoniã ipſe habet ſignificare quęrentẽ ſeu incipientem, & quid accidat ei à principio de re illa. Et dñs ſigni in quo ipſe fuerit habet ſignificare quid accidat ei de ipſa in medio. Et ſi ipſe fuerit in domo ſua, ſignificabit mediũ, ſicut & principiũ. Et dominus ſigni in quo fuerit ille in cuius domo fuerit dominus primæ, habet ſignificare qualis ſit finis rei, et quid inde accidat incipienti. Vnde uide quale fuerit eſſe illorum 3. & ſecundũ illud iudica de eſſe rei in quolibet prædictorũ temporũ. Sapientes aũt noſtri uoluerũt aptare tot ſignificatores, ſi fuiſſet poſſibile illud quod ipſi dixerũt, ꝙ omnia noſtra negotia perfeciſſemus ad noſtrũ uelle. Veruntamẽ nos nõ poſſumꝰ omnia ſic aptare ſicut poſſumꝰ dicere ipſa eſſe aptanda: nec habemus cõmodum ſemper expectandi tantum ꝙ poſſumus ea ſic aptarę. quia fortè toto tempore uitæ noſtræ non poſſumus facere unam ita perfectam electionẽ, cui non deeſſent aliqua ex prædictis. Oportet ergo quòd aptemus noſtras electiones prout melius poſſumus: & ſi non poſſumus habere totũ quod uolumus: habeamus tamen illud melius quod habere poſſumus, ut noſter labor non ſit fruſtratorius: quia ſicut dixit ille reuerẽdus prædeceſſor noſter Albumaſar, qui fuit melior in hac arte, quàm unquam Latini habuiſſent, qui ſtuduit Athenis, ubi ſtudiũ tunc uigebat, ut ipſe idem fatetur in quodam ſuo libro, impoſſibile eſt nobis aptare duodecim domos: quoniam mali non poſſunt remoueri à cœlo: unde oportet quòd aptemus ea quæ poſſumus aptare, & faciamus illud boni quod poſſumus. Et ſerua modum quem ſuperius dixi tibi in aptando ſignificatores illos quos aptare potes & ſic faciendo ſequeris utilitatem quam quis ex electionibus poteſt ſequi. Et dixit Hali, quòd aptatio domus finis rei, ſcilicet 4. ſit ualde neceſſaria, poſtquam aptaueris alias res radicales, ſcilicet dominum primæ, & Lunam dominum decimæ, & partem fortunæ. & dixit, quod iſta ſunt corporis incipientis. Et Planeta ſignificãs rem quam quis incipere intendit, & domus eiuſdem rei & dominus illius domus ſignificant utrã

res perficiatur: & ob hoc dixit eos eſſe aptandos.

Qualiter aptetur ſignum. Caput IX.

Dixit Hali quod debemus aptare ſignum ſignificans rem quam facere uel incipere intendimus: & quòd eius aptatio eſt, ut ſit remotum ab eo omne impedimentum: hoc eſt, ut ſit liberum ab infortunis & earum aſpectibus quadratis uel oppoſitis: nec ſit obſeſſum à duobus malis uel ab eorum radijs, ſed ſit mundum ab eis: & hoc modo ſignificabit ſignum bonum, & maius bonũ ſignificabit ſi fuerit in eo aliqua fortuna uel eius radij & eo melius, ſi aſpexerint illud à trino uel ſextili aſpectu. Et ſi plores fortunæ fuerint in eo, uel aſpexerint illud, quantumcunque plures fuerint, tanto magis augmentabitur eius ſignificatum in bono. Et dixit quòd ſi fuerit ſignum ita fortunatum, ſicut dictum eſt, quòd etiam ſi fuerit cadens ab angulo, uel fuerit obſeſſum à malis, non poterit ob hoc impediri. & ſi fuerit impeditum paruum, erit illud impedimentum ita, quòd quaſi modicum aut nihil nocebit. Sed ſi aſpexerint fortunæ illud ſignum à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, dixit quòd nõ tantum proderit, & eſt uerum. Et dixit ſi aſpexerint illud boni & mali, uel fuerint in eo ſimul & ſemel, quòd eſt commiſcenda uirtus utrorunque, atque ſecundum multitudinem fortitudinum bonorum uel malorum, iudicatur de bonitate uel malitia illius ſigni. Si autem aſpexerint uel fuerint in eo æqualiter fortunæ atque infortunæ, dicendum eſt de ipſo, ac ſi nullus eſſet bonus uel malus in eo & ſi Planeta qui aſpexerit uel qui fuerit in eo habuerit ibi aliquam dignitatem erit bonum: quoniam ſi fuerit bonus augmẽtabit bonũ, ſi fuerit malus, minuet malitiam. Et dixit quòd eſt aptandus dominus ſigni illius, ita quòd habeat ibi duas ſignificationes, unã ſcilicet ex dominio quod habet in eo: aliam ex bono loco in quo fuerit.

Qualiter aptetur Planeta. Caput X.

Aptatio. Dixit Hali quòd aptatio Planetæ eſt de quo nihil mali dicitur: & à quo remouetur omne impedimentum, ſed eſt ut ſit mundus à malis, ſcilicet ab eorum coniunctionibus atque aſpectibus. & ut ſit directus non retrogradus neque combuſtus neque cadens: nec in ſigno cadenti uel alio modo impedito, neque aliquo alio modo debilis: qui ſi fuerit ita diſpoſitus, fortificat & fortunat rem quam uolumus facere uel incipere. Atq; locum ſignificatorem rem illam & eius finem, ſi fuerit eius ſignificator, ſiue fortuna fuerit ſiue non: et in quocunq; loco fuerit & in quocunq; ſigno, ſemper erit principium illius rei beatum, medium, & finis. Et
Perfectio bonitatis. ſi fuerit mundus à malis, & ita diſpoſitus ſicut dictum eſt, & fortis & in bono loco, dicitũ eſſe in perfectione bonitatis: tamen ſi aliqua fortunarum iuuerit eum, dicitur augmentare eius perfectionem. Et ſi aſpectus illius fortunæ fuerit ante, erit iterum melius ſi uero fuerit à tergo non tantum augmentat, licet augmentet. Si autem aſpexerit eum aliqua ex infortunis, minuit ei aliquid de ipſius bonitate, & plus minuit ſi aſpexerit ante q̃ à tergo. Cumq; aptauerimus ſignum & Planetas qui habent ſignificare rem quam uolumus incipere ſicut dictũ eſt, erit electio noſtra & eius hora bona & perfecta, ſecundum quòd ſignum uel Planeta fuerint aptati. Et etiam conueniens eſt, ſi fieri poteſt, ut ſignum & Planeta à quibus accipimus ſignificationem conueniant in natura cum re quam uolumus incipere, uel ſaltem unus eorum: hoc eſt, ſi uolumus eligere rei faciendæ in aqua uel per aquam, uel in contiguitate aquæ, ut eſt ire piſcatum, nauigare, naues facere, molendina ædificare, puteos fodere, & ſimilia, quòd debemus aptare ſignum aquaticum & Planetam humidum, uel humiditatem ſignificantem. Et ſi fuerit electio in terra uel per terrã, quòd debemus aptare ſignum terreum, & Planetam qui magis conueniat ei, ſicuti eſt ire uenatum per terram, fodere foſſata, euellere lapides uel ſaxa de ſuis mineris, uel facere muros qui non uelint multum à terra eleuari, & ſimilia. Et ſi fuerit electio in rebus quæ ſpectent ad aerem, uel quæ fiant in eo, ſicuti eſt uenari aues cum auibus, ut accipitribus, falconibus, ziri, falcis, & ſimilibus: aut uelimus ædificare molendina ad uentum, uel alia ædificia multũ eleuata, quæ ad aerem ſpectent, uel ſimilia, debemus aptare ſignum aereum, & Planetam qui magis conueniat ei. Et ſi fuerit electio noſtra in rebus quæ ſpectent ad ignem uel quæ operentur per ignem uel cum igne, debemus aptare ſignum igneum, & Planetam conuenientem ei, ſicuti eſt eligere fabris uel furnarijs & ſimilibus. Et ſi fuerit res cui eligimus quam uelimus cito perfici, erit aptandum ſignum quod conueniat uelocitati & rei quam nolumus prolongari, ſcilicet mobile, ut in deſponſationibus mulierum, quia uolumus in breui celebrare nuptias & in operibus quæ uolumus ſcribere ut cito perficiatur opus inceptum & in ſeminibus & plantationibus uinearum, et in uenditione uini ad minutum. & in omnibus his quorum uelocitatem deſideramus, & quæ cito perfici uolumus. Et ſi fuerit electio ut uelimus agere rem animalium quadrupedum, oportet quòd aptetur ſignum quadrupes, ſecundum ſpeciem illius animalis, & ponamus illud domum ſignificantem animalia illa, ut ſi uelimus emere boues, uel alia animalia maiora quæ ſint ungulam findentia, uel agere rem eorum, ut domare uel caſtrare uel aliquod ſimile facere, quod ad eos pertineat facere, aptemus 12. & ponamus eam ſi poſſumus ſignum ſignificans animalia prædicta, ut ſunt Taurus, & ultima medietas Sagittarij. Et ſi uelimus agere rem animalium paruorũ debemus agere ſextam, & ponamus eam ſignum quadrupes ſignificãs animalia illa, ut ſunt canes, aues, cum quibus uenamur: & etiam alias aues, & ſimilia ſicuti Aries, Capricornus, qui habent ſignificare animalia minora findentia ungulam, et maxime in quadrupedibus minoribus findentibus ungulam, ut ſunt porci, oues, arietes, capræ atq; hirci. Et poſſumus etiam iſta eadem parua findentia ungulam attribuere 12. domui, cum agimus res eorum, præterquã in emptione eorũ: quia tunc ſignificantur per ſextã, ſicut & alia minora ſignificant etiam per 12. equi, muli & aſini prout aliàs dictũ eſt. Et ſi uelles exire uenatũ animalia findentia ungulam, ut ſunt cerui, capreoli, & ſimilia: ponendum

eſſet

eſſet aliquod ex illis ſignis findentibus ungulam in domum ſignificantem uenationẽ. Et ſi eſſet exitus ad altera animalia unguibus uel dentibus offendentia, ut ſunt leones, urſi, lupi, & ſimilia, proponendum eſſet aliquod ex ſignis in domũ uenationis quę ſignificat illa animalia ſi fieri poſſet. Sed nõ eſſent fortificãdi domini eorũ in uenatione, ſed potius debilitãdi prout infra ſuo loco dicetur. Dixit etiam Hali quoniã debemus aptare Arietem & Leonem & Sagittarium in factis regum, & magnatũ: quoniam conueniũt eis, & eſt uerum: quia illa triplicitas eſt nobilior cæteris triplicitatibus ratione actionis, ſicut ignis eſt nobilius elementum inter elementa, propter ſuam actionem, & quia Leo eſt fortior inter illa tria animalia, eſt merito præponẽdus in rebus regum, propter eorum excellentiã inter alios homines, Aries eſt ponẽdus ſecundo poſt eum, quoniam primum eſt inter ignea: ultimo uero ponendus eſt Sagittarius, quoniam ultimus in triplicitate minus fortis in caliditate, propter ſuam biformitatem. Vnde ſemper ſi facere poſſemus, eſſet ponendus aliquod illorum ſignorum aſcendẽs in factis regum, ubi conueniret eis aſcendens uel 10. ubi conueniret eis 10. Similiter debemus ponere, ſi poſſumus, in prædictis ſignis ſignificatores rerum eligendarum, dummodo non debilitentur ex hoc alia de cauſa, ut eſt dominus primæ, & Luna, & locus ſignificãs rem illam, & Planeta ſignificans eam ſimiliter. Et dixit Haly quòd domus Planetarum ſignificãt idem quod domini earum, ſicut domus Saturni quę ſignificant obſcuritatem & profunditatem, ſicut Saturnus domus Iouis quæ ſignificãt bonitatem & honeſtatẽ ſicut Iupiter. Similiter domus

Planetarũ domini et domus ſignũ.

Martis quæ ſignificãt bella & contentiones, ſicut Mars. Domus Veneris quæ ſignificãt ludos, & alacritates, ſicut Venus. Similiter domus Mercurij quę ſignificãt ſcripturam & philoſophiam, ſicut Mercurius. Domus luminarium quæ ſignificant ſublimitatem & claritatem ſicut luminaria. Iſta enim quando poſſunt fieri ſunt de augmentãtibus bonum & fortunam, ſcilicet ut ſit dominus domus ſignificantis rem, ſignificãs idem quod domus illa, uel ad minus ſit eiuſdem naturę Planeta cum ſigno. quòd ſi non poterit eſſe quòd Planeta ſit eiuſdem naturæ cum domo ſignificante rem, ſit de natura aſcendentis uel eius domini, uel ſit ſignificans idem quod alterum eorum, uel ad minus aſpiciant aſpectu laudabili. Eſt etiam in omni electione et in omni initio cauendum ſummopere, ſi fieri poteſt, quòd natura aſcendentis & eius domini non ſit cõtraria naturæ domus ſignificantis rem, nec eius domini. Eſt etiam bonum ut ſit dominus horæ de Ayz aſcen-

Ayz.

dẽtis uel ſaltem eius domini, ſi eſſe poteſt, & quotcunque de ſignificatoribus ſint de Ayz aſcendentis uel eius domini, uel de Ayz domus ſignificantis rẽ, uel eius domini tanto erit melius. Similiter eſt ſtudendum quòd ſignificator rei maſculinus, ſit in ſigno maſculino: & ſi fuerit fœmininus, ſit in ſigno fœminino. Et ſi fuerit res durabilis cuius finis non expectetur, nec uelit incipiens quòd finiatur cito: ſit aſcendẽs Taurus uel Leo uel Scorpio ſiue Aquarius: & dominus aſcendentis & Luna & dominus domus ſignificantis rem & dominus horæ, & pars fortunæ & dominus domus eius in ſignis fixis, & ſi non poterunt eſſe omnes in ſignis fixis, ſint quot ex eis eſſe poterunt: quia omnia hæc faciunt ad bene eſſe rei. Si autem fuerit res quam non uelit quis diu durare ſit aſcendẽs Aries, Cancer, Libra, aut Capricorn⁹, & eius domin⁹ in tali ſigno & Luna et domus ſignificans rem ſit ſignum mobile uel eius dominus ſi eſſe poteſt in ſigno mobili. Si uero fuerit res quam uelit quis alterari uel mutari aut reiterari, ſicut ſunt ſocietates & participationes et emptiones rerum quarum deſideramus uenditionẽ, ſicut faciunt negociatores, uel ſimilia, ſit aſcendẽs Gemini aut Virgo uel Sagittarius aut Piſcis. Eſt etiam bonum ſi poſſumus ponere cum alijs aptationibus aſcendens aliquod ex ſignis directæ aſcẽſionis: quoniam iuuant rem, & ſpecialiter in inquiſitione ueritatis quando eam uolumus inueſtigare et ſi potes ponere Lunã uel alios ſignificatores in illis ſignis quæ nominaui tibi, erit bonũ. Et fac ſimiliter quòd dominus domus in qua fuerit Luna uel exaltationis uel duarum dignitatũ minorum aſpiciat Lunã uel quemcunq; potes ex ſignificatoribus trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltẽ quadrato cum receptione: uel ſaltem aſpiciat eam uel aliquẽ ex alijs ſignificatoribus dominus termini & melius erit ſi non aſpexerit Lunam, quòd aſpiciat Solem, quàm aliquẽ ex alijs ſignificatoribus. Et ſi ille qui aſpexerit Lunam uel Solem, uel alium de ſignificatoribus ſupradictis fuerit in loco, quòd aſpiciat à domino domus uel exaltationis in qua fuerit, erit melius, & magis proderit eius aſpectus ad Lunã uel ad Solem tunc. Et ſit pars fortunæ uel eius dominus in domo ſignificante rem quã uolumus facere. uel ſit aliquis eorũ in prima uel in 10. uel in 11. et anguli ſint fixi, & ſpecialiter in rebus quas uolumus diu durare: & non ſint remoti, quoniã obſtant durabilitati eius, ſed ſi accideret q; eſſent anguli remoti, ſit dominus unius ſigni aſpiciens aliũ, ut ſi eſſet aſcendẽs Piſcis 28 gradibus, & Taurus erit ſecunda domus 3. gradibus, eſſet modo iſte angulus duorũ Planetarum, Iouis ſcilicet & Martis: Iouis per circulum directũ ſcilicet & per gradus æquales: & Martis per obliquum & per gradus aſcenſionum. Vnde ſi aſpexerint ſe inuicem Iupiter & Mars, non nocebit remotio angulorum, ſed erit aſpectus ille bonus & perficiens: & eo fortius & melius, ſi aſpexerint primã domũ uel ſaltem unus eorum & ſi aſpexerint ſe uel aſpexerint primam domũ ab angulo, ſignificabit ſi fuerit electio pro aliquo magiſtratu uel dignitate ſiue officio, de quo expectetur fama uel honor exaltationẽ & gloriam & nomen magnum & ſublimitatem. Si autem non aſpexerint ſe domini illorum ſignorum, conſiderabis tunc uirtutes amborum ſignorum, & dices quòd Mars & Iupiter ſint participes illius electionis quam feceris. Conſiderabis etiam ſtellas fixas, & uidebis ſi poteris ponere aliquam ex eis de illis, ſcilicet quæ habent ſignificare fortunam & bonum quas nominabo tibi in tractatu reuolutionum in gradu primæ domus, uel in decimę uel undecimæ, uel in gradu domus ſignificantis rem quam uoluerimus eligere, augmentabis bonum præ alijs ſignificatoribus & eo fortius & melius ſi fuerit de natura Planetæ ſignificantis rem illam.

Iterum de eodem. *Caput II.*

ITerum elargauit nobis magis habenas Albumaſar, qui cunctis alijs Aſtrologis, præter Ptolemæum & Hermetem fuit in iudicijs perſpicuus, et etiam omnibus facūdior: dixitq; quòd cum uoluerimus eligere aliquid ſiue peregrinatio ſit ſiue aliud, & inuenimus in ſigno ſignificante rem eligendam, dominum eius uel dominum exaltationis eius: fueritq; fortis, hoc eſt, liber ab impedimentis, non debemus habere aliquam ſuſpitionē de re: uel ſit ibi aliquod luminarium: et ſi ſit receptus, erit melius quàm aliter eſſe poſſit: & qualiſcunque Planeta ex fortunis fuerit in eo, erit bonū & utile: nec eſt curandum utrum habeat ibi dignitatē aut non: ſimiliter ſi fuerit ibi infortuna, libera ab impedimentis ſupradictis quę habeat in eo dignitatem. Et dixit, quòd Sol & Luna ſint recepti, dummodo nō ſit aſcendens ſignum detrimenti alicuius eorum.

Luna non ſit aſcendens.

Et dixit Alchindi Lunam non eſſe ponendam in aſcendente, quoniam ei cōtraria, ſed Solem concedebat poni in eo, quoniam non eſt ei contrarius, quoniam eſt de ipſius natura, & habet detegere res occultas & reuelare illas, ſicut aſcendens detegit & manifeſtat nobis quæ fuerunt tecta & occulta ſub orizonte, & diuidit Sol res coniunctas & ſecreta reuelat. Et dixit quòd in facto Lunæ ſententia Albumaſar eſt magis conueniens & magis conſona dictis Ptolemæi quàm ſententia Alchindi, & dixit quòd ſecundum eum Luna eſt calida et fortuna, ſicut Venus. Et Albumaſar teſtatur hoc ubi ipſe loquitur de peregrinatione. Et dixit quòd Meſſala & eius ſocij prohibuerūt Lunam poni in aſcendente in peregrinatione. Et dixit quòd Albumaſar non aſſentiebat in hoc dictis Meſſalæ. Et dixit quòd ipſi iudicabant Lunam frigidam & humidam, & aſcendens calidum, & ob hoc non conueniebant ſimul. Et dixit & eſt uerum, prout aliàs dicitur, quòd ipſa habet ſignificationem ſuper initium, & maxime ſuper initium peregrinationis: ideoq; dixerunt quòd debet poni in loco ſibi conuenienti, quòd ego credo 10. uel 11. uel 3. uel 5. licet ipſi non ſpecificaſſent locum. Et dixit, quòd dicebant illi Solem non eſſe ponendum in aſcendente, eo quòd Sol ſit infortuna in coniunctione atque præuentione. Et dixit, quòd multi diſcordabant à ſententia illorum. Et dixit Hali cum fuerit in aſcendente aliqua fortuna non impedita & proſpera, erit ualde bonum. Et dixit quòd illud quod magis commēdauit Ahomar Tiberiadis, ut ſi fortuna ſit in prima, tertia domus aſcendentis, quoniam dixit hoc feſtinare rem. Sibi autem dixit, quòd uiſum eſt quòd ſi eſſet fortuna in primo gradu aſcendente, uel parum poſt ipſum gradum aſcendentem, quòd eſſet melius & magis fortunat aſcendēs. Veruntamen quòd Ahomar dixit, non dixit alia de cauſa, niſi quòd rariſſime accidit, quòd Planeta inueniat̃ in gradu aſcendente, & ob hoc poſuit maiorem eius fortitudinem eſſe in prima tertiæ aſcendentis, quàm in alijs duabus tertijs, nec tamen negauit quin gradus aſcendens eſſet fortior alijs. Quod Hali dixit de ipſo gradu aſcendēte, dixit ad maiorem certitudinem et cautelam. Illi qui dicebant Solem non eſſe ponendū in aſcendente, erat eorum intentio, quando ipſe eſſet infortuna, & illud eſſet ſemper quando ipſe iungeretur alicui corporaliter, uel quando eſſet in oppoſitione alicuius Planetæ quinq; gradibus ante gradum oppoſitionis uel 2. poſt. Vnde ad uitandū omne ipſius impedimentum, locabant eum potius alibi quàm in aſcendēte. Hoc quòd dixit Alchindi Lunam non eſſe ponendam in aſcendente: & quod dixit ſimiliter Meſſala, fuit eorum intentio in itineribus ſeu peregrinationibus, quoniam Luna impeditur naturaliter à plenilunio in antea uſque ad coniunctionem: & etiam ante plenilunium per 15. gradus. in illis enim 15. gradibus impeditur propter oppoſitionē: ab oppoſitione in antea uſq; ad tertiā dicotomitatem impedit̃ propter ſiccitatē quæ tunc uiget in ea. Et à tertia dicotomitate uſq; ad coniunctionem Solis impedit̃ propter frigiditatē, & tunc nō eſt ponenda in aſcendente itineris, quoniā affligit corpus itinerantis. Vnde ipſi ad hoc ut uitarent omne impedimentum eius: & ne fortè aliquando electiones deciperent̃ in hoc, uitabāt ponere ipſam in aſcendente. Hoc quod dixit Hali & Albumaſar laudaſſe dictum Ptolemæi, ſcilicet quòd Luna eſſet ponenda in aſcendente, quoniam eſſet calida ſicut Venus, uerum eſt quòd Venus licet ipſa iudicetur frigida & humida, tamen habet quandam caliditatem occultam, quæ apparet in hoc quòd Venus ſignificat delectationes, alacritates, & ludos: & iſta non ſunt ſine admixtione caliditatis: ſimiliter et Luna caliditatem habet occultam, et habet etiam ſecundum quid manifeſtam: occultam habet ſicut Venus: manifeſtam habet, quoniam quando ipſa ſit in prima dicotomitate in natura humiditatis eſt: in ſecunda dicotomitate in natura caliditatis, teſte Philoſopho, & ob hoc confiſi ſunt illi qui ponebāt eam in aſcendente, conſiderantes quòd caliditas & humiditas ſint nobiliores frigiditate & ſiccitate, & magis conſonæ operationibus naturæ, uoluerunt eas plus poſſe prodeſſe quàm frigiditas & ſiccitas poſſent nocere. Vnde non faciebant uim in illo impedimento, quin ponerent eam in aſcendēte. Licet aliàs dixerim tibi, tamen adhuc reduco tibi ad memoriam, ſi tu potes aptare omnia quæ dixerunt tibi ſapientes, eſſet ultimatum bonum in electionibus tuis, quod mihi uidetur quaſi quoddam impoſſibile, ſed cum uno non poſſis aptare omnia quæ uis, apta ea quæ potes: ad minus tamen apta Lunam: & ſi non potes eam aptare, fac eam cadere ab aſcendente, & apta ſaltem dominum horæ, & erit tibi aliquod iuuamentum in re tua. Sunt etiam quædam alia quæ augent fortunam & proſperitatem et bonum, ſcilicet gradus coniunctionis & gradus præuentionis quæ fuerit ante inceptionem tuam ſiue electionem quam facere uolueris, ut ſit fortunatus & mundus à malis & eorum aſpectibus, ſi poteris hoc facere & eius dominus. Locus coniunctionis, eſt gradus in quo fuerunt coniuncti ſimul Sol & Luna. Locus uero præuentionis, eſt gradus luminaris, quod fuerit ſupra terrā in hora præuentionis et eius minuti. Et ſi fuerit unū luminare in gradu oriētali, & alterū in gradu occidentali, erit gradus præuentionis ille qui fuerit in oriēte. Dixit enim Alchindi cōiunctionē habere ſignificationem ſuper omnibus quæ fiūt inter cōiunctionē & præuentionē: & præuentionē habere ſignificationē

ſuper

ſuper omnibus quæ fiunt inter præuentionem & coniunctionem: ideoq; neceſſe eſt in omni initio, natiuitate, & in omni electione, ſi eſt poſſibile aptari. & cōſidereretur locus cōiunctionis uel præuentionis, ut ſciamus utrũ in angulo fuerit, ſiue in ſequenti, ſiue in cadēti ab angulo, & quis ſit in ipſo gradu cōiunctionis uel prçuētionis ex Planetis uel in ipſo ſigno in quo fuerit cōiunctio uel præuentio ex bonis uel malis, uel ex aſpectibus et qui ſunt qui aſpiciunt illum gradum quocunq; aſpectu, & ſimiliter dominum gradus cōiunctionis uel præuētionis, ut ſi ſit ſub radijs Solis, aut ſit in lumine ſuo. Iſta ſunt quæ ſignificāt quæ futura ſunt ſuper his quæ fiunt inter coniunctionē & præuentionem, et inter præuentionem & coniunctionē: quæ ſi fuerint ſalua, ſignificāt perfectionē rerum & earũ bonitatē. Si uero fuerint impedita, ſignificabunt earum debilitatē atq; inſtabilitatē. Eſt etiam cōſiderandum ne Luna iungat infortunis, cum ſeparata fuerit á gradu coniunctionis uel præuētionis, ſed ſit iuncta fortunis & gradus cōiunctionis uel prçuētionis, ſit cum fortunis in aliquo angulo: Luna etiā ſit uadens ad coniunctionē fortunarũ, in hora cōiunctionis uel præuentionis, ſi fieri poteſt: quoniā iſta ſignificabũt exaltationem et bonitatē rerum, et perfectionē atq; finem laudabilē. Si aũt fuerit locus cōiunctionis uel præuētionis impeditus, & Luna fuerit iuncta malis poſt ſeparationē ab aliquo illorum duorum locorum, ſignificat quòd licet initium rerum quæ factæ fuerint inter illa tempora, ſit laudabile, tamen finis erit malus: & fortior eſt coniunctio Lunæ cum Planetis, quàm ſit gradus coniunctionis uel præuentionis. Vnde ſi ipſa fuerit iuncta fortunis poſt ſeparationē ab illis locis, licet aliquis illorum locorum ſit in angulo cum infortunis, licet initium illarum rerum eſſet illaudabile, tamē finis eſſet laudabilis & bonus. Si autem fuerit locus coniunctionis uel præuētionis cum malis, ut dictum eſt, et Luna cum fuerit ſeparata ab eis fuerit iuncta malis, ſignificat principium, medium & finem illarum rerum illaudabilem & malum, niſi fuerit dominus ſigni in quo fuerit coniunctio uel prçuentio orientalis in angulo & in domo uel exaltatione uel triplicitate uel termino ſuo uel aſpexerit in domũ illam, quia ſi ſic fuerit, franget omnem malitiā aliorum: quoniam ipſe habet maiorem uirtutē in rebus quç fiunt in in ſupradictis temporibus quàm aliquis ex ſupradictis ſignificatoribus. Si uero fuerit in ſuccedenti angulum, licet fortè principium rei eſſet debile, tamen oſtendetur finis eius et erit bonus. Si autem ipſe fuerit occidentalis uel extra ſuas dignitates prædictas, uel cadens ab angulo, uel non aſpexerit domum illam, augebit malitiā aliorum, & fient res deteriores. Et ſi fuerit locus coniunctionis cadens ab angulo, erunt res quæ incœptæ fuerint in illa coniunctione uel præuentione malæ & nullſus utilitatis: omnia hæc referuntur ad intentionem Alchindi ſed eius intentio non fuit abſoluta, ſed fuit quòd ſecerim bonam electionem, & illa quæ ipſe dixerint fuerint omnia bene diſpoſita, ut ipſe dixit quòd iuuabitur electio inde, & ueniet res incœpta ad meliorem et ueIociorem finem. & ſi non fuerint bene diſpoſita quòd minuent aliquid de bono, ſed non poterunt dirimere bonum initium rei bene electæ. Et ſi electio fuerit mala, & illa fuerit malè diſpoſita, quòd augmentabitur malum, & citius eueniet. Et dixit Hali quod patenter auget bonum, eſt ut aptemus in omni electione locum domini quartę anni, ſicut dictum eſt de loco cōiunctionis uel præuētionis. Dixit tamē quòd aptatio loci coniunctionis uel præuētionis in hoc opere ſit magis propria quàm aptatio domini quartæ anni: et aptatio domini 4. eſt prior quàm aptatio domini anni mundi: dixit tamen quod poſſemus aptare omnes quod non eſſet malum. Albumaſar uero dixit, cum fuerit dominus electionis dominus ſigni Lunæ in reuolutione anni, aut dominus. aſcendentis anni fortunatus in hora electionis, et reuolutionis, ſignificabit augmentum honoris incipientis, & finem rei incœptę laudabilem. Et dixit cum non fuerit teſtatus dominus aſcendētis anni aut aliquis locorum luminariũ, neque locus medij cœli, erunt res incœptæ uiles & modicæ atq; ſubtiles. Arabari uero dixit, prout recitat Haly: cum fuerit locus coniunctionis uel præuentionis, & eorum domini in aliquo loco laudabili, erit res illa ſcilicet quæ tunc fuerit incœpta durabilis & firma. Et ſimiliter ſi natus fuerit aliquis in eadem hora, uel ordinatus ſiue alicui præpoſituræ præpoſitus, ſiue officio uel dignitati, erit res firma & durabilis. Et dixit, quòd loca illa erant laudabilia in hora incœptionis rerum. Et accipiebāt antiqui teſtimonium in aptatione rei faciendæ á dominis triplicitatis ſigni in quo erat Luna in hora coniunctionis uel præuentionis, dicentes ipſos eſſe cuſtodes rerum tam incipientis uel facientis rem, quàm rei faciendæ ſeu incipiendæ tam itinerum, quàm aliarũ rerum: qui ſi fuerint recepti in hora incœptionis, ſeu electionis, ſignificabunt bonum. ſi autem fuerint econtrario, ſignificabunt malum. Et dixerunt, quod auget bonũ, eſt, ut ſit aſcendens electionis ſignum fortunatum in reuolutione anni: ſitq; fortuna quæ fortunat illud ſignum in prima, uel decima, aut ſit in undecima uel quinta, uel ſaltem in ſecunda: aut ſit in domo quæ ſignificat rem cui eligimus, ut bene cedat inde eam uolenti facere, & ſignificatores rei quam incipimus ſint in locis concordantibus cum prædictis ſignificatoribus, ſcilicet domus triplicitatis prædictæ: & ſint fortes ſcilicet ſignificatores in hora electionis ſeu incœptionis. Et dixit Haly, quòd ex fortitudinibus Planetarum, ut ſint aſcendentes in ſeptentrionem: & eſt aliquando neceſſe ut ſit Planeta aſcendens in meridiem, & eſt ei fortitudo, ut Luna cum fuerit augens lumen, & numerum eſt fortior aſcendens in meridiem, quàm ſi eſſet tunc aſcendens in ſeptentrionem: ſitq; Luna in angulis aucta lumine, & numero in rebus quas augmentari uolumus, in rebus contrarijs ſit econtrario. Et dixit, quod ſint ſignificatores euntes ſub fortunis ſuper malos, Luna uero & ſignificator rei quæſitæ ſiue incipiendæ uel faciendæ in omni re quam uolumus propalari, ſint ſuper terram: & in omni re quam uolumus occultari, ſint Luna & ſignificatores ſub terra & dominus aſcendentis & alij ſignificatores quos poterimus, ſint orientales & Planeta ad cuius coniunctionē uadit Luna, ſit fortuna, ille certum ſignificat finem rei incœptæ & qnid ſit de ipſa futurum. Et dixit Alchindi, cum aſpexerint

ſe in-

ſe inuicem Sol & Luna aſpectu amicitiæ, ſignificat fortitudinem & bonitatem cuiuſlibet rei incœptæ: & eo fortius, ſi fuerit Luna in tertio gradu Tauri: quoniam tunc ſignificat ultimatam bonitatem rei quam incipere uel facere uolumus, etiam ſi alij ſignificatores non eſſent bene diſpoſiti, dummodo non ſint obſeſſi à duobus malis ſine receptiõe. Et

Planetæ quã do fortes. dixit Meſſali, quòd Planetæ dicunt eſſe fortes cum fuerint occidentales à Luna, ſicut ſunt cum fuerint orientales à Sole: quoniam Luna dominatur in nocte ſicut Sol dominatur in die. Atabari autem dixit, cum non potuerimus aptare Lunam & aſcendens aptemus alterũ eorum: ſi enim fuerit electio diurna, aptemus aſcendens & maxime ſi Luna fuerit ſub terra. ſi autem fuerit electio nocturna, aptemus Lunam, & maxime ſi ipſa fuerit ſuper terram. Et dixit, quod ſi potuerimus differre noſtram electionem à die in noctem, uel à nocte in diem, conſiderandum eſt quod eorum ſit melius aptare, ſcilicet Lunam aut aſcendens, & facere ex eis quod melius nobis uidebitur. Et dixit Haly eſſe Lunæ in die ſub terra, et in nocte ſupra terram, eſt bonum et augens fortitudinem aſcendentis. Et ſi neceſſe fuerit nobis eligere alicui, nec poterimus aptare Lunã, ponamus Iouem aut Venerem in prima, uel in decima, iſti enim aptabunt rem aptatione magna. Et dixit quidam, quòd facient eum diu durare. Haly tamen dixit, quòd aptatio Lunę præferẽda eſt in omnibus rebus quas diu durare uolumus, ut ſunt ædificationes tam urbium quàm domorum, & celebratio nuptiarum, & ſimilia. Cumq́ fuerit Luna debilis, remouenda eſt ab angulis, & ſi non poterimus eam remouere ab angulis, non aſpiciat aſcendens, nec eius dominum, nec domum rei eligendæ, nec eius dominum, nec etiam Planetam qui ſignificat rem eligendam. Et ſi non poterit remoueri ab omnibus aſpectibus ſupradictis, remoueatur ſaltem ab illis à quibus remoueri poterit. Et dixit Alchindi, ſi non poterimus aptare omnes ſignificatores, & poterimus aptare Lunam, erit bonum. Veruntamen nõ promittit nobis quin res illa deſtruatur. Vnde ſi poteſt aptari dominus domus ſignificantis rem quam uolumus facere uel incipere, eſt melius propter rem ut duret uel ueniat ad finem quem uolumus: & reputabitur minus onus aſtrologo, quàm ſi aptauerat Lunam & dominum primæ quæ habent ſignificare perſonam quærentis uel incipientis: ſed ad cõſeruationem perſonæ quærentis uel incipientis, aptandi ſunt dominus primæ & Luna: tamen homines non conſiderant quid accidat niſi de re, & eius euentum proſpiciunt, de ſtatu perſonæ non curantes. Si autem fuerit Luna tarda curſu, ſcilicet curſui Saturni ſimilis, hoc eſt, quòd uadat minus 12. gradibus in die uno, ſignificat difficultatem & tarditatem immò ſi fuerit ædificium illud quod facere intendimus, uel quod debeat incipere, uel intendat incipiens eleuare ſupra terram, et fuerit Luna tarda curſu, & alij ſignificatores fuerint ſub terra, nunquam eleuabitur illud ædificiũ: & ſi eleuatum fuerit, eueniet tardiſſime: ſed non eleuabitur in tota illa ætate in qua inceptum fuerit. Et ſi non poteris fortunare Lunam, ſicut uolueris in re tua, & fuerit aliquis qui infortunet eam, nec poteris illud impedimentum euitare, pone illum qui impedit eam dominum primę, quia prima non impedit ſemetipſam nec Lunam in detrimentũ ſui: & ſi poteris eum ponere in prima erit melius, & ſit ipſe liber ab impedimentis quæ aliàs dicuntur. Et ſi nõ poteris eum ponere in prima, pone ipſum in aliquo alio loco laudabili, ut in decima uel undecima uel quinta: et ſi eſſet poſſibile quòd ipſe reciperet Lunam, frangeretur tota ſua malitia penitus. eſſe enim Lunæ laudabile, & aliorũ ſignificatorũ augent bonum, & diminuunt malum. & eſſe eorum malum augent malum, & diminuunt bonum. Et caue à coniunctione malorum cum Luna uel cum alijs ſignificatoribus, uel eorũ quarto aſpectu, uel oppoſitione ſine receptione, & ipſi non ſint impediti: à trino enim uel ſextili aſpectu nõ ita nocent, dummodo ſint aliàs liberi, immo quãdo recipiuntur à trino uel ſextili aſpectu, & ipſi liberi efficiuntur fortunæ. Et ſemper pone ſignificatores quàm fortiores potes, & caue eos & Lunã ab impedimentis malorum prout melius ſciueris: & ut nõ ſint mali in locis à quibus ſignificantur res quas facere uel incipere intendimus nec aſpiciãt illa à quarto aſpectu uel ab oppoſitione. Et dixit Haly, caue ab eclipſi, & maxime ſi fuerit eclipſis in ſigno in quo fuerat luminare in hora natiuitatis illius cui eligimus. Et dixit, nec ſit Luna ſub radijs, & omnino remouenda eſt ab omni impedimẽto: nec ſit ſignificator iunctus Soli, nec ipſe illi. & eſſet cauendum à quarto aſpectu Solis, & eius oppoſitione: ſed tamen ſi fuerit inter eos receptio, erit leuius modicum. Et dixit, quod ſemper oppoſitio dat iurgia & contrarietates: & non ſint mali in angulis et proprie in aſcendente uel in decima: et maxime ſi fuerint mali domini domorum ſignificantium malum, & eſt ſexta & octaua atq́ duodecima: quoniam tunc ſignificabũt illud quod ſignificabunt domus eorum. Et dixit, quod nõ ſit aſcendens ſignum in quo dominus eius ſit ingreſſurus combuſtionem in anno illo: nec ſit aſcendens ſignum quod fuerit impeditum in reuolutione eiuſdem anni: nec ſit Luna curſu tarda in aliqua re quam uolumus cito fieri, quoniam poſtponit eam & tardat, niſi ſint ſignificatores plures.

Et dixit, quòd remoueantur ſigna mobilia in omni re cuius ſtabilitatem & durabilitatem uolumus: & eodem modo ſigna fixa in omni re quam uolumus cito tranſire. Communia uero ab omni quod uolueris fieri ſicut ipſa res expent: hæc enim reddũt quicquid in eis eſt difficile. Et dixit, caue ne ſit aliqua ex ſtellis fixis quæ ſunt ex natura malorum in ipſo gradu aſcendente, uel medij cœli, aut domus rei eligendæ, & in hoc inueni concordare omnes ſapientes, qui fecerunt mentionem de ipſis: quoniam ſunt malicioſę, quarum una eſt in 14. gradu Arietis & altera in 15. gradu eiuſdem: una eſt in 10. Tauri & altera in 20. una eſt in 18. gradu Geminorum: una ex eis eſt in 8. gradu Cãcri, altera in 18. una eſt in 16. gradu Leonis: una eſt in 8. gradu Virginis, altera in 16. una eſt in 26. gradu Libræ: una eſt in 7. gradu Scorpionis: in 9. gradu eiuſdem ſunt duæ: una eſt in Sagittario in 20. gradu, altera eſt in 22. una eſt in Capricorno in 28. gradu, altera in altero: una eſt in 10. gradu Aquarij: altera eſt in 5. gradu Piſciũ. Ego bene laudo quòd tu facias omnia quæ ipſe dixit tibi fore facienda: & quòd tu uites omnia quæ ipſe

dixit

dixit tibi fore uitanda, ſi fieri poteſt: mihi tamen uidetur quòd uix aut nunq̃ poſſent ſic fieri. Tu tamẽ ſicut alias tibi dixi facito illud boni quod facere potes, & uita illud mali quod uitare potes: quoniã nõ erit ita parum quin proſit, licet non tantum quantum ſuſcipiens uelit. Et dixit Alchindi, quòd malum eſt ut anguli ſint remoti. Haly uero laudauit ꝙ anguli ſint remoti. ſed intentio Alchindi fuit cum illa remotio fuerit recedendo ab angulis: hoc eſt, ut ſi unum ſignũ eſſet nona domus, uel eſſet duodecima domus, uel tertia, uel ſexta. & illud idem ſignũ quod eſſet nona domus eſſet decima domus: uel qđ eſſet duodecima domus, eſſet prima: uel quod eſſet tertia domus, eſſet quarta uel quod eſſet ſexta domus, eſſet ſeptima, illa remotio eſſet mala, quoniã remoueretur uerſus cadentia. Alij uero intellexerunt de illa remotione quæ fit ad angulos: hoc eſt, ſi unum ſignũ eſſet decima domus, & illud idẽ eſſet undecima uel eſſet prima domus & eſſet ſecũda, uel eſſet quarta, & eſſet quinta. uel eſſet ſeptima & eſſet octaua, illa remotio nõ eſſet mala: quoniam fit uerſus angulos eundo ad ipſos, & iſtã remotionem laudauit Haly in rebus quarũ durabilitatẽ deſideramus. Et dixit Haly, cauendũ eſſe ne dñs aſcendentis uel dñs domus ſignificantis rem quam eligimus, uel etiam Planeta, ſignificans ipſam rem, uel dominus ſigni in quo fuerit Luna, uel Planeta cui ipſa iungitur, ſi alicui iungitur, ſit in ſecunda à Sole ſcilicet, ut cum fuerint occidentales, nõ ſint ita prope eum quòd cadant in ſecunda domo ab ipſo, niſi fuerit Venus uel Mercurius, quoniã illi nõ habent talem prærogatiuã ꝙ poſſint multũ elongari ab eo: quoniam illud ſignificat utilitatem & tarditatem & immundiciam rei. Tres uero ſuperiores cum fuerint longe à Sole per duo ſigna integra, & ipſi occidentales uſq; ad cõplementum tertij ſigni, dicuntur eſſe in ſenio quod eſt eis quoddam impedimentum in electionibus: & maxime in rebus quas intendimus cito perficere: quoniam tardant rem, ſed non prohibent eam quin fiat: licet nõ ita uelociter. Et dixit Haly, ꝙ ſi fuerit nobis neceſſe eligere aliqđ, & habuerim⁹ aliquã ex horis laudabilib⁹, ꝙ nõ nocet nocumẽto magno: ſi Luna ſit tunc iũcta Marti uel Saturno, dũmodo res illa quã uolum⁹ eligere ſit de reb⁹ quæ ſignificantᷣ p fortunas: ut ſi fuerit dignitas laicalis, uel magiſtrat⁹, uel ſimilia quę ſignificantᷣ à Sole, uel fuerit pro ſubſtãtia uel accumulatione pecuniæ quæ ſignificantur à Ioue, uel fuerint facta muliebria, & ludi uel alia quæ ſignificantur à Venere, uel ſcripturæ uel mercationes uel merces quæ ſignificantur à Mercurio & ſimilia: quoniã nõn poſſunt illi mali impedire rem quin fiat & perficiatᷣ, licet immiſceant aliquid de ſuis malitijs, quas habent naturaliter ſignificare: & maxime impediẽt modicum cum fuerint recepti aut nihil: quoniam tunc efficiuntur parum malitioſi quantũ eſt ex hoc. Cum uero fuerint ſylueſtres & horribiles non recepti, impedient plus: tamen non poterunt auertere rem quin fiat. Si aũt fuerit res quam eligere uolumus de rebus quas uolumus occultari, & Sol aſpexerit aſcendens uel eius dñm, & fuerit Sol boni eſſe, & Luna aſpexerit Mercurium, & aſpexerint ſe inuicem cum Sole aſpectu laudabili, non celabitur res illa nec occultabitur, ſed propalabitur. Et ſi incœperit tunc fugam aliquis, capietur. Et ſi fuerit aſpectus Solis ad aſcendens uel eius dominum uel Lunam malus, quartus ſcilicet uel oppoſitus, detegetᷣ res illa detectione uili & reprehenſibili. Et ſi fuerint ſignificatores rei ſuper terram, detegetur etiam res: & fortius ſi fuerint in medio cœli. Cum fuerit aſcendentis uel Luna ſub radijs Solis, aut fuerint Sol & Luna cadentes ab aſcendente, & non aſpicientia ſe inuicẽ, aut fuerint Luna & ſignificatores rei quam eligimus ſub terra, & maxime in quarta, ſignificat ꝙ res illa celabitur & non detegetur. Et ſi fuerit dominus aſcendentis Mars uel Saturnus, uel aliquis alius infortunatus Planeta, ſequetur occultans ex illa occultatione malum, & cõtrarium ſibi & eo fortius ſi luminaria fuerint impedita: ſi uerǫ fuerint lumina libera, non nocebit ei illud malum. Et dixit etiam Haly, ꝙ omnia quæ dicta ſunt ex laudabilibus & illaudabilibus, non ſunt conſideranda niſi poſt aptationem radicum ſuperius nominatarũ. Et dixit, cum fortunæ dominantur in prædictis radicibus non eſt conſiderandum de his quæ ſunt prætaxata, etiã ſi fuerint mala. Et dixit, cum fortunæ fuerint fortes, & fuerint dominantes in electione, non debemus aſpicere, niſi ea quæ uiderimus fore laudanda. Et dixit cum fuerint laudabilia, multiplicabitur fortunium & bonũ. Si uero radices fuerint malæ, ea quæ ſequuntur licet ſint laudabilia nõ mutãt nec auferunt malitiam illam, ſed augent malũ propter ſui malignitatem. Et dixit, ꝙ ſi fuerit nobis neceſſe incipere aliquid, & mali præfuerint illi inceptioni, aptanda ſunt ſubſequẽtia: quoniã minuunt ex malo aliquid, licet non tollant illud ex toto. Et dixit ꝙ cauendum eſt, ne ſequentia ſint mala, ut ſi aliquis quæreret ab Aſtrologo, ut eligeret ſibi bonam horam ad aliquid faciendum: uel fuerit res quã non uult patefacere Aſtrologo, nunc eſt Aſtrologus in dubio de hoc quod ille uult incipere, ex quo nõ patefecit ſibi ſuam intentionem, nec eſt ob hoc certus Aſtrologus quis Planeta uel quod ſignum ſignificet rem de qua ille intendit. Vnde debet aptare tunc aſcendens & eius dominum ambo luminaria & quartam & eius dominum, ut cuſtodiatur corpus & anima incipiẽtis & finis rei, ſiue compleatur res illa quam ille intendit facere ſiue non. Et dixit quòd in omnibus talibus eſt incipiendum in horis in quibus dominatur Iupiter aut Venus aut Sol: quoniã ſeruãdo iſtud aptabitur omnis res qualiſcunq; ipſa fuerit. Et dixit, ꝙ ſi ſciuerimus natiuitatem quærentis, ſeu incipientis, uel habuerimus eius interrogationem, & oportuerit nos debilitare aliquem ex ſignificatoribus, debilitemus ſeptimã natiuitatis uel quæſtionis, uel eius dñm, ſicut fit quando uolumus exire bellare ſeu uenari in quibus debilitatᷣ domus ſeptima & ſimilia. Si autem neſciuerimus natiuitatem, nec habuerimus interrogationem, aptabimus quæ dicta ſunt aptanda, ſcilicet aſcẽdens electionis & eius dominum & Lunam, &c. & debilitabimus ſeptimam electionis, & eius dominũ, &c. ut dictum eſt alias. Et aptare nos oportet Planetam, & ſignũ, & horam ſignificantem ſexum eius perſonæ cui eligimus: ſicut mulieribus Venerem, ut dictum eſt ſuperius in earundem factis, & debemus aptare eius ſignum fœmininum ſi poſſumus, & facere earum facta in horis fœmininis & nocturnis. In factis ui-

rorum debemus aptare ſigna maſculina, & facere ipſorum facta ſimiliter, ſi poſſumus in horis maſculinis & diurnis: & etiam eſt aptandũ ſignum ſignificans gentem, & Planeta ſimiliter ſignificans gentem eſt aptandus, ut tibi dixi. Et eſt aptandus Planeta qui ſignificat regionem ſeu prouinciam ſiue ciuitatem illam cui eligis, quod eſt res ualde grauis ad ſciendum quis Planeta dominetur illi ciuitati ſeu terræ nec poteris hoc ſcire niſi per coniecturationẽ, niſi forte tu habes horã constructionis terræ illius, quod rariſſime poſſet contingere, per quæſtionem autem poſſes leuius habere ſignificationẽ eius. Sed ſi non habueris horam conſtructionis, uel quæſtionem: conſidera mores hominum illius terræ & eorum uitam, & conſidera quid accidere conſueuerit eis in magnis & arduis negoijs de uictorijs atque contrarijs. & ſecundum quód uideris Planetas dominari in illis accidentibus, ſiue bona fuerint ſiue mala, ſecundum illud poteris perpendere ſignificatorem eius ex Planetis. Conſiderabis etiam mores illorum ciuium. quales ſint: qui ſi fuerint boni & honeſti, & fuerint homines boni uictus, & libenter lucrantes ex honeſtis lucris, uel ſaltẽ ex non turpibus: & qui libenter expendant & honorifice uiuant, licet forte ſuperabundauerit in eis luxuria: tamen ſignum eſt ꝙ Iupiter ſit eorum ſignificator: unde potes eum aptare in eorum electionibus ex quo quæſtionem non habueris. Quæſtio tamen res leuis eſt, & leuiter habes per eam ſignificatorem ciuitatis, & ciuium eius: dũmodo ſit facta per illũ cuius interſit ſicut per rectorem uel procuratorem ad hoc conſtitutum, & ſimilia. Si aũt fuerint auari, fures, miſeri, eorum mores diſſimiles ab alijs, undecunqꝫ lucrari ſtudioſi, non conſiderantes utrum ex licito uel illicito, ſignum eſt ꝙ Saturnus ſit eorum ſignificator. Si aũt fuerint homines põpoſi, dominari affectantes, & deſiderantes laudari, bonæ tamen uitæ atque laudabilis, & cõuenientium expenſarũ, ſignum eſt ꝙ Sol ſit eorum ſignificator. Si autẽ fuerint homines bellicoſi prędones, contentioſi, & animati, malefactores, furioſi, ſuperbi, undecunqꝫ lucrantes & per phas & nephas ſurripientes & tenaces, expendere uitantes, & moribus & uitijs turpibus utentes: ſignum eſt ꝙ Mars ſit eorum ſignificator. Si uero fuerint homines ingenioſi, ſapiẽtes, literati, in ſcientijs profundi: bonarum expenſarum, bonorum morum, non inuidi, nõ auari, mercatores mediocrium mercationum, pecuniam ſpernentes, non intenti lucro, ſignum eſt ꝙ Mercurius ſit eorum ſignificator. Si autem fuerint homines ſolatij, ludi & tripudij, comeſtionis, potationis, muſicorum inſtrumentorum utentibus, & quolibet genere ſolatij auaritiam ſpernentes, ſignum eſt ꝙ Venus ſit eorum ſignificatrix. Si autem fuerint infideles, mutabiles, uagi, inſtabiles, modo hoc, modo illud uolentes, & minutis mercationibus utentes. ſignum eſt ꝙ Luna ſit eorũ ſignificatrix. Poſſumus etiam Planetã quemlibet aptare ad res diuerſas: nam poſſumus aptare Saturnum ad prædicta: & poſſumus etiam eum aptare uolentibus tingere in colore nigro: quoniam naturaliter ipſe ſignificat nigredinem, & eſt ponendus ut aſpiciat primam & eius dominum aſpectu laudabili, & etiã Luna ſit in aſpectu amicitiæ cum eo, uel ſaltem dominus domus in qua ipſa fuerit, uel ſit ipſa in domo Saturni non cadens ab aſcendente uel à decima: melius tamẽ eſt quód ipſa aſpiciat Saturnum bono aſpectu. Similiter poſſumus aptare Iouem ad prædicta, & plura alia, & ſpecialiter uolentibus tingere in colore citrino: quoniam ipſe naturaliter ſignificat illam, & eſt ponendus ut dictum eſt de Saturno. Poſſumus etiam aptare Martem ad prædicta & ad plura alia, & ſpecialiter uolentibus tingere in colore rubeo: quoniam ipſe naturaliter habet ſignificare illum colorem, & eſt aptandus, ut dictum eſt de Ioue. Poteſt etiam Mars aptari ſeruis propter ſuam falſitatem: quoniam ſerui ut multum utuntur ea. Poſſumus adhuc aptare Solem ad ſupradicta & ad quædam alia, & ſpecialiter tinctoribus uolentibus tingere in colore cõmixto, qui participet commixtionem multorum & diuerſorũ colorum. Poſſumus ſimiliter aptare Venerẽ ad omnia prædicta & ad plura alia, & ſpecialiter uolentibus aliquid dealbare: quoniam ipſa naturaliter habet ſignificare albedinẽ. Poſſumus equidem aptare Mercurium ad omnia ſuperius nominata & ad quædã alia ſimiliter, & ſpecialiter uolentibus tingere colore qui eſt quaſi indicus, ſiue purpureus, ſiue ſemipurpureus, & ad omnes alios colores cõmixtos & uariatos componendum. Poſſumus ſimiliter aptare Lunam ad omnia iam ſuperius dicta, & quædã alia plurima & ſpecialiter ad uolentes tingere in colore glauco, ſiue zallo. ſimiliter ad omnes colores paucæ durabilitatis. Et ſicut unus Planeta poteſt adaptari ad plura & diuerſa: ſic & una domus poteſt aptari ad plura & diuerſa. & plures domus quandoqꝫ poſſunt aptari ad unam & eandem rem, ſicut ſecunda domus aptari ad ſubſtantiam & ſexta ſimiliter aptatur ad ſubſtantiam. quoniam ſignificat ſeruos qui ſunt de ſubſtãtia, & animalia minora quæ ſunt de ſubſtantia, & duodecima ſignificat ſimiliter animalia maiora quæ ſunt de ſubſtantia: & ita intellige de omnibus domibus, ſicut dictum eſt in tractatu duodecim domorum. Et etiam plures Planetæ poſſunt aptari ad unam rem, ut uelimus eligere ſeruo uel ſclauoni empto: quoniam & ipſe inter ſeruos computatur: poſſumus cuilibet eorum aptare Martem aut Saturnum quia uterqꝫ illorum falſidicus eſt. Similiter poſſumus aptare Venerem ad omnia, & etiam adaptationem indumentorũ & aliorũ ornamentorũ muliebrium. Si autem fuerit uexillũ uel aliud indumentum quod pertineat ad bellum, ut eſt zupa gaiſeria, uel ſimilia, erit aptandus Mars dominus primę, & Luna & eius dominus. Et ſi fuerit aliud indumentum, aptabimus primam & eius dominum, Lunam quoqꝫ, & quot ex illis Planetis poterimus & ponemus Solem in decima, prout in ſuo ſpeciali capitulo dicetur, cum de indutione nouarum ueſtium tractabitur.

Ex moribus & quæſtione Planetas diſcere.

De debilitatione Planetarum.

Caput XII.

Sicut enim aptandi ſunt aliquando Planetæ, ita ſunt aliquando aliqui eorum debilitandi, ſicut ſuperius memini me tetigiſſe, prout in re quã facere uolumus eſt neceſſariũ debilitare. Nam ſi uoluerimus exire contra hoſtes, oportet debilitare ſeptimam, & eius dominum prout plus poſſumus & fortificare dominum primæ, &c. Si autem uoluerimus exire uenatum, oportet nos debilitare

Debilitandi Planetæ.

ſeptimam

& eius dominum: & oportet nos debilitare Lunā, ſed non infortunare, niſi forte infortunaret eam dominus primæ uel dominus ſextæ: quia habet ſignificare in ſupradicta ſeu animalia cum quibus uenamur: bene tamen ſunt quidam qui dicunt quòd eſt infortunanda. Si quidem uolumus ſequi latronem ſeu alium fugitiuū, oportet nos debilitare Lunam, & etiam infortunare: & maxime ſi poterimus facere quòd dominus primæ ſit ille qui infortunet eam: quoniam tunc ſignificat quòd non euadet à manibus perſequentis eum. Debilitatur aliquando Luna, ſed non eſt tunc infortunanda quando damus pharmaca: quoniā eſt ponenda tunc in Scorpione, ut humores diſcurrant per omnes partes in quib⁹ pharmacia eſt apta exercere uires ſuas, & qd' ad eam pertinet: & oportet quòd caueamus tunc ab infortunis, à Marte ſcilicet & Saturno: Saturnus enim poſſet conſtipare medicinam. Mars poſſet in tantum acuere quòd duceret uſq; emiſſionem ſanguinis: & forte quòd uulneraret inteſtina & poſſet exinde diſynteria generari quę poſſit eſſe cauſa necis illius qui pharmaciam aſſumpſit: & ſic nō debet infortunari Luna in his, ſed ſolum debilitari, & dominus primæ fortunari & fortificari, & in hoc uidentur conſentire noſtri ſapientes antiqui.

De particularibus ad electiones ſpectantibus.
Caput XIII.

POſtquàm facta eſt in his quæ præceſſerunt uniuerſalis mentio de factis ad electiones uniuerſales ſpectantibus, conueniens uidetur fore ad particulares deſcendendum, ut quæ uniuerſaliter dicta ſunt particularia, melius innoteſcā: nec etiam eſt nobis neceſſe in particularibus reducere ad memoriam iam, quę dicuntur in uniuerſalibus: prolongaretur enim opus nimiū & tædium legentibus generaret: ſed ſolum quæ de facto ſiue cuiuſlibet capitulo ſubiungere. Nec tamen poterit ita ſicco pede tranſiri, quin aliquando aliquid de prædictis tangatur: tamen ego incedam quàm leuiori uia potero. nec implicabo me dicere omnia quæ poſſent à ſapientibus in electionibus intueri: licet quidam dicant quòd Indi ſemper uitabant in omni re horas combuſtas: ego tamen laudo ſi quis omnia conuenientia poſſet aptare: ſed ſicut tibi alias memini me dixiſſe, quoddam impoſſibile uidetur omnia poſſe aptare, & ſi uelimus omnia ſic ad unguem inſpicere, tot fierent horæ timidæ quòd rariſſimas & paucas faceremus electiones, tu tamen ſequere ea quæ tibi dixi.

¶ De horis diminutionis.

ET uitabant Ægyptij quaſdam horas quorundā dierum cuiuſlibet menſis, quæ appellantur dies & horæ diminutionis, quas ſi quis poſſet ſeruare, bonum eſſet: ſed ſi non poſſent ſeruari, non eſt res ita periculoſa, ſicut aliqui quando crediderunt: & ego faciam tibi ex eis tabulam, ut poſſis ſcire quæ ſint, ſi eas uolueris euitare: nec mireris ſi non ſit hic mentio de multis quę uidentur conuenire huic operi, ſcilicet electionum, ſcilicet de ſexu figura, & de ipſorum ordinatione, de ipſorum aſcenſu uel occaſu, & ſimilibus: quoniam omnia hæc ſi bene meminiſti, dicta ſunt alias: hic enim non dicuntur niſi ſolum exceptæ utilitates, ſicut in antidotarijs philoſophorum dicuntur exceptæ utilitates ſuorū librorū.

Quæ ſunt conſideranda in principijs electionum illorum quorum ſcimus natiuitates. Cap. XIIII.

IN electionibus ſupradictis, dicta ſunt ea quæ debent uniuerſaliter conſiderari uidendum eſt deinceps ea quæ in particularib⁹ primo & principalius ſunt uidenda. Et dixerunt antiqui, quòd principaliter ſunt tria in electionibus, quorum primum eſſe dixerunt, ut conſideretur quis Planetarū ſit fortior in radice natiuitatis uel quæſtionis, & ꝙ ipſe ſit ponendus in angulis uel in eorum ſuccedentibus, ſi fieri poteſt: & quòd ſit liber à malis & ab alijs impedimentis, & ſit fortis & fortunatus, & ſit ſuper terram iunctus fortunis: & ſi fuerit ipſe fortuna, erit melius: ſed ſi fuerit malus remoueatur ab angulo, quoniam exaſperaretur in ſuis operationib⁹, ita ꝙ poſſet impedire rem ut non fieret, & uideretur quòd idem citius eſſet deſtructionis cauſa: nec ponatur in cadenti, quoniam non foret eius uirtus ita fortis, ꝙ poſſit eam perficere, & ſic erit ponendus in ſuccedenti, & ſic erit eius uirtus & potentia conueniens rei noſtræ. Et eſt aptandus dominus ſigni in quo fuit pars fortunæ in hora natiuitatis uel quæſtionis: ſimiliter etiam dominus reuolutionis natiuitatis uel quæſtionis, ſi fieri poteſt: & pars fortunæ anni reuolutionis & eius dominus & dominus ſecundi ſigni ab aſcendente ipſius reuolutionis, & dominus horæ electionis qui à quibuſdam dicitur dominus orbis. Secundum eſt, ut ſit aſcendens electionis & eius decima liberum ab infortunis, & eorum prohibitis aſpectibus, & laudatur ut ſit in eo aliqua fortuna, uel aſpiciat illud à trino uel ſextili aſpectu, & laudatur etiam ut ſit aſcendens electionis, primum radicis natiuitatis uel quæſtionis uel eius decima, uel ſaltem eius undecima, ſi fuerit liberum tunc, & fuerit liberum in natiuitate uel quæſtione, & maius impedimentum eſt ſi non fuerit liberum in electione quàm in natiuitate. Quod ſi non poteſt ſic fieri, ponendum erit aſcendens electionis ſignum in quo erat pars fortunæ in natiuitate uel quæſtione, uel ſecundum ab aſcendente natiuitatis uel quæſtionis dummodo ſit liberū. Quod ſi aliquod iſtorum non poterit fieri, ſicut pluries accidit, apta aſcendens electionis prout melius quiueris, & alia quæ tibi dixi. Et ſi non potes aptare quæuis, apta quæ potes, ad hoc ut electio tua ualeat illi cui eligis. Poſſes eligere etiam alio modo, qui non eſſet reprobandus, ſcilicet quòd poneres aſcendens electionis ſignum quod ſignificauit rem pro qua eligis in natiuitate uel quæſtione, dummodo eſſet liberum à malis & eorum aſpectibus, niſi ille malus impediens eſſet dominus ſigni aſcendentis natiuitatis uel quæſtionis, quoniam tunc non impedit ſemetipſum. Et cauendum eſt præ omnibus alijs uitabilibus, ne ſit aſcendens electionis ſexta uel octaua uel duodecima natiuitatis uel quæſtionis. Et ſi potes ponere aſcendens electionis, aliquādo ex bonis locis qui fuerunt in natiuitate uel quæſtione, erit bonum: & ſi potes, apta etiam locum partis fortunæ natiuitatis uel quæſtionis in electione tua & ei⁹ dominum: & ſignum profectionis & eius dominum, quę ſi aptare cuncta non poteris, eſto memor eius quod tibi iam pluries dixi, apta ea quæ potes: & quicquid de alijs fiat, apta aſcendens & eius dominum & Lunam & dominum aſcendentis ele- Alius modus electionis.

ctionis,& Planetam ſignificantem rem pro qua eligir,& fac eos fortes,prout plus poteris,& pone eos in aſpectu fortunarũ.Et ſi non poteris ponere omnes in aſpectu fortunarum,pone ſaltem dominum aſcendentis & Lunam & Planetam ſignificantem rem,quoniam iſta remouebunt omnem maliciam ab electione tua.Et ſi poteris ponere Planetã ſignificantem rem cui eligis in aſcẽdente natiuitatis,fiet res tua leuiter,& non cum magno labore.Et ſi fuerint fortunæ quæ aſpexerint prædictos ſignificatores fortes,& liberæ á malis,& ab alijs impedimentis, perueniet res pro qua eligis ad omnem finem quem tu uolueris.Si autem fuerit dominus natiuitatis uel electionis,uel quæſtionis in domo ſignificãte rem cui eligis,& ſit liber,uel aſpexerit domum illam á trino uel ſextili aſpectu,fiet res,ſed cum difficultate atq; inſtantia & labore.Si autem fuerit impeditus impedier rem & uix aut nuuquam permittet eam perfici. Et ſi aſpexerint ſe dominus rei cui eligitur cum domino aſcendentis electionis,uel natiuitatis uel quæſtionis uel reuolutionis aſpectu trino uel ſextili, & ipſi liberi nec impediti,ſignificat quòd res perueniat ad finem laudabilem. Tertium uero eſt,ut uideatur utrum aliquis cuius natiuitas patet uel cuiur habemus quæſtionẽ,uelit incipere aliquid unde ſperet bonum,ut ſunt magna itinera,magnæ negociationer,uel etiam magna ædificia, uel aliquod tale opus,quod reputetur magnũ: eſt enim tunc uidendum per natiuitatem ſuam ſeu quæſtionem uniuerſalem,uel quæ ad tempus facta fuerit,ſignificetur in illo anno in quo ipſe uult facere rem illam,aliquod ſiniſtrum,uel aliquod horribile,quod timendum ſit:tunc enim eſt prohibendum ſibi ut non incipiat opus illud donec tranſeat diſpoſitio illius Planetæ qui uidetur ei tunc minari malum.Quod ſi differri non poterit, ponatur dominus aſcendentis electionis fortunatus & fortis, & Luna & dominus domus ſignificantis rem illã: & ponatur Planeta qui minatur horribile illud debilis,nec aſpiciat aſcendens nec domum ſignificantem nec eorum dominos nec Lunam.Et ſi hæc omnia uitare nequiueris,uita ſaltem quòd nõ aſpiciat aſcendens,nec eius dominum, nec partem fortunæ uel ſaltem eius dominum & fac ſi unquam poteris quòd aliqua fortuna uel eius radij ex trino uel ſextili aſpectu cadant in locum in quo erat ille impediens in hora natiuitatis ſeu quæſtionis.Et ſi hoc facere nequiueris,remoue tunc illum malum qui minatur illud horribile ab aſcendente,& á loco rei ſicut dictum eſt. Remoue etiã ex alijs malis tot quot poteris,& ſemper quandocunq; tu uides in tua lectione aliquem Planetã qui ſignificat impedimentum rei cui eligis in natiuitate illius pro quo eligis, debilitabis eum,prout plus poteris,& nitaris in omnibus modis fortificare Planetam ſignificãtem rem illam, & ſignum in quo ipſe erat in natiuitate ſeu quæſtione & ſi non poteris fortificare utrunq;,ſaltem fortificare ſignum: & nitaris fortificare omnia quæ tibi dixi & ſi non potes facere quod uis,adhuc dico tibi,fac quod potes in remedium ſupradictorum,ſcilicet quòd te oportet cauere á Planeta ſignificante timorem in natiuitate,ſi in natiuitate ſignificatur quòd res quam uis tu uel alius incipere, ſit utilis,uix unquam poteris facere ita debilem electionem, quin effectus eius ſit bonus, nihilominus tamen eſt aptanda electio tua, ſicut potes, ut melius tibi cedat ex ea.Eſt etiam tibi cauendum ut nullam electionem facias ſuper aliqua re in hora eclipſis alicuius luminarium,niſi eſſet forte aliquando in aliqua re occultanda: & eo magis eſt uitanda tunc electio, ſi fieret eclipſis in ſigno quod fuit aſcendens hora natiuitatis, uel quæſtionis, & bonum eſſet ſi poſſes uitare totam illam triplicitatem,tamen non eſt ita curandum ut de aſcendenti. Eſſet etiam tibi cauendum ſi poſſes,ut ſi Venus eſſet impedita in natiuitate,quòd non poneres Lunam in ſextili aſpectu Martis uel Saturni,ſiue receperint eam ſiue nõ. Et ſi fuerit impeditus Iupiter,non ponas eam in trino aſpectu eorum.Et ſi fuerit impeditus Mars,non ponas eam in quarto aſpectu Saturni. Et ſi fuerit impeditus Saturnur,non ponas eam in oppoſitione Martis.Et ſi fuerit impeditus Mercurius,non ponas eam prope aliquem illorum minus 31.gradibus,ſi facere potes.

Si res de qua fuerit propoſita quæſtio ab aliquo,debeat perfici an non,cum eligimus ei. Cap. XV.

Sicut alias dictum eſt,quàm plures ſapientes cum uellent eligere alicui, nec habebant eius natiuitatẽ ad hoc ut poſſent ſcire ſi res de qua fiebat quæſtio poſſet perfici an non, accipiebant quæſtionem cuiuſlibet rei incipiẽdæ, & ſi uiderunt quòd deberet perfici, uidebat utrum eſſet utilis an non & ſecundum illam quæſtionem eligebant ſicut eligerent ſuper natiuitate,quorum unus fuit Alchaiat nec aliter eligebant alicui,& uidebatur quòd eorum opinio eſſet ſana ad hoc ut eorum electiones eſſent perfectæ atq; ſecuræ: ſed non uidebatur ita utilis ſicut eligere cuilibet uolenti habere electionem ſuper re quam incipere uolebat: bonum tamẽ erat eligere ſuper natiuitatem uel quæſtionem: ſed occurrunt aliquando electiones feſtiuæ,ſuper quibus non poſſemus iudicare quæſtiones,nec uidere ipſarum finem ſecundum iudicia: & tamen oportet Aſtrologum eligere illi qui conſulit eum.& iam dixi tibi ſuperius quòd tu potes eligere cuilibet aliquid incipere uolenti, & erit electio tua ſibi utilis, prout tibi oſtẽdi alias, ſi bene meminiſti. Verum eſt etiam quòd per natiuitatem ſeu quæſtionem poſſumus ſcire finem rei inceptæ ſeu incipiendæ,quod non accidit per quamlibet electionem,tamen ſemper debemus ſperare ipſas eſſe utiles, ex quo eligimus quod melius nobis uidetur: quoniã ſicut iam dixi tibi,bona electio poteſt prodeſſe, nocere uero minime: nec inueni unquam Ptolomæum qui fuit optimus Aſtrologus prohibuiſſe Aſtrologum eligere ſine prædictis natiuitatibus ſeu quæſtionibus: & fuit intentio philoſophorum quòd mala quæ ſignificantur per natiuitatem uel per quęſtionẽ, poſſent tolli per bonam electionem, & ſi non tollantur ex toto, poſſunt multum diminui & alleuiari. Fuerunt ſimiliter quidam alij qui uolebant quòd non eligeremus,niſi illis quorum natiuitates ſciremus: & illi ſunt pauci & paucis prodeſſent electiones, ſi ita eſſet. Dicebant enim quòd natiuitas eſt res naturalis, interrogatio uero non ſic, immo eſt res non naturalis. Sed tamen licet interrogatio non ſit

Eligendi modus.

Alchaiat.

res naturalis, ipſa tamen eſt ei ualde propinqua, ſi-
cut cauſa appellationis iudiciorũ, eſt ita propinqua
cauſæ principali quòd qui obtinet poſtmodum in
cauſa appellationis efficitur potior in iudicio rei iu
II dicatæ. Eſt & alius modus eligendi, & poteſt ſciri
per ipſum, utrum perficiatur res poſt interrogatio-
nem factam, ut ſi fuerit fortunatum aſcendens quę
ſtionis uel aſcendens coniunctionis, ſeu præuentio
nis quæ fuerit ante interrogationem, ſignum eſt q;
res perficiatur. Si uero fuerit infortunatum, ſignifi-
cat impedimentum quòd non perficiatur res. Si au
tem habeatur natiuitas uel interrogatio, ponendũ
eſt aſcendens electionis aſcendens, ſiue 10. natiuita-
tis ſeu quæſtionis uel ſignum ſignificãs rem quam
uolumus incipere, ſi fuerit fortunatum. Si uero nõ
fuerit aliquod illorum fortunatum, cõſiderandum
eſt quòd aſcendens fuit in anno illo in hora introi-
tus Solis in Arietem, uel in eius introitu aliarũ quar
tarum anni, quando annus reuoluetur ſecundum
quartas, ſi fuerit fortunatum uel eius 10. uel ſignũ
ſignificans rem illam in hora illa, & quod illorum
inueneris magis fortunatum, illud facere aſcẽdens
electionis rei cui eligitur, & hoc tam in illis quorũ
natiuitates ſciuntur, uel quorum interrogationes
habentur, quàm in alijs: & hoc ſimiliter ſignificabit
III effectum rei. Poteſt etiam & alio modo eligi illis
quorum natiuitates ignorantur, & quorum quæ-
ſtiones non habentur: ſed eſt difficilis iſte modus,
quoniam neſcimus omnia quæ accidunt alicui, ſed
ſi eſſet tibi manifeſtum aliquod magnum accidens
alicuius, poſſes ſcire qualiter deberes eligere illi in
inceptionibus ſuarum rerum: & eo fortius & me-
lius & ſecurius ſi fuerit illud accidens primũ quod
euenit ei, ſiue bonum fuerit illud accidens ſiue ma-
lum: bonum ut ſunt dignitates uel aliquis magiſtra
tus magnus uel ſimilis de his quæ non conſueue-
runt ei euenire: & quãto maior fuerit illa dignitas,
tanto magis erit eius aſcendens conſimile aſcenden
ti natiuitatis illius cui uolueris eligere. & ita quanto
maius fuerit illud malum, ſimiliter & erit eius aſcen
dens eius aſcendenti cõſonum. Sed ſi fuerit illud
accidens malum, erit uitandum illud aſcendens in
electionibus illius, ſicuti erit aſſumendum ſi acci-
dens fuerit bonum: & erit tollendum eius contra-
rium, ſcilicet ſeptimum, & per ſeptimum ab aſcen-
dente illius mali accidentis poteris ei eligere ſi non
habueris natiuitatem ſeu quæſtionem ipſius. Ma-
lum uero accidẽs dicitur, cum euenit ei aliquod ma-
gnum incommodum, ſicut aduerſitas quę non con
ſueuit ei euenire, ſicut eſt amiſſio ſuarum rerum ma
xima uel magna, ut infirmitas uel naufragium uel
dura captio, & ſimilia. Vnde ſciendum eſt aſcẽdens
illorum accidentium, & ſeruandum ſicut aſcendens
natiuitatis ſeu quæſtionis ſi ſciri poteſt, quòd ſi fie-
ri non poteſt, fac ut dixi tibi alias, apta illud quod
aptare potes ut electio tua proſit illi cui eligis. Et ſe
cundum iſtum eundem modum poſſumus conſi-
derare quòd quando aliquis Planeta eſt fortuna-
tus, & fortis, uel aliquod ſignum eſt fortunatũ, acci
dunt alicui ſibi placibilia & utilia, quòd habeat uir
tutem in radice natiuitatis eius: & quando eſt infor
tunatum aliquod ſignum uel eſt infortunatus ali-
quis Planeta, & cedunt ei aduerſa, tunc quòd illud
ſignum uel ille Planeta habeat uirtutem in radice
natiuitatis ſuæ. Similiter ſi accidat alicui magnati,
de his ſcilicet qui ſunt apti regno ex prædictis acci-
dentibus, quòd ſit ille Planeta uel illi ſigno uirtus
in radice natiuitatis eius. Illud idem potes dicere
de aliquo climate uel aliqua regione, quando acci-
dit ei aliquod horribile magnum: & quando etiam
accidit alicui ciuitati uel caſtro, uel alicui ædificio lõ
gæ durabilitatis aliquo ſigno uel aliquo Planeta e-
xiſtente impedito, ſignum eſt quòd habeat poten-
tiam in principio illius ædificationis. Vnde potes il
lud ponere pro ſuo aſcendenti in ſuis electionibus:
uel quando accidunt ei aliqua magna bona, potes
facere illud idem illo eodẽ ſigno & illo eodem Pla-
neta exiſtenti forti & fortunato, ſimiliter & in om-
nibus moribus ciuium alicuius ciuitatis uel regio-
nis, ad quod ſignum uel ad quem Planetam aſſimu
lentur: & illum potes eis dare pro ſignificatore: &
etiam in ſingularibus & priuatis poteſt habere lo-
cum.

Quando id quod inceptum fuerit, eſt credendum quòd perficiatur. Caput XVI.

QVando incipimus aliquid & dominus pri-
mi & Luna atq; dominus rei quam incipi-
mus fuerint in angulis, uel in eorum ſucce
dentibus liberi ab impedimẽtis, & fortunati uel ſal
tem Planeta ſignificãs rem quam incipimus: & fue-
rit res durabilis, ut conſtructio urbis uel caſtri, uel
etiam ædificatio domus, & plantatio arboris, & ſi-
milia: & fuerint in aſpectu Solis trino uel ſextili in
die uel etiam in quarto cum receptione uel Lunę in
nocte, uel aſpectu illorum quorum fuerint domus
in quibus fuerint, ſignum eſt quòd res illa perficia-
tur & ad bonum finem deueniat & diutius ſit dura
tura. Vnde in talibus debes ſemper ponere ſignifi-
catores in ſignis fixis, & in angulis uel in ſucceden-
tibus fortes & fortunatos, prout melius poteris. In
rebus autem quas uolumus cito finiri, nec diutius
durare, poſſunt poni ſignificatores in cadentibus
ab angulis, dummodo non ſint aliter impediti, ut
ſunt conuiuia & firmationes mulierum, & deſpon
ſationes earum quorum citum finem & uelocem
durabilitatem cupimus. Et ſi fuerit aſcendens ſignũ
mobile, erit melius, dummodo eius dominus non
ſit impeditus: uelocitas enim & tarditas rerum con- Velocitas.
ſiderantur prout cuiuſlibet rei natura exigit, ſicut Tarditas.
magnitudo & paruitas. Nam ſi una res debet perfi
ci in hora una, & eius natura exigit hoc, & durat ad
perficiendum quatuor uel quinq; horis, relata qui-
dem tarditate ad rem illam cum deberet perfici ue-
lociter, perfecta eſt tarde, ut ecce: debuit aliquis qui
inuitauerat quoſdam ad prandium parare illis co-
medenda in hora tertia, & diſtulit parare uſque in
hora quinta, modo res iſta tardauit, quia non eſt pa
rata hora debita. Similiter debuit aliquis ire ad locũ
aliquem eo die, & diſtulit ire uſq; in ſequentẽ diem,
modo tardatum eſt iter illius, quia non iuit die ſta-
tuta. Hoc enim eſt ſicut magnitudo. Paruitas namq;
conſideratur, prout refertur ad ſuum ſignificatum,
& magna formica & paruus equus. Similiter & de
uelocitate, ut cum deberet quis ire ad aliquem qui
promiſerat ei ſe daturum equum ſibi poſt unum an
num, & ipſe iuit ad eum ante medium annum uel

etiam ante annum. modo feſtinauit ille ad eundum illuc quo ire debebat, quia præuenit tempus debitum & ordinatum & ita intellige de omni feſtinatione ſeu uelocitate ſiue annua fuerit illa uelocitas, uel tarditas, ſiue momentanea. Et ſic poteſt dici de diuerſis rebus ſecundum diuerſas conſiderationes, & ſecundum diuerſas relationes: quoniam ſecundũ eundem annum, ſecundum eundem menſem, ſecundum eundem diem, ſecũdum eandem horam, ſecundum quodlibet idem tempus poteſt dici tarditas & uelocitas. Et ſignificata temporum omnium accipiuntur à ſignis & à Planetis, à locis in quibus ſunt & ab eorum naturis: quoniam Planetæ tardi ſignificant tarditatem, & præcipue retrogradi uel etiã ſtationarij, & maxime in ſtatione prima & cum fuerint tardi. Leues uero ſignificant uelocitatem ſecundum eſſe ſui motus, & maxime directi: & eo fortius cum fuerint aucti numero.

Signorum ſignific. A ſignis accipimus ſignificationẽ temporis: quoniam ſigna fixa ſignificant tarditatem & dilationẽ temporis: cõmunia, mediocritatẽ temporis: mobilia uero ſignificant uelocitatem & leuitatẽ. Etiam & ſigna directę aſcenſionis adiuuant tarditatẽ. & ſigna tortuoſę aſcenſionis adiuuant uelocitatem, & Planetæ in eis conſtitutis. Aerea ſimiliter adiuuant uelocitatem & ignea plus aereis. Aquatica uero augmentant tarditatem, & terrea plus aquaticis. Anguli adiuuant ſimiliter uelocitatem: cadentia, tarditatem: ſuccedentia modicum uidentur iuuare uelocitatem. Vnde ſi fuerit aliquod ex illis ſignis aſcendens, uel fuerit domus ſignificans rem incipiendam, uel fuerit aliquis ex Planetis prædictis in aliquo illorum locorum, iuuabit quilibet eorum uel impediet ſecundum naturam ſignum uel locum in uelocitate uel tarditate in quo fuerit, ut ſi fuerit Planeta uelox in loco uel ſigno ſeu domo ſignificante uelocitatem, adiuuabit illam uelocitatem & citius fiet res. Si autẽ fuerit in ſigno ſeu domo ſignificãte tarditatem, minuet aliquid de tarditate illius. Et ſi fuerit Planeta ſignificans tarditatem in domo ſeu ſigno ſignificante tarditatẽ, adiuuabit illam tarditatem & tardius fiet res. Et ſi fuerit in domo ſeu ſigno ſignificante uelocitatem, minuet aliquid de uelocitate illa. Et ſi fuerint ſignificatores orientales à Sole, adiuuant uelocitatem, & minuunt aliquid de tarditate. Et ſi fuerint occidentales ab eo, adiuuant tarditatem & minuunt uelocitatem. Et dixit Hali, quòd ſignificatio accipitur à locis ſignorũ, ſecũdum quòd ſunt ex domibus. Nam dixit quòd aſcendens, & decimum ſignificant uelocitatẽ, dies ſcilicet & horas: ſeptimũ tarditatem, hoc eſt, minorem uelocitatem, ut menſem uel hebdomadam: quartũ iterum minorem uelocitatẽ, quia loco menſiũ poſſet ſignificare annos. Succedẽtia uero ſignificant, id quod eorũ anguli ſed aliquid dilatant plus rem. Cadentia uero ſignificant tarditatẽ. Et dixit, ea autẽ quæ ſunt ſupra terrã, uniuerſaliter ſignificant certiorem uelocitatem exiſtentibus ſub terra. Et dixit quòd quarta orientalis quę eſt à medio cœli in aſcendens, ſignificat uelocitatẽ. meridiana quæ eſt à decimo in ſeptimum, mediocrem uelocitatem: occidentalis quæ eſt à decimo in quartum, deſignat mediocrem tarditatem: ſeptentrionalis quæ eſt à quarto in primum, tarditatem. Et dixit, cumq; acciderit ut ſignum ſignificãs uelocitatem ſit in quarta ſignificante uelocitatem, at ſi fuerit ſignum mobile aſcendens uel decimum, erit hæc uelocior uelocitas quam à ſignis habere poterimus.

A quibus Planetis accipitur ſignificatio temporum.
Caput XVII.

A Planetis uero à quibus ſignificationẽ uelociorem accipimus; ſunt dominus rei, & Planeta qui iungitur alicui eorum, uel qui transfert diſpoſitionem unius eorum ad alterum, & luminaria, & Planeta cui iungitur Luna. Et quicunq; prædictorum Planetarum fuerit plurium dignitatum ſeu fortitudinum in aſcẽdente atq; in 10. rei uel ſaltem in domo rei, ab illo accipimus ſignificationẽ temporis euentus rei quam ſcire uolumus.

Et dixit Hali, quòd uelocior uelocitas & tardior tarditas cuiuſlibet rei in genere ſuo, & in eſſe ſuo, ſignificatur per Planetas ſecundũ uelocitatem eorũ. Et dixit, quòd Planetę ſignificantes tempus in quo res incœpta debeat perfici, ſiue bonũ fuerit illud ſignificatũ, ſiue non, dabunt ſuam ſignificationem quando mutabitur eorum eſſe de fortitudine in debilitatem uel ecõtra. Et dixit, quòd debilior mutatio quã

Planetæ debilior mutatio. poteſt facere Planeta, eſt cum fuerit in aliqua quarta circuli, & mutabitur de illa ad aliam, ut ab oriẽte in occidentem, aut fuerit ſub terra & mutabit ſupra terrã, aut deſcender de ſuperioribus ad inferiora. Et dixit quòd eorum mutatio fortis eſt, ut ſi fuerit orientalis fiat occidentalis uel econtra: aut mutatur de uno ſigno ad aliud: & maxime ſi fuerit mutatio de ſigno in quo habet dignitatem ad aliud in quo non habet dignitatem aliquam & econtra. Item ad ſciendum tempus rei incœptæ uel incipiendæ, quando fiet uel quando terminabitur, oportet te accipere numerum graduum qui fuerit inter Planetam Almutem ſuper loco ſignificante rem illam, & inter alium qui habeat ſimiliter ſignificatum ſuper eandem rem, & quot fuerint illi gradus ſi Planeta fuerit de illis qui ſignificant horas, tot erunt horæ uſq; ad finem ſeu durabilitatem ſiue perfectionem illius rei. & ſi ſignificauerit dies, erunt tot dies: & ſi ſignificauerit menſes, erunt tot menſes: & ſi ſignificauerit annos, erũt tot anni ſecundum naturam loci & ſecundum naturam ſignificatoris & ſecũdum naturam rei illius, prout ipſa poteſt fieri uel terminari in horis uel diebus uel menſibus uel annis, uerbi gratia, Ponatur quòd Mercurius ſit ſignificator temporis, & ſit in 9. gradu Piſcium, & Iupiter ſit in 16. gradu Cancri, ad cuius coniunctionem uadit nunc Mercurius: & ſunt inter eos ad complementũ eorum coniunctionis 7. gradus. modo cum Mercurius ſit de Planetis leuioribus, qui habent ſignificare feſtinationem rerum, habet nunc ſignificare horas, uel in re non multum ueloci, dies. Vnde ſi fuerit de rebus feſtinationis, fiet res illa uſq; ad 7. horas, ſcilicet quæ debeant fieri eadem die: ſi fuerit de rebus minus uelocibus, quæ tranſeant hebdomadam, fiet uſq; ad ſeptem dies, uel uſq; ad horam in qua fuerit Mercurius in 16. gradu Piſcium, ita quòd aſpiciat directe gradum in quo erat tunc Iupiter, quando res fuit incœpta, uel quęſtio propoſita de ipſa ſi aduentus eius ad gradũ illum fuerit poſt 7. dies. Et ſi eſſet res quę expectaret menſes, fieret ad tot menſes. Et ſi

eſſet

eſſet de expectantibus annos, fieret ad tot annos. Idem intellige de omnibus ſecundum quantitatem diſtantiarum graduum, exiſtentem inter ſignificatores: & illa erit hora perfectionis ſeu euentus rei quęſitæ ſeu incœptę. Et ſi eſſet maior quantitas graduum inter ſignificatores, fieret ſimiliter ſecũdum tot horas uel dies uel menſes uel annos, ſecundum ſuam naturam & relationem ad eam rem. Et ſi eſſet talis quantitas, quòd poſſent ex ea fieri ſigna, fieret res ad tot horas uel dies uel menſes uel annos, quot ſigna reſultarent ex illis gradibus, & ad fractiones ſecundum quantitatem graduum ſigni imperfecti. Verbi gratia fuerũt inter Planetam ſignificatorem qualiſcunq; fuerit ipſe ſignificator, & ponderoſiorem cui ipſe iunctus eſt 180. gradus ex quibus peruenerunt 6. ſigna: ſignificat modo effectus ſeu durabilitas uel cõplementum huius rei 6. horæ, ſi fuerit de rebus quæ fierent in horis prout eis natura requirit. Et ſi fuerit de illis quæ fiant in diebus, fiet uſq; ad 6. dies. Et ſi fuerit de illis quæ fiant in hebdomadis, fiet uſq; ad 6. hebdomadas. Et ſi fuerit de illis quę fiant in mẽſibus, fiet uſq; ad 6. menſes. Et ſi fuerit de illis quæ fiant in annis, fiet in 6. annis, & forte quòd cadat in eis aliqua factio, ſed non quæ deducat in errorem. Et ita intellige de omnibus diſtantijs numerorũ omnium graduum, ſiue ſignorum coniecturando omnes proportiones prout tibi occurrerint. Item ſi fuerit Planeta ſignificator rei iunctus alicui Planetæ, uel alius iunctus fuerit ei, & ſit inter eos mutua receptio, cõſiderandi ſunt eorum anni: ut ſi fuerint in angulis, & fuerit autoritate ſignificator, ſcilicet qui habuerit maiorem uirtutem, ſeu poteſtatem in re de illis Planetis ponderoſis, qui ſignificant annos, conſiderabis annos maiores ſignificatoris: & dic quòd uſq; ad tot annos durabit res. Et ſi fuerit tunc principium incœptionis ſuæ, & fuerint ſignificatores ſub terra, complebitur res illa uſque ad tot annos, quot ſunt anni maiores Planetæ ſignificantis eam. Et ſi fuerit ſignificator in ſuccedentibus, pone numerum annorum ſecundum annos medios ipſius. Et ſi fuerit in cadẽtibus, pone numerum annorũ ipſius minorum. Et ſi fuerit ſignificator de Planetis ſignificantibus menſes uel dies uel horas, pone numerum eorum ſecundũ numerum annorum prædictorum, & modo prædicto, prout ſignificatores fuerint fortes uel debiles, leues uel ponderoſi. Et dixit Hali, quòd Luna in omni re ſignificat horas, & maxime in uelocibus, ſimiliter & Sol: tamen Sol poteſt ſignificare dies ubi Luna ſignificat horas: & menſes ubi ipſa poſſet ſignificare dies. Et dixit cũ peruenerit ille qui defert diſpoſitionẽ inter ſignificatores ad illum ad quem defert, ſiue per corpus, ſiue per radios, quòd accipiẽtur gradus qui fuerint inter eos, & ponetur pro omni gradu mẽſis uel dies. Et dixit, quòd dominus aſcendentis & dominus domus rei, cum coniuncti fuerint, ſignificabunt uelocitatem effectus rei, ſi teſtificata fuerit illa & maxime ſi dominus aſcendentis fuerit ponderoſior. Et dixit, quòd quando Luna deſcenderit in aſcendens, uel in domũ rei, uel aſpexerit aliquod eorum ex quarto aſpectu uel oppoſitione, erit hora. Et dixit, q; Sol ſignificat illud idem quod Luna in eiſdẽ locis. Et dixit quòd Sol eſt fortior q̃ Luna in hoc opere. Et dixit quòd cum peruenerit Luna ad locum ſignificatoris, illa erit hora. Idem dixit de Almutem ſuper initio rei. Et dixit quòd inuenit quoſdam qui extrahebant Ylem rei, ſicut fit in natiuitatibus & dirigebãt gradum Ylem ad locum fortunarum & malorũ. & ponebant unicuiq; gradui per aſcenſiones annum, uel menſem uel diem ſecundum naturam rei. Si peruenerit directio primo ad fortunam quam ad malum, dicebant quòd perficeretur res illa cum proſperitate. Si autem peruenerit primo ad malum quàm ad fortunam, dicebant quòd perficeretur res illa cum aduerſitate. Et dixit, quòd Mars ſignificat uelocitatẽ: ſed admiſcet aliquid de rebus martialibus. Et eodẽ modo faciebant de gradu aſcendentis & de gradu domus rei. Mihi autem uidetur quòd licet poſſet ſic eſſe quòd ſit magna implicitas, & quòd ſuperior ſententia ſufficiat tibi. Et quia omnia quæ nobis occurrunt atq; dicta philoſophorũ ad unguem exponere, ualde longum eſſet, & quaſi nobis quoddam abominabile atq; legenti tædioſum ex induſtria tua ex prædictis intelligas, & uideas & percipias quæ percipiẽda ſunt, ſcilicet utrum ſignificatores ſint ex Planetis leuibus uel ponderoſis. uel ſint in angulis uel ſuccedentibus uel cadentibus: uel ſint in ſignis fixis uel mobilibus, uel directis uel tortuoſis, uel in locis ſignificantibus annos uel menſes uel dies: quę omnia ſi bene conſideraueris & perſpicatus fueris, poteris ex prædictis percipere quod intendis.

Almutem.

De ſignis fixis, communibus, & mobilibus. Caput XVIII.

ZAel uero fecit magnã uim in ſignis, & poſuit in eis magna ſignificata, nec in caſſũ: & illa ſunt referenda ad ſignificatores cum fuerint in eis & ad Lunam & ad eam præ cæteris ſignificatoribus, quoniam ipſa eſt omnium rerum ſignificatrix, prout alias dicitur. Etiam ſi alij ſignificatores omnes relinquerentur, ipſa ſemper eſt conſideranda præter quòd dominus horæ præſeruatur in loco quem dixi tibi. Dixit enim dictus ſapiens, ſigna fixa ſunt cõgrua omni operi cuius ſtabilitas & prolongatio temporis quæritur, & quod uult autor eius eſſe durabile bonumq; & utile, eſt in eis: ædificare & nuptias celebrare, facta deſponſatione in mobilibus. Et ſi in eis dimiſſa fuerit mulier à marito, nõ reuertetur ad eum in breui. ſubaudi niſi multiplicentur in eis teſtimonia fortunarum. Et qui uinctus fuerit in eis, prolõgabitur carcer eius: & qui iraſcitur in eis, nõ poterit cito mitigari: cõductiones uero & mercedes in eis utiles ſunt bonũq; erit ædificare & facere fundamẽta. Et dixit, Scorpio aũt leuior eſt omnibus fixis: & Leo magis fixum: Aquarius eſt tardior ac deterior: Taurus uero magis eſt planus.

De ſignis communibus. Caput XIX.

ET dixit, ſigna cõmunia in ſocietate & participatione ſunt utilia, & q̃cquid operatũ fuerit in eis, ſæpe erit iteratũ: emere uero, ſubaudi, res quas uolumus diu penes emptores manere, & nuptias celebrare nõ erit utile, & erit in eis ingeniũ & deceptio. & cui obijcit aliqd in eis, euadet & ſanabit ex eo qđ ſibi obijcit, & q incarcerat, nõ ſignificat

niſi in timore proprie propter paucitatem ſuæ apparitionis, & exitus eius, & qui egreditur à carcere redit ad illum: & ſi capitur in eis, fugitiuus redit ad fugam ſuam ſecundo: & qui uadit in eis ad iudicem, non firmatur ei ſententia, neq; iudicium, neq; in eis uadat aliquis cum naui, quia permutabiť ab una ad aliam, ratione non bona. Et cum permittitur aliquid in eis, diſſoluetur, & non complebitur ei illud, & infirmus in eis ſanatur, deinde incurrit reci diuationem. Totum ergo quod euenit homini in eis, ex bono uel malo, duplicatur ſuper eum: & ſi quis moritur in eis, tunc morieť poſt eum in illo loco, alius in proximo: & permutatio & capitis ablutio & barbæ: & purgatio auri & argenti in eis ſunt conuenientes, & mittere pueros ad literam. Et dixit idem autor, ſi autem uolueris in eis incipere aliquid ex eis quæ dixi tibi, tunc pone Lunam in domo ſignificante rem quam facere intendis, & coniuge illam cum fortuna recipiente ipſam in illo ſigno. Et dixit ſigna quidem diei in operatione diei ſunt fortiora, & pone aſcēdens ſignum diurnum uel ſignū ſignificans rem tuā. Et dixit ſigna aerea cōueniunt uenationi in terra & mari, ut ſunt Gemini, Libra & Aquarius: & ſigna regum conueniunt regibus, ut ſunt Aries & Leo: & ſigna habentia uoces, conueniunt cantoribus & uolentibus uti muſicis inſtrumentis, & ſigna ignea conueniunt omni rei quam igne uolueris operari: & ſigna æquinoctialia, conueniunt omni æqualitati & omni mēſuræ, & omni rei in qua uiget ueritas, & ſtatera, ut ſunt bilances, & menſuræ atq; pondera iuſtitiæ: & ſigna mobilia, & ſunt illa in quibus incipiunt mutari nox & dies, cōueniunt illis qui uolunt permutari de re ad rem uel de loco ad locum. Et dixit, conſidera ad omne opus quod tu uis incipere quæ ſit natura illius ſigni ex orbibus: & coniunge Lunam & dominum aſcendētis cum illa ſubſtantia, & radix illius naturæ atq; uirtus eius, eſt illa hora, ſcilicet hora inceptionis.

Et conſidera Solem in factis dominorum, magnatum, principum, & præpoſitorum ciuitatum & officiatorum, ut alias dicitur. Et in factis largorum & magnas expenſas facientium conſidera Iouem. Et in factis agricolarum & uilium conſidera Saturnū. Et in factis ducum & dominorum exercituum & pugnarum, conſidera Martem. Et in factis ſcriptorum, pictorum, campſorum, ſeu nummulariorum, merzariorum, & etiam mercatorum, conſidera Mercurium. Et in factis reginarum & aliarum excellentium mulierum, conſidera Lunam: & etiam in factis matrum & nouercarū. Et in factis aliarum mulierum, conſidera Venerem, & præcipue iuuencularum & quæ facies ſuas libenter ornant ut placeāt hominibus. Et in omnibus his ſtude conſiderare quæ tibi ſunt conſideranda ſicut tibi dicitur.

De ſignis mobilibus. *Caput* XX.

ET dixit, ſigna mobilia ſignificant feſtinam rerum mobilitatem, & nihil durabile fit in eis, nec prolongatur tempus rerum factarum, dum Luna & ſignificatores fuerint in eis: conuenientia tamen ſunt eis qui uolunt ſeminare, & firmare mulierem, atq; deſponſare, hæc omnia proficiunt in eis: emere ſimiliter & uendere mercimonia, & ea quæ cito mutātur de manu unius in manum alterius, & ſi quis fuerit tūc infirmatus, liberabitur eius infirmitas, terminabitur cito, & ſi lis aliqua fuerit tunc incœpta, non prolongabiť: & ſi aliquis tunc fugerit, reuertetur cito: & ſi aliquis promiſerit aliquid alicui, non ſeruabit ei promiſſum, erit etiam bonum in eis peregrinari & uile: rumores qui tūc ſonuerunt, erunt falſi: & ſomnia in eis non habent ſignificatum: nec eſt bonum incipere aliquem ęgrū curare, tunc ſi fuerit ægritudo talis quæ poſſet differri dum Luna extat ſignum mobile: nec eſt tunc plantanda arbor cuius durabilitatem uolumus, nec figere ficulneum, nec ædificare, nec fundamentum aliquod ponere, nihilq; cuius durabilitatem uel prolongationem cupimus facere uel incipere, ſed cuiuſcunq; rei uelocitatem cupis, incipe ſub eis: & illa ſunt ueloci ora, quæ ſunt maioris tortuoſitatis & maioris mobilitatis, ſicut ſunt Aries & Cancer, Libra uero & Capricornus ſunt fortiora & magis temperata. Et dixit Zael, apta Lunā pro poſſe & Luna non ponas eam unquam in aſcendente alicuius initij, & ſpecialiter alicuius itineris: quoniam illud ſignificat quòd accidet itineranti aliqua infirmitas in corpore ſuo, uel aliquod æquiualens infirmitati, niſi dominus aſcendentis aut fortuna aſpiciat gradum aſcendentem: quia cum Planeta aſpicit aſcendens & dominum eius, eſt ſimilis uiro qui cuſtodit domū ſuam: quia quilibet qui eſt in ea, timet eum, & qui eſt extra, timet ire illuc: ſi uero non aſpexerit, erit ecōtrario. Et ſi dominus primi fuerit malus, fac ipſum illud à trino uel ſextili aſpectu: & caue ne ponas Lunā in angulo cum mali aſpexerint eam, uel dominum aſcendentis, niſi forte reciperet eum à trino uel ſextili aſpectu: nec ponas etiam Lunam in angulo, niſi ipſa ſit libera: ſed pone fortunas & partem fortunæ in angulis: & fac omnibus modis, ſi unquam potes, quòd Luna aſpiciat partem fortunæ, uel iungatur ei corporaliter, licet raro accidere poſſit. Et ſi non poteris facere quin pars fortunæ cadat ab aſcendente, fac quòd dominus aſcendentis aſpiciat illā, uel iungať ei ſicut dixi tibi de Luna. Et ſtude ſi potes quòd ponas dominum aſcendentis cum parte fortunæ: quia hoc ſignificat maius lucrū in itinere, & maiorem utilitatem. Et caue ne ponas Lunam in ſecunda uel ſexta uel octaua uel duodecima: quoniam hoc horribile eſt atq; timendum.

Dixit Zael, ſi potes facere, ſtude ponere aſcendens & dominum eius & Lunam in ſignis directę aſcenſionis, ſcilicet quia ſignificat leuitatem & profectū & non ponas eos in ſignis tortuoſis. Dixit enim, quia ſignificant inuolutionem & duritiam & tarditatem, aſcendens enim & quartum, ſignificāt quid accidat de illa electione. Aſpice ergo fortunas & malos de locis ſuis, & fortitudinem atque debilitatem eorum; & loquere ſecundum quòd inueneris de fortitudine, uel debilitate initij uel finis rei. Et dixit Dorotheus cum inueneris Lunam impeditam, & fuerit res quæ differri non poſſit, non des Lunæ partem in aſcendente, & fac eam cadere ab eó, & pone in eo fortunam, & conforta illud & eius dominum: & per nullum modum ponas Lunam in itineribus in aſcendente, ſiue ſit impedimenta ſiue non.

Incipit

INCIPIT SECVNDVS TRACTATVS, DE HIS QVÆ AD ELECTIONES particulares ſpectare uidentur.

Præambulum ad electiones domorum particulares. *Caput primum.*

LIcet ſufficienter ſuperius dictum ſit de his quę generaliter ad electiones pertinent: non tamen uidentur quę dicta ſunt perfecte ſufficere his qui electionibus uti uolunt, niſi ad ea quæ ad particulares electiones ſpectant, perueniatur: & erunt ea quæ dicentur à modo tanquam exemplar ſeu collectio prædictorum: nec uidetur poſſibile ad particulares electiones deſcendere, ita quòd non tangantur aliqua de præmiſſis: & eſt ſuperius dictum quòd debemus aptare quaſdam res quæ ſunt in electionibus radicales, quantum poſſibile uidetur, licet impoſſibile eſt omnes ſemper quando uolumus aptare poſſe. Et illæ ſunt, primum, & eius dominus, quartum ſimiliter, & eius dominus: Luna & dominus ſigni in quo ipſa tunc fuerit: Sol & dominus ſigni in quo ipſe fuerit: pars quoq; fortunæ & dominus domus in qua ipſa in electione ceciderit: domus quoq; ſignificans rem cui eligitur, & eius dominus & Planeta qui naturaliter ſignificat rem illam: & dominus ſigni in quo ipſe fuerit. Omnia iſta ſunt aptãda ſecundum dicta ſapientum in principio cuiuſlibet electionis, ut electio ſit undique ſecura: ſed iſtud ſicut dixi tibi uix aut nunquam erit poſſibile. Et ego iam pluries dixi tibi: ſi nõ potes aptare quicquid uis, apta illud quod aptare potes. Et dixit Haly, ꝙ non eſt ponendus aliquis ex ſignificatoribus quos debemus debilitare in initio alicuius rei, quam incipere uolumus, & maxime ſi fuerit fortis in natiuitate, ſi natiuitas illi cui eligis patet: uel quæſtione, ſi quęſtio habeatur: uel in reuolutione anni illius. Et forte quòd oportebit nos aliquando debilitare aliquẽ ex dictis ſignificatoribus in aliquibus, ſicuti eſt debilitare Lunam in exitu ad uenandum, uel in inueſtigatione latronis, uel alterius fugitiui, & etiam Planetam cui ipſe iungitur, & fortificare illum à quo ipſa ſeparatur. Et continebuntur in iſto tractatu 12. capitula iuxta numerum 12. domorum quibus ſubalternabuntur alia capitula. & non erit mirandum ſi nominabuntur in eis aliqua de his quæ ſunt ſuperius nominata: quoniam ſunt quędam uniuoca uoce, quæ ſunt æquiuoca ſignificatione & enĩ aliquando ponitur in uno loco pro aliquo ſignificato, & in alio ponitur pro alio. Primũ capitulum ſuper prima domo & eius ſignificatis: ſecundum ſuper ſecunda & eius ſignificatis: tertium ſuper tertia & eius ſignificatis: quartũ ſuper quarta & eius ſignificatis: quintum ſuper quinta & eius ſignificatis: ſextum ſuper ſexta & eius ſignificatis: ſeptimum ſuper ſeptima & eius ſignificatis: octauum ſuper octaua & eius ſignificatis: nonum ſuper nona & eius ſignificatis: decimum ſuper decima & eius ſignificatis: undecimum ſuper undecima & eius ſignificatis: duodecimum ſuper duodecima & eius ſignificatis.

De prima domo.

De lactando pueros. *Caput I.*

SI uoluerit aliquis tradere puerum nutrici ut lactet eum: oportet ut cum nutrix incipit eum lactare, primo ſit Luna iuncta Veneri corporaliter: quòd ſi non poterit hoc eſſe, ſit ei iuncta à trino uel ſextili aſpectu cum receptione de Tauro, ſcilicet aut Libra: & ſi fuerit Venus deſcendens in eccentrico uel epicyclo, erit melius. Et dixit Haly, quòd oportet ut aptẽtur primitus res radicales: tu autem apta quæ aptare potes ex radicalibus: & ſi non potes aptare omnia radicalia, apta tamen quæ prædixi, Venerem ſcilicet & Lunam.

In ſubtractione puerorum à lacte. *Caput II.*

CVm uolueris ſubtrahere puerum à lacte, pone Lunam longe à Sole quantum plus poteris, ſcilicet à 90. gradu uſque ad 167. Et dixit Haly, quòd uiſum eſt quibuſdã, ut non ſit Luna in aliqua domorum Veneris in opere iſto: quia timebant quòd mater pueri non ſubtraheret alum ab uberibus. Et dixit quidam cum ſeparauerimus lactantem à nutrice, ſi fuerit Luna in marchaſa, quę eſt duodecima manſio Lunę: & eſt in Libra, non curabit ulterius puer de lacte. Et quidam alij dixerũt quòd Luna & dominus aſcendentis ſint in ſignis ſementum, ſcilicet Tauro, Virgine atq; Capricorno. quoniam hoc ſignificat quòd puer affectabit comeſtionem ſementum & herbarum. Et ſi fuerit in Leone, affectabit comeſtionem carnium. Et ſi fuerit in Cancro uel Scorpione uel Piſcibus, affectabit comeſtionem Piſcium. Et ſi fuerit in alijs ſignis, comedet communiter ea quæ dabuntur ſibi ad comedendum. Marchaſa.

In abſciſione unguium manuum & pedum. *Caput III.*

CVm uolueris abſcindere ungues manuum uel pedum, ſit Luna in ſuccedenti angulũ: & ſi non poteſt poni in ſuccedenti, ponatur in angulo, cadentia enim uitanda ſunt, ſitq; Luna aucta lumine & numero nec ſit in Geminis, & maxime ſi aſpexerit aliquis malorum eam, Mars ſcilicet aut Saturnus à quarto aſpectu uel ab oppoſitione. Nam ſi aſpexerit eam Saturnus, timendum eſt ne renaſcantur: & ſi renati fuerint, ne renaſcentur uitioſi. Si autem aſpexerit eam Mars ab aliquo illorũ aſpectuum, timetur ne incidatur caro digitorum unde ſequetur incommodũ & dolor: & forte quòd poſſet in tantum augmentari dolor ille quòd reſultabit inde apoſtema uel aliquid tale. Et dixit Haly, quòd non ſit in Geminis, neque in Sagittario, nec ſit iuncta dominis eorum: ſed ſit in Ariete uel in Tauro, Cancro, Leone, Libra: ſed pone extra uiã combuſtam, ſubaudi, nec ſit impedita in ſignis illis. In inciſione autem unguium pedum, cauendum eſt à Geminis & à Piſcibus & à uia combuſta & ab impedimentis malorum.

In tonſione capillorum & raſura barbæ.

Caput IIII.

CVm uolueris tõdere capillos uel radere barbam, ſit Luna in ſignis communibus præterquàm in Geminis. Et dixit Hali quòd fuit quidam qui nõ cõmendauit Virginẽ nec damnauit Libram nec Arietẽ nec Taurũ nec Capricornum, nec aſſignauit cauſam quare ego autem non blaſphemo Arietem in tonſura capillorum uel barbæ, ſed in raſura capitis & barbæ ſic. Et dixit quòd cum Luna & aſcendẽs fuerint in ſignis ſementum ſalui, quòd renaſcentur & creſcent citius capilli & pili. Et dixit, quòd eſt cauendum ab impedimento Saturni & Martis, tunc & hoc ne fortè fiant furfures in capillis.

In circumciſione puerorum.

Caput V.

QVibuſdam uiſum eſt quòd iſtud capitulum comprehẽdetur ſub ſexta domo, quoniam uidebatur eis quòd eſſet quædã Infirmitas: mihi aũt uidetur quòd ſit cõprehendendũ ſub prima domo: quoniã eſt quaſi de primis accidentibus corporis: ſit enim in ſeptimo die poſt natiuitatẽ, uel multũ, In corpore nati tamẽ ſub quocunq; comprehendatur, uis nõ exiſtit in hora electionis eius. Vnde cum uolueris eligere alicui ut circuncidatur aliquis puer, pone Lunam iunctã Ioui à trino uel ſextili aſpectu, uel à quarto, ſed cum receptione: & ſit ipſa ſeptẽtrionalis à Venere: & caue ne Saturnus aſpiciat dominũ primi, aut Lunã aut Venerẽ à quarto aſpectu uel ab oppoſitiõe uel etiam ipſum aſcendens: quoniã habet ſignificare putrefactionẽ illius inciſuræ: & ſit dominus ſigni in quo fuerit Luna ſeptentrionalis, ſi fieri poteſt, & Luna uadens ad angulum, & caue à Marte, ne ſit in aliquo angulorũ, ſed ſit in cadenti: ſi nõ uis eũ ponere in cadenti, caue ne ſit aſcendens Scorpio, nec ſit Luna uel dominus aſcendentis in eo.

De ſecunda domo.

De accommodatione uel acceptione.

Caput I.

IN ſignificatis ſecundæ domus nõ poſſumus ita in principio deſcendere ad particularia, quin aliqua quæ uidentur uniuerſalia præmittantur de his, ſcilicet quæ pertinent ad ſubſtantiã, uel lucrũ uel quodlibet unde lucrum expectatur. Neceſſe quidem eſt nobis in hac re aptare dominum ſecundæ domus, & Planetã in cuius domo ipſe fuerit: eſt etiam aptãdus Iupiter ſemper in omni electione quę ſpectat ad ſubſtantiam naturaliter, prout alias dictum eſt. Et dixit Zael, ſi uis eligere horam in acceptione atq; accommodatione pecunię, ſit Luna in Leone præterquàm in eius primo termino, ſubaudi, uel Scorpione, uel Sagittario, & non ſit Luna in primo gradu alicuius eorũ: nec ſit in Geminis, nec ſit aſcendens primus terminus alicuius eorũ: quoniam iſta ſignificant bonum accipienti, & contrarium danti: ſit tamen Luna in reſtitutione in Aquario ſeu Piſcibus, ſitq; Luna deficiens lumine: ſint etiam Iupiter & Venus aſcendentes ad longitudinẽ longiorem, uel alter eorum, & aſpiciant aſcendens aut Lunam uel eius dominum, uel ſaltem aſpiciat eos unus eorum: nec ſit aliquis eorum impeditus, ſi fieri poteſt: ad minus tamen ſalua ex eis quod potes: & ſit Mercurius mundus qui habet ſignificare nummos naturaliter ab impedimentis malorum, & Luna ſimiliter & ſpecialiter ab impedimentis Martis: quoniã cum Luna in tali re fuerit impedita à Marte, ſignificat contentionem & rixam & anguſtiã, & negationem in recuperatione uel reſtitutione pecuniæ ſeu commodati. Cum autem impedita fuerit à Saturno, ſignificat inuolutionem & prolongationem & fatigationem, & deſtructionem multam in eius recuperatione uel reſtitutione.

De lucro, quod ſemper remaneat penes illum cui eligis. Caput II.

SI uero fuerit intentum eius cui eligis facere lucrum, quod ſemper remaneat penes eum, ita quòd non tradat illud ulterius alteri, ſit aſcendens hora electionis ſignum fixum, & dominus aſcendentis & Luna & dominus ſecundi in ſignis fixis, liberi ab impedimentis, & anguli non ſint remoti. Si uero fuerit electio ad lucrũ rei quæ ſit uendenda, uel alio modo alienãda, uel reiteranda, ſit aſcendens ſignũ mobile uel cõmune. mobile tamen melius ualet in hoc, ſintq; dominus aſcendentis & Luna in ſignis mobilibus uel communibus: & ſint liberi ab impedimentis & anguli ſint remoti, ſi fieri poteſt: & in quolibet iſtorũ caſuum ſemper apta ex rebus radicalibus quodcunq; potes. Si uero fuerit intentio eius, qui lucratus eſt ſeruare rem acquiſitam, ut cum uoluerit utatur, apta primum & eius dominum in eius acceptione atq; repoſitione, & Iouem, & fac Martem cadere ab aſpectu Lunæ & aſcendentis & partis fortunæ & partis ſubſtantiæ & ab eius domo & ab omnibus dominis harum domorum, uel ſaltem à Luna & ab aſcendente & eius domino, laudantur etiam ſigna communia in acceptione pecuniæ undecunq; acquiſitæ. Si uero res quam uoluerit aliquis reponere fuerit de illis quæ manducantur, ut granum, carnes, & ſimilia quibus familiariter utantur homines, cauendum eſt ne ſit aſcẽdens aliquod ex ſignis multæ comeſtionis: nec ſit dominus primi uel Luna in eis, & illa ſunt Aries, Taurus, Leo, ultima pars Sagittarij, Capricornus, & Piſces: nec ſit Saturnus aſpiciens aſcendentis, uel eius dominum, uel Lunam: uel ſit aliquis eorum in eius coniunctione corporali. Iſta enim ſignificant quòd comedetur ultra modum, & ſub ſpecie comedendi deuaſtabitur de re illa plus debito.

Quando accipiens noluerit quòd accommodatum ſciatur. Caput III.

SI uero quando acceperis accommodatum nolueris ꝙ aliquis ſciat illud, ſed uolueris ut ſit occultũ ut non percipiatur ab aliquo ſit Luna cum acceperis uel cum peneris illud ſub radijs Solis uadens ad coniunctionẽ fortunæ alicuius, ita ꝙ iungatur per aſpectũ alicui ex fortunis non impedięs in cõtinenti quãdo exierit de ſub radijs: hoc enim leue eſt cui eligiẽ & ſecurũ eum reddit, ita ꝙ nullo modo publicabiẽ res illa etiam ſi ſit depoſitũ uel res alia qualiſcunq; ſit quam quis uelit occultã eſſe. Et caue ne iũgatur tunc Luna infortunis: quoniã ſi iuerit ad Martẽ cum ſeparata fuerit à Sole publicabitur res qualiſcunq; fuerit & diuulgabiẽ & cadet in ora

hominum

hominum libenter dicentium mala. Cauendum eſt etiam, ne cum hoc ſit Luna cum Capite draconis uel eius Cauda uel in uia combuſta, quoniam hoc malum eſt & horribile. Et dixit Dorotheus, nec commodes nec commodatum accipias dum Luna fuerit in primo gradus Leonis uel Geminorum uel Sagittarij, nec ſit aliquod ex illis ſignis aſcendens: quoniam eſt horribile hoc accommodatum.

De emptione cauſa lucrandi. Cap. IIII.

SI uoluerit aliquis emere rem aliquã cauſa lucrandi, ſicuti homines ut multũ facere conſueuerunt, & eſt eius intentio ſolum ut lucret ex ea, apta in omni hoc Lunã, quoniã habet participationẽ in his quæ agunt homines præ cæteris Planetis, & apta Mercuriũ qui naturaliter ſignificat huiuſmodi res etiam, & apta dominum ſecundæ domus, & apta etiam dñm aſcendentis ſi potes eum aptare, non ſit in eo magna uis, & ſit Luna iuncta Mercurio & ſint ambo liberi ab impedimẽtis Martis prout unquã magis poteris. Si aũt nõ poteris aptare Mercurium, apta Lunam & undecimã & eius dñm: nec tamẽ negligas facere, ita ꝙ Mercuriꝰ ſit liber à Marte & à radijs eius. fac eum tamen ſi potes iungi Veneri per corpus uel per radios uel cum domino undecimæ. Et ſemper ſit hoc tibi curæ, quoniam quantumcunq; melius aptaueris Mercurium in his poſt aptationem Lunæ, tãto magis poteris confidere de lucro rei quam aliquis quærit quoniam ipſe & Luna & ſecunda & undecima dominant in his & ab eis requiritur lucrum, & ſemper munda eos à Marte, prout melius poteris & à radijs eius.

In alijs emptionibus communibus & communiter factis. Caput V.

IN alijs autem emptionibus quæ quotidie uulgariter ab omnibus indifferenter fiunt, apta partem fortunæ, prout melius quiueris. & fac eam cadere in aliqua domorũ Iouis, & quòd Iupiter uel aliqua alia fortuna aſpiciat eam: quoniam erit hoc melius illi qui emit ꝙ̃ illi qui uendit. Similiter ſi Luna fuerit in ſignis tortuoſis minuta lumine & nunquam erit melius pro emente. Si aũt fuerit Luna in ſignis directę aſcenſionis aucta lumine atq; numero & iuncta fortunis, erit melius pro uẽdente ꝙ̃ pro emente. Et uix fiet ꝙ unquam emptor lucretur ex illa emptione quæ tunc fit, uel ꝙ ipſe non perdat ex ea. Et in omnibus his fac ſemper Martem cadere à Luna & à Mercurio quoniam Mars ſemper contrarius eſt ementi & uendenti, & immittit ſemper laborem & contentionem. Et caue à Cauda draconis ne Luna uel Mercurius, uel pars fortunæ ſit cũ ea: quoniam Mars eſt parum deterior ea. Eſt etiam alius modus in emptione atq; uẽditione quoniam uidetur Arabari dicere, quòd aſcendens & eius dominus ſint uẽditoris ſeptima & eius dominus ſint emptoris, quod uidetur contrarium dictis ſapientũ cum non ſint. Arabari enim conſiderauit quando uenditio ſuſcipit motum ſeu principium à uenditore, hoc eſt, quando uenditor incitat emptorem. Alij enim intellexerunt quando emptor incitat uenditorem. unde dixit aſcendens & eius dñs eſt uendentis: ſeptima & eius dominus emẽtis medium uero cœli & eius dominus pretij. quartũ & eius dominus rei uendendæ, Planeta etiam à quo ſeparatur Luna, uenditoris, & ipſa Luna eſt rei uendendæ, & Planeta cui ipſa iungitur emptoris. Dixit Alchaiat, nõ eſt malum ſi Luna fuerit in aſcendente in emptione & in uenditione, licet in itineribus ſit odienda.

Quando aliquis uoluerit uendere rem aliquam ut lucretur cum precio eius.

Caput VI.

CVm aliquis uoluerit uendere rem aliquã & fuerit eius intentio ut lucretur cum precio, quod acceperit de re illa, pone Lunã in Tauro uel Cancro uel Virgine uel Piſcibus nõ impeditam, & fac ei quòd ipſa ſeparetur à fortunis uel ſaltem ab una ſiue per corpus ſiue per aſpectũ, & iungatur malis per aſpectum, nõ per corpus: iſta enim ſignificant bonum pro illo à quo res illa ſeparatur & qui uendit eam.

Cum aliquis uoluerit operari Alchimiam.

Caput VII.

STuduerunt aliquãdo aliqui & etiam quidam hodie ſtudent, & ut multum, illi, qui alios de auaritia reprehendunt in opere Alchimico & ut plurimum perdiderunt opus, tempus & expenſas nec accidit eis hoc ſolum ex uno errore, ſed ex pluribus accidit enim aliquando quia neſciunt uenire ad concluſionem eius quod ſunt operati: aliquando quia neſciunt proportionare corpora cum ſpiritibus: aliquando quia neſciunt eligere horam nec aſcendens, nec locare Lunam ubi debet locari ad illud opus perficiendum, & hic eſt unus de maioribus erroribus qui poſſint eſſe Alchimico, nec ſciũt etiam aptare Planetã ſignificãtem rem illam quam exercere intendunt. Vnde ſi uoluerit aliquis operari aliquid ſuper his, & uoluerit ꝙ tu eligas ei horam ad illud incipiendum, pone Lunam in ſignis communibus mundam ab omnibus impedimentis, & ab omnibus uitijs & omni malo eſſe, ſitq; aſcendẽs ſignum commune, & eius dominus ſit aptus & liber ab impedimentis. Et apta & conforta Planetam ſignificantem ſpeciem quam intendit operari, ut ſi fuerit plumbum apta Saturni, ſi fuerit æs uel aurichalcum apta Iouem, ſi fuerit cuprum apta Martẽ, ſi fuerit aurum apta Solem, ſi fuerit ſtagnum apta Venerem, ſi fuerit electrum apta Mercurium, ſi fuerit argentum apta Lunam, & conforta unũquodq; in principio ſui operis, ſecundum ſpeciem & ſecundum eſſe uniuſcuiuſq;. Si autem fuerit res quam debeat reiterari, facias illud idem.

De alio modo accommodationis pecuniæ.

Caput VIII.

ITem aliud capitulum de accommodatione ſecundum Haly. dixit enim quòd aſcendens & eius dominus ſunt debitoris, ſeptima & eius dominus ſunt illius cui debetur illius, ſcilicet qui accommodat: Mercurius & Luna ſignificant ipſum debitum. Cum ergo fuerit concordia inter dominum aſcendentis & dominum ſeptimi, & Mercurius in aſcendente, uel cum eius domino fortunatus, perficietur illud cum leuitate. Si uero fuerit Luna ſub radijs Solis, erit Sol ſignificans ipſam ſubſtantiam loco Lunæ. Et dixit, ſi fuerit in uia combuſta, aut deſcendens in meridiem, uel fuerit in primis gradibus Leonis aut Geminorum uel Sagittarij, uel ſi fuerint ipſi gradus aſcendentes, non

significans

ſignificant bonum danti,ſed utilitatem conferunt accipienti. Et dixit quòd dixerunt quidam nequaquam eſt utile in accommodatiooe, ut ſit hora Saturturni uel Solis.

In introitu domus ſeu hoſpitij ad habitandum in eo. *Caput* IX.

CVm uolueris eligere alicui ſuper hac re,uide utrum ſit domus propria uel cooducta.ſi enim fuerit domus propria ſit aſcendens ſignum fixum & Luna in ſigno fixo. Et ſi fuerit domus condocta ſit aſcendeos ſignum commune & Luna ſimiliter in ſigno cõmuni. Vnde aptandi ſunt aſcendens & eius dominus,Luna quoq; atq; dominus ſigni in quo ipſa fuerit: ſecuodum & eius dñs, quartum quoq; atque dominus eius,& aptanda eſt pars fortunæ & eius dominus: aſcendens eoim & eius dominus & Luna & eius dominus. Pro perſona hoſpitantis,ſecundum & eius dominus,& pars fortunæ ad lucrum atq; ad cõſeruationem ſubſtantiæ iam acquiſitæ: & illud accider ſi poteris ponere Iouem fortunatum in ſecundo io hora illa,& qualiſcunq; eſſet,fuerit:tamen ualet Iupiter in iſto caſu, quartum aptabis ad finem totius rei. Et dixit Haly,ſit Taurus uel Leo quarta domus:iſta enim ſignificant quòd locus erit bonus & domus erit munda & pauca animalia impedientia ſeu uenenoſa morabuntor in ea Scorpio enim ſignificat reptilia uenenoſa,& eo fortius ſi fuerit aſpectus à Saturno omnia prædicta loca cuſtodias ab inforiunis & earum aſpectibus, prout melius poteris,& bea ipſa fortunis & earum aſpectibus pro poſſe: & ſi non potes beare omnia,bea ſaltem primum & ſecuodum uel ſaltem alterum,nam ex quo homines lucrantur,nõ curant multum de alijs.

De tertia domo.

De itineribus breuibus. *Caput* I.

CVm uoluerit aliquis facere iter breue quod nõ pertineat ad bellum quod eſt unius diei uel infra,& uolueris ei eligere horã ad illud iter faciendum,apta aſcendens & eius domiuũ Lunam quoq; & dominum ſigni in quo ipſa fuerit & partem fortunæ atq; ipſius dominũ: tertium etiam & eius dominum,Planetam ſimiliter cui iungitur Luoa,ſimiliter & dominum horæ atq; domum ſignificantem rem pro qua uadit uiator ſi ſpecificauerit eam tibi & eius dominum. Et iterum dico tibi ſi noo potes aptare omnia quæ debes & uis,apta ea quæ potes inter quæ ſit Luna ſaltẽ & dominus horæ. Quod ſi nõ poteris apta Lunam,nec poteris iter differre ad minus apta domioum horæ,& fac Lunam cadere ab aſcendente:etiam ſi potes ab eius domino & perderit electio tua licet debiliter. Iſta tamen in tractatu oonæ domus latius dicentur.

In reconciliatione fratrum & aliorum conſanguineorum & uicinorum & concitium. *Caput* II.

DIſcordant aliquãdo ſibi inuicem fratres uel etiam aliquis cum ſuis conſanguineis minoribus ſe uel etiã æqualibus tam diuitijs ſeu potentijs q̃ ætate & uolunt aliquando reconciliari ſimul:uoluntq; qudd tu eligas eis horã ad hoc faciendum,ut eorum reconciliatio ualeat & ſit durabilis. Vnde ſi uenerit ad te aliquis eorum, ut eligas aptam horam eis ad hoc,apta aſcendens & dominũ eius,Lunam quoq; & dñm ſigni in quo ipſa fuerit, tertium ſimiliter & eius dñm qui habet ſigoificare fratres & cõſanguineos illos:ſitq; dominus tertij in cõiunctione domini primi uel io eius trino uel ſextili aſpectu,& hoc cũ receptione perfecta de domo, ſcilicet aut exaltatione uel duabus alijs dignitatibus minoribus:aſpiciatq; dominus tertij aſcendentis aſpectu laudabili,& dominus primi aſpiciat tertium eodem modo ſi fieri poteſt, uel ſit domious primi in decima uel undecima, & Luna aſpiciat utrunq; ſigoificatorũ uel ſaltem alterum eorum. Et oportet te etiam conſiderare utrum illa reconciliatio ſit cum fratribus maioribus uel cum medijs uel cum minoribus. Nam ſi fuerit cum maioribus oportet te aptare Saturnũ poſt aptationem prædictorũ. Si autem fuerit cum medijs oportet te aptare Martem. Si uero cum minoribus oportet te aptare Mercuriũ,hæc omnia intelligas io maſculis. Si autem fuerit cum ſororibus oportet te aptare Venerem,ſicut dictũ eſt de Saturoo in maſculis pro fratribus maioribus. Idem intellige de conſanguineis, conuicinis,conciuibus,ſecundum eſſe uniuſcuiuſq; in ſuo genere.

De his quæ ſpectant ad cultum diuinum atque ipſorum eruditionem. *Cap.* III.

DIxerunt quidam antiquorũ quòd tertia domus habet ſignificare religionem, ſicoti & nona quod eſt uerũ io minoribus religionibus,non io magnis quæ appellantur dignitates clericales uel famoſæ,ut papatus,cardinalatus,archiepiſcopatus,epiſcopatus,abbatiæ atq; religiones magnarum uocum ſeu magnæ famæ,ſicut ſuot illæ quæ ſunt infra ſupraſcriptas oomine atq; fama & quæ ſuot ſtrictæ uitæ & quæ in coltu diuino laborant. Vode ſi uolueris eligere alicui uolẽti alicui illarum religionũ adhærere uel in his quæ ad Dei culturam pertinent ſtudere,apta aſcendens & eius dominum,Lunam quoq; atq; dominum ſigni in quo ipſa fuerit, & apta domum tertiam & eius domioum,apta etiam Iouem qoi naturaliter habet ſignificare hoc,& apta Solem:fac etiam ſi uoquã potes qudd ſit aſcendens Sagittarios uel Piſces. Et ſi uolueris ſoboliter intueri ea quæ ad ipſam religionem ſpectant apta Mercurium,& fac quòd prædicti ſignificatores aſpiciant ſe inuicem aſpectu laudabili, & quòd onuſquiſq; aſpiciat domum alterius uel Planetam in cuius domo ipſe fuerit: & ſi non potes aptare omnia hæc, apta ea quæ aptare potes.

De quarta domo.

In emptione domorum uel hæreditatum, & ſimilium. *Caput* I.

VIſum eſt quibuſdam ſapientibus quòd capitulum de ædificatione ſit præmittendũ iſti: eo quòd ædificare domom uel caſtrũ,& ſimilia ſit nobiliꝰ & famoſius q̃ emere terrã uel alias poſſeſſiones,quibus ego ſatis poſſem aſſentire: tamen uidetur mihi conueniennius habere primo ſuper quo ædificamus q̃ quod ædificare incipiamus, licet non ſit in hoc magna uis. Vnde cum uolueris eligere horam alicui uolenti emere aliquam hæreditatem uel domum ſeu terram uel aliud prędium, apta primum & eius dominum, Lunam etiam & dominum ſigni in quo ipſa fuerit,quartum quoq; atq;

atꝗ ipſius dominum: apta etiam partem fortunæ & dominũ eius: & ſi non potes aptare omnia hæc, apta Lunam & quartum, & adde eis partem fortunæ ſi potes: & ſi non, ad minus aptatio illorũ duorum non deficiat. Videbis etiam ſi locus ille fuerit aptus uel aptandus, ut habitetur, ſit Luna in Cancro uel in Tauro uel ſit in 10. uel ſaltem in 11. aſpiciatꝗ dominum primi laudabili aſpectu: et caue ne ipſa aſpiciat Martem ex aliquo aſpectu: & ſi non potes eam liberare ab eius aſpectu, fac quòd ipſe recipiat eam à trino uel ſextili aſpectu, & ipſe non ſit tunc impeditus, & ſit quarta domus, ut dictum eſt, Taurus uel Leo uel ſaltem Aquarius: domini etiam angulorum ſint orientales in mundo, & à Sole uel ab altero eorum, et ſint ſeptentrionales aſcendẽtes.

Et dixit Hali in emptione cuiuſlibet hæreditatis ſint fortunæ habentes dignitatẽ in angulis: & ſi nõ poſſunt habere dignitatẽ in omnibus angulis, habeant in primo uel in 4. uel ſaltem in altero eorũ: ſint etiam luminaria aſpicientia aſcendens & quartum, uel alterũ eorum aſpectu dilectionis. nec ſint domini angulorũ retrogradi: nec ſit Planeta retrogradus in eis. Et dixit Alchindi; non ſit in 9. uel primo uel 11. infortuna, nec ſit dom⁹ quarta ignea, nec ſit in ea Planeta igneus, & maxime ſi fuerit cadens à fortunis. Et ſi domus 4. fuerit ſignum aquaticum, caue ne Saturnus aſpiciat illam. Et cauẽdum eſt ne dominus 10. ſit infortuna. Aſcendens enim et eius dominus ſignificãt ipſam terram, quam quis emit & eius poſſeſſionem atꝗ utilitatẽ ipſius 10. uel 11. & eius dominus ſignificant quicquid eleuatum eſt ab ea ſupra terram, & ab eius ſuperficie, ut ſunt arbores & cætera terræ naſcentia quę ueterantur in ea. 7. uero et eius dominus ſignificãt cultores illius.

Et dixit Hali quòd uiſum eſt quibuſdã quòd 7. ſignificet herbas. 4. uero et eius dominus dicuntur ſignificare bonitatem rei & quicquid habetur in illa ex ſeminibus. Et dixit quodcunꝗ iſtorum inueneris bonum, iudica bonum in his quæ ſignificat. Si inueneris in prima fortunas, iudica bonitatẽ arborum & eorum quæ ſunt eleuata à ſuperficie terræ. Si autem in 7. iudica bonitatem agricolarum. Si autem inueneris in 4. fortunam, iudica bonitatem rei et bonitatem ſeminum exiſtẽtium in ea. Et ſi inueneris in aliquo iſtorum locorum aliquem malorum, iudica malitiam ſecũdum ſignificatum illius domus, & ſpecialiter in 7. quòd ſignificat fraudem & malitiã cultorum ſecundum naturam illius mali, qui ſignificat eos. Saturnus ſignificat eorum fraudem et mendacia. Mars ſignificat eorum inconſtantiam & latrocinia. Et dixit Athabari, Iupiter & Planeta à quo ſeparatͬ Luna, ſunt emptoris: ille cui iungitur Luna, ſignificat finem rei & ad quid deueniet.

Emere abſolute.

Si autem intenderis emere terram uel uineam, aut aliquid aliud ſimile ſine ædificatione abſolute, non conſiderando ædificare ſuper illa, ſed ſolum ut utaris illa & habere atꝗ percipere fructum eius & redditus à laboratoribus uel cõductoribus, uel etiam alijs, apta prædicta, ſcilicet aſcendens & eius dominum, & Lunam & eius dominum: partem quoque fortunæ & eius dominum: apta etiam Saturnum, quoniam habet ſignificare iſta propter ſui grauitatẽ: & quia ex grauibus operibus in eam immiſſis acquiruntͬ illa. Pone ergo eũ in Libra, uel ſi fuerit emptio de die facta, pone eum in Capricorno uel Aquario: & ſi fuerit facta in nocte, pone eũ in Ariete uel Leone uel Sagittario: Aries tamen minus utilis eſt, & etiam in diurnis emptionibus potes eum ponere in eis: ſed non ualet tantum in eis quantum in nocturnis: uel ſit in aliquo ex ſuis terminis: ſitꝗ fortunatus & fortis: ſit etiam Iupiter aſpiciens eum à trino uel ſextili aſpectu uel 4. ab angulo: & fac cadere Martem ab eis: & ſit Luna in principio augmentationis ſui luminis, in prima ſcilicet dicotomitate, aucta numero, aſpiciens Saturnum uel Planetam qui aſpiciat eum aſpectu amicitiæ. Et ſi aſpexerit eam Iupiter, erit bonum: quoniam ſignificat populationem ipſius terrę, et quòd ſit pluribus arboribus fructiferis, & etiam alijs minuta, & circum ſerata, & quòd poteſt dare bonos redditus & utiles. Et dixit Zahel, ſi non poteris habere aſpectũ Iouis cum Saturno, fac quòd habeas aſpectum Veneris cum eo loco aſpectus Iouis, & fortunabis ſigna aquatica, quia cum fortunabis ea cum fortunis, erunt meliora quàm ſigna aerea. Et dixit, ſit Luna in exaltatione ſua, uel medio cœli & dominus aſcendentis aſpiciens eam. Et dixit Luna quoꝗ & aſcendens ſint mundi à malis & à uitijs.

In reconciliatione patris cum filio. Cap. II.

Reconciliatio

SIcuti fratres aliquando diſceptant inter ſe, ſic accidit ut diſcordet pater cum filio, & econtra. Et ſi uolunt reconciliari ſimul, ueneritꝗ ad te filius ut eligas ei horam ad id conuenientem: apta aſcendens & dominum eius, Lunam quoꝗ atꝗ dominum ſigni in quo fuerit: apta etiam quartum & eius dominum, qui habet ſignificare patrem & auum, & ſocerum & omnes maiores conſanguineos naturaliter aſcendentes: licet tamen quilibet poſſit per propriam domũ ſignificari: ſitꝗ dominus quarti iunctus domino primi trino uel ſextili aſpectu & cum receptione, ſi fieri poteſt, eodemꝗ aſpectu aſpiciat aſcẽdens, ſitꝗ dominus primi in primo uel 10. uel 11. ſit Luna aſpiciens dominum primi atꝗ dominum quarti, uel ad minus unum ex eis: iſta enim ſignificant reconciliationem utilem & bonam atque durabilem.

In ædificatione ciuitatum uel caſtrorum ſeu domorum & ſimilium, & in populationibus terrarum uel ficulnearum fixionibus. Caput III.

Ædificatio.

COnſueuerunt homines ædificare ſecundum diuerſos modos ædificandi, & ſecundum diuerſitatem eſſe hominum, & etiam plantare arbores atꝗ ficulneas figere, & terras diuerſis modis populare, ſecundum diuerſos hominum ritus. Nam licet omnes iſti modi uideantur tendere ad unum finem, tamen diuerſimode oportet quòd eligatur diuerſorum modorum ædificiorum uti uolentibus. Eſt enim quodammodo aliter eligendum uolenti ædificare ciuitatem uel caſtrum, aliter nolenti ædificare aliud ædificium, ut ædificia ſancta & prophana, de quibus ſuo loco & tẽpore cõuenienter dicetur: aliter uolenti plantare arbores ſeu ficulneas figere: aliter uolenti ſeminare. Vnde ſi nolueris eligere alicui horam ut ædificet ciuitatem uel

caſtrum, apta aſcendens & dominum eius:Lonam
quoque ac dominum ſigni in quo Ipſa fuerit: &
partem fortunæ ſimiliter et eius dominum et pone
in aſcendente ædificationis urbis uel caſtri aliquã
ex illis ſtellis fixis, quæ ſunt de natura Iouis uel
Solis uel Veneris aut Mercurij ſiue Saturni, ſi Satur
nus fuerit boni eſſe uel Lunæ uel ſaltem de natura
domini aſcendentis illius horæ. Iſta enim ſignifi-
cant prolongationem illius urbis uel caſtri & eius
perpetuam durabilitatem, propter tardiſſimũ mo-
tum earum atq; Ipſarum tardiſſimam mutabilita-
tem: ciuitas enim & caſtrum debent eſſe res perpe-
tuæ durabilitatis: & hoc oportet fieri per ſucceſſio-
nem ſuorum indiuiduorum quæ ſunt domus, quę
licet diu durent, nõ tamen perpetuantur niſi ſucceſ
ſiue. Et uiſum eſt Hali quòd ſit aptandus Satur-
nus in ædificatione urbiũ. Zael uero uiſus eſt nõ
uelle quòd demus Saturno partẽ in ædificio, ſed ta
men non cõtradixerunt inuicem: quoniã Hali intel
lexit de ædificationibus urbiũ. Zael uero intellexit
de ædificationib⁹ domorũ. Et dixit Hali, ꝙ ſit a-
ſcendens ſignũ terreũ, fixum, in ædificationibus &
domin⁹ aſcendentis, & Luna ſimiliter in ſignis ter
reis, fixis. Et dixit quòd ſit Luna aucta lumine &
numero, iens ad exaltationẽ ſuam: & ꝙ ſit iuncta
fortunæ quæ ſit in exaltatiõe ſua, uel in exaltatione
Lunæ, & ſit recepta. Et dixit etiam Hali, quòd non
uidetur ſibi cõueniens ut ſit Luna in ſigno aquati-
co, & quòd eſt uòle, ſi ipſa ſit aliàs aſcendens, & ſit
plus quàm in medietate ſui luminis. Et dixit Zael,
cui uidetur mihi ſatis cõueniens aſſentire, fac Mar-
tem cadere ab omnibus ſignificatoribus ædificij, &
nunquã des ei aliquã partem in ædificio. Et dixit,
quòd ſi nõ potes facere quin des ei aliquã partem,
in eo pone Venerem fortem in loco ſuo. & pone ei
fortitudinẽ ſuper Martem, & iunge eam ſibi ex tri-
no uel ſextili aſpectu: quoniam Mars non impedit
rem Veneris, ſi receptio uel etiam aliquis bonus a-
ſpectus interueniat, trinus ſcilicet uel ſextilis, pro-
pter multitudinem amicitatis eorum. Et dixit, fac ca
dere Saturnum à Venere pro poſſe tuo, propter ini
micitatem eius cum eo.

De ædificatione domorum. Caput IIII.

IN ædificatione aũt domorum non cõſiderabis
ſtellas fixas, ſed ſolum Planetas, unde aptandi
ſunt aſcendens & eius dominus: Luna quoq; et
dominus domus in qua ipſa fuerit, & Planeta cui
ipſa iungitur, quartũ quoq; & eius dominus, ſecun
dum etiam & dominus eius, decimum ſimiliter &
eius dominus: & eo fortius, ſi fuerit ædificiũ quod
debeat multum eleuari à terra. Et caue ne ponat ſi
gnificatores ædificij ſub terra, quoniã nõ permittet
ædificiũ eleuari, niſi fortè poſt magnũ tempus, ſicut
accidit de turri Viuianorũ quę eſt Forliuij apud ſan
ctum Guilhelmũ, ſed tamẽ ſi Luna fuerit ſub terra
in 5. ſcilicet aut 3. iuncta Planetæ ſuper terram, non
impedito, non eſſet horribile. Et dixit Athabari,
ſit Luna in ſignis tortuoſis quæ habent ſignificare
augmentationẽ. Alchindi uero dixit, ſit pars for
tunæ in angulo, & anguli nõ ſint remoti, & ſit cau
da in 12. & dominus coniunctionis in aliqua ſuarũ
dignitatum uelox curſu, quam ſententiã laudauit
Hali: & laudauit ſimiliter quòd Saturnus aſpiceret
ſignificatores à trino aſpectu cum receptiõe, & ual
de commendauit hoc. Sed quoniam uidetur immo
eſt quodammodo impoſſibile, omnia quæ neceſſa
ria ſunt nobis in ædificationibus, ſemper poſſe ap-
tare, & electiones ædificationũ occurrãt nobis quo
tidie, aptãda ſunt quę aptari poſſunt reddẽdo ſcili-
cet ſingula ſingulis. Hoc eſt, ſi uoluerit aliquis ædi
ficare ciuitatẽ uel caſtrũ, apta aſcendẽs et cętera quę
dicta ſunt ſuperius: & ſi nõ potes aptare omnia, ap
ta dominum exaltationis aſcendẽtis, et utere illo in
hoc pluſquam domino domus uel aliarum dignica
tum. Et ſi hoc iterum facere non potes, apta aſcen-
dens cum aliqua de prędictis ſtellis fixis. Et caue ne
cadat aliqua de ſtellis fixis, quæ ſunt de natura ma-
lorum in gradu aſcendente, uel prope ipſum per
duos gradus. Similiter dico tibi de quarta domo
quæ ſcilicet ſtellæ nominatæ ſunt, in tractatu de re
uolutionibus in loco cõuenienti. Et cum tu feceris
hoc, iam aptaſti principium ædificationis urbis, uel
caſtri, etiam ſi nihil aliud poſſes aptare. In ædifi-
catione uero domorum, ſi non potes aptare omnia
prædicta, apta aſcendẽs & eius dominum: Lunam
ſimiliter & ſecundum & quartum, & eorum domi
nos, uel ſaltem ſecundum, et fac Lunam iungi cum
Ioue à quocunq; aſpectu, præterquàm ab oppoſi-
tione: & ſi potes, pone Iouem in ſecundo: iam apta
ſti maiorẽ partẽ ædificij dom⁹ ſic in hoſpitando do
mum. Eſt etiam aptandus dominus exaltationis ſi
gni in quo fuerit Luna potius ꝙ̃ dominus domus,
ſi fieri poteſt. Ipſe enim eſt in omni ædificatione at
que plantatione præferendus domino domus: &
apta ex prædictis quodcunq; aptare potes: ſed iſta
præferantur quę dixi tibi nunc. Coniunctio ſiquĩ
dem Iouis cum Luna, ſignificat decentiã & ſpecioſi
tatem, & bonitatẽ ædificij domus. Et caue in ædifi
catione domorũ, ne des Saturno uel Marti partem
aliquam in eis, licet detur Saturno pars in ædifica-
tiõe urbiũ: Marti uero in nullo ædificio detur pars.
Et caue ne ponas caudam in primo uel 2. uel 4. &
maxime in 2. quoniam habet diminuere ſubſtan-
tiam: Caput aũt pone in eis ſecure, quoniam habet
augmentare ipſam. Et caue Lunam in coniunctio-
ne Saturni uel Martis uel cum Cauda, uel aliquem
eorum in primo uel etiam 2. uel in 4. niſi fortè Mar
tem ſi nõ poſſes eum euitare cum aptatione Vene-
ris (tamẽ ſicut dictum eſt) Saturnus enim in primo
uel in 4. ſignificat deformitatẽ & eius tarditatẽ, &
quòd uix aut nunquã eleuabitur domus illa. & ſi
eleuata fuerit, uix aut nunquã inhabitabitur, & ma
xime à cõditore ſuo. Et ſi fuerit inhabitata, patient
habitatores eius multa incõmoda, ut ſunt timores,
ſomnia horribilia, & tribulationes diuerſæ. & ſigni
ficari quòd illud ædificiũ cõquaſſabitur & ſcindet,
& fortè ꝙ ruet ex illa conquaſſatione. In 2. uero ſi-
gnificat diminutionẽ ſubſtantię. Mars aũt cum fue
rit in aliquo illorũ locorũ, ſignificat combuſtionẽ
dom⁹ ſeu illius ædificij, & eius caſum & deſtructio
nem & ablationẽ ſubſtantiæ per incendia & latro-
cinia: & eo fortius, ſi fuerit aſcendens ad augem uel
ad longitudinem longiorem, uel fuerit aliàs aſcen
dens. Et dixit Zael, ſit Luna tunc augmentata lu
mine atque numero, quoniam ſignificat utilitatẽ
domini domus, et dominus domus eius ſit aſpiciẽs
eam. Et dixit quòd dominus aſcendentis ſit aſpi-
ciens aſcendens, & ſit mundus à malis. Et dixit, ſi

non aſpexerit dominus aſcendentis aſcēdens, non morabitur dominus domus in ea. Si autem fuerit ædificium uilis uel ignobilis ſeu humilis perſonæ, apta omnia quæcunque pores ex ſupradictis: propierea quia multi ſignificatores aptati ſupplebunt debilitatem radicis natiuitatis illius.

In ædificando eccleſias. *Caput* V.

SI autem fuerit ædificiũ religionis, conſiderabis ſuper eo dupliciter. Nā ſi fuerit ædificium humile, nec multum precioſum, ut ſunt eccleſiæ cōmunes: hermitoriæ paruæ, ut ordinis ſancti Auguſtini fratris Zanniboni, & abbatiæ ſimiles hæremitis & plebes & capellæ & monaſteria, & ſimilia quæ non ſint magnæ famæ, aptabis in talibus aſcēdens & eius dominum, ſimiliter & Lunam & eius dominum 9. & eius dominum. Si autem fuerit ædificiũ nominatum uel pompoſum, ut ſunt magna monaſteria, ſicut ſunt Claræualentia, ſicut eſt eccleſia ſancti Marcij Venetijs: archiepiſcopatus Piſarum ſanctus Vitalis Rauennę, & plures alię eccleſie fratrum minorum Bononię eam panile Forliuij, bapriſteriũ Florentię, et ſimilia excedentia modum religionis, nō eligas eis tanq̃ ædificijs ſpiritualibus, ſed tanquam temporalibus. Vnde aptabis in eis aſcendens & eius dñm, & dominũ exaltationis aſcendentis, præcipue Lunā & eius dominum, ſimiliter & 10. loco noni. Et ſi fuerit ædificium domus ſtudij, apta Mercuriũ, & fac eum boni eſſe fortunatum & fortem: & pone eum in bono loco, ita quód aſpiciat aſcēdēs à trino uel ſextili aſpectu. Si autem fuerit ædificium delectationũ, ut eſt potanonum, ludorum, & ſimilium, apta Venerem, & pone eam ſcilicet fortunatam & fortē atq; boni eſſe, & aſpiciat aſcendēs ex aſpectu amicitiæ. Si uero fuerit ædificiũ in quo debeāt reponi uictualia, ut ſunt blada, uinũ, oleũ, mel, et alia eſculēta et poculenta, apta Iouem, pone eum fortunatum & fortem, & quód aſpiciat aſcendens aſpectu laudabili. Si autem fuerit ædificium, in quo debeantur aliqui poni in carcere, apta Saturnum, & fac eum fortem in loco ſuo, & quód aſpiciat aſcendēs à quocunque aſpectu præterq̃ ab oppoſitione.

De deſtructione conſtructi ædificij.
Caput VI.

HOc capitulum uidebatur ponendum inter capitula 7. domus, ſed Hali uiſum eſt ut præponeret inter capitula quartæ domus. Dixit enim quod cum deſtructio ſit contraria ædificationi, ponendum eſt eius capitulum iuxta capitulum ædificationis: ſed tamen pauca uis eſt in hoc, dicens cum uolueris deſtruere aliquod ædificium, pone aſcendēs aliquod ex ſignis igneis uel aereis: ſitq; dominus aſcendētis & Luna in ſignis igneis uel aereis. Et dixit Athabari, ſit aſcendens ſignum directæ aſcenſionis: ſitq; dominus aſcendentis occidentalis, minuens numerum, iens ad ſignum in quo cadat: nec tamen ſit retrogradus, ſed ſit cadens ab angulo. Luna quoq; ſit minuens lumen atque numerum, cadēs ab angulo, etiam iuncta Planetæ cadenti ab angulo, eunti ad ſuum caſum: uel ſit in Scorpione ſeu Capricorno, & ſit ſub terra, uel iungatur Planetæ exiſtenti ſub terra. ſitq; meridiana deſcendens, uel ſit iuncta Planetæ retrogrado: ſit enā hoc in ultima dicotomitate lunationis, & ſit Luna cadens à Sole, nec ſit recepta. ſitq; dominus quartę domus debilis, & Planeta cui iungitur Luna & etiam alij ſignificatores ædificij. Et præ omnibus alijs debilitabis Martem, etiam ſi non poſſes debilitare omnes alios, non tamen obliuiſcaris debilitare ipſum: quoniam ſicut ipſe eſt contrarius ædificanti, ita in contrarium dirimentis nititur ædificium reiterare. Iſta enim quę tibi ſuperius dixi, non permittunt ædificium diruptũ refici, neq; reiterari. Si autem non curauerit utrum reiteretur ædificium an nō, ſit Luna ſeparata à malo, & iuncta fortunę orientali, uel ſit recepta & dirimetur leuius ædificium illud.

In conductione uel locatione domorum, uel terrarum ſeu uinearm uel fructuum earum, uel aliarum rerum quæ locantur & conducuntur.
Caput VII.

SI uolueris eligere horam alicui, ut conducat rem aliquam, uel locet pro certo precio, & certo reddito, uel certa parte fructuum recolligendorum uel recipiendorum de re illa, apta aſcendens & eius dominum: Lunam quoque atque dominum ſigni in quo ipſa fuerit: aſcendens enim & eius dominus ſignificant illum qui conducit rem, ſeptimum uero & eius dominus ſignificant illum qui locat eam. decimum uero ſignificat illud quod datur pro conductione. quartum autem ſignificat finem rei, & ad quid deueniet conductio, & quod ſequetur inde utrique. Vide ergo quæ ex prædictis locis ſint fortunata et quæ infortunata. Si enim aſcendens & eius dominus fuerit fortunatus, ſignificat bonum pro conductore, & erit conductor uerax, & legalis, & ſeruabit locatori ea quæ ſibi promiſerit. Si autem fuerit infortunatus & malus, erit econtra. Si uero ſeptima & eius dominus fuerit fortunatus, ſignificat quód locator ſeruabit ea quę promiſit conductori, & erit legalis atque bonæ fidei. Si autem fuerit malus & infortunatus, mentietur ſocio ſuo, & non ſeruabit promiſſa, & erit ſibi fraudulentus. Si uero ambo ſignificatores fuerint fortunati & boni, uterque ſeruabit fidem alteri, & erunt ambo legales. Si ambo fuerint mali & infortunati, quilibet eorum nitetur decipere alium, & erit ſibi fraudulentus. Et dixit Hali, ille cui iungitur Luna ſignificat illum qui locat, & ille à quo ſeparatur, ſignificat illum qui conducit: ipſe tamen prout credo conſiderauit, ſi locatio mota fuerit primo à locatore: ſi uero conductor mouerit primo, erit ecōtra. Dominus ſigni in quo fuerit Luna ſignificat finē rei. Et dixit Athabari, aptemus Iouem & Saturnum, & ponamus eos ſeſe aſpicientes aſpectu laudabili. Et illud dixit ad hoc, ut promiſſiones locantis & conducentis ſeruarentur & eſſent firmæ. Et dixit Hali, quód in locatione ſit aptandus aſcendēs & eius dominus, & ſit ueniens ad angulum in ſigno terreo, & Luna ſimiliter, uel ſit in angulo terrę: Planeta uero à quo ſeparatur Luna, ſit liber, & ſit in aliqua ſuarum dignitatum, quoniam ipſe ſignificat terram. Et dixit, quód dominus ſeptimi ſit for

tunatus, concordans cum domino aſcendentis:& hoc prout melius poteris: Planeta uero cuius coniunctionem petit Luna, ſit concordans cum Planeta à quo ipſa ſeparatur. Et dixit, quòd ſeptimum & eius dominus, & Planeta cui iungitur Luna, ſignificant locatorem:& aſcendens & eius dominus. & Planeta à quo ſeparatur Luna, ſignificant conductorem, & ſignificat dominum utriuſque: & quia quartum & eius dominus ſignificant terram. Et dixit quod in incœptione electionis terræ utaris hac eadem electione.

In productione fluminum uel canalium & ſimilium.
Caput VIII.

CVm uoluerit aliquis producere flumen uel canale uel alias aquas, & uolueris eligere ſibi horam ad hoc aptam, apta aſcendens & eius dominum, Lunam quoque atque dominum ſigni in quo ipſa fuerit: apta etiam Saturnum ut ſit orientalis. & dominus etiam aſcendentis ſit orientalis, liber ab impedimẽtis in angulo in aliqua ſuarum dignitatum. & Luna ſit ſub terra in tertia uel in quinta in ſigno terreo. Et ſi fuerit ſupra terram, ſit in decima uel undecima. Et dixit Hali quòd bonũ eſt, ut ſit Saturnus in undecima, dummodo Luna nõ ſit ei iuncta per corpus. Aptabis etiam Iouem, nec ſit aliqua infortuna in decima. Et dixit Alchindi, ſit Luna in prima, quarta à Sole, fortunata, aucta lumine, & numero. & ſit in angulo primæ ſcilicet uel decimæ uel quartæ, & anguli nõ ſint remoti. & ſit aſcendens ſignum aquaticum, fortunatum, fortuna forti. Aptanda eſt etiam pars fortunæ: & dominus coniunctionis uel præuentionis quæ fuit ante ipſam electionem, & cætera quæ dicta ſunt in conductione terræ. quòd ſi non potes aptare omnia hæc, apta ea quæ potes: quorum unũ ſit aptatio Lunę præcipue aptabis etiam dominum aſcendentis & partem fortunæ.

In plantationibus arborum & ficulnearum.
Caput IX.

Plantatio. MOdi plantationis arborum ſeu arbuſtorũ ſunt plures: nam aut plantantur aut figuntur. Iterum ex arboribus aliæ plantantur cum radicibus uel cippis, ut ſunt ficus, oliuæ, mali, amigdalæ, nuces, & ſimilia. Aliæ plantantur ſine radicibus, & dicuntur figi, ut ſunt populus, ſalices, & ſimilia. Aliæ dicuntur arbuſta, ut ſunt uites, oleaſtri, ſimilia. Et ex plantandis quædam figuntur aliquando, & ex figendis quædam aliquando plantantur: & quilibet iſtorum modorũ poteſt dici plantatio. Vnde ſi uolueris eligere horam alicui ad plantandum arbores uel arbuſta, uel figendum ficulneas, incipe à Luna & pone eam in Tauro iunctam Veneri per quemcunque modum ſi potes. Et ſi non poteris ponere Lunam in Tauro, pone eam in Aquario, ſed Aquarius eſt infra Taurum. Quod ſi hoc facere non poteris, pone eam in Leone, tamẽ Leo eſt infra Aquarium. Quod ſi hoc iterum facere non poteris, pone eam in Piſce uel in Virgine, ſed ſunt infra Leonem, dummodo ipſa aſpiciatur ab aliquo Planeta de ſigno aquatico, cum fuerit in Leone. ſed omnibus alijs præferendus eſt Taurus: ſitq́ue Saturnus in primo directus uel in undecimo, uel quinto, uel ſecundo, in aliqua ſuarum dignitatum uel fortitudinum, uel habeat ibi aliquod ex prædictis ſignis. Et ſi non poteris eum ponere in primo, pone ibi Iouem aſpicientem Saturnum, uel ubicunque fuerit Iupiter, fac eum aſpicientem Saturnum aſpectu amicitiæ, & ſit ipſe in loco in quo habeat aliquod teſtimonium. Et ſi neuter illorum poterit poni in primo, pone ibi Lunam, uel pone eam in decimo uel in undecimo, uel ſaltem in quinto uel tertio, & nunquã ponas eam impeditam in plantationibus & ſeminationibus. Et caue ne des Marti partem in plantationibus uel ſeminationibus, niſi ut in ædificationibus: & fac Lunam cadere ab eo, & dominum ſigni in quo ipſa fuerit & partem fortunæ ſimiliter & apta dominum exaltationis aſcendentis, ſi facere potes, quoniam nõ eſt malum ſi præferatur domino domus in hoc. Et dixit Alchaiat, ſit dominus domus Lunę aſpiciẽs eam à ſigno aquatico. Et ſi nõ fuerit aſcendens ſignum fixum, ſit dominus aſcendentis, & Luna orientalis, aſcendentes, uel ſaltem alter eorum. Si enim dominus aſcendentis fuerit orientalis, & fuerit aſcendens ad augem ſuam, uel longitudinẽ longiorem: ſignificat quòd arbor quæ tunc plantatur, creſcet cito ſi uero fuerit aſcendens & non fuerit orientalis, ſignificat quòd arbor illa creſcit cito, ſed tardabit fructificare & hoc non nocet in arboribus non fructiferis. Et ſi fuerit orientalis deſcendens ab auge, uel ad longitudinem propiorem, creſcet tarde, ſed feſtinabit fructificare. Et ſi fuerit occidentalis deſcendens, tardabit creſcere atque fructificare. Et ſi nõ potes ponere aſcendens ſignum fixũ, pone ſignum commune, aſcendens, & ſignificatores in ſignis communibus. Sed quoniam eſt difficile aptare omnia quæ poſſunt in electionibus conſiderari, prout aliàs iam tibi pluries dixi, cum non potes aptare omnia quæ uis, apta ea quæ potes. Nam in plantationibus arborum, ſi nõ potes aliud aptare, apta ſaltem Lunam et pone eam in Tauro liberam, non impeditam, uel in ultima parte Sagittarij iunctam Ioui à quocunque aſpectu, præter quàm ab oppoſitiõe nec ſit Iupiter impeditus & pone eum, ſi potes in aſcendẽte, liberum, uel in decimo, uel undecimo, uel quinto, uel quarto. Et illud idem dico de parte fortunæ, ſi fieri poteſt.

In ſeminandis ſeminibus quæ in eodem anno uel in ſecundo fructificare intendimus.
Caput X.

CVm uolueris eligere alicui horam in ſeminandis ſeminibus, oportet ut in omni ſeminatione ſit aſcendens ſignum mobile uel commune, & dominus aſcendentis in ſigno mobili, ſi fieri poteſt: tamen ſicut dixi tibi in plantationibus, incipe à Luna, & operare per ipſam: quoniam eius uirtus in ſeminationibus præferenda eſt uirtutibus omnium aliorum Planetarum. Et dixit Haly, ſit Luna in ſignis mobilibus: unde ipſa eſt ponenda in ſigno mobili uel communi, terreo uel ſementum: ſed ſi fuerit in Ariete, oportet quòd aſpiciat eam Planeta de ſigno aquatico, ne pars illius

Illius ſeminis areſcat. Et laudauit Hali Cancrum & Capricornum: uirginem uero laudauit præ cæteris ſignis terreis, uel ſementum tam in ſeminibus quæ fructificant in eodem anno, quàm in illis quæ fructificant in ſecundo anno, ſicut ſunt illa quæ ſeminantur cum plantantur, ut ſunt porri, caules, & ſimilia. Et quandoque fructificant in eodem anno quo plantantur. Zael uero dixit, quòd ſit aſcendens ſignum commune, & dominus eius in ſigno mobili, aſpiciens dominum domus ſuę: ſitq; liber à malis: quoniam ſi aſpexerint eum mali, inueniet ipſum ſemen impedimentum. ſitq; Luna augmentata lumine atq; numero: quoniam ſi fuerit ſub radijs, uel fuerit deficiens numero, ſignificat quòd minuetur illud ſemen, & non naſcetur ex eo niſi modicum. Et ex fixis laudatur Taurus, ſed rarificat ſemen, ſecũdum quantitatem eius quod ſeminatur. Vnde oportet quòd aliquid pronũciatur plus de ſemine quàm ſit conſuetum, nec tamen excedat modum. Et etiam ultima medietas Sagittarij ualet in ſeminationibus, & laudatur etiã Piſcis. Si uero fuerit ſemen arborum, ſicut aliquando aliquæ ſeminant, ut iterato & ordinarius plantent arbores quæ de illis ſeminibus naſcuntur, ſit Luna in Tauro: tu tamen ſi non potes aptare omnia ex prædictis, pone Lunam in Virgine liberam ab impedimentis, & aptaſti horam ſeminandi.

In initio cultus hæreditatum.
Caput XI.

Hæred. cult. CVm uolueris eligere alicui horam uolenti incipere colere hæreditatem quam ipſe apprehendit, uel quam alter ei relinquit: apta aſcendens & dominum eius & Lunam, & Planetã in cuius domo ipſa fuerit, ita ut omnes ſint recepti, & Planeta qui recipit aliquem eorum ſit in angulo uel ſuccedenti liber ab impedimentis: & ſi non poſſunt omnia hæc fieri, ſit ſaltem Luna recepta à Planeta forti & fortunato, & ipſa in bono loco. Et facito ſi unquam potes, quòd fortuna libera ab impedimentis ſit in ſecundo. Et dixit Alchindi, ſit dominus partis fortunæ atque dominus cõiunctionis uel præuentionis in aliquo angulo, uel uadens ad ipſum, & ſit dominus ſigni in quo Luna fuerit fortuna, quòd ſi omnia iſta defuerint, ad minus fac quòd Luna ſit in aſcendente, uel in bono loco ab ipſo recepta.

In compoſitione nauium ſeu galearum.
Caput XII.

Nauiũ comp. MOdi compoſitionũ nauium ſunt tres, quibus omnes alij ſubalternantur. Nam aut eſt compoſitio galeę uel æquipollentis ad expugnandum inimicos aut eſt compoſitio nauis magnæ ad transferendũ, aut eſt nauis ad alias communes nauigationes, ut mercationum minorum, & ſimilia. Vnde ſi uoluerit aliquis componere galeam, uel aliam nauim curſus, uel ad impugnandum inimicos, uel ad equitandum mare, per alium modum uelocitatis, apta aſcendẽs & dominum eius: Lunam etiam & Planetam in cuius domo fuerit ipſa: & pone eos in aſcendente uel in 10. uel in 11. & ſit aſcendens ſignum fixum, & ſi fieri poteſt ſimiliter alij anguli ſint ſigna fixa: & apta 4. & eius dominum, quoniam habet ſignificare nauim naturaliter: & fac ſi potes quòd ipſum ſit ſignum aquaticum, uel ſaltem pone dominum eius in ſigno aquatico, liberum ab impedimentis, & iunctum alicui fortunæ. Et ſit Planeta à quo ſeparatur Luna fortis & uelox. Et ſi non potes ponere dominũ aſcendentis uel Lunam in 10. pone ibi fortunam fortem & fortunatam, habentem in eo teſtimonium forte, & ſit orientalis atq; uelox curſu: dominus autem ſeptimi debilis & tardus curſu. Si autem fuerit nauis ad transfretandum, ſit Luna in medio curſu ſuo aptatis ſupradictis, ut dictum eſt, ita quòd ipſa non currat in die uno plus quàm ſit medius curſus eius: et ſi per tria uel quatuor minuta minus ambulauerit in die uno, non erit malum propter timorem, ne ipſa ex nimia uelocitate lædatur. Si uero fuerit de alijs prædictis nauibus, aptabis prædicta, ſed non refert utrum Luna ſit uelox curſu an non, dummodo non ſit multum tarda, ita quòd non eat in die uno minus curſu ſuo plus quàm 31. minutis, & ſtude aptare dominum coniunctionis uel præuentionis pro poſſe tuo, quoniam hoc bonum eſt: & cum ſeparata fuerit Luna ab alio Planeta, fac eam iungi alicui fortunæ: & ſi non fuerit dominus aſcendentis in angulo, fac quòd ipſe uadat ad eum. Et dixit Hali quòd quidam affirmabãt bonum eſſe, ſi Luna eſſet in Tauro uel in Geminis. Et dixit, cauendum eſt ab aſpectu Martis cum Luna uel cum domino aſcendentis, uel cum domino quarti in compoſitione nauium. Et dixit Hali, quòd eſt utile ſi Luna fuerit ſuper terram. Et dixit, iſta eadem eſſe aptanda in pulſione nauiũ in aquam, et in earum emptione: tu autem apta omnia quæ aptare potes: tamen ſemper ſit tibi curę aptare Lunam: & quando erigitur arbor in naui magis, tunc aptandum eſt decimum & eius dominus: Luna ponenda eſt ſimiliter in eo.

De ædificatione molendini. *Caput* XIII.

ÆDificantur molendina pluribus modis: nam aliud ædificatur in nauibus, aliud ædificatur in ſtatera, ita quòd eleuatur & deprimitur ad uoluntatẽ ſui tractatoris, & illud dicitur molendinum pendulum. Aliud ædificatur firmum, ita quòd nec deprimitur nec eleuatur, immo permanet firmum, & illud dicitur molendinum tranſuerſarium. Aliud ædificatur in domo habitanda, quod uoluitur ab aliquo animali uel cum aliquo inſtrumento fabrili, & illud dicitur poſternum. Aliud ædificatur in locis altis, quod uoluitur uento & illud dicitur molendinum uenti. Et ſecundum eorum diuerſos modos ædificandi, diuerſificandæ ſunt eorum electiones. Vnde ſi uoluerit aliquis ædificare aliquod ex ſupradictis molendinis, & uenerit ad te ut eligas ei horam ad illud aptam: & fuerit molendinum in nauibus, ſit aſcendens ultima medietas Piſcium uel ultima Virginis. Si autem fuerit molendinum ſuſpenſum in ſtatera, ſiue nauibus quod dicitur pendulum, ſit aſcendens prima medietas Arietis uel prima Libræ: quoniam hęc & illa habent ſignificare æqualitatem. Si uero fue- Mol. ædif. Molendina 4.

tit molendinum fixum quod non eleuetur nec deprimatur quod dicitur tranſuerſarium, & fit molendinum in domo quod uoluatur beſtijs uel inſtrumentis fabrilibus quod dicitur poſternum, ſit aſcendens ſignum fixum ſiue aquaticum fuerit ſiue terreum. Si uero fuerit molendinum quod uoluatur uento, ſicut in quibuſdam locis conſueuit aliquando fieri, ſit aſcendens ſignum aereum & Luna in prædictis ſignis uel in aſcendente uel in decimo uel in undecimo. Et dixit Hali, caue ne ſit Luna in Cancro uel Capricorno ſimiliter uitandi ſunt Gemini & Sagittarius propter magnam inæqualitatem dierum & noctium, cum Sol fuerit in eis: & ſit Luna ſemper in qualibet ædificatione molendini in curſu ſuo medio, uel parum uelocior, ſi fieri poteſt. Si autem non poteris ponere Lunam in prædictis ſignis, nec poteris ponere illa aſcendentia, ſed fuerit Luna & aſcendens in alijs ſignis, dixit Hali quòd ſi fuerit cum aſpectu infortunæ erit bonum: ueruntamen ſi fuerit cum aſpectu fortunæ erit melius. Initium molendini naualis eſt, quando incipit conſtructor eius ædificare primam nauim. Initia uero aliorum molendinorum ſunt, quando incipit ædificari de illis magiſterijs quæ ſunt de ſubſtantia molendini. Et ſi fuerit molēdinum quod indigeat aquimolo fac aquimolum incipere fodi, quando fit aliud principium prędictum, ne forte credas uel dubitas ne aliquod contrarium uel ſuperfluum ſeu diminutum in iudicijs ſeu in electionibus Aſtronomiæ inueniatur ſemper ſuper quolibet capitulo. ſecundum quòd de ipſo ſententiatum inueneris per ſapientes, ita iudica nec quod alibi dictum ſit curabis, nec poteris errare, ſed ſemper recte iudicabis & eliges.

De quinta domo.

In reconciliatione filij cum patre. Caput I.

SIcut pater diſcordat cum filio, ſic & filius aliquando ſuo motu diſcordat cum patre. Vnde ſi uenerit ad te pater uolens reconciliari filio, ut eligatur ei hora ad hoc apta, aptabis aſcendens eius dominum, Lunam etiam & dominum ſigni in quo ipſa fuerit: apta etiam quintum & eius dominum qui habet ſignificare filium, & fac ut dominus quinti iungatur domino primi aſpectu amicitiæ. Et ſi fuerit cum receptione, erit melius. ſit etiam dominus primi in primo uel in decimo uel in undecimo: & Luna tunc aſpiciat dominum primi & dominum quinti uel alterum eorum ad hoc ut reconciliatio eorum ſit durabilis.

De miſſione legatorum ſeu nunciorum. Caput II.

SI uoluerit aliquis mittere nuncium ſeu legatum ad aliquam perſonam conſiderabis in hoc facto Lunam præ cæteris ſignificatoribus, & fac eam iungi Planetę ſignificanti perſonam ad quam mittitur, trino uel ſextili aſpectu, & ſi potes, fac quòd ille recipiat Lunam uel ſaltem dominum primi, ut ſi miſerit ad regem, fac quòd ipſa iungatur Soli uel domino decimi: ſitque Sol uel dominus decimi ille ex eis cui iungitur Luna in primo uel in decimo uel undecimo. Et ſi non potes eum ponere in aliquo iſtorum locorum, pone ipſum in nono uel in quinto uel in tertio, ſed erit hoc modicæ utilitatis. Et caue cum mittis uel uadis ad regē, ne ſit Luna in Aquario uel Piſcibus. Et ſi miſerit ad alios nobiles uel magnates uel iudices uel Papam uel cardinales uel epiſcopos uel alios religioſos, ſit Luna iuncta Ioui ex prædictis aſpectibus in angulo uel in loco bono ab aſcendente. Et ſi miſerit ad bellicoſos uiros, ſit iuncta Marti, nec ſit illa coniunctio ab angulis nec ſit ipſe in angulo, ſed ſit in ſequentibus angulum. Et ſi miſerit ad ſenes uel Iudæos uel agricolas & ſimiles, ſit iuncta Saturno à dictis aſpectibus, ſitque Saturnus boni eſſe in ſuccedenti angulum. Et ſi miſerit ad mulierem ſit iuncta Veneri. Et ſi miſerit ad ſapientem uel ſcriptores uel mercatores uel ad iuuenes à decimo quarto anno uſque ad uiceſimum, ſit iuncta Mercurio: & caue ne ſit Mercurius tunc impeditus, nec aliquis Planetarum cui iungitur Luna.

In induitione ueſtium nouarum uel earum inciſione. Caput III.

QVibuſdam ſapiētibus uiſum eſt quòd iſtud capitulum pertineat ad primam domum, quoniam uidetur eſſe de rebus quæ pertinent ad primam: mihi tamen uidetur conueniens, licet non ſit in hoc magna uis quòd poterit pertinere ad domum quintam, eo quòd quinta domus habet ſignificare delectationes & alacritates & homines delectantur in nouis ueſtibus & gaudent in eis, ſicut in alijs delectabilibus. Vnde cum uolueris eligere alicui horam ut emat, uel incidat, ſeu faciat uel induat ueſtem nouam, apta aſcendens & dominum eius & Lunam, & pone eos in ſignis mobilibus, ſitque aſcendens ſignum mobile: ſit ergo Luna in Ariete exceptis ſeptem gradibus, quæ ſunt poſt octauum uſque in finem 15. gradus eiuſdem Arietis, & exceptis 21. & 24. gradu eiuſdem: uel ſit in Cancro exceptis primis ſex gradibus eius, & tribus ultimis uel ſit in prima medietate Libræ, uel ſit in primis 18. gradibus Virginis uel in primis 19. gradibus Sagittarij, uel in primis 20. gradibus Piſcium. Et dixerunt ſapientes, ſigna fixa non eſſe laudanda, niſi in ueſtimentis pertinentibus ad bellum ego tamen non conſueui uitare primos 20. gradus Tauri, quoniam eſt domus Veneris quæ habet ſignificare delectationes & quia Luna exaltatur in eo: & omnes unanimiter blaſphemauerunt Leonem. Vnde Ptolemæus in centiloquio, noua ueſtimenta facere uel tractare Luna in Leone periculoſum eſt: & ego ab illis non diſſentio: niſi forte Sol aſpexerit Lunam à trino uel ſextili aſpectu, & ubicunque inueneris eam receptam receptione perfecta, non blaſphemabis eam. Si autem potes eam aptare, ut dictum eſt, bene quidem: & ſi non, pone eam extra Leonem & extra Capricornū & extra uiam combuſtam: nec ponas eam unquam alicubi impeditam ſed liberam. Et dixit Hali, apta ſecundum, & eius dominum, & maxime in emptione ueſtium: & quòd Luna ſit aucta lumine: ſi uero tu non poteris omnia hæc aptare, apta Lunam in induitione ueſtium nouarum, & in earum factione, & pone Solem in medio cœli.

Veſtis indu- ta.

Leo ui- tandus

Iſta

Iſta enim ſignificant quòd ueſtis erit perſpicua & pulchra. Et ſi nihil aliud potes aptare, fac quòd Luna non ſit impedita, nec ſit in Leone ſine receptione, ut dictũ eſt: & quòd Sol ſit in medio cœli. Conſueuerunt aliquando quærere quidã fatui ſophiſtę, quare nõ nocet cibus nec eſt prohibitus Luna exiſtẽte in Leone cũ intret corpus, & ſunt prohibita ueſtimenta quę non intrant corpus. Quibus poteſt taliter reſpõderi, ſcilicet quòd cibus potentialiter eſt de natura corporis: quo recepto per os & in ſtomachum tranſmiſſo, eius potentia mediantibus motibus corporum ſupercœleſtium & uirtute regitiua corporis, deducitur in actum, & efficitur de ſubſtantia corporis: ex nutrimento enim & nutriente fit unum, ſic ex cibo & comedente. Vnde habet ipſum defendere ac cuſtodire & retinere naturaliter uirtute prædicta, nec ei cõtradicere, nec poterit ipſum impedire. Indumenta uero ſunt accidens, & non habent defendere corpus naturaliter, nec etiam ipſam naturam: habent enim accidentaliter id quod habent, quoniam ſine indumentis poſſet aliquis uiuere: ſine cibo uero non ſic. Et licet indumenta faciant ad bene eſſe corporis non tamen faciunt ad eſſe, nec ſunt de ipſius ſubſtantia. Corpora uero ſuperiora operantur in nouarum ueſtium induitione ſolum ex ſuis motibus in cibo autem non ſic, quoniam licet ipſa operantur in aſſumptione ciborum ex ſuis motibus, non operantur abſq; beneficio naturæ intrinſecus operantis, tranſmutando cibum in naturam corporis nutriendo illud unde non impedit propter illam cauſam: non intereſt enim naturæ impedire ſemetipſam. & etiam quoniam natura eſt primum generationis & corruptionis augmenti & diminutionis corporum caducorum, mouente Planeta deſignatore, & cum ſit in intentione naturę ſeruare, non impedit illud.

De generando ſeu concipiendo filium uel filiam.
Caput IIII.

Cõceptio.

DIxit Zael cum uolueris eligere horam coniungendi cum uxore tua ut generes filium maſculum, ſit aſcendens & dominus eius, & Luna dominus domus filiorum in ſignis maſculis, aut in parte circuli maſculina, quæ eſt pars dextera hora coniunctionis. & non ponas in aſcendente in eadem hora, nec in ſigno filiorum, niſi Planetam maſculinum. Et ſi uis ut ſit fœmina, ſint iſti ſignificatores in ſignis fœmininis, & in parte circuli fœminina, quæ eſt ſiniſtra. Et ſi hoc non poteris facere, & diuerſi fuerint iſti ſignificatores, ſcilicet ut quidam eorum ſint in ſignis maſculinis: & quidam eorum in ſignis fœmininis: participetur dominus horæ cum Planeta qui recipit diſpoſitionem Lunæ, & iudica ab eis qui fuerint plurium teſtimoniorum in ſignis maſculinis uel fœmininis, & erit conceptus ſecundum hoc. Hali uero fecit ex hoc longiorem ſermonem quàm Zael. dixit enim, oportet ut in electione hac ſit aſcendens ſignum maſculinum & directę aſcenſionis: anguli ſint fixi & non remoti: dominus aſcendentis in aſcendente uel in medio cœli, aut in undecimo, ſitq; Planeta q prius uenerit ad gradum aſcendentem per motum ſuum fortuna. Et dixit, notum eſt per ea quæ præmiſſa ſunt neceſſario utraq; luminaria eſſe aptanda in his ſimilibus, & maxime dominum temporis aptare ualde neceſſe eſt: infortuna etiam aliqua non ſit in angulo, ſed fortuna libera & fortis. Et dixit, oportet quoq; ut diuertamus nos ad dominum aſcendentis: & præcaueamus, ut ſit Planeta dominus aſcendentis qui impediatur in menſe nono. partus enim in illo ſæpe fieri uidemus. Idem etiam & ſi poſſibile fuerit præcauere in ſeptimo & in decimo menſe laudabile eſt ſolet enim in illis partus quandoq; fieri. & debet eſſe in his locis dominus aſcendentis fortunatus & fortis, & luminaria etiam. Et pręcauendum eſt ne dominus ſexti uel octaui ſi infortuna fuerit, commiſceatur cum aliquo ſignificatore aliquo modo. Et uniuerſaliter uitãda ſunt omnia quæ in libris natiuitatum dicuntur illaudabiliora, & aſpicienda ſunt quæ in eis approbantur cum radicibus electionis. Et dixit Alchatat, optimum quid eſſe diximus ut ſit Luna in aſcendente in trino aſpectu Solis. Dixit etiam, caue à uia combuſta, & aptemus Venerem: ſi enim impedita fuerit Venus, corrumpitur aliara, hoc eſt mulier uel matrix: ſi uero Luna, corrumpitur ſemen. Apta quoq; domũ quintam & eius dominum. Quidam etiam hoc approbant eſſe in horis imparibus, hoc eſt in prima ſcilicet, tertia uel quinta uel ſimilibus. Quod ſi acciderit ut ſit aſcendens & Luna in Libra, quod eſt ſignũ rationale, erit bonum, ſi tamen liberum fuerit & eius dominus: tunc enim in medio cœli erit Cancer, quod eſt ſignum multorum filiorum: ſintq; reliqui ſignificatores in ſignis maſculinis, impręgnabitur enim & concipiet maſculum: & adhibeamus operam noſtram in rebus quæ pertinent illi, id eſt iudicabimus ne ſit aliara uel matrix eius torta uel in aliquo infirma ad phyſicam: ſignificatores etenim circulares perficiunt ſecundum quòd eas recipere poſſunt ipſi ſubiectæ materiæ. hic eſt ſermo Hali ſuper generatione & corruptione ſed quoniam difficillimum eſſet omnia ſic præciſe aptare, atque philoſophorum dicta prout ipſi protulerunt omnia ſeruare, uidetur mihi hoc, ſcilicet quòd aptes aſcendens Lunam & eius dominum in cõiunctione uiri cum muliere: & ponas Iouem in gradu decimæ domus, ſi facere potes. quoniam hoc ſignificat quòd mulier concipiet in primo coitu quem tunc fecerit, niſi forte eſſet Virgo, quæ non poſſet concipere in primo concubitu, poteſt tamen concipere in ſecundo: & ſi non poſſes eum ponere in gradu decimæ domus, pone eum in decima uel undecima in tali gradu, quòd aſpiciat aſcendens gradu per gradum uel pone ipſum in quinta, ita quòd aſpiciat aſcendens uel Lunam uel dominum quintę laudabili aſpectu uel pone dominum primæ & Lunam in quinta uel alterum eorum, ita quòd ſit duobus gradibus ſupra lineam quintæ domus, uel ad plus tribus uel 15. gradibus ſub ea ad plus. Iſta enim ſignificãt quòd mulier concipet tunc. Maior pars ſignificatorum ſi fuerit maſculina uel in locis maſculinis, ſignificat maſculinitatem, & in fœmininis fœmininitatem. Et ſi fuerint totidem ſignificatores maſculini, quot fœminini, poſſunt alterum duorum ſignificare, uidelicet aut unum uel plures maſculos, & totidem fœminas uel hermaphroditum.

Aliara.

Cõcubitus uirginis.

T 4

De educendo abortiuos à muliere. *Caput* V.

Abortum educ.

SIcut multotiens euenire conſueuit, ſi fuerit conceptus mortuus in utero materno, & uolueris eligere horam ad educendum eum, ſiue per modum chirurgię, ſiue per modum pharmacię, ſiue per modum induſtricum, uel per quemcunque modum fuerit, ſit aſcendens ſignum fœminorum directę aſcenſionis, et Luna ſimiliter ſit etiam deficiens lumine, ſi fieri poteſt, & ſit ultra lineam decimæ domus, ſex gradibus, uel plus, deſcendens uerſus domum ſeptimam. ſit etiam aliqua fortuna aſpiciens Lunam à trino uel ſextili aſpectu uel quadrato: ſiue recipiatur Luna, ſiue non. Et ſi aſpexerit eam, tunc Mars à dictis aſpectibus cum receptione erit bonum. ſi autem ſine receptione, non erit malum, dummodo Luna ſit in ſigno fœminino, & ſit aſcendens ſignum fœmininum directæ aſcenſionis, ut dictum eſt. Et cauendum eſt, ne ſit aſcēdēs ſignum tortuoſum, uel dominus aſcendentis, aut Luna ſit in aliquo eorum.

De tradendo filium diſciplinis. *Caput* VI.

Pueri doc.

IStud capitulum uidetur debere contineri ſub domo magiſterij: ſed quia non facit mentionē niſi de diſciplina filij, magis eſt ponendum ſub domo quinta, quæ ſignificat filios. Vnde cum uolueris eligere horam alicui uolenti tradere filium ſuum alicui diſciplinę, uel alicui doctrinę, uel ad aliquod documentum ſiue magiſterium addiſcendum, ſiue ſit numerus, ſiue menſura, ſiue cantilena, ſiue aſtronomia, ſiue quælibet ars fabrilis, ſit aſcendens aliqua domorum Mercurij, quarum melior eſt Gemini ſit Luna libera ab impedimētis iuncta Mercurio, trino uel ſextili aſpectu ſitq́ Mercurius ſaluus & liber ab impedimentis, ſitq́ orientalis aſcendēs directus, fortunatus, & fortis: dominus uero domus in qua fuerit Mercuri⁹ liber & ſaluus: ſit etiam Luna aucta lumine & numero: quia ſignificat hoc uelocitatem addiſcendi: & ſi eſt tarda uel deficiens, ſignificaret tarditatem addiſcēdi. Et dixit Zael, ſint domini domorum aſpicientes eos: quòd ſi hæc omnia facere nequiueris, apta Lunam pro poſſe tuo, & apta Mercurium, ita quòd non ſit retrogradus, nec ſub radijs Solis, nec in ſtatione prima, & ſit occidentalis à Sole, uel etiam orientalis dummodo ſit directus.

In encenijs dandis uel accipiendis. *Caput* VII.

Encenia.

IN re iſta ſcilicet encenijs conſiderantur duo, datio uidelicet & acceptio, ſicuti homines accipiūt encenia, ſic & aliquando dant illa: & totum hoc dicitur encenium, ſicut dicitur ille qui ſuſcipit hoſpes, et ille qui ſuſcipitur ſimiliter dicitur hoſpes. Vnde cū uoluerit aliquis accipere ab aliquo enceniū, tunc aptandum eſt primum & eius dominus, et Luna & dominus ſigni in quo ipſa fuerit aptandum eſt etiam ſecundum & eius dominus, ut encenium uertatur in utilitatem accipientis: aptanda eſt etiam pars fortunæ & eius dominus ut amplificetur illa utilitas. Similiter eſt aptādus Iupiter, qui ſignificat ſubſtantiam naturaliter per phas acquiſitā, ut conſeruetur utilitas ampliata, & tranſeat in ſubſtantiā eius qui recipit encenium, & fiat habitudinaliter.

Cum autem dederit aliquis encenium iam acquiſitum, uel miſerit alicui, aptandi ſunt quintum & eius dominus, & Iupiter, & ſit Mars in utroque caſu cadens ab aſcendente & eius domino: à Luna quoque & à Planeta in cuius domo ipſa fuerit: ſimiliter à ſecunda & eius domino: à parte quoque fortunæ, à parte ſubſtantiæ, à quinto, & eorum dominis. Et ſi poteſt fieri, ſint ſecūda et quinta dom⁹, ſigna communia, quibus meliora ſunt Sagittarius & Piſces: & Virgo eſt infra hoc, & Gemini eſt infra Virginem. Eſt etiam cauendum, ne Saturnus aſpiciat Lunam, uel aſcendens uel eius dominum uel partem fortunæ uel ſubſtantię ſine receptione: ſitq́ dominus aſcendentis eleuatus ſuper dominum ſeptimi. Quod ſi hæc omnia facere non poteris, apta Lunam & dominum ſecundæ domus, & Iouem in receptione enceniorum: in datione uero Lunam & dominum quintæ domus & Iouem uel partem fortunæ.

De ſexta domo.

De medicandis ægrotis. *Caput* I.

Ægrotus med.

CVm uolueris eligere horam alicui uolenti mederi alicui ægroto aſpice ſi fuerit ægritudo uniuerſalis in toto corpore uel fuerit particularis in aliquo ſcilicet membro ſpeciali, ut in oculo uel in aure, uel aliquo alio membro officiali, ut brachio, manu, & ſimilibus. Si enim fuerit ægritudo in toto corpore, ſit aſcendēs aliquod ex ſignis humanis, quibus omnibus magis laudatur Libra: aſcendens enim ſignificat totum corpus, niſi ſpecificetur membrum. Si uero fuerit ægritudo in certo membro, ex duodecim partibus hominis ſuperius nominatis, quæ ſunt, caput, collum, brachia, humerus, pectus, dorſum, uenter, uerenda, anchæ, coxæ, genua, crura, & pedes. Dixit Arthephius, ſit aſcendens ſignum illud cui deputatum eſt membrum ægrotantis. ſit etiam dominus primi liber ab impedimentis, et Planeta ſignificans illud membrum ſit ſaluus & liber: etiam eſt aptanda Luna. Et dixit Hali, cauēdum eſt ne Luna ſit in oppoſitione, tunc domini ſextæ uel octauæ: etiam ſi fuerit ille fortuna in trino autem uel ſextili, ſi fuerit fortuna, non timendum. Si autem fuerit malus dominus ſextæ uel octauæ, non ſit Luna in aliquo aſpectu cum illo. Si uero non poteris uitare quin ipſa ſit in aſpectu alicuius eorum, ſit in trino uel ſextili, & non ab aliquo alio nec à cōiunctione corporali, nec ſit Luna deſcendens. Et dixit Meſſala, quòd ſit Luna in ſigno illi membro deputato, quòd ægrotat cum medetur aliquis illi. Hoc intelligas per modū pharmaciæ, uel per unctionem uel emplaſtrationem: ſed non per modum chirurgicum, ita quòd membrum tangatur ferro uel igne uel ſimili: iuxta illud Ptolemęi in Centiloquio, Tangere membrum ferro Luna exiſtente in ſigno illo membro deputato, periculoſum.

In accipiendo medicinam occaſione alicuius ægritudinis. *Caput* II.

CVm uolueris eligere alicui ægrotāti horam ad accipiendum aliquam medicinam propter ægritudinem expellendā, ut ſunt hemi

cranea

cranea, dolor dentiū, ſpaſmus, dolor uentris, & ſimilia quæ fiunt per unctiones uel per emplaſtra uel per appoſitionem cuſtarum uel ſpongiæ, atque ſimilium. Dixit Zael ſit aſcendens Libra uel Scorpio & Luna in eo iuncta fortunis; & non ponatur aliquis malorum in angulo Lunæ, quòd ſi non poterit prohiberi ab aſpectibus malorum, ſit hoc ex trino uel ſextili aſpectu eorum & non ſit obſeſſa nec impedita ex radijs duorum malorum. nec ſit combuſta uel uadens ad combuſtionem, ſed libera ſit & non impedita: quoniam ſi nō fuerit libera, inducit medicina dolorem, & impedimentum ægrotanti.

De uniuerſali cura capiti adhibenda.
Caput III.

Capitis cura. SIquidem uolueris eligere horam ad aliquod medicamen uniuerſaliter capiti adhibendum, uel alicui humori à capite deſcendenti, ut ſunt uomitus & gargariſmata, & ſimilia, ſit aſcendens Aries & Luna in eo uel in Tauro: ſitq; iuncta cuiuis ex fortunis immuta lumine. Et dixit Zael, caue à quarto aſpectu Solis uel ab eius oppoſitione in Ariete, proprie propter calorem Solis.

Cum uolueris adhibere curam naribus.
Caput IIII.

Nariū cura. CVm uolueris eligere horam alicui uolenti mederi naribus, cum aliquibus unctionibus, ſiue alijs, ut ſunt ſternutationes uel ſuffumigationes, & ſimilia, pone aſcendēs Cancrum, Leonem aut Virginem ſitq; Luna in aſcendēte iuncta cum aliqua ex fortunis. Et caue à coniunctione alicuius infortunæ cum ea, & ne ipſa iungatur alicui Planetæ impedito per retrogradationē uel combuſtionem uel caſum uel per aliquē alium modū.

Cum uoluerit aliquis mederi oculis.
Caput V.

Oculorū cura. CVm uolueris eligere horam alicui uolenti mederi oculis, ut ſi fuerit in eis macula, ſiue ueſica uel proiecta uel ungula uel ophthalmia, uel aliquod quod ſit remouendū per modum chirurgicum, uel per alium quemcunque modum, inſtrumentis uel medicinis, ſit hoc cum Luna fuerit aucta lumine, atq; numero iuncta fortunæ. Et dixit Zael, caue à cōiunctione ipſius cum Marte, cum fuerit aucta lumine & numero: ſitq; Iupiter ſuper terram in aſcendente, ſcilicet aut undecimo aut nono. & ſi nō poteris eum ponere in his locis, ſit aſpiciens aſcendens à trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltē à quarto, dummodo non ſit ipſe impeditus. Et caue ne ipſa uel aſcendens ſit in ſignis terreis. Et ſi poteris uitare coniunctionem Lunæ cum Marte, differas opus tuum donec ipſa ſeparetur ab eo, & dimittas eum in omni curatione oculi: ueruntamen in fine menſis minus nocet. Dixit tamen Zael, ſapientes conueniſſe ſuper impedimentis Martis in capite, & dixerunt, omne quod curat̃ ferro uel igne non ponatur Luna in ſigno ſignificāte illud membrum quod curatur: nec etiam in ſigno mobili uel communi. Et dixerunt cum ipſa fuerit male diſpoſita cum Marte uel cum Saturno, quòd ſi abſcidatur uel perforetur aliqua pars corporis, putreſit. Dixerunt etiam in omnibus his cauendū eſſe in coniunctione Lunæ atque in eius præuentione, donec ipſa tranſeat Solē per duodecim gradus ad minus.

De ſpeciali cura cuiuslibet alterius officialis membri.
Caput VI.

Membrorū curatio. CVm uolueris eligere horam alicui uolenti mederi alicui alteri parti corporis. Et ſi fuerit ægritudo in collo, ſit aſcendens Taurus & Luna in eo: ſi fuerit in humeris uel brachijs ſeu manibus, ſit aſcendens Gemini & Luna in eis: ſi fuerit in pectore, ſit aſcendens Cancer & Luna in eo: ſi fuerit in dorſo ſiue in ſpina dorſi, ſit aſcendēs Leo, et Luna in eo: ſi fuerit in uentre uel in umbilico uel in partibus adiacētibus ei, ſit aſcendēs Virgo et Luna in ea ſi fuerit in uerendis, ſit aſcendens Libra & Luna in ea: ſi fuerit in ancha, ſit aſcendens Scorpio & Luna in eo: ſi fuerit in coxa, ſit aſcendens Sagittarius & Luna in eo: ſi fuerit in genubus, ſit aſcendens Capricornus & Luna in eo: ſi fuerit in cruribus, ſit aſcendens Aquarius & Luna in eo: & ſi fuerit in pedibus, ſit aſcendens Piſces & Luna in eo. Et ſemper intelligas dominum aſcendentis eſſe ſaluū & liberum ab impedimentis, ſi per aliquem modū fieri poteſt: & ſi fieri non poteſt, pone ſemper Ioue in ſexto: nec erit hoc min⁹ quam ſi aptaueris prædicta. Et dixit Meſſala, aſpice in omni curatione ad locum infirmitatis corporis, quæ ſi fuerit in capite uel gutture ac humeris uel brachijs ſeu manibus, cura eam cum Luna fuerit in Ariete uel Tauro ſeu Geminis, quæ eſt pars ſuperior. Et ſi fuerit in pectore uel dorſo uel uentre ſeu umbilico, cura eam cū Luna fuerit in Cancro uel Leone ſeu Virgine, quæ eſt pars in medio. Et ſi fuerit in anchis ſeu uerēdis uel coxis, cura eam cum Luna fuerit in Libra uel Scorpione ſeu Sagittario, quæ eſt pars decliuis. Et ſi fuerit in genubus uel cruribus ſeu pedibus, cura eam cum Luna fuerit in Capricorno uel aquario ſeu Piſcibus, quæ eſt pars inferior. Et in quolibet iſtorum caſuum ſit Luna aucta lumine & numero ſi fieri poteſt, iuncta fortunis: quod ſi fieri non poteſt, ad minus apta Iouem ſicut dixi tibi. Et dixit quòd omnis dolor & omnis ægritudo quæ fuerit à capite uſque ad pectinem, debeat curari cum Luna fuerit ab angulo terræ uſque ad medium cœli, propter hanc partem circuli aſcendentem, quæ uocatur pars alta circuli. Et ſi fuerit à pectine uſq; ad inferiorem partem pedum, debeat curari cum Luna fuerit ab angulo medij cœli, uſq; ad angulum terræ, quæ eſt pars demerſa ſeu infima circuli. Et ſit aliqua fortuna in aſcendente. Iſta enim ſignificant quòd medicina proficiat ſimiliter, & quòd æger ſanabitur. Et ſcias quòd loca celeritati apta, ſunt à prima uſque ad decimam, & à ſeptima uſque ad quartam reliqua uero loca faciunt ad tarditatem: hoc tamen ſemper in memoria habeto, ne tangas membrum ferro uel igne Luna exiſtente in ſigno illi membro deputato: ſed in alijs medicinis & alijs curationibus, ut pharmacijs, unguentis, cataplaſmatibus & ſimilibus, cura ſecure.

In medicaminibus quæ fiunt per chirurgiam.
Caput VII.

Chirurgia.

CVm nolueris eligere horam alicui uolenti mederi per modum chirurgicũ, ſit Luna lumine aucta & numero, ſit etiam fortunata à Ioue, aut à Venere. Et dixit Alchaiat, cauendum eſſe ab omni impedimẽto Martis: dixit enim quòd Luna magis impeditur à Marte cum fuerit in augmento ſui luminis, & minus cum fuerit in diminutione: cumq; fuerit in diminutione magis impeditur à Saturno, & minus cum fuerit in augmẽto. Et dixit, quòd ſit Luna in ſigno fixo nec aſpiciat ſignũ ſignificans membrũ cui medeẽ ferro, aliquo aſpectu, nec ſit dominus aſcendentis in illo: nec illud ſignũ ſit aſcendẽs, nec ſit domin⁹ aſcendẽtis, nec Luna cadens. bonum eſt etiam ut ſit dominus aſcendentis in aſcendente uel in medio cœli: & eodem modo ſit in medicatione oculorũ, propter apoſtema uel maculam, uel albedinem: & apta ſignum & Planetam ſignificantem illud membrum. Et ego commendo hanc ſententiam, ſi poſſet ſeruari: ſed ſi ſeruari ex toto non poteſt, ſeruetur pro ea parte qua poteſt ſeruari, & maxime ut aptetur Luna & dominus aſcendentis, uel ſaltem Luna, ita quòd non ſit in ſigno illi membro deputato: nec in coniunctione uel in aſpectu alicuius malorum.

In eligendo horam uolenti celebrare flebothomiam.
Caput VIII.

Flebothom.

CVm uolueris eligere horam alicui uolenti celebrare flebothomiã ad hoc utilem, apta aſcendens & eius dominum, nec ſit aſcendens Gemini, nec Luna in eis. Et caue ne Mars uel Saturnus ſit in aſcendente: nec ſit Luna in oppoſitione alicuius eorum. ſit tamen iuncta Marti à trino uel ſextili aſpectu in opere iſto, dummodo non ſit aſpectus eius ad eum de Tauro, ita quòd non ſit in aliquo ipſorum, nec ſit Mars aſcendens in ſeptentrionem uel in circulo ſuæ augis. Et dixit Haly, ſitq; dominus domus Lunæ aſpiciens illum aſpectu laudabili. Et dixit quendam dixiſſe, eſſe cauendum in hoc opere à Tauro & à Leone & teſtatum fore ſigna duorum eorum non eſſe timenda, & maxime ſi fortuna fuerit in illis: tamen ego inueni eſſe prohibitum corporalem cõiunctionem Lunæ cum Ioue in minutione ſanguinis per flebothomiam: & inuenio cæteros alios ſapientes qui loquuntur de flebothomia brachij. Et dixerunt quidam, ſi neceſſe fuerit minui modicum de ſanguine, ſit Luna in Libra uel in Scorpione. Ego autem commendo primam medietatem Libræ: & ſi Mars aſpexerit Lunam aſpectu laudabili, cõmendo ultimam medietatem Scorpionis. Et odiebant ſapientes ſigna mobilia, & prohibebant coniunctionem Lunæ cum Mercurio uel cum Saturno: & odiebant Virginem & Capricornum atq; Piſces: & ponebãt Lunam in defectu ſui luminis. Et dicebant idem ſapientes quòd ſecunda domus à domo Lunę non eſſet infortunata: omnia hæc dicebant eſſe uitanda, niſi aſpectus fortunarum adeſſet. Mihi autem uidetur quòd totus Aries & prima medietas Libræ, ut dixi, ſunt laudanda, licet ſint mobilia. Et dixit Albumaſar, Mars in fortuna, eſt in opere, niſi in his quæ pertinent ad ſanguinem et apertionem uenarum & minutionem ſanguinis per uentoſas aut in medicandis ægrotis. hoc uerum eſt cum Luna fuerit in defectu ſui luminis iuncta illi aſpectu amicitiæ. Et dixit Alchindi, neceſſe eſt ut ſit Luna in ſignis aereis uel igneis, & domini eorũ. Nec tangendum eſt aliquod membrũ dum Luna dominus aſcendẽtis fuerint in ſigno cuius eſt illud membrũ. Laudauerunt etiam ut ſit dominus medij cœli fortuna aſpiciens Lunam, uel dominum aſcendentis, & dominus aſcendentis & Luna ſint in quarta domo & aerea meliora ſunt poſt præuentionẽ. Et dixerunt, minutio quoq; in initio menſis, magis laudanda eſt, quod dico habere locum in illis qui flebothomia indigẽt à 45. anno in antea. Cauendum eſt etiam à cõiunctione domini octauæ domus cũ Luna. Et eſt cauendum ne Luna ſit ſub radijs Solis uel in gradibus combuſtis.

In dandis medicinis purgantibus per ſeceſſum.
Caput IX.

Purgatio.

CVm uolueris eligere alicui horam uolenti aſſumere per os medicinam educentem per ſeceſſum, apta aſcendens & eius dominum, ſi aptare potes: & ſiue aptari poſſit ſiue non, pone Lunam in ultima medietate Librę, uel in prima medietate Scorpionis. ſitq; ille in cuius domo ipſa fuerit ſiue Venus ſiue Mars fuerit, liber ab impedimentis, fortunatus & fortis. Et ſi potes ponere aſcendẽs aliquod ex ipſis duobus ſignis, erit bonum. Sin autem, pone aſcendens aliquod ex ſignis meridionalibus & dominus eius ſit ſaluus. Similiter ſi Luna non poteſt poni in Libra uel Scorpione ut dixi, ſit ſaltem in aliquo ex ipſis ſignis meridionalibus. Et ſi fuerit purgatorium cauſa ægritudinis alicuius membri ſpecifici, ſit Luna in ſigno ſignificante illud membrum. Et ſi fuerit intentio tua calefacere cum illa medicina, ſit Luna uel aſcendens in ſigno igneo. Et ſi uolueris infrigidare, ſit Luna uel aſcendens in ſigno aquatico. Et ſi uolueris deſiccare, ſit Luna uel aſcendens in ſigno terreo. Et ſi uolueris humectare, ſit Luna uel aſcendens in ſigno aereo. Et cauendum eſt ne ſit Luna uel aſcendẽs in ſignis ruminantibus, & Luna proprie quæ ſunt Aries, Taurus, ultima medietas Sagittarij, & Capricornus: quoniam habent ſignificare nauſeam atq; uomitũ: & Capricornus peior eſt alijs: Aries aũt infra eum, Taurus infra Arietem, & ultima pars Sagittarij infra Taurum. Sit etiam Luna meridiana aſcendens.

Et dixit Hali, quendam dixiſſe ſolum Capricornum ex ruminantibus eſſe odioſum. Et prohibebant antiqui ſapiẽtes Lunã ab omni aſpectu Martis & Saturni: Saturnus enim conſtipat et conſtringit medicinam: Mars uero acuit eam et facit eam ducere uſque ad emiſſionem ſanguinis. Hoc idem intelligat de qualibet medicina laxatiua, ſiue ſit electuarium, ſiue ſit decoctio, præter quòd non nocet qualecunq; aſcendens fuerit, dummodo ipſum & eius dominus & locus Lunæ ſint fortunati. Et eſt cauendum ne dominus aſcendentis uel Luna ſit in octaua domo uel iuncti domino eius.

In

In dandis medicinis prouocantibus uomitum.

Caput X.

Vomitū prouocantia

ET ſi uis eligere alicui horam uolenti aſſumere medicinam prouocantē uomitum, utendum eſt tunc ſignis ruminantibus. Vnde ponenda eſt tunc Luna et aſcendens in aliquo ipſorū, ſi fieri poteſt, quibus omnibus magis eſt eligendus Taurus propter dignitatem Lunæ in eo: fortius ſi ipſa tunc fuerit in primis tribus gradibus eius, ubi eſt gradus exaltationis eius. Et ſi fuerit uomitus neceſſarius pro ſpeciali ægritudine alicuius membri, ſit Luna in ſigno illi membro deputato, fortunata ſcilicet atq; fortis, & aptetur illud ſignum prout melius aptari poterit. Et dixit Hali ꝙ ſi fuerit dominus aſcendētis iens ad exaltationē ſuā, erit bonus.

In ſternutationibus, gargariſmatibus, uomitibus, & ſimilibus per modum potionis dandis.

Caput XI.

SI uolueris eligere horam alicui uolenti aſſumere ſternutatorium uel gargariſma, uel uomitum, ſeu aliquod ex ſimilibus, dixit Hali, oportet illum qui uult aliquo iſtorū uti ponere aſcendens & Lunam & locum ſignificatorum ex ſignis ruminantibus cum omnibus quæ dicta ſunt in medicationibus purgatorijs. Et dixit Athabari, ſit Luna minuta lumine & curſu, aſcendens in circulo augis. Alchaiat uero dixit, ſit Luna & dominus aſcendentis in Cancro uel Leone uel Virgine.

De *introitu balneorum uel unctione annoræ ſiue pſilotri.* *Caput* XII.

Balnea

CVm uolueris eligere alicui horam ad introitum balneorū, uel unctionē annoræ, quod eſt quoddam unguentum pilos extirpans, quod ab aliquibus dicitur pſilotrū, & quidam alij uocant illud ſconapilos: pone Lunam in Ariete uel Scorpione iunctam Ioui aut Soli ſeu Veneri per aſpectum trinum aut ſextilē aut quadratum, ſed nō per coniunctionē corporalē: nec etiam ponas eam iunctam alicui per corpus: nec ſit in aſpectu Saturni: quæ ſi non fuerit in illis ſignis, ſit in Cancro uel Leone. Cauendū eſt tamen ne ipſa ſit in Tauro uel Geminis uel Virgine ſeu Libra uel Capricorno, aut Aquario. Si uero nō unxerit ſe ille qui balneum intrat aut ſtuphā cum annora, ſit in quocunq; ſigno uult: nec blaſphematur etiam in uſu balneorū, uel unctione annoræ, ſi Luna fuerit ſub radijs Solis.

Et dixit Zael in unctione annoræ Lunam nō eſſe ponendam in ſignis piloſis, quæ ſunt Aries, Taurus, Leo, ultima pars Sagittarij & Capricornus.

In emptione captiuorum, ſeruorum, & ſimilium.

Caput XIII.

SI uoluerit aliquis emere captiuum ſeu ſeruū ſeu ſclauū, prout in aliquibus locis fieri conſueuit, & uoluerit quòd eligas ei horam ad hoc aptam, aptabis ei aſcendens & dominum eius, necnon & Lunam, ponesq; ipſam in ſignis fixis, præterquàm in Scorpione directæ aſcenſionis uel domeſticis: quoniā hæc ſignificabunt quòd ſeruus ſiue alius emptus, erit patiens atque ſuſtinens et honorans dominum ſuum: & apta ſextam & eius dominum, & fac eum iungi domino aſcendētis trino uel ſextili aſpectu ſi poteris, cum receptiōe uel cum Luna ſiue cum domino domus in qua ipſa fuerit. Et ſi poteris eum facere cōiungi cum omnibus prędictis uel cum duobus ex eis, eſſet melius q̃ cum uno ſolo. Laudant nanque ſapientes ut ſit Luna in Tauro uel in ultima medietate Sagittarij. Et laudāt ſimiliter ut ſit Luna & aſcendēs in ſignis formatis ad imaginem hominis uel etiam in alijs, ſed non ſine coniunctione fortunarum exceptis Ariete, Leone, Scorpione, Capricorno atq; Piſce. Et caue ne dominus aſcendentis uel Luna uel dominus ſextæ domus ſit in aliquo prædictorum ſignorum quæ prohibita ſunt. Nam Aries ſignificat quòd ſeruus ſiue emptus ille ſit negligens, & quòd non curabit de utilitate domini ſui, ſed gaudebit de ipſius damno. Leo ſignificat quòd ſeruus ſiue emptus erit ſuperbus & ingluuioſus & latro & cupidus & auarus, ſed non in utilitatem domini ſui. Scorpio ſignificat eum iracundum & malefactorem & accuſatorem. Capricornus ſignificat eum deſtructorem & damnificatorē domini ſui. Piſcis ſignificat ſeruum ſeu emptum impetuoſum, & quòd conuiciabitur contra dominū ſuum & cogitabit prodere ipſum: & quòd detrahet illi modis omnibus quibus poterit, dicetq; malum de ipſo, nec erunt illi ſerui obedientes dominis ſuis. Et ſi fuerit aliquis malorū in 6. uel alibi ſub terra, ita quòd aſpiciat ſextam, ſignificat quòd ille emptus ſiue ſeruus ſit infidelis et maliuolus. Si uero fuerit dominus 6. in Sagittario, ſignificat quòd non ſit ſeruus ille qui uenditur, nec ſeruilis conditionis ſed liber.

In liberatione incarceratorum uel captiuorum ſeu manumiſſione ſeruorum. *Caput* XIIII.

CVm fuerit intētio tua eligere horā in liberatione captiuorū ſeu incarceratione uel manumiſſione ſeruorū apta aſcendens & eius dominum & Lunam: quoniā aſcendens & eius dominus & Planeta à quo ſeparatur Luna, ſignificat illum qui liberat uel manumittit. 7. uero & eius dominus & Planeta cui iungit Luna ſignificat illum qui liberatur uel manumittitur. 10. aūt et eius dominus ſignificat illum qui facit liberationē uel manumiſſionem fieri, uel per cuius intromiſſionem illa fiunt. 4. quoq; ſignificat ad quid deueniet quilibet eorum ex liberatione uel manumiſſione illa. Conſiderabis enim tunc Lunā utrum ſit fortunata uel infortunata. Si enim fuerit fortunata, uide in qua domo ipſa ſit: quoniā ſi fuerit in primo, ſignificat bonum pro manumittēte ex illa liberatione. Si aūt fuerit in 10. erit bonū pro interponente ſe ut fiat. Si quidem fuerit in 7. erit bonum pro liberato ſeu manumiſſo. Si uero fuerit in 4. erit finis rei bonus pro unoquoq; illorum. Sed ſi fuerit infortunata & fuerit in primo, ſignificat quòd erit male manumittenti. Si uero in 10. fuerit, ſignificat quòd erit male illi qui manumitti uel liberari fecit. Si aūt in 7. fuerit, ſignificat quòd male erit liberato ſiue manumiſſo: ſignificat enim reuerſionem eius in carcerem ſiue ſeruitutem. Si quidem fuerit in quarta, ſignificat quòd male erit omnibus ſupradictis ex illa liberatione uel manumiſſione. Et dixit Zael, ſit Luna aucta lumine & numero iuncta fortunis: & ſit illa fortuna cui ipſa iungitur orientalis aucta ſimiliter. Si ſic fuerit, ſignificat quòd accidet ei bonum & erit

ſanus

ſanus. In defectione nero luminis ſignificat quòd accident ei mala & dolores unde ceſſabit ſic eſſe do nec moriatur. Et dixit quòd in augmēto numeri ſignificat inuentionē ſubſtātiæ. Et dixit, ſit ſol & 10. mundi à malis: quoniam ſi fuerint impediti inueniet ille qui liberat & manumittit aliquod impedimentum. Et dixit caue ne Luna ſit in 12. ſecundum Dorothiū. Et dixit, ſit hora liberationis cum luminaria aſpexerint ſe à trino uel ſextili aſpectu, ut ſit dilectio inter ſeruum & dominum & inueniat unus ab altero bonum: nam quartus aſpectus medins eſt, oppoſitus uero ſignificat quòd ſi Luna fuerit impedita, melius erat ſeruitus ſeruo quàm libertas: pone ergo Lunam id ſignis fixis, ut dictum eſt, ſuprà ſubaudi.

In emptione animalium tam eorum quæ equitantur quàm aliorum. Caput XV.

Animaliū emptio.

CVm uolneris eligere horam alicui uolenti emere aliquod animal, ſit aſcendens & Luna in ſigno ſignificante illud animal, uel quod ſit magis propinquum illi ſpeciei: ſitq́ fortunata Luna per aliquem Planetarum. & ſi poterit fieri quòd fortunet eam dominus illius ſigni, erit melius. & quando non eſſet recepta, dummodo eſſet in aſpectu laudabili alicuius fortunę non impeditę, tamen erit bonum: & ſi fuerit recepta, non refert utrum fortuna ſit uel infortuna ille qui recipit eam nec etiam tunc in aliquo timendum. Vnde ſi fuerit bos uel equus uel aliud animal magnum, ſiue ſit equitabile ſiue non, pone Lunam in Tauro uel in ultima medietate Sagittarij. Si uero fuerit ouis uel porcus uel capra uel ſimile, pone eam in Ariete uel Capricorno uel ipſo Tauro, ſi aliud facere non poteris. Et dixit Hali, ſi fuerit illud animal maſculum pone quàm plura ex locis ſignificatorū maſculina & in locis & in ſignis maſculinis. Si autem fuerit fœmininum, pone eos in ſignis & locis fœmininis. Et dixit, ſi neceſſe fuerit aptare aliquod membrum illius animalis, ſit Luna in ſignis ſignificante illud membrum fortunata: & ſi fuerit canis cum quo uenantur homines animalia ſiluestria ut lepores, uulpes, apros, ceruos & ſimilia, ponatur aſcendens ultima medietas Leonis, & Luna in eo uel in Sagittario et per nullum modum obliuiſcaris aptare 6. & eius dominum. Et dixit Athabari, optimum quidem eſt ut ſit Luna in ultima parte Geminorum uel in Leone ſiue Sagittario, quoniā ibi eſt lupus, & iſta facient canem audacem et impetuoſum & mordacem. Et dixit Hali quendam dixiſſe Lunam eſſe ponēdam in Cancro, eo quòd Cancer ſit domus Lunæ: & Luna eſt uelocioris motus quàm cæteri Planetæ quòd habet ſignificare uelocitatem cani. Illud idem uidetur dicendum in documento & eorum inſtructione ut uenentur.

In emptione auium quibus uenantur alias aues. Caput XVI.

Auium emptio

ET ſi uolueris eligere alicui horā uolenti emere falconem uel aſturem uel accipitrem uel ſimiles aues cum quibus homines alias aues uenantur, apta aſcendens & eius dominum, & pone Lunam in Geminis uel Libra uel Aquario uel in prima medietate Capricorni: quoniam dixerunt philoſophi quòd ibi ſit accipiter: aptādi ſunt etiam ſextum & eius dominus in omni emptione cuiuſcunque uolatilis uenantis & etiam aliarum auium tam domeſticarum quàm ferallum. Illa eadem aptabis in ipſarum auium inſtructione ſeu documento ut uenari addiſcāt, & in documento canum uenantium aues, ut ſunt brachi, ſenſii, & ſimilia.

De acceſſu medici ad infirmum. Caput XVII.

Infirmitas.

SI uocatus fuerit medicus ad aliquem infirmū, conſiderabis utrum poſſit eſſe dilatio ad eum an nō. Si quidem nō poterit dilatio interponere partes ſuas, ita quòd poſſet expectari, ſit initium itineris eius ad ipſum nomen altiſſimi. Si autem electio poterit expectari, pone aſcendens atq; decimum aliquod ex ſignis rationalibus ſi fieri poteſt & ſi non poteſt hoc fieri, ſit ſaltem aſcendens ſignum rationale: ſitq́ aliqua ex fortunis in eo, & alia in 10. & alia in 7. altera quoq; in 4. ſi poterit fieri: uel ſaltem aſpiciantur dicti anguli à fortunis: q. ſi fieri non poterit, ſint dicti anguli liberi ab infortunis & earum aſpectibus, niſi Mars eſſet in negotio uulnerum & apertione uenarum uel alia utili effuſione ſanguinis. Fortuna enim in primo ſignificat quòd medicus erit utilis infirmo. In 10. ſignificat quòd infirmus erit obediēs medico. In 7. ſignificat quòd ægritudo alleuiabitur, nedum ex medicamine, ſed etiam ex ipſa præſentia medici. In 4. uero ſignificat quòd medicina proderit ei: & ecōtra dic de infortunis in prædictis locis: pone etiam fortunam & maxime Iouem, ſi facere potes, uel partem fortunæ non impeditam in ſecundo, quia hoc habet ſignificare lucrū medici, uel iungatur domino octaui uel undecimi, & hoc ſimiliter ſignificat lucrū medici. Et ſi non receperit dominus ſecundi uel dominus primi aliquem eorum, caue ne iungatur ab oppoſitione uel 4. aſpectu: & uide etiam ne ſit aliquis malorum impeditus in 9. qui non habeat ibi teſtimonium: quoniam ſignificat quòd medicus non acquiret honorem ex illo infirmo, immo acquiret inde infamiam ſiue dedecus cum cauſa & ſine cauſa. Si autem fuerit ibi fortuna, ſignificat quòd acquiret inde laudem & cum cauſa & ſine cauſa: & eo fortius ſi habuerit ibi illa fortuna teſtimonium, dummodo nō ſit impedita. In chirurgico autem medicamine Mars minoris eſt impedimēti. Et in quolibet medicamine quod facis, nitaris ponere Iouē in ſexto uel ſaltem in 7. ſed 6. melius ualet: quoniā qui tunc exhibuerit ægrotanti medicamen, proderit ei.

De ſeptima domo & de his quæ pertinent ad eam.

De *matrimonio.* Caput I.

Matrimonii.

CVm uoluerit aliquis perficere coniugium ſiue matrimoniū ſiue nuptias celebrare, uolueriſq́ ſibi aptam horam eligere ad hoc faciendum dixerunt ſapiētes, apta aſcendens & eius dominum, Lunam quoq; atque dominum ſigni in quo ipſa fuerit, ſitq́ aſcendens ſignum fixum ſimiliter

liter & Luna in ſigno fixo: quibus meliora dixerũt ſapientes quòd erant Taurus et Leo. Verum etiam quòd Zael non laudauit abſolute Leonem: dixit enim matrimoniũ beniuolũ, & quòd erit inter eos firmitas dilectionis & cõcordiæ, ſed non curabunt augmentare ſubſtantiã, ſed potius curabũt eam uicitiũ deſtruere, niſi iungat Luna cum eſt in Leone Soli à trino uel ſextili aſpectu, quoniã illud frangit omnem malitiam: quartus uero aſpectus multũ diminuit eam. Scorpio uero & Aquarius ſunt uitandi, & maxime uiro, quoniam ſunt malitioſa & domus infortunarũ. unde habẽt nocere uiro. Mulieri uero nõ ſunt ita malitioſa. Aſcendens enim & eius domin⁹ & Sol & Planeta à quo ſeparat Luna ſi uir quærat, ſignificãt eſſe uiri: ſeptimũ uero & eius dñs & Venus & Planeta cui iungit Luna, ſignificãt eſſe mulieris: decimum & eius dñs ſignificat quid ſit facturum inter eos: quartũ uero & eius dñs ſignificat finẽ utriuſq;, uiri ſcilicet et mulieris. Et dixit Zael, ꝙ uiſum eſt quibuſdã ꝙ quartũ ſignificet dotẽ. Alter uero affirmauit. Et dixit Hali, ſi fuerint ſignificatores uiri & mulieris in ſigno maſculino, erit bonum uiro ex muliere melius q̃ ei ex eo. Et ſi fuerint in ſigno fœminino, erit bonũ mulieri ex uiro meli⁹ q̃ ei ex ea. Et ſi fuerit ſignificator uiri in ſigno maſculino & mulieris in fœminino, erit utriq; bonũ. Si autẽ fuerit ſignificator uiri in ſigno fœminino, & mulieris in ſigno maſculino, ſignificat ꝙ congruũ nõ bene erit coniugiũ, nec bene gaudebũt ſimul, & erunt ſibi inuicẽ graues & odioſi. Dixit Hali, quidam accipiunt ſignificatorẽ incipientis à Planeta à quo ſeparat Luna, & alteri⁹ à Planeta cui ipſa iungitur: à quibus nõ uidetur mihi diſſentiendũ: & ſignificatorem utriuſq; Lunam, & dant Mercuriũ filijs: & dicebant Lunam nõ eſſe ponendã in ſigno rationali: ſignificat enim linguoſitatẽ mulieris. Et dixit Hali, ſi quis uoluerit emere captiuã, eadẽ erit electio: & ſi uellet agere cum ea ſimili eſſe. Et dixit Hali, in emptione aliarũ captiuarũ non conſiderat iſtud, ſed quod dictum eſt in primo capitulo ſeruorum. Et dixit Zael, quòd Scorpio et Aquarius ſunt utilia mulieribus, & minus malitioſa quàm uiro, & quòd prima medietas Tauri eſt melior quàm ultima: & quòd prima medietas Geminorũ eſt deterior q̃ ultima: & quòd Aries & Cancer ſunt mali. Et dixit quòd Virgo nõ eſt utilis Virgini: corruptę uero ſic: Libra mala eſt et finis Scorpionis: ſignificat enim quòd eorum ſocietas ſit parũ duratura: principium uero ipſius minus malum pro muliere: Sagittarius malus & prima medietas Capricorni, ultima minus mala. Et dixit, Aquarius & Piſces mali ſunt: nec eſt in eis aliqua utilitas: nec etiam cum Venus aſpexerit malos. Si autem uis meliorare electionem coniugij, pone Venerem in aliqua domorum alicuius fortunæ receptam, uel ſaltem in earum terminis iunctam eis. Et ſi fuerit in domo alicuius mali, ſit ſeparata ab eo, ſitq; Iupiter eleuat⁹ ſuper eam, aut iungatur ei Venus trino uel ſextili aſpectu, ſed trinus eſt melior, & maxime ſi fuerit ex triplicitate aquatica: ſic etiam Luna libera ab impedimentis malorum aucta lumine et numero: ſit etiam Venus in aliqua ſuarum dignitatum ſemper uel in loco in quo gaudeat, uel ſaltem in ſuo Ayz: uel ſit iuncta Ioui aut Mercurio, & Mercurius ſit fortunatus & fortis. Et ſemper caue à coniunctione malorum cum Luna per coniunctionem uel aſpectum, niſi fortè eſſet ibi receptio. Et ſi corrupta fuerit mulier, pone Lunam in ſigno communi, & ſit aſcendẽs aliquod ex ſignis prædictis in coniugio & Luna in eo. Et non pone aliquem malorum in aſcendente, nec aſpiciat illud à quarto aſpectu uel ab oppoſitione: tu uero ſi poteris ſeruare omnia hæc, bonum eſt: ſin autem, ſerua ea quæ potes: ad minus ſalua Lunam ponendo eam liberam ab impedimẽtis malorum, ita quòd non ſit eis iuncta. Et ſi non potes facere quin iungatur eis, fac quòd recipiant eam à trino uel ſextili aſpectu, de domo ſcilicet uel exaltatiõe, uel ſaltẽ de duabus dignitatibus minoribus. Et ſi non potes eam taliter aptare, ad minus pone eam in Tauro non impeditam, uel in Leone receptam à Sole, ut dictum eſt, & maxime ſi fuerit motus uiri. Si autem fuerit motus mulieris, pone eam in dictis ſignis, uel in prima medietate Scorpionis receptã. Et ſi potes facere ita quòd ponas in gradu 5. domus fortunam, ſignificat quòd mulier cõcipiet in primo concubitu ſi fuerit corrupta. Si autem fuerit uirgo, concipiet in eadem nocte. Vnde accuſantur aliquando mulieres, quia concipiunt in prima nocte cum ſint inculpabiles: & ut multum accuſantur à mulieribus quæ deberent eas defendere: nõ enim conſiderant accuſantes quòd ita eſt concubitus illarum noctium.

In ſocietate atq; participatione cauſa utilitatis atq; lucra contrahenda. Caput II.

Societas

CVm uoluerint aliqui contrahere inter ſe ſocietatem atq; participationem cauſa eorum utilitatis, & ut lucrentur inde, & uoluerint quòd eligas eis horam aptam ad hoc. Apta aſcendens & eius dominũ, Lunam quoq; ac dominum domus in qua ipſa fuerit, ſi fieri poteſt, uel ſaltem ſit aſcendens ſignum commune, & Luna in ſigno communi præter Geminos: ſit etiam dominus ſigni in quo fuerit Luna in ſigno cõmuni, uel ſit in Leone: Leo enim propter bonitatẽ Solis & ipſe Sol habent cõgruere ſocietati, & pone eis ex quo eſt intentio lucrari illa de cauſa Lunam mundã ab omnibus impedimentis malorũ, et ſpecialiter à coniunctione uel oppoſitiõe, uel eorũ 4. aſpectu, ſitq; iuncta fortunis. Et ſi fuerit in Virgine uel Sagittario, uel Piſce, cum receptione, erit bonũ. Si uero ſine receptione, nõ laudatur Sagittarius uel Piſcis: receptio enim ſignificat eorũ lucrũ. Et ſi nõ poteris eam ponere in ſignis prædictis, pone ipſam in Tauro, & caue à ſignis meridianis, exceptis prædictis: & in illis ſit cum receptione: & omnibus eis deterior iudicatur Libra propter uiam combuſtam exiſtentem in ea: & Aquarius iudicatur malus in his: ſitq; Luna aucta lumine & numero: ſitq; recepta à trino uel ſextili aſpectu: hoc enim ſignificat quòd eorum ſeparatio erit bona, & cum beneuolentia. Aſpectus enim quartus & oppoſitio ſignificant litigiũ & rixã in eorum ſeparatione: tu aũt ſi nõ potes aptare omnia hæc, apta tamẽ ea quæ potes: apta enim poſt aptationem domini aſcendẽtis & Lunæ ſecundum quartũ, undecimũ & eorũ dominos, & partẽ fortunę, licet nõ fecerint ex eis mentionẽ ſapientes. Si nõ potes aptare omnia hæc, apta Lunam et partẽ fortunæ, qm̃ eſt neceſſaria in hac re, uel ſaltẽ apta Lunã.

In eligendis horis exitus ad bella ſeu ad expugnandum inimicos. Caput III.

Bella.

CVm uolueris eligere horam alicui uolenti ire ad bellũ ſeu ad expugnandũ inimicos, apta aſcendens & eius dominum, ſecundũ quoq; ac eius dominũ, & debilita ſeptimum & eius dominũ octauũ etiam ac eius dominũ & fac quòd ſit aſcendẽs aliqua domorũ Martis uel Iouis ſiue Saturni, quibus omnibus fortiores ſunt domus Martis, & Scorpio fortior eſt Ariete. Vnde ſi poteris ponere apte Scorpionẽ aſcendentẽ, pone Martem fortem & fortunatũ. Et licet quidã uideantur diſſentire ponere ipſum in aſcendẽte dum ipſe fuerit dominus aſcendentis, erit tamen ualde bonum ſi poteris ponere cum eo aliquã fortunã in aſcendẽte, & aptabis Iouem ponẽdo ipſum in ſecũdo uel primo uel 11. ad milites ſeu auxiliatores incipientis: & debilita Venerem dominam ſeptimi pro inimico, & Mercurium ad eius auxiliatores, pone eos in primo uel in ſecũdo, uel pone ipſos retrogrados uel cõbuſtos uel cadentes ab angulis & ab aſpectu amicitiæ 7. uel 8. Si uero fuerit aſcendens Aries, ſit Mars ſimiliter & dominus aſcendẽns, fortis & fortunatus. Et debilita Venerem dominũ 7. ut dictum eſt. Si aũt non poteris ponere aliquam ex domibus Martis in aſcendente, pone aliquam ex domibus aliorũ Iouis ſcilicet aut Saturni, & pone illum cuius domus fuerit aſcendens fortunatũ & fortem in aſcendẽte ſcilicet uel 10. uel 11. & fortifica dominum ſecundi ad auxiliatores eius ponẽdo ipſum ſimiliter in aſcendente uel 10. uel 11. uel in 12. fortunatũ & fortem & debilita 7. & eius dominum. 8. quoq; ac dominũ eius modis omnib9 quibus potes, & infortuna eos pro poſſe tuo, et fac quòd ille qui infortunat eos uel ſaltem unum eorum & melius eſt quòd ille à quo infortunatur dominus 7. ſit dominus aſcendentis uel ſaltẽ dominus 2. quoniam erit bonum: & caue ne ponas Martem in aſcendente, ex quo ipſe non fuerit dominus aſcendentis, ſed fac quòd ipſe aſpiciat aſcendens uel eius dominum à trino uel ſextili aſpectu, quia erit bonum, nec ſit impeditus: et ſi fuerit impeditus, pone contra ipſum fortunam quæ prohibet ipſum aſcendentem. Et caue ne ponas unquam dominum aſcendentis uel dominum ſecundi impeditum, nec ponas aliquẽ eorum in 7. uel 8. quoniam peſſimum eſſet ſignificat enim eos uincendos: & caueas ſimiliter à 4. & ne dominus aſcendentis iungatur Planetæ cadenti uel in ſuo caſu exiſtenti, niſi fortè ille cadens receperit eum. Et ſi non poteris ponere dominũ ſeptimi in aſcendente uel in ſecundo, fac eum iungi domino aſcendentis, et quòd ipſe uadat ad eum & dominus aſcendentis ad ipſum: & ſit cõiunctio eorũ talis quòd dominus 7. non recipiat dominũ aſcendentis ſiue recipiat eum ipſe ſiue nõ.

Et dixit Hali, Pone Martem aſpicientẽ aſcendens aſpectu trino poſtquã aptaueris eum, & habuerit maximã dignitatẽ in eo & melius eſt ut ſit eius domus, uel aſpiciat dominũ aſcendẽtis aſpectu laudabili, ſitq; dominus ſeptimi infortunatus & debilis atq; cadens: & quòd melius eſt, ſit ille qui cum infortunat dominus aſcendẽtis ſi fieri poteſt ſitq; dominus aſcendentis uadens ad angulũ in aliqua ſuarum dignitatũ eleuatus ſuper dominũ 7. et 10. Et etiam bonũ eſt ut ſit dominus aſcendẽtis tranſiẽs ſuper dominum 7. ſiue ipſe fuerit fortuna ſiue infortuna & ut dominus aſcendentis ſit ſuper terram: dominus quoq; 7. ſit ſub terra. Nam ſi dominus aſcendentis infortunauerit dominum 7. ſignificat quòd rex ſiue capitaneus inimicorum capietur, ſitq; dominus 10. aſpiciens aſcendẽs uel ſaltẽ eius dominũ aſpectu laudabili, & habeat dignitatẽ in eo ſi fieri poteſt. Et dixit, nec ſit aſpiciẽs 7. nec eius dominũ, nec habeat in eo aliquã dignitatẽ. q; ſi fieri non poteſt, habeat maiorẽ dignitatẽ in aſcendente quàm in 7. Et dixit q; eodem modo ſit faciendũ de Luna quod de domino aſcendẽtis. Et dixit Zael, ſi feceris eos iungi in angulis, cadet inter eos bellũ. Et dixit, non eas ad bellũ niſi ſit Mars dominus aſcendentis, uel aſpexerit dominũ aſcendentis ex amicitia, & ſit fortunatus in loco bono non impeditus. Et dixit, ſit in ſignis directæ aſcenſionis, & in Ayz aſcendentis, ut ſit auxilium erga eum qui uadit ad bellum, et pone partem fortunę atq; eius dominum in aſcendente, uel in ſecundo iunctum cum eorum dominis, uel ſaltem cum aliquo ipſorum: & nunquam ponas eum in 7. uel 8. nec iunctum dominis eorum. Et dixit, caue ne ponas aſcendens uel eius dominum impeditos in inceptione belli, illi ſcilicet qui uoluerit incipere bellum: & ſerua duodenam Lunæ, quoniã neceſſaria eſt in re belli. Et dixit Alchindi, oportet ut princeps contra quem exeunt hoſtes nunquam incipiat præliari cum eis, donec Luna fuerit fortunata: ſed ſi exigit prælium cum non fuerit fortunata. Et dixit Hali, odioſumq; eſſe debet præliantibus bellum incipere in horis quæ dicuntur combuſtæ, de quibus feci tibi aptare ſtellas belli, Martẽ ſcilicet & Mercurium, Lunam quoq; ac dominum domus eius: aſpice igitur in aptatione horum, & non negligas in hoc, nec tradas obliuioni. Et dixit, ſcito quòd cum utroſq; exercitus ſapiẽter produxeris ad bellum, ſicut prædixi tibi, adipiſcet uictoriã ille qui ex eis natus fuerit nocte, & in cuius natiuitate habuerit Mars partem: quia Mars eſt dominus bellorum, & illi commiſſa ſunt bella. Et dixit fortaſſis q; parificabuntur uel dimittent bellũ, ſcilicet cum bonus fuerit exitus utriuſq; ad bellum.

¶ De reuolutione anni capitanei exercitus intuenda.

ET ſi ſciretur natiuitas regis ſiue capitanei exercitus, oportet aſpicere ipſius reuolutionem, quæ ſi ſignificaret ei uictoriã de inimicis in illo anno, procuIdubio uinceret pars eius. Si autem ſignificaret ei contrarium, in anno illo eſſet remouendus & alius in eius loco ſubrogandus. Capitanei natiuitas.

De inuentione horarum combuſtarum.

Caput IIII.

HOras autem combuſtas ſic poteris inuenire. Conſidera horam cõiunctionis Solis & Lunæ proxime præteritã et eius minutum, & incipe ab illo minuto et numera uſq; ad 12. horas cõpletas: quoniam illæ 12. horæ ſunt cõbuſtæ, in quibus eſt timendũ, ſecundũ quòd dixit Hali: quia ſi inceperit tunc aliquis bella, et maxime in primis 4. ex illis horis timetur ei debellatio & perditio corporis & animæ, etiam ſi habuerim9 alias bonã electionẽ ad exitũ ad bellandũ: & in hoc decipiuntur aliquando multi ignorantes unde ueniat eis illa deceptio, quia non cõſiderant illas horas combuſtas. In reſiduis Horæ combuſtæ.

duis uero 8. horis imminet periculum, ſed non ita ultimatum, & poſt has 12. horas combuſtas ſunt 72. horæ incombuſtæ, in quibus poſſunt homines facere ſua negocia. & poſt illas 72. horas incombuſtas ſunt 12. combuſtæ. Et poſt illas 12. combuſtas ſunt 72. incombuſtę. Vnde ſic computando à minuto coniunctionis uſq; ad horam in qua fueris, & eius minutū poteris ſcire utrum illa hora in qua incipere bellum uolueris ſit combuſta uel incombuſta. Et ſi aduerſarij incœperint in illis horis combuſtis præliari, accidet eis illud idem infortunium, nec erunt contrarię illis contra quos incœptum fuerit prælium. Sed propter aptationis impoſſibilitatem omnium prædictorū ſemper, & quia non poſſunt homines aliquando tantum expectare quòd omnes eorum electiones, ut dictum eſt, deputētur, oportet aſtrologum facere quod poteſt: cum non poſſit facere quicquid uult. Tu ergo fac quando eligis ad prædicta quòd ponas aſcendens aliquam domorum alicuius ex Planetis ſuperioribus: qui ſi fuerint ita diſpoſiti uel taliter apti quòd ſit ponenda domus alicuius eorum pro aſcendēte, pone Leonem aſcendens, & pone Solem fortunatum & fortem: & debilita Saturnum prout unquam potes, ponendo eum ſcilicet retrogradum aut combuſtū, aut in Leone uel in Cancro uel in Ariete, nec aſpiciat domum ſuam, nec Planetam qui reddat lumen eius ad eam: & debilita Iouem ſignificatorem adiutorum partis aduerſariorum, & fortem fac Mercurium ſignificatorem adiutorum partis cui eligis. Et ſi potes aptare Martem ut habeas eum ex parte tua, bene quidem ſi non fac ita quòd inimici non habeant eum ex parte ſua, nec ſit in 7. nec in 8. nec aſpiciat aliquod eorum, nec aliquem ex eorum dominis: & debilita ſemper 7. & 8. et eorum dominos. Idem intelligas de Saturno & Ioue, & ſemper ſit tibi curæ fortificare aſcendens & 2. & eorum dominos: quoniam ut teſtatur Philoſophus, multitudo non poteſt interfici, & ſic contra multitudinem nō eſt uictoria: unde contra multitudinem debilis eſt electio, nec ſentitur manifeſte ipſius iuuamentum: ſit pars cui eligis æqualis alteri uel parum minor eligas æquali uel parum debiliori, ſi fuerit minor, ſit pro quinta parte uel pro quarta uel pro tertia, quoniam ab inde in antea ſuperfluū eſt. & dubiam reddis partem quam foues. Et caue ne ponas Lunam ex parte inimicorum: & ſi fuerit ſignificatrix, ſcilicet quòd eſſet aſcendens Capricornus, debilita eam pro poſſe tuo, & fortifica Saturnum prout plus unquam poteris, ut obtineat pars tua. Et uiſum eſt quibuſdam ex antiquis quòd ſuperiores retrogradi ſunt fortiores inferioribus directis, ſed non eſt ſimpliciter ita: ſed ſi fuerint ſuperiores retrogradi prope ſtationem ſecundam, erunt fortiores inferioribus directis, cum fuerint prope ſtationē primam. Si autem non poſſes aptare prædicta prout dixi tibi, differas electionem tuam donec poſſis aptare. Si uero ille qui te conſuluit, noluerit differre, non eligas ei ne fortè cadas in ignominiam & non ex tua culpa, ſed faciat ut ſibi uidebitur poſſibile: forſitan erit ut radix natiuitatis ſuæ ſit ita fortis, quòd obtineat. & poſſibile forſan erit, quòd accidet ei contrarium, quod uidetur magis ueriſimile, nec eſt mirum.

De uexillis ſeu magnis banderijs ſiue penonibus dandis. Caput V.

Vexillum.

QVibuſdam uiſum eſt quòd hoc capitulū eſſet præponendum præcedenti, eo quòd datio uexillorum ſit de rebus præuijs ad prælium. Alijs uidebatur quod illud deberet præcedere & iſtud ſequi, eo quòd licet datio uexillorum ſit aliquod ſignū præuiū ad præliandū, non tamen inducit præliū: poſſunt nanq; homines portare uexilla & præliari, & portare illa & non præliari: præliari aūt non eſt niſi ſit præliū ego tamen nullam facio uim in hoc. Datio uexillorum ſeu aliorum ſignorum ad prælium eſt triplex aut enim eſt datio ſeu confirmatio uexilli regis, aut alterius magnatis infra regem, aut ciuitatis ſeu alterius uniuerſitatis, & ſi plures inueniantur ſubalternantur iſtis. Si enim rex uoluerit dare uel firmare propriū uexillū, oportet quòd det ipſum de propria manu, uel cōmittat alteri qui det illud eius nomine. Et differunt datio ad inuicem & confirmatio. Datio enim eſt, quando nouiter datur uexillū illi qui nō conſueuit illud habere. Confirmatio eſt, quando confirmatur illi qui tunc habet illud uel cui iam datum eſt. Vnde ſi uoluerit aliquis quòd eligas ei horam ad hoc aptā, apta decimum & eius dominū, & pone Lunam in Scorpione iunctā Marti aſpectu amicitiæ cum coniunctione ſiue aſpectu alicuius fortunæ ſitq; Mars liber fortunatus ſcilicet fortis, nec impedit⁹. Et ſi nō potes Lunam ponere in Scorpione, pone ipſam in Ariete: ſed Scorpio laudatur magis & ſit circa finem lunaris menſis ſi fieri poteſt: Luna tamē ſemper ſit ſalua. Et ſi poſſet eſſe Scorpio, decima domus cum Luna eſſet in eo, & Sol in Aquario in regiōe in qua eſſet tunc Aquarius prima domus & Saturnus ſaluus bonū foret. ſi aūt eſſet Capricornus prima domus non eſſet ita tutū. Si quidem fuerit uexillū alterius magnatis infra regem, & fuerit ipſe dominus belli, erit bonum ut ſit Luna in Scorpione cum eligis ei propter fortitudinem Martis in eo: ſitq; aſcendens Scorpio, ut dictum eſt, & ſit ipſa libera iuncta Marti aſpectu laudabili. Si aūt fuerit uexillum alicuius ciuitatis uel alicuius uniuerſitatis uel magnatis qui non ſit dominus belli, ſcilicet quòd non ſit ſuum bellū propriū, ſed gerit ipſe uicem alterius, ſit Luna in domibus Iouis munda, fortunata ſcilicet atq; fortis ab impedimētis libera: ſitq; Iupiter fortunat⁹ & fortis ab omni impedimēto liber: nec ſit Luna tūc in Cancro, nec in domo alicui⁹ infortunę, & habet hoc locū quādo expectatur determinate prælium ex datione illorum uexillorū, licet fortè poſtea ſequatur præliū poſt dationē illam quam conſueuerunt aliquando facere ciuitates & aliæ perſonæ prędictæ. Et ſi omnia hæc nō poterūt fieri qualiſcunq; fuerit datio uexillorū, ponatur Luna in domibus Martis, ut dictū eſt, & ſemper ſit ſalua & ab impedimentis libera: uel ponat in Leone iuncta Soli aſpectu laudabili. Hoc idem intelligas de prædictorum illorum ſignorum emptione atq; de ipſorū inciſione, cōiunctione, & aptatione. Idem intelligas de indumentis pertinentibus ad bellū, cum Luna fuerit in Leone quibus homines utuntur ſolū illa de cauſa & non alia, licet factio uel tractatio alicuius eorū indumentorū nouorū cōmunis uſus prohibeatur à ſapientibus tunc. At ſi omnia hæc aptare non po

teris apta ea quæ potes ex ipſis: apta ſaltem Lunam & dominum aſcendentis. Et ſi potes dare aſcendenti partem fortunæ, bonum erit pro parte illius cui eligis: & debilitabis ſeptimum & eius dominũ inquantum poteris, & Planetam cui iungitur Luna ſi potes, & fortifica illum à quo ſeparatur ipſa, ſi facere potes: nec des unquam partem fortunæ aduerſario ſi poteris eam ſibi auferre.

De armis uel equis bellicoſis uel alijs inſtrumentis ad bella pertinentibus emendis. Caput VI.

Equi et arma.

SIcut uidetur aliquibus datio uexillorum debeat præcedere exitum ad bella ita uidetur eis quòd emptio armorum debet præcedere uexillorum dationem: ſed quoniam præliari eſt potiſſima pars belli ſeu guerræ, uiſum eſt alijs illa duo debere præcedere, & iſtud tertium ſubſequi: unde ſi uolueris horam ad hoc aptam alicui uolenti emere arma, tam ad emendum arma defenſoria quàm offenſoria: defenſoria dico, ut ſunt loricæ, ſcuta, galeæ atq; ſimilia, uel equos ſolum illa intentione atque de cauſa ut prælientur cum illis: uel uolenti facere fieri arma prædicta uel depingi uel alio modo aptari, aptabis aſcendens & eius dominum, Lunam quoq; ac dominum domus in qua ipſa fuerit: & pone Martem liberum in aliqua dignitatum ſuarum, Lunaq; iungatur ei aſpectu amicitiæ: nec ſit Luna tunc aucta lumine, ſed in defectu ſui luminis in ultima dicotomitate uel prope ipſam, dummodo non ſit ſub radijs, nec uadens ad combuſtionem. Et ſi nõ poteris facere quin augmentetur Luna lumine, prohibe ipſam ab aſpectu Martis atque ab ipſius coniunctione corporali. ſitq; aliter ab impedimẽtis libera. Et ſi nõ potes aptare omnia hæc, ſaltem apta Martem, ut dictum eſt, et pone ipſum liberum, fortunatum ſcilicet atq; fortem.

¶ De emptione equorum.

Equorum emptio.

IN emptione tamen equi potes ponere ſignum cõmune aſcendens & Luna ſit in Tauro uel Leone, ſitq; Planeta cui iungiẽ directus aſcendẽs: hoc enim ſignificat ꝙ equus addet in corpore & precio. Si aũt fuerit retrogradus aſcendẽs, minuet in corpore, licet fortè addat in precio. Si autem fuerit directus deſcendens minuet in precio, licet fortè augeaẽ in corpore. At ſi fuerit retrograd⁹ deſcendẽs minuet utrunq;. Idem intelligas de alijs equis omnibus.

De reconciliatione inimicantium uel qui uiciſſim fecerunt bellum. Caput VII.

Reconciliatio

EX quo in præcedentibus capitulis facta eſt mentio de bello et de his quę ſpectant ad bellum, uiſum domino Hali ꝙ ſequaẽ ſermo de concordia uel inimicantiũ recõciliatione immediate poſt ea quæ dicta ſunt de bello & inimicorũ pugnatione. Vnde ſi uolueris eligere horam alicui uolenti recõciliari ſuis inimicis ad hoc aptã, aptabis aſcendens & eius dominũ: eum pone fortunatum et fortem: Lunam quoq; ſi poteris & dominũ domus in qua ipſa fuerit, & debilita ſeptimũ & eius dominum, pone primũ tamen fortunã, licet debilites eũ, & fac ꝙ iungaẽ domino aſcendẽtis à trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltem ab eodem aſpectu aſpiciat aſcendens. Et dixit Hali, ſitq; dominus duodecimę debilis et cadens. Et dixit, ſi fuerit ipſa domus 12. impedita erit bonum, & ſit agendũ de 12. & eius domino ſicut de ſeptima & eius domino & quòd ſit aptandus dominus undecimę & eius dominus. Et dixit, ſit dominus aſcendentis in medio cœli uel iens ad illud, & ſit quàm fortior eſſe poteſt. ſimiliter & Planeta in cuius domo ipſe fuerit & in quàm melior fortitudine atq; fortuna eſſe poteſt. Si uero dominus 12. ſit de illis Planetis qui amicãtur domino aſcendentis erit melius. Et dixit, ſi fuerit gradus aſcendentis & gradus 12. unius fortitudinis erit hoc melius quàm eſſe poſſit in aptatione domorum. Et dixit, ſi ille qui facit pacem fuerit rex, quòd ſint aptanda illa quæ cõmemorata ſunt in exordio huius capituli: ſitq; domin⁹ aſcendẽtis tranſiens ſuper dominum 12. quòd ſi ſigna à quibus accipiuntur ſignificatore fuerint fixa uel directe aſcendentia, erit melius. Si uero fuerit concordia per manus legatorum aut per chartas erit aptãdus Mercurius. Si aũt fuerit per actus, & uerba de præſenti, erunt aptandi Iupiter & dominus aſcendentis in ſignis directæ aſcenſionis, dominus quoque ſeptimi & 12. in ſignis tortuoſæ aſcenſionis. Et dixit Alabari, ſi fuerit intentio illius cui eligis decipere aduerſariũ callide incedendo in ipſum, ſit Luna in Ariete uel Tauro aut Geminis uel Scorpione uel Sagittario uel Capricorno ſeu Piſcibus, ſitq; Luna iuncta uni ex fortunis, uel ſit aliqua illarum in aſcendente, nec ſit dominus aſcendẽtis cadens ab angulo, ſed aſpiciat aſcendens aſpectu amicitiæ, & ſit in aſpectu fortunæ: & oportet ut ſit dominus duodecimi debilis.

De eligenda hora ad expellendum ſeu eijciendum phantaſma uel aliquem malignum ſpiritum qui à quibuſdam appellatur diabolus, impedientem uel infeſtantem de aliquo loco uel domo uel ab aliqua perſona, uel dirimere oracúlum idolorum uel ſimilia. Cap. VIII.

Spiritus maligni.

ET ſi uoluerit aliquis eijcere ſeu expellere phantaſma ſeu aliquem ſpiritum nocibilem de aliquo loco ſeu domo qui à quibuſdam dicitur diabolus, uel aliquam rem nocibilẽ aut terribilem ſiue infeſtantem habitatores illius loci, aut fuerit in aliqua perſona uexatio aliqua quæ dicitur dæmoniaca, uolueriſq; exhibere aliquam medicinam uel facere aliquod exorciſmum uel ſimilia, & uolueris quòd eligas ei horam ad hoc aptam, apta aſcẽdens & eius dominũ, & caue ne ſit aſcendens Cancer uel Leo uel Scorpio ſeu Aquarius: nec ſit Luna in aliquo illorum ſignorum, ſit aſceendens quodcunq; uolueris, & dominus eius liber, & ſit Luna in quocũque eorũ iuncta alicui fortunæ, nec ſit impedita. In deſtructione autem domorũ, in quibus colũtur idola, uel in quibus ſit aliqua oratio quæ non ſit diuina, ſufficit tibi debilitare, atque infortunare Venerem.

In emptione generaliter omnium rerum tam mobilium quàm immobilium, ſub quo poteſt comprehendi capitulum prædictum de emptione animalium. Caput IX.

Emptio.

ALia capitula de emptiõe poſſunt comprehendi ſub iſto & ſubalternari ei. Vnde ſi uoluerit aliquis emere rem aliquã & noluerit

luerit quòd eligas ei horam aptam ad hoc faciendum, apta aſcendens & dominū eius, Lunam quoque, & pone eam in primo uel decimo, ſintq; ſi poteris hoc facere prima & decima ſignum fœmininum: decima tamen laudatur in hoc caſu pluſquã prima: uel ſit in undecima· ſit etiam domin⁹ domus in qua fuerit Luna ſaluus & liber ab impedimētis: ſitq; dominus aſcendentis minuens numerum, ita q; uadat in uno die minus curſu ſuo medio, ſintq; Mercurius & dominus decimæ, ſalui atq; ab impedimentis liberi. Et dixit Hali, ſi fuerit Luna cum Mercurio, erit utile, & ſi fuerit etiam Mercurius minuens in curſu ſuo erit bonum. Et dixit, Tyberiadis ſigna tortuoſa bona ſunt ementibus, & uidentur etiam iuuare uenditores. Si autem fuerit dominus aſcendentis augens numerum, & in ſignis directus eſt malum pro emēte. Similiter ſi fuerit Luna in ſignis directæ aſcenſionis, & fuerit augens curſum, erit deterius, quoniam facit charum quicquid tunc aliquis emerit, & uileſcet ita quòd poterit inde ſequi damnum. Cum autem fuerit in tortuoſis, & fuerit minuēs curſum, facit uile quicquid tunc aliquis emerit, & areſcet ita quòd poterit inde ſequi lucrum, ſaluo quod dictum eſt ſupra in capitulo de emptione armorum & equi tam bellorum quàm alterius. Et dixit Hali, quendam dixiſſe emere & uendere in prima quarta menſis lunaris utile eſt utriq; ſcilicet ementi atque uendenti in quarta uero ſecunda utilius eſt uenditori quàm emptori: in tertia uero quarta, utilius eſt emptori quàm uenditori: in ultima uero quarta ualde eſt emptori conueniens. Et dixit quòd quidam non renuūt ut ſit Luna iuncta Saturno, quod uidetur mihi commendabile in emptionibus rerum grauium ut terrarum & aliorum prædiorum tam ruſticorū quàm urbanorum, & quæ diu apud emptorē manere ſperantur. In emptione autem rerum mobiliū & quarum alienationem citam expectamus, non uidetur mihi laudabile. Tu autem ſi non poteris aptare omnia prædicta, apta quæ potes, apta ſaltem Lunam, & utere quartis menſis, ut dictum eſt, ſi potes & ſignis tortuoſis. Si aūt fuerit emptio animalis quòd intendit emptor impinguare, ut ſunt porci, pulli, et ſimilia, ſit aſcendens ſignum commune, et Luna in Tauro uel Leone uel ſaltem in ſigno communi: & ſit Planeta cui ipſa iungitur uel primo iungetur directus aſcendēs, & hoc ſi emerit ipſe animal ut ipſe reuendat illud: ſi autem emerit ut non reuendat, ſed ſolum in ſuam propriam utilitatem inpinguet illud, ſit Planeta ille cui iungitꝰ Luna directus, nec curabis utrum aſcendens fuerit uel deſcendens.

In emendis ſeminibus ad campos uel hortos &c. ut ſunt granum, ordeum, fabæ, ſiligo, caules, & ſimilia. Caput X.

Semina emēda.

CVm uoluerit aliquis emere aliquod ſemen ſeminabile cuius utilitas & multiplicitas expectantur, uolueriſq; eligere ſibi horam ad hoc cōuenientem, apta aſcendens & eius dominū: ſit tamen talis electio in prima quarta menſis lunaris: ſitq; Luna aucta numero ſi fieri poteſt: ſit etiam in ſignis tortuoſis quæ dicuntur augmentantia, & in aliqua ex quartis maſculinis, quoniam & illæ ſimiliter habent augmentare quæ ſunt à decima uſq; ad aſcendens, & à quarta uſq; ad ſeptimã, & dominus etiam primi ſit in aliquo illorum locorum: decima uero & eius dominus ſint liberi ab impedimentis malorum. Et dixit Hali, ſit etiam Luna cum Mercurio & ipſe orientalis in motu ſuo uel loci liber: quam ſententiam ego approbo ualde ſi poſſet ex toto ſeruari, ſed ſi non poteſt ſeruari, penitus ſeruetur in hoc ad minus ut aptetur Luna.

In acceptatione & accommodatione pecuniæ. Caput XI.

Pecuniæ mutuæ.

IStud capitulum uidetur eſſe contrarium capitulo de accommodatione pecuniæ: unde oportet illum qui eligit uti quibuſdam contrarijs eorū quibus utitur in capitulo illo: quare ſi aliquis uoluerit accipere cōmodatū, requiſieritq; te ut eligas ei horam ad hoc aptam, apta aſcendens & dominū eius, & pone Lunam in Leone uel Libra uel Scorpione uel Sagittario uel Aquario, ſitq; minuta lumine, & ſit in aſpectu Iouis ſeu Veneris ſiue Mercurij, ſitq; aſcendens aliquod ex prædictis ſignis, et dominus primi & dominus ſeptimi ſint liberi ab impedimentis: & ſi poteſt fieri, ſint concordantes uel recipientes ſe inuicem de aliquibus eorum dignitatibꝰ ſiue magnis ſiue paruis. Et dixit Hali, quòd quidam habebãt odio in hoc horam Martis & horam Solis.

De uenatione terræ & aquæ auium, ferarum atq; piſcium. Caput XII.

Venatio.

PRout alias dictum eſt, modi uenationū duo ſunt, unus in terra & per terram, alius in aqua & per aquam. Ille qui eſt in terra diuiditur: nam aut eſt in montibus & per montes: aut eſt in terra & per terram planam. Similiter qui eſt in aqua & per aquã diuiditur: nam aut eſt in mari aut in fluminibus aut in lacubus aut in uallibus aut in riuis. Iterum uenatio quæ fit in terra, aut fit ad feras aut fit ad aues. Iterum quæ fit ad feras, aut fit ad feras lædentes morſibus uel unguibus, ut ſunt urſi, lupi, uulpes & ſimilia: aut fit ad alias feras participantes cum domeſticis ruminatione uel unguium ſciſſione, ut ſunt lepores, capreoli, cerui, apri & ſimilia. Item illa quę fit ad aues, aut fit ad aues aereas ut ſunt aquilæ, aſtures, accipitres, milui, & ſimilia de raptu uiuentes: aut ad columbas uel agarias, aut grues, uel ſtarnas magnas uel ſturnos, uel merulas, uel paſſeres, uel coruulas, & ſimiles: aut fit ad aues terreſtres, ut ſunt faſiani, perdices, ſternæ, quallę, coturnices & ſimilia: aut fit ad aues paluſtres & in aquis & prope aquã degentes ut ſunt anſeres, cigni, anates, mergones & ſimilia. Illa uero quæ fit in aqua, aut fit cum hamo, aut cum retibus, aut cum alijs inſtrumētis ingenioſis in aqua poſitis, ut ſunt naſſæ, cuculli, nermelli & ſimilia. Vnde ſi uolueris exire uenatum, uel uolueris eligere alicui horã exire uolenti ad hoc aptam, apta aſcendens & eius dominum, ſitq; ſeptimum uel ſaltem aſcendens de natura ſpeciei uenationis quam uenator intendit uenari· melius tamen eſt ut ſeptimum ſit de natura illa quàm primū. Nam ſi fuerit uenatio per mon-

tes & ad feras lædentes ſit aſcendens ſignum igneum, quibus melius eſt ultima medietas Leonis & etiam Sagittarius, ſed eſt infra Leonem: & Aries eſt infra Sagittarium, & dominus aſcendentis fortunatus & fortis, & ſimiliter dominus ſexti. Si autem fuerit uenatio ad alias feras ruminantes uel ungulam findentes, ſit aſcendens aliquod ex ſignis quadrupedibus uel ex aliis terreis. Et ſi non potes habere, ſic habeas qualecunque potes ex aliis quadrupedibus: ſed prædicta præualent aliis ſi poſſunt haberi. Si uero fuerit uenatio ad feras in terra plana qualeſcunque fuerint aſcendens, ſit ſignum terreum uel quadrupes, aſcendensq́ dominus fortunatus & fortis ſimiliter dominus ſexti. Si autem fuerit uenatio ad aues aereas ſiue in montibus ſiue in terra plana fuerit, ſit aſcendens aliquod ex ſignis aereis, dominus quoque aſcendentis fortunatus & fortis in ſigno communi aut aereo & dominus ſexti ſimiliter uel ſaltem alter eorum. Si uero fuerit ad aues terreſtres, ſit aſcendens ſignum aereum, & dominus aſcendentis in ſigno terreo, dominus quoque ſexti in ſigno aereo, uel ſint ambo in aereo ſi melius non poteris. Si quidam fuerit uenatio ad aues paludeſtres, ſit aſcendens ſignum aereum, & dominus aſcendentis in ſigno aquatico: uel ſit aſcendens ſignum aquaticum & dominus aſcendentis in aereo uel terreo, & ſimiliter dominus ſexti ſi fieri poteſt. Si autem non poteſt fieri, hoc ſit aſcendẽs & eius dominus, uel alter eorum in ſigno aereo. Nec obliuiſcaris aptare ſextum & eius dominum ſemper, prout unquam melius quiueris. Sextum enim ſignificat canes & aues & uenabilia & cætera inſtrumenta cum quibus uenantur homines omnem uenationẽ tam terreſtrem quàm aquaticam. Et ſignificat ſimiliter omnem locum deputatum ad uenandum, ut ſunt naſſarium uel cucularia, laqueus, formaria, panteria & ſimilia. Et ſi uoluerit aliquis incipere aliquod ex illis inſtrumentis, rete ſcilicet, uel aliud quodcunque ex eius: uel uoluerit docere canem uel auem uenari uel parare aliquem ex illis locis, & uolueris ei eligere horam aptam ad hoc, apta aſcendens & eius dominum ſextum quoq;, & apta dominum eius non minus quàm primum ſi potes, & debilita & infortuna ſeptimum & eius dominum, & Lunam ſimiliter debilitabis inquantum poteris, & pone eam tardam curſu, & fac quòd dominus primi uel dominus ſexti ſit ille qui infortunet dominum ſeptimi uel Lunam: melius tamen eſt ibi ſi non potes facere quòd dominus primi uel ſexti infortunet eos, fac quòd infortunet eos Mars, & ipſe fortis, & fortunatus: & habet etiam locum Mars in omni uenationẽ terræ tam planæ quàm montuoſæ, & fac eos iungi ſimul ſi potes: coniunctio enim domini ſeptimi cum domino primi, ſignificat eius adeptionem cum labore uenantis & inſecutione. Si autem iungatur dominus ſeptimi domino primi, ſignificat adeptionem uenationis cum leuitate atque pauca fatigatione, & eo fortius ſi iungatur ei Luna. In uenatione autem aquæ ſeu piſcatione, ſi fuerit uenatio cum hamo, apta aſcendens & eius dominum, & pone aſcendens ſignum commune uel aquaticum ſitq́ dominus ſeptimi & Luna infortunati & debiles, & infortunet eos dominus primi uel ſexti uel Saturnus uel Mars, licet Mars prohibeatur à uenatione aquę, tamen in uenatione aquæ ſiue piſcatione hami uel floximæ poteſt quis uti eo propter uulnerationem quæ ſequitur ex hamo & floxima. Si autem fuerit piſcatio ſeu uenatio in Mari, ſit aſcendens ſignum commune, ſed non igneum: dominus autem eius in ſigno aquatico, ſitq́ Luna iuncta cum domino domus in qua ipſa fuerit, dummodo ſit aliter infortunata & debilis per modum prædictum. Si uero fuerit uenatio in aliis aquis extra mare ſiue ſit in flumine ſeu riuo uel lacu ſeu ualle, & fuerit cum inſtrumento occulte in aquis poſito, ſit dominus aſcendentis fortis & iunctus cum Mercurio, & dominus ſeptimi & Luna debiles, ut dictum eſt in aliis. Et in omnibus & ſingulis ſupradictis ſemper intelligas aſcendens & ſextum & eorum dominos eſſe ponendos fortunatos & fortes: & ſi poſſes aptare quartum & eius dominum, eſſet bonum, & ſeptimum & eius dominum & Lunam infortunatos & debiles. Et licet Luna ponatur ex parte uenationis, tamen uenator ſemper habet aliquid facere cum ea: unde non eſt unquam ponenda uacua curſu: ſignificaret enim tunc laborem uenationis eſſe fruſtratorium & inanem & occultationem uenationis ab oculis eius. Cauendũ eſt etiam ne ipſa cadens ſit ab angulo, quoniam ſignificaret amiſſionem uenationis poſt adeptionem: ſimiliter et dominus ſeptimi. melius tamen eſt quòd dominus aſcendentis infortunet Lunam quàm dominus ſexti: quoniam licet Luna non ſignificet uenationem, tamen ſemper habet aliquid facere cum uenatione. Vnde ſi dominus ſexti infortunauerit Lunam, poſſet fortè caſualiter euenire quòd canis uel auis cum qua uenatur aut aliquod ex uenabilibus læderet uenatorem. Et ſemper ſit tibi curæ aptare dominum horæ in hora exitus ad uenationem & ad omnia itinera. Et eſt tibi conſiderandum in infortunatione Lunæ quòd infortunet eam dominus primi uel dominus ſexti uel dominus ſecundi uel undecimi, uel dominus partis fortunæ. Et ſi infortunauerit eam dominus quarti, poterit ſuſtineri: ab aliis non infortunetur, ſed debilitetur quocunque alio modo poteſt debilitari: hoc dico ad ſaluationem uenatoris, quoniam habet ſemper aliquid facere cum ea, ut dixi: debilitatio eius ſemper habet facere pro uenatore: infortunatio uero non ſemper niſi infortunetur à prædictis ſignificatoribus uel ab aliquo ipſorum: infortunatio tamen domini ſeptimi ſemper facit pro uenatore, & eſt in eius utilitatem atque fauorem. Et caue ne infortunet eam dominus octaui uel ſeptimi uel duodecimi, de domino tertij uel quinti uel noni uel decimi, non cures amiſſionem uenationis poſt adeptionem ſimiliter & dominus ſeptimi. Et caue à Marte in uenatione aquę, quoniam ipſe eſt malus, ſicut Saturnus in uenatione terræ: Saturnus enim ſi impediat Lunam in piſcatione, uel fuerit ei iuncta ex aſpectu inimicitiæ, tantum ualet ac ſi impediret eam dominus primi uel ſexti, & augebit uenationem ſeu piſcationem. Similiter in compoſitione inſtrumentorum piſcationis, dummodo Mars non aſpiciat tunc eam. Et apta partem fortunæ in omni piſcatione ſeu uenatione, ponendo eam in

primo

primo uel ſexto uel quarto, uel iunctã dominis eorum: ſimiliter & partem uenationis quæ accipitur à capite draconis in Saturnum, & proijcitur ab aſcendente. Et apta etiam dominum horæ in omni uenatione & in omni præparatione inſtrumentorũ uenabilium. Si autem non poteris aptare omnia prædicta per modum quem dixi, quoniam uidetur quaſi quoddam impoſſibile, apta aſcendens & ſextum et eorum dominos, et domum uenationis quę eſt ſeptima: ſitq́ ſignũ de natura uenationis quam intendit uenari exiens uenatum, ut ſi fuerit eius intentio uenari quadrupedia, ſit domus uenationis ſignum terreum, ſi fuerit eius intentio uenari aues ſit ſignum aereum. Et ſi fuerit eius intentio piſcari uel uenari quadrupedia naturaliter degentia in aquis, ut beueri, ludriæ & ſimilia in quibuſcunque aquis fuerit, ſit ſignum aquaticum. & ſi fieri poteſt ſit dominus ſeptimi ſimiliter in ſignis congruentibus uenationi: ſitq́ ipſe debilis & infortunatus, & Luna ſit per modum prædictum, nec ſit in angulis: cadentia tamen peiora ſunt quàm anguli, ſed ſint in ſuccedentibus angulorum, quibus eſt utilius ſecundũ, deinde quintũ, et undecimũ eſt infra quintũ, & octauũ infra undecimũ. domin⁹ uero primi ſit fortunatus & fortis, & ipſe ſit uel dominus ſexti uel Mars in terra, uel Saturnus in aqua infortunans dominum ſeptimi, & Planeta à quo ſeparatur Luna, ſi fieri poteſt, ſit aſpiciens illum cui ipſa iungitur, et aptetur Sol, quoniam ipſe habet uim in uenatione: pone etiam dominum ſeptimi in primo uel ſecundo uel ſexto, uel pone ipſum retrogradum uel ſtationarium in ſtatione ſua prima, & fac quòd ipſe non ſit in ſeptimo, nec aſpiciat illud aſpectu amicitiæ: ſit etiam dominus ſeptimi minuens numerum, & aſpiciat dominum primi. Et ſi fuerit uenatio in mari uel in alijs quibuſcunque ſit aſcendens ſignum commune, quibus omnibus melius eſt Piſces. Et dixit Alchaiat, ſit dominus ſeptimi in ſequenti angulum, nec ſit cadens: quoniam ſignificaret fugam uenationis à manibus uenatoris. Et dixit, quòd ſi dominus ſeptimi non aſpexerit dominum primi, timendum eſt ut non capiamus uenationem, & ille cui iungitur Luna ſit cadens uel in caſu ſuo, & dominus primi eleuatus ſuper eum. Quod ſi non potes aptare omnia hæc, apta aſcendens & ſextum, & eorum dominos, & fac eos fortunatos & fortes, & debilita Lunam & dominum ſeptimi pro poſſe ſuo: & pone partem fortunæ in primo uel ſexto, uel cum eorum dominis: & partem uenationis ſimiliter ſi potes, & apta dominum horæ: & ſi iterum iſta non potes facere, apta dominum primi ad cuſtodiam corporis, & ſextum ad animalia & inſtrumenta uenationis. Quod ſi iterum non poſſes aptare iſta, quoniam non poſſunt aliquando tantum expectare, & uenationes ut multum fiunt de die, & paucæ de nocte, niſi fortes uenationes aquarum et laqueorum, ad quadrupedia lædentia, & ſimilia ad minus apta dominum horæ, & debilita uolenti exire uenatum Lunam, ut dictum eſt, & ualebit licet non tantum quantum uoluerit uenator.

In electione ludorum cum taxillis uel, qui fiunt alio modo cauſa lucrandi. Caput XIIII.

Ludus — Pro ludo

CVm aliquis uoluerit exire ad ludum taxillorum uel ad alium ludum ex quo fuerit intentio eius lucrari, uiſum eſt quibuſdam ſapientibus antiquorum quòd ſit aſcendens ſignum mobile, & quòd ſigna fixa non ſint utilia. Et dixit Hali, quòd patet per eorum uerba quòd ſigna communia ſint inter utrunque, hoc eſt nec multum utilia nec multum inutilia, ut ſi fuerit aſcendens ſignum commune, & fuerit eius dominus boni eſſe, ſignificat bonum. Si autem fuerit mali eſſe, ſignificat malum & oportet quòd dominus aſcendentis ſit bene diſpoſitus & boni eſſe, dominus uero ſeptimi ſit debilis & impeditus: & ſi poteſt fieri, ſit dominus octaui in ſecundo uel in primo receptus à domino ſecundi uel primi, nec recipiat ipſe dominum ſecundi, & maxime cum acceſſerit ad ludum ut ludere incipiat, ſit etiam Luna ſeparans ſe à fortuna libera iungens ſe alteri fortunę & ſit ſuper terram & in pectus illius qui ludere intendit, ſitq́ fortunata et fortis. Si autem fuerit infortunata, timendum eſt ne contrarietur illi qui tenuerit pectus contra ipſam, ſitq́ ex parte orientis, ſi requirat alium ut ludat. Si uero fuerit ipſe requiſitus, ſit in pectus eius ex parte occidentis: & cuicunque tu eligis ut ludat cauſa lucrandi, ſemper ſit facies eius & pectus uerſus Lunam. Et ſi hæc omnia non poterunt fieri, ſit ſaltem aſcendens ſignum mobile cum egreditur ad hoc ut ludat, & Luna in pectus eius cum ludit. Et iterum omnia iſta ſi non poterunt fieri, ſit facies & pectus ludentis uerſus Lunam & ualebit.

Qualiter poſſit aliquid percipi de eo quod dicitur uel tractatur inter aliquos ſecrete loquentes.

Caput. XIIII.

Clandeſtinum ſermonem

SI uideris aliquos ſemotim inter ſe ſecrete loquentes, & ſuſpicatus fueris de eorum conſilio ne fortè ſit tibi uel alij nociuum, & uolueris inde aliquid percipere, conſidera primum & ſeptimum & eorum dominos, quoniam primum & eius domin⁹ & planeta à quo ſeparatur Luna, ſunt illius q primo incœperit loqui ſuper facto de quo tractant. Septimum uero & eius dominus & Planeta cui iungitur Luna, ſunt illius cui incœptũ eſt loqui: & ille ex eis qui tenuerit faciem ſuam uerſus meridiem erit incipiens, & ille qui tenuerit faciem ſuam uerſus orientem aut uerſus ſeptentrionem erit alter: decimum & eius dominus habent ſignificare illum uel illos qui diſcurrunt inter eos uel inter alios, ad quos illud quod tunc aptatur magis ſpectat. Et ſi fuerit litigium uel contentio inter eos ſeu bellum illud ſuper quo tractatur decimum & eius dominus, ſignificabunt uictoriam, & erit uictor ille quem magis aſpexerit dominus decimi: quartum equidem & eius dominus & Planeta in cuius domo fuerit Luna, ſignificabunt finem in quem tractãt: ſed Planeta in cuius domo fuerit Luna, erit fortior in ſignificatione q̃ dominus quartę dom⁹. Vnde aſpice tũc dominũ decimi, & uide qualiter ſe habeat cũ ſignificatoribus, cum dño ſcilicet primi uel ſeptimi: quoniã ſi fuerit fauorabilior domino primi quàm domino ſeptimi ille qui incœperit obtinebit. Si autem fuerit fauorabilior domino ſeptimi q̃ dño primi, ille contra quem incœptum

fuerit obtinebit quos ſignificatores percipies ex prędictis. Poſt hæc aſpicies ſi dominus primi fuerit ex Planetis ueridicis ille qui incœpit rem uel pro quo aliquis incœpit eam utitur ueritate atque legalitate. Si uero fuerit ex falſidicis utitur mendacio & falſitate, ſimiliter ſi & de domino ſeptimi dicendum eſt. Si autem dominus decimi fuerit de Planetis ueridicis, utetur ueritate atque legalitate diſcurrens ſeu negocium tractans illi cui fuerit fauorabilis, & econtra ſi fuerit de falſidicis. Et ſi dominus quartæ domus aut Planeta cui iungitur Luna fuerit de ueridicis, illud quod tractatur finietur cum ueritate atque legalitate & ſi fuerit de falſidicis, finietur cum mendacio & fraude atque falſitate. Vide ſimiliter Planetam qui ſignificauerit complementum rei cui iungitur poſt ipſius perfectionē. Nam ſi fuerit iunctus bono Planetæ uel etiam infortunæ, non impedite atque recipienti eum, ſequetur ex complemeto ſeu perfectione illa ille qui obtinuerit utilitatem atque bonum. Si uero iunctus fuerit malo non recipienti eum aut fortunæ impedite ſequetur contrarium. Illud idem poteris conſiderare de alijs rebus quarum ſcire finem deſideras.

Cum uolueris inquirere fugitiuum. Caput XV.

Fugitiuus. CVm aliquis uoluerit inſequi ſeu inueſtigare fugitiuum, uel aliquam uilem perſonam, uel etiam ſuum miniſtrum, oportet ut ponatur Luna impedita in eodem ſcilicet gradu cum Sole, ita quòd ſint inter eos plus 16. minuta: nec ſit hoc in Ariete uel Leone: uel ſit in ultima medietate Libræ, uel in prima Scorpionis: uel ſit cum capite draconis, uel eius cauda, ſcilicet minus 12. gradibus ante uel minus 7. poſt: & ſi non poterit ſic poni, ponatur in aſcendente ſecundum Athabari, aut ſit in coniunctione uel in oppoſitione uel 4. aſpectu, uel ſit trino uel ſextili eorum aſpectu ſine receptione: & ſit ab eis impedita: uel ſit ante horam eclipſis lunaris per tres dies uel poſt ipſam per unum diem. Et ſi fuerit eclipſis eius in illis diebus, & ſit Sol liber & mundus à uitijs & ab impedimentis malorum, & ab alijs impedimentis, & aliqua ex fortunis ſit in 10. & maxime ante lineā 10. per 5. gradus uel ultra ipſam per 3. gradus: & quantumcunq; magis impedies Lunam, tanto magis impedietur fugitiuus uel aliquis cuius impedimentum facere deſideras, & ſpecialiter ſupradictorū, quoniam habet eos ſignificare naturaliter, & etiam omnes uulgares.

Quando fuerit intentio perſequentis nocere illi qui fugit. Caput XVI.

IStud capitulum poteſt ſubalternari alteri ſupra dicto, quoniam tractatur in eo de his quæ ſub altero comprehenduntur, ſcilicet de fugitiuo, ſed in hoc differunt ſibi inuicem, quia in illo tractatur de inueſtigatione fugitiui: in iſto tractatur qualiter aliquis fugitiuo nocere poteſt. Vnde dixit Hali, ſi autē fuerit intentio perſequentis nocere fugitiuo, ſcilicet ut lædat in perſona, ſit Luna in caſu ſuo & in debilitate ſua, ſicut dictum eſt in præcedenti capitulo ſimiliter & 12. & eius dominus. Si autem non fuerit eius intentio lædere ipſum perſonaliter, ſed ſolum capere uel detinere ipſum, ſit Luna iuncta infortunæ & impedita: ſed non ponatur in 4. nec Planeta cui ipſa tunc iungitur: ſitq; dominus primi iunctus cum domino ſeptimi. Et cauendum eſt ne iungatur Luna alicui Planetæ qui ſit in 12. quoniam ſignificat quòd nō capietur fugitiuus, & ſi captus fuerit, fugiet à manibus perſequentis, uel eius qui ceperit eum.

Cum uoluerit aliquis inquirere à latrone ſeu detento uel aliquo alio qui habetur ſuſpectus de aliquo commiſſo ſeu aliqua re. Cap. XVII.

SI aliquis uoluerit inquirere aliquid à latrone uel ab aliquo alio quòd manifeſtet illud de quo interrogatur, uel utrum ſit culpabilis de eo de quo fuerit habitus ſuſpectus, ponatur Luna tunc in Libra, ſimiliter & Planeta cui ipſa iungitur. Inquiſitio. Suſpitio. Et dixit Hali, Albumaſar laudaſſe hanc ſententiam. Et dixit faciendum eſſe omne quod ipſe dixit poſt aptationem radicum electionalium, & eorum quæ ſequuntur illas. Et dixit, cauendum eſſe ab omnibus quæ dixit eſſe uitanda, et uti eis quæ dicta ſunt ſuperius. Et dixit quòd ita ſignificat 7. omnia quæ prædicta ſunt de latronibus & fugitiuis ſicut 12. ſignificat animalia ſcilicet maiora. Et dixit quòd ita debemus aptare 7. & eius dominum in cōtrarium ad prædicta iuxta ſuum ſignificatū, ſicut aptamus 12. & eius dominum in emptione animalium iuxta ſuum ſignificatum.

De octaua domo.

In electione reuerſionis alicuius abſentis. Cap. I.

IN iſto capitulo facienda eſt rememoratio de reuerſione, & uidetur quibuſdam quod iſtud capitulum ſit comprehendendum ſub decima domo quoniā ipſa ſequitur nonam immediate, quæ ſignificat iter, & non ſub octaua domo, quoniam præcedit 9. cum reuerſio non fiat ante iter. Abſentis reuerſio. Sed quoniam 8. datur abſenti, & reuerſio non fit niſi per abſentem, merito conſideratur & accipitur ab 8. & nō à 10. & etiam quia 2. quæ præcedit 3. aptatur & aſpicitur in facto reuerſionis. Vnde cum uolueris eligere horam aptam ad reuerſionē alicuius abſentis, debes aptare 2. et eius dominū iuxta illud Ptolemęi in Centiloquio, caue ab infortunis in 8. exiſtenti in itinere, & in 2. redeunti. Diuerſificatur tamen reuerſio in introitu iuxta diuerſitatē perſonarū. Si enim fuerit reuerſio alicuius ciuis uel habitatoris alicuius loci, cui alius qui ſit dominus illius terræ præſit, ſignificatur introitus eius cum intrauerit limen hoſtij domus ſuæ, uel alterius loci, in quo habitat, uel in quo reuerētur eum ſubiecti ſibi. Introitus uero regis ſeu principis uel alterius magnatis qui præeſt & dominatur illi urbi ſeu terræ, eſt quando intrat portas ciuitatis uel caſtri, ſeu alterius terræ cui præeſt tanquam dominus. Si autem poſtea fuerit extra terram illam, & fuerit reuerſus ad eam, dixit Hali, quòd non ſollicitabimur circa reuerſionem ipſius, ut ſciat res ſcilicet quæ debent ei accidere ab hora reuerſionis uſq; dum uadit iterū extra terrā illam, ſicuti cōſueuerūt homines facere, tā magnates quàm

quàm alijs:Illa enim reuerſio eſt ſicut reuolutio annorum natiuitatū in natiuitatibus,quoniam ſi natiuitas fuerit bona, & reuolutio bona, augebit bonum. Si autem fuerit reuolutio mala,minuet de bono quod ſignificatur per natiuitatē,licet non multum. Et ſi natiuitas fuerit mala,& reuolutio mala, augebit malum. Et ſi reuolutio fuerit bona,minuet malum,licet modicum. Similiter accidet in reuerſione itinerum prædictorum,ſi fuerit primus introitus bonus,& reuerſio bona, augebit bonum. Et ſi fuerit mala,minuet aliquid de bono. Et ſi fuerit introitus malus & reuerſio mala,augebit malum.& ſi fuerit bona,minuet aliquid de malo.& hoc durabit donec alia uice iuerit extra terram,quoniam tunc expirabit illud ſignificatum,ſicuti expirat ſignificatum anni reuolutionis,quando reuoluitur alius annus reuolutionis. Quibuſdam uiſum eſt, quòd deberemus conſiderare introitus uiatoris in urbes tranſeuntes in eas:quoniam uiator non habet facere in ciuitatibus quas intrat,niſi ut in alijs partibus uiæ per quam uadit.

In aptatione electionis hæreditatum.

Caput II.

Hære-ditas. CVm uolueris eligere horam ad aptationem alicuius hæreditatis,dixit Haly quòd oportet reponere domum octauam aliquam ex domibus Iouis aut Veneris liberam et fortunatam, & eius dominum ſimiliter liberum & fortunatum, & in ſequenti angulum,ex quibus melius eſt ſecundum:ſintq; ipſum ſecundum & eius dominus liberi à præſentia malorum & eorum oppoſitione, & 4 aſpectu,niſi ille malus qui impediret eam eſſet dominus octauæ domus,uel exaltationis ſuæ, uel haberet in ea duas de minorib⁹ dignitatibus,& ſit ipſe liber ab impedimentis. Eſſet etiam bonum ſi gradus octauæ domus caderet in terminum fortunarum Iouis aut Veneris ſit etiam Luna libera & & fortunata & aſpiciat 8.uel eius dominum aſpectu trino uel ſextili. Aptabis etiam primum & eius dominum & omnia alia quæ poteris de his quæ conſiderantur in electionibus. Et ſi omnia hæc nō poſſunt aptari,aptetur primū & 8.et eorū domini, Luna quoq; & dominus domus in qua ipſa fuerit, uel ſaltem aptetur 8.& eius dominus & Luna,nec obliuiſcaris hoc.

De teſtamento ſeu codicillis faciendis. *Caput* III.

Teſta-ment. CVm aliquis uoluerit facere teſtamētum uel codicillos ſeu quamlibet aliam ultimā uoluntatem ordinare,& uoluerit quòd eligas ei horam aptam ad illud faciendum,pone Lunam deficientem numero & auctam lumine:quoniam hoc ſignificat quòd teſtamentū perficietur & mutabitur,ſed manebit firmum ſicut ordinauerit id teſtator:laudatur etiam ut ſint Luna & dominus aſcendentis, uel alter eorum iuncti Saturno ex amicitate, quoniam ſignificat perfecte complementū rei,& quòd non mutabitur poſtquàm fuerit,ſemel perfecta,nec uiuente teſtatore,nec poſt eius mortē.

Et dixit Zael quòd ſignificat prolongationem uitæ teſtatoris,etiam poſt factum teſtamentū. Idem dicas,ſi fuerit Luna, Ioui iuncta uel Veneri,quod dictum eſt de Saturno,& ſit aſcēdēs ſignum fixum & Luna ſimiliter in ſigno fixo:quia ſi fuerit mobile uel Luna in ſigno mobili,ſignificat quòd illud teſtamentum mutabitur,et non manebit firmū. Cauendum eſt etiam ne iungatur Luna Planetæ exiſtenti ſub radijs,nec ſit iuncta Marti per corpus uel per oppoſitionē uel 4. aſpectum : nec ſit ipſe Mars in aſcendente,nec aſpiciat illud aſpectu inimicitiæ, uel eius dominum:quoniam hoc ſignificat q; teſtamentum illud mutabitur & non manebit firmum: & quòd uita teſtatoris abbreuiabitur,& non euadet ab ægritudine illa,& quòd non adimplebitur uoluntas teſtatoris,immo nitentur hæredes & commiſſarij ſubripere iudicatū,& quilibet nitetur extorquere in ſuam utilitatem qualeſcunq; fuerint ſuperſtites,etiam ſi fuerint religioſi.

De nona domo.

In introitu alicuius ciuitatis uel alterius loci.

Caput I.

Ciuitatis, loci, introitus. LIcet in hoc capitulo non fiat mentio de 9. domo,tamē comprehendit ſub ipſa,quoniā habet ſignificare localē motionē, tam illorum qui mouent de longinquo quàm aliorū:unde ſi uolueris alicui horā aptam ad hoc qualiſcunq; fuerit introitus,ſiue in urbem ſiue in aliam terrā:ſiue fuerit introitus ad habitationē alicuius domus in qua non cōſueuerat iam diu habitare,apta aſcendēs & eius dominū,Lunam quoq; ac dominū domus in qua ipſa fuerit,ſitq; aucta lumine. Apta etiam 2.& eius dominū cuius aptatio eſt,ut ſit in aſcendente liber ab impedimentis,fortunatus & fortis. Et dixit Zael,pone ergo eum fortunā,et ſit ſuper terram in 9.ſcilicet aut 10.uel 11.& nunquā ponas eum ſub terra in 4.ſcilicet aut 5.uel 6. Dixit enim q; eſt horribile in peregrinatiōe,& in opere quod petis in ipſa regione ſiue fortuna fuerit ſeu malus & ſit dominus domus cum domino 2.ſuper terram:nec laudatur ut ſit ſub terra,niſi ſit illud quod petis in ipſa regione res quam uoluerit quis occultare donec perficiatur. Et dixit,ſit Luna cum Sole,ita quòd ſit inter eos à 12.gradibus uſq; ad 15.& erit melius cum recedit à Sole quàm cum eſt prope egreſſum de ſub radijs per 3.gradus fortunata:& laudatur hoc in omni occultatione, utilius tamē eſt aſcendēs quàm 10. uel 11.& ſi fuerit iuncta Luna illi,& fuerit fortunata,erit melius. Et caue ne ponas ipſum ſub terra,uel iunctum Planetæ exiſtenti ſub terra,qui ſit in fortuna uel infortunatus uel impeditus,& ſit aſcendens ſignum fixum ſit aūt dominus decimi liber ab impedimentis & à malis,nec aſpiciat 11.aſpectu inimicitiæ ſit etiam quartū ſignum fixum,ſi fieri poteſt. Et ſi Luna non poterit aptari,ſit cadens ab aſcendente:ſit etiam aliqua ex fortunis aſpiciens 4.& 10. uel alterum eorū.quartum tamen melius eſt 10.& ſi cum hoc poteris ponere Iouem in ſecundo erit ultimum,quoniā ipſe naturaliter ſignificat quæſtum & augmentū ſubſtantiæ. Et ſi fuerit intentio illius qui intrat terram uel locū recedere poſtea inde cum proſperitate atq; lucro,ponal dominus 7.oriētalis auctus numero,& ſi cum hoc Luna fuerit aucta numero,& Planeta cui iungit ipſa,erit melius. Et dixit Hali,cauendū eſt ne dominus ſecūdi cōmittat diſpoſitionē domino 4.6.uel 8.uel 12.Et dixit quòd

deteſta-

deteſtabilius eſſet, ſi committeret diſpoſitionem ſuam alicui ex dominis eorum ab aliquo illorum locorum:& eo fortius, ſi fuerit hoc in aliquo prædictorum locorum in reuolutione anni mundi, uel natiuitatis illius cui eligis: quoniam illud eſſet ualde deteſtabilius. quòd ſi hęc omnia aptare non poteris, aptà aſcendens & ſecundum & eorum dominos & Lunam & Planetam cui ipſa iungitur. Et ſi iterum non poteris aptare iſta, ſit tibi curæ ſaltem aptare ſecundū et eius dominum. Et maxime quando quis intrat in diſtrictum alicuius ciuitatis uel alicuius regionis. Et dixit Zael, ſi uolueris intrare regionem uel ciuitatem uel qualemcunq; terram uel locum ingredi uolueris, oportet te aptare ſecundum. Et dixit quòd cum hoc feceris, iam aptaſti regionem. & quòd debes ponere dominum ſecundi fortunam, ſi poteris in 9. uel in 10, uel 11. Et dixit, quòd nunquam ponas eum ſub terra in 4. ſcilicet aut 5. aut 6. quia hoc horribile eſt in peregrinatione et in opere quod petis in ipſa regiõe, ſit ſuper terrā ſemper, ſiue fortuna fuerit, ſiue non. Et dixit, ſtude ponere dominum domus Lunæ cum domino ſecundæ ſuper terram, & ſi eius dominum ſcilicet ſecundæ aptare non poteris, pone ſaltem Iouem in ſecunda non impeditum:& ualebit, ſaltem ad lucrum & ad conſeruationem ſubſtantiæ.

In initio itinerum generali non pertinentium ad bella. *Caput* II.

Itinera I N iſto capitulo tractandum eſt de itineribus quæ quotidie hominibus occurrunt, excepto quòd non tractatur in eo de itineribus pertinentibus ad bella. Et licet itinera diuerſificentū ad inuicem, omnia fiunt tamē aut per aquā. Vnde ſi fuerit per terram iter, ſit aſcendens ſignum terreum. Si uero fuerit per aquam, ſit aſcendens ſignum aqueum: ſitq; Luna in 11. uadens ad 10. & nunquam ponas eam ſub terra. Sed ſi non poteris hoc euitare, pone ipſam in 3. uel in 5. mundam à malis, & liberam ab impedimentis. Et ſi fuerit iter per terram, cauendum eſt ne iungatur Luna Marti per corpus, uel ex aliquo aſpectu, niſi fortè trino uel ſextili aſpectu cum receptione perfecta, niſi ſit ipſe Mars in aliqua domorum itineris, nec aſpiciat aſcendens uel eius dominum, nec fuerit ipſe dominus aſcendentis uel 3. uel 5. uel 9. quia tunc non impedit domum ſuam, ſi aſpexerit eam aſpectu laudabili. Si uero fuerit iter per aquam, ſit aſcendens ſignum aquaticum & caue à Saturno in aqua, niſi aſpiciat eū Iupiter qui poteſt frangere maliciam eius, ſicut tibi dixi de Marte in terra omnibus dictis modis & conditionibus.

Et dixit Zael, caue à Saturno ne ſit in ſigno aqueo & ne ſit fixus in aſcendente exitus aut cum Luna. quòd ſi uitare non poteris, ſit Luna iuncta ſibi cum forti fortuna, uel in aſpectu eius trino uel ſextili aut ex angulo, ut auferat malignitatem Saturni ex naufragio uel impedimento & tempeſtate graui. Debes etiam aptare Lunam & dominum domus in qua ipſa fuerit in omnibus itineribus, tam per terram quàm per aquam: cum ipſa præ cæteris habeat in eis ſignificationem, excepto fortè domino horæ in re quæſtus tam in breuibus & mediocribus itineribus quàm in longis & longioribus itineribus, atque longiſſimis. Aptabis etiam dominū horæ in initio cuiuſlibet itineris ex quo ſperatur utilitas ſeu lucrum. In omnibus ſignificationibus itinerum aptabis aſcendens ad locum à quo recedit uiator & aptabis ſecundum ad cuſtodiam rerum ſuarum. Vnde dixit Meſſala, ſi fuerit in domo ſecunda infortuna quæ non habeat ibi teſtimoniū, ſignificat quòd in his quæ poſt ſe relinquit, accidet impedimentum. Si fuerit Mars, ſignificat contentiones, uel bella, uel combuſtiones, uel ſanguinis effuſiones: prout ipſe fuerit diſpoſitus ad hoc. Si fuerit Saturnus, ſignificat impedimentum per latrones, uel ſubmerſiones, & ſimilia prout ſuperius dictum eſt. ſeptimum uero aptabis ad locum ad quem uadit. octauum ad lucrum, quod ibi facere intendit. decimum autem & eius dominum ad accidentia quæ debent ei accidere in uia. quartum & eius dominum aptabis ad finem illius itineris. Et oportet te aptare omnes angulos ſi potes, & præcipue ſeptimum & pone Lunam auctam lumine & numero, nec ſit cadens, ſint etiam dominus primi & dominus domus in qua fuerit Luna egreſſi de combuſtione ſintq; in angulis uel in eorum ſuccedentibus. Et dixit Hali, augmentatio Lunæ ſignificat q̄ uelociter perueniet uiator ad locū ad quem ire intendit. Laudauit etiam ut ſit Mercurius egreſſus de combuſtione iunctus alicui fortunæ, & maxime in itineribus uolentium ire cauſa emendi ſeu uendendi: quoniam Mercurius prout aliàs dicitur, ſignificat res & merces, & ſpecialiter mercationes mercatorum. Si autem diuerſificetur iter, pone Lunam iunctam Planetæ ſignificanti rem illam, uel ſit in eius domo, ut ſi fuerit iter ad regem, iungatur Soli, uel ſaltem domino 10. à trino uel ſextili aſpectu, & ſi fuerit cum receptione, erit melius: ſitq; Sol in bono loco, ſcilicet in primo uel decimo uel undecimo quoniam ſi fuerit ſic, erit iter eius utile atque fructuoſum in alijs locis ſecus erit. Nam ſi fuerit in 3. uel uel 5. ſeu 9 ſignificat quòd illud iter erit paucæ utilitatis, & magni laboris. Si fuerit in 7 uel 4. ſignificat paucitatem utilitatis & laborem, ſcilicet cum maiori tarditate. Caue tamen ne ponas Lunam in itinere alicuius uolentis ire ad regem in Aquario: quoniam rex non curabit de ipſo propter quòd Aquarius eſt oppoſitus Leoni: qui eſt domus Solis, qui naturaliter ſignificat reges: nec pones eam in Piſce, quoniam rex nollet eum uidere, immo auertet faciem ſuam ab eo: quoniam Aries eſt de ſignis quæ habent ſignificatum ſuper reges, & Piſcis eſt duodecimum ſignum ab Ariete, quod ſignificat detrimentum & mœrorem.

Et ſi iuerit uiator cui eligis ad guerrarios, ſeu ad milites bellicoſos, pone Lunam iunctam Marti à trino uel ſextili aſpectu: & ſit uterque boni eſſe. Et dixit Zael, caue ab eius coniūctione ab angulis & à quarto aſpectu, & ab oppoſitione, & ſit Mars in ſequentibus angulorum. Si uero fuerit iter ipſius ad epiſcopos, ſeu alios religioſos cuiuſcunque ſectæ fuerint, uel ad nobiles uiros, ſeu milites non bellicoſos & quieſcentes, nec tunc per modum guerrariorum utentium armis, uel ad iudices, ſeu Legum doctores, uel Decretorum, uel ſimiles, pone Lunam iunctam Ioui per corpus uel per aſpectum trinum uel ſextilem, uel ſaltem quadra-

quadratum cum receptione ex aliquo angulo uel alio bono loco ab aſcendente. Et ſi fuerit iter eius ad ſenes, loogæuos, uel ad Iudæos, uel ad ignobiles ſeu uiles perſonas, uel ad aliquem auſterū qui nolit acquieſcere dictus aliorum, & uelit quòd quicquid ipſe dicit uel facit, habeatur pro autentico, ſiue ſit bonum, ſiue malum, ſicut fuit ille tyrannus Ecilinus de Romano, qui ſit ad minus ætatis 45. annorum, pone Lunam iunctam Saturno à trino uel ſextili aſpectu ſitq; Saturnus boni eſſe, liber ab impedimentis atque in ſuccedentibus angulorum, & maxime in 5. uel 11. & quilibet Planeta cui iungitur Luna, ſit liber ab impedimētis. quoniam impedimentum ipſius ſignificat impedimentum rei quare ſit iter. Et ſi fuerit iter eius ad mulieres cuiuſcunque cooditionis fuerint, ſit Luna iuncta Veneri à trino uel ſextili aſpectu ſitq; Venus in ſigno maſculino: & ſi poteris eam ponere in angulis uel in ſuccedentibus angulorum, & maxime in quinto, erit bonū.

Et ſi fuerit eius iter ad litteratos ueros, præter prędictos, uel ad ſcriptores ſeu mercatores, ſit Luna iuncta Mercurio à trino uel ſextili aſpectu, ſitq; Mercurius boni eſſe, liber & muodus ab impedimentis. Dixit enim Zael, quotienſcunque fuerit Planeta coi iungitur Luna, uel Planeta qui fuerit in oppoſitione aſcendentis aut 7. tardus aut retrogradus uel impeditus, ſignificat inuoiutiooem & durioam io ipſis modis. Et dixit Hali, quòd ſi dominus ſeptimi fuerit in aſcendente, uel fuerit Luna iuncta Planetæ retrogrado recipienti eam, quòd occurret ei in uia id ad quod uadit. Et dixit Alchabicius, differendum eſt iter, quamdiu Luna fuerit in 2. uel 3. facie Librę. Et dixit Alchaiat, cauendum eſſe ab aſpectu malorum in itineribus ad Lunam, eſt enim grauius ſi aſpiciat aſcendens, & maxime in peregrinationibus. Et dixit quòd ſignificatio itineris eſt data Lunæ, & habet ſignificationem proprie ſuper omne initium, & ob hoc fortior. Et dixit Hali, ſi fuerit nota natiuitas uiatoris, uel fuerit habita eius quæſtio, ſit aſcendens itineris domus eius natiuitatis ſeu quæſtionis, & ſit Luna aucta lumine uel numero, uel ſit iūcta fortunis à 9. uel à 3. & ſi fuerit Luna impedita, oec tamen iter differre poterimus, ſit Luna cadens ab aſcendente: ſimiliter & Planeta qui eam impedit, & aptemus introitum & ſollicitemur in illo. Et dixit Athabari, quicunque cupit reuerſionem citam & proſperam, ponat Venerem & Iouem utrumque in 4. Solis & Lunæ, hoc eſt, ut aliquis eorum ſit in 10. à Sole & in 4. à Luna, aut econuerſo. & ſit Luna inter duas fortunas, ſeparata ab una & iuncta alteri. Et dixit quòd ſit Luna aucta lumine & numero. Et dixit quòd ſimiliter ſi fuerit Sol in oppoſitione fortunarum, ſignificat uelocitatem reuerſionis. & infortunæ faciunt tardare reuerſionem, & impediunt impedimeoto maximo. Et dixit, ſi cum illis fuerit fortuna ſequetur proſperitas. Et dixit, quòd Luna cum fuerit in quarto, ſignificat longam moram: & hoc ſecundum naturā & qualitatem itineris. Et Zael dixit quòd non ponas aſcendens natiuitatis & eius dominum cadentes ab aſcendente eius receſſiooís. Et dixit, ſit'que aſcendens receſſionis 10. aſcendentis natiuitatis uel interrogationis, ſi petieris regnum. Et ſi petieris negociatiooem, ſit aſcendens 11. eius ſimiliter in omni re quam quæſieris. Et dixit, pone ipſum ſignum eius aſcendens, ſitq; Luoa in angulo uel ſuccedenti angulo: & ſi fuerit fortunata, ſit aſpiciens aſcendens. Si uero impedita fuerit, fac eam cadere ab aſcendente. Et dixit, ſit dominus aſcendeoōs et dominus domus Lunę in angulis, & Luna aſpiciat dominum domus ſuæ. Et caue ne ponas Lunam cum malis aut in eorum quarto aſpectu uel oppoſitiooe. Et dixit, quòd nunquā ponas eam io quarto: ſed ſi poſueris eam, ſub terra pone eam, in quinto fortunatā: abbreuiabit enim laborem itineris, & augmētabitur proficuum eius, & faciet magis ad ſaluationem corporis itinerantis. Et dixit, quòd noo ponas eam in aſcendente, quoniam ipſa inimicatur aſceodenti, & inimicatur itineranti, prout aliàs dicitur nec ponas eam in ſecundo, ſignificat enim ablationem ſubſtantiæ atq; ipſius diminutionem, & Sol amicatur aſcendenti. Vnde ſi fuerit Luna in aſcendente, timetur itinerantis iofirmitas in ſuo corpore, uel labor ægritudini ſimilis, ſeu æquipollēs. Et nunquam ponas eum in ſexto, quoniā timetur ei infirmitas. nec in 8. quoniam ōmet ei mors, niſi deus auertat: & eo fortius, ſi ipſa receperit aliquem dominum illarū domorū.

Et dixit Zael, in equitatione maris non ponas luminaria impedita: quia ſi fuerint libera & fortunata, ſignificant ſalutem & proſperitatē. Si autem fuerint impedita, ſignificant mortem uel perditionem itinerantis. Et dixit, ne equites mare io interlunio, quia hoc horribile eſt. Et dixit, ſi autem equitaueris mare propter negociationem, apta Mercurium & Lunam: & ſit aſpiciens Iouem aliquis eorum à Cancro uel à Piſce. Et dixit quòd Scorpio eſt horribilis in equitatione maris, propter locum Martis et eius ioimicitiam: et time terminos malorum ſemper in equitatione, tam in mare quàm in terra. Eſt etiam timendum itinerare tam per terram, quàm per aquā, cum Luoa fuerit in ultima medietate Libræ niſi aſpexerit eam Venus aſpectu laudabili, & ipſa boni eſſe, uel aſpexerit eam Saturnus aſpectu laudabili in itineribus per terram, & ipſe orientalis, directus in domo ſua uel exaltatione uel in duabus ſuis dignitatibus minoribus. Et dixit Zael, ſi petieris regnum in ipſa regione, apta medium cœli & dominum eius cum domino ſecundæ ab aſceodente & Luna. Idem intelligas de poteſtaria & quolibet officio & qualibet dignitate laicali. Et ſi poteſtas cum iuerit ad aliquam terram cauſa poteſtariæ uel alterius officij aptauerit ſupradicta, erit ei utile. Et dixit Dorotheus, aſpice locum Lunæ in ſignis, in peregrinatione aquæ quæ ſi fuerit in prima facie Arietis, ſignificat facilitatem rei, quare ſit iter ſiue aſpiciant eam Planetæ ſiue noo. Si fuerit minus, erit ei impedimentum maris. Si autem aſpexerit eam Saturnus, impediet eum, & naufragium ei faciet. Et in ſecunda facie Geminorum, ſignificat tarditatem, poſt hoc ſoluetur. In Cancro autem ſalutem ex omni impedimento. In Leone uero dicit impedimeotum: & eo fortius, ſi aſpexerit malus. In Virgine dicit proſperitatem & tarditatem atque reuerſionem. In Libra cum traoſierit decimum gradum, non peregrinaberis in terra uel mari. In Scorpione dic triſtitiam. In Sagittario, dic quòd ante quàm perficiatur iter, reuertet.

In

In capricorno, in initio aliquantulum boni. In Aquario, dic tarditatem & ſalutē, non tamen ſit iter ad regem. In Piſce, dic impedimētum & diſtrictionē. Et dixit, ſi aſpexerit malus, augebit impedimentum. Si uero aſpexerit fortuna, minuetur impedimentum & confortabit bonum.

In documento canendi tam in muſicis quàm in alijs. Caput III.

Muſica

IStud capitulum poſſet comprehendi ſub utraque domo, nona ſcilicet atque decima, ſed mihi uidetur conueniētius ut comprehendatur potius ſub nona quàm ſub decima, quoniā nona domus ſignificat potius cantus eccleſiaſticos, & quibus utuntur canētes in templis & alijs locis religioſis, quàm 10. Decima enim ſignificat cantus qui fiunt à laicis & lætabūdis, & qui delectātur in ſecularibus atq; laicalibus cantationibus & ludis. Vnde ſi uoluerit aliquis doceri canere, & uolueris ſibi eligere horam ad hoc aptam, pone aſcendēs aliquod ex ſignis rationalibus, ſeu 10. & apta Mercuriū primo, & principaliter in cantu eccleſiaſtico, & Venerem ſecundario. In cantu uero ſeculari atque laicali apta principaliter Venerem, Mercurium autem ſecundario: ſed in muſicis inſtrumētis apta quem eorum potes: & ſit aſcendēs Libra uel Taurus, uel ſaltem Piſcis in cantu delectabili uel Gemini aut Virgo in cantu eccleſiaſtico, ſit etiam Luna in quolibet cantu in Cācro uel Tauro uel Piſce ſeparata à Mercurio uadens ad coniūctionem Veneris, ſi fieri poteſt. Sit etiam Venus in aliqua ſuarum dignitatum. Idem dicas de Mercurio: ſit etiam Mercurius iunctus Veneri per corpus uel ſextili aſpectu, ſi potes hoc facere niſi ſit aliquis illorum trium cadens, Venus ſcilicet aut Mercurius uel Luna, niſi forte foret in 9. quoniam illud non blaſphematur, dummodo ſit fortunatus alias & fortis, ille ſcilicet qui fuerit in 9. quia ſignificat bonitatem rei quā incipere uult ille cui eligis. Et ſi uolueris quod fiat perfectus cantor quem nullus excedat in cantilena, ſit Mercurius directus, iunctus Veneri retrogradæ in domo uel exaltatione, uel in duabus de minoribus dignitatibus alicuius eorū. Si autem fuerit eorū coniunctio extra illa loca, erit opus tuum infra hoc. Idem dicas in natiuitatibus quo ad cantilénam & melodiarum compoſitionem & qualecunque fuerit aſcendens, ſi fuerit eius dominus in 9. uel 10. erit laudabile, dummodo ſit fortunatus & fortis. Et dixit quidam ex antiquis, ſi fuerit electio ad ſonum muſicorum inſtrumentorum, ut lyræ aut ſymphoniæ, uel ſimilium, ſit Luna in Capricorno. Si autem fuerit electio ad ſonum inſtrumentorum laicorum, ut cithara, rota, & ſimilia ſolum ad laicales luſores pertinentia ſit Luna in ultima facie Leonis, uel in Scorpione, uel in Piſce, eo quòd carent uoce et etiā in ſupradictis inſtrumentis ſolūmodo ſonum habentibus ut tuba & ſimilia ſunt aptanda ſigna prædicta, ſcilicet Cancer Scorpio & Piſcis. In cantibus uero lectionum & modulationum utiliora ſunt, Virgo & Gemini, propter eorum fortunationem ad imagines hominum, & quoniam habent pulchriores uoces quàm cætera ſigna: & ſimiliter quia dicunt alata. Et dixit Hali, aptemus hac in re 9. & eius dominum: ſed ſi fuerit intentio noſtra in his ad aliquid quod pertineat ad opus regum ſeu magnatum uel diuitum aptorum regno, erit tunc aptanda 10. & eius dominus, quod etiam poteſt commendari in principio cuiuſlibet rei.

De decima domo.

In electione regum & nobilium ſeu magnatum atque diuitum. Caput I.

Principium electio.

DIctum eſt in præcedentibus de his quæ ſpectant ad electiones 9. domus: nunc autem dicendum eſt de illis quæ ad 10. domū ſpectare uidentur. Vnde cum uolueris eligere alicui regi ſeu duci uel ſimilibus de his quæ ad regnum ſpectant uel ducatum uel ad res illorum uel quòd pro illis ſit, apta 10. & eius dominum, Solem quoq; ac Lunam: & non ſit Sol iunctus cum aliquo malo, nec etiam Luna nec ſit Sol uadens ad coniunctionem Martis uel Saturni, nec ad eorum 4. aſpectum uel oppoſitionem, etiam ſi reciperet eum, nec ad eorum trinum aſpectum uel ſextilem ſine receptiōe: ſed pone ipſum in angulo uel in ſuccedenti angulum, uel ſit in Leone non cadens, nec aliàs impeditus. Et ſi nō fuerit in Leone, ſit iunctus cum illo in cuius domo uel exaltatione ipſe fuerit à trino uel ſextili aſpectu. Et ſi non poteris uitare 4. aſpectū, ſit cum receptione: oppoſitionē autem uitabis omni modo, tam cum receptione quàm ſine receptione, ſicuti uitas eius aſpectum cum infortunis trinum uel ſextilem ſine receptione ſitq; in ſigno maſculino & in 4. maſculina, ſi fieri poteſt: ſit etiā in ſigno in quo habeat aliquam dignitatē ſi eſſe poteſt. Conſidera etiā ſi in anno illo fuit uel futura ſit eclipſis alicuius luminariū, & uitabis illud ſignum in quo ipſa fuerit uel eſſe debuerit, ſint etiam ambo luminaria in terminis fortunarū, aſpicientia ſe inuicem à trino uel ſextili aſpectu, ſi fieri poteſt & domini illorum terminorū in ſuis dignitatibus, aſpicientes luminaria uel ſaltem unum eorum, & quantūcunq; melius aptaueris luminaria, uel fortiora uel fortunatiora feceris, tanto magis erit bonum pro re pro qua eligis: & quanto minus aptaueris ea, tanto magis erit res infra illud quod uolueris. Eſt etiā tibi cauendum ne coniunctio ſeu præuentio quæ fuerit ante ipſam electionem ſit infortunata: quoniam ſi ſic fuerit, nō erit eligendum prædictis perſonis, niſi poſt coniunctionem uel præuentionem prędictam per quindecim dies uel plus, ſi uitare poteris, etiā ſi aliàs electio uideatur fortunata. Si quidem uitare hoc poteris, erit electio tua ſecurior & melior, & magis fortunata.

In promotione ad regnum uel ducatum ſeu aliam dignitatem ad regnum ſeu ducatum pertinentem, uel quamlibet aliam. Caput II.

SI conſuluerit te aliquis uolens promoueri ad regnum ſeu ducatum ſeu aliquod ſimile, ut eligas ei horam ad hoc conuenientem pone aſcendens Leonem: ſitq; Sol tunc in Tauro in decimo ab aſcendente, ſit etiam Luna in primo iuncta Veneri aut Ioui ſeu Mercurio, ipſis exiſtentibus fortunatis, & fortibus, tam in electione quàm in dignitatis receptione.

In

In intronizatione regni ſeu ducatus uel alterius dignitatis ſiue illius ſedis aſcenſione.
Caput III.

CVm uolueris eligere horam intronizationis regni, ut aſcẽdat ſedem uel locum illum ſeu ducatum uel alterius dignitatis cuiuſlibet, pone angulos ſigna fixa, & maxime primum & quartum ſitq́; dominus decimi liber ab impedimentis: ſit etiam dominus aſcendentis in aſcendente uel decimo uel undecimo uel quinto receptus: dominus etiam decimi recipiat dominum domus in qua ipſe fuerit à trino uel ſextili aſpectu dominus etiam quarti ſit liber in aſpectu fortunæ. Quod ſi non poteris hoc facere, fac quòd ſit Luna recepta. Et ſi non poteris ponere dominum quarti liberum & fortẽ, prohibe ipſum ne aſpiciat aſcendens uel eius dominum, & fac quòd aliqua ex fortunis aſpiciat quartum & decimum, uel ſaltem alterum eorum, ſi unquam hoc facere potes.

¶ De dignitate ſpectaute ad bellum.

Dignitas. SI autem fuerit dignitas quæ ſpectet ad bellum, ut ducatus, exercitus & ſimilia: pone aſcendens Arietem uel Scorpiouem & pone Martem fortunatum & fortem, & fac quòd aſpiciat aſcendens aſpectu laudabili, & trinus erit melior cæteris. Et ſi fuerit aſcendens aliqua ex domibus Planetarum aliorum, ſit aſpiciens Mars dominum aſcendentis trino aſpectu, & ipſe liber ab impedimentis: & ſit aſcendens ſignum fixum uel ſaltem commune. In electionibus longo tempore durabilibus, ſigna fixa ſunt meliora: communia ſunt infra fixa: mobilia infra communia. & in qualibet electione cuiuſlibet dignitatis pone Lunam eſſe receptam, uel ſaltem iunctam Soli à trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltem à quarto cum receptione: ſit etiam Sol iunctus Ioui de Sagittario uel Piſcibus uel Ariete uel Cancro uel Leone à trino uel ſextili aſpectu, ſi fieri poteſt. Et ſi non potes aptare omnia hæc, ſicut pluries accidit, apta ea quæ potes, ſed non erit opus tuum ita perfectum. Hæc enim omnia ſeruanda ſunt in electionibus regis, & omnium filiorum eorum & aliorum ducum in omnibus rebus ſtabilibus. Si uero fuerit dignitas ſiue officium propter quod committatur alicui æs alienum ad diſtribuendum, ut ſunt camerarij, maſſarij alicuius communitatis, ciuitatis ſcilicet uel caſtri, uel ſimilium, uel ſtipendiarij magnatum, & ſimiliter aptabis ſecundum & eius dominum cum aptatione primi & eius domini atque Lunæ. Et ſi electio tua fuerit alicui ſcribæ apta Mercurium poſt aptationem rerum prædictarum, ſcilicet ut aſpiciat Mercurius aſcendens aſpectu laudabili: hoc enim ſignificat qudd erit fidelis & legalis in re ſibi commiſſa, & quòd erit ſibi utile.

Cum uoluerit aliquis ire moratum cum rege uel duce ſeu poteſtate uel cum aliquo tali ſeu cum ipſo proficiſci. Caput IIII.

Amicitiam contrahere. SI ſit aliquis uolẽs ire ad regem, uel ducem, ſeu principem, aut poteſtatem, aut alium magnatem, ut moretur uel proficiſcatur cum ipſo, cõſuluerit te ut eligas ei horam ad hoc conuenientem, qualecunque aſcendens poſueris ei, ſit Iupiter in eo, & fac eum iungi cum domino decimi, ſi potes: quoniam hoc ſignificabit quòd erit rex congruus & affabilis, & quòd bene cedet ei ab eo: & ſi feceris eos iungi à trino uel ſextili aſpectu, erit bonum, uel etiam à quarto cum receptione: & ſi nõ poteris hoc facere, poue ipſum in nono: hoc enim ſignificabit quòd uiator inuenier in illo itinere bonum & utile, & unde gaudebit & uidebit ſibi placibilia. & eo melius, ſi Iupiter ſaluus & liber ab impedimentis fuerit. Et uitabis ipſum ponere in quarto: quia licet quartum ſignificat finem rei: tamen in iſto caſu eſt tibi uitandum, ne ponas ipſum in eo: & fac quòd aſpiciat ipſum Luna de decimo, ſi fuerit ipſe Iupiter in primo: uel de ſeptimo, ſi ipſe fuerit in nono. Caue tamen à ſexto & à duodecimo: ſed ſi non poteris hoc uitare, erit minus horribile in tali caſu q̃ in alijs. Et ſi non poteris hoc facere, teſtificetur ei Venus de primo uel de ſeptimo uel de decimo uel de quarto ſiue cum receptione: uel à ſexto uel à tertio cum receptione Et caue à Saturno & à Marte ne ſit aliquis eorum in primo uel in aliquo ex angulis. Et caue ſimiliter ne Luna ſit impedita, & maxime infortunio combuſtionis. uel ſit cum Cauda uel aliquo malorum uel impedientium: quoniam hoc ſignificat, quòd nihil utilitatis erit in itinere illo, immo timetur ne non reuertatur uiator: etiam ſi fuerit aliud iter, timetur illud idem. Et ſi infirmatur, timetur ei mors. & ſi iuerit ad prælium, tunc ſuccumbet, uel forte interficietur: & ut tibi breuiter fatear ueritatem, magnum erit & quaſi miraculoſum, ſi euaſerit pericula ſupradicta.

Cum aliquis uoluerit inimicari regi uel duci uel alicui ſimili. Caput V.

ACcidit aliquando quòd aliquis uult inimicitiam habere cum rege uel duce ſeu aliquo magnate, de his qui apti ſunt regno uel eorum filijs qui ſunt eis in dignitate ſeu hæreditate ſucceſſuri: pone aſcendens aliquam ex domibus Iouis uel Martis: ſitq́; dominus aſcendentis fortis & fortunatus, liber ab impedimentis: ſitq́; dominus ſeptimi impeditus atq; infortunatus, & debilis in loco maligno ab aſcendente, quibus deteriora ſunt ei ſextum & duodecimũ: nec aſpiciat aliquam ex fortunis, nec ipſa eum, nec ex luminaribus aliquod. Inſidiari regi.

In reconciliatione cum rege uel duce uel ſimilibus. Caput VI.

INimicatur aliquis aliquando regi uel duci uel ſimilibus, & uult quòd reconcilietur ſibi rex, & quærit à te ut eligas ei horam ſibi ad hoc aptã. Vnde ſi uolueris eam ſibi eligere, pone illi qualecunque aſcendens, & fac illud impeditum atque dominum eius, & ſit infortunatus & debilis: ſitq́; Luna impedita & Planeta à quo ipſa ſeparatur, ſitq́; deficiens lumine atque numero: ſit etiam fortunatum ſeptimum, & forte ſimiliter & eius dominus fortunatus & fortis, & Planeta cui iungitur Luna: ſitq́; dominus ſeptimi in bono loco ab aſcendente, liber à malis & impedimentis: hoc enim ſignificat fortitudinem rei quam quæris. Recõciliatio.

In priuatione alicuius dignitatis.
Caput VII.

ACcidit aliquando quòd ille qui promouit aliquem ad dignitatē, propter aliqua quæ aliquando accidere conſueuerunt, nititur & uult à dignitate remouere eum, & etiam aliquando alius nititur facere illud idem: tamen ſiue ſit ille q promouit eū ſiue alius, & quæſierit à te ut eligas ei horam aptam ad hoc faciendum: conſiderabis ſi eius intentio eſt remouere ipſum à dignitate in eius odium uel eius fauorem: quoniam ſi fuerit in eius odium, ponenda erit Luna infortunata & debilis combuſtione cum alio magno impedimento: ſitq; minouta lumine atq; numero, ponendo eam in ſexto uel duodecimo: ſitq; in ſigno fixo in domo uel exaltatione Iouis aut Veneris uel Solis ſeu Mercurij, ipſis exiſteotibus infortunatis & debilibus: aſcendente tamen & eius domino exiſtentibus fortunatis & fortibus. Si uero fuerit eius totentio remouere ipſum in eius fauorem, ſcilicet ut reſtituatur ad hoc ut maiorē locum obtineat, uel ut ad maiorē dignitatem promoueat, ſit Luna io Virgine uel Sagittario uel Piſcibus uel ſaltem in Geminis, ſed erit infra alta: ſintq; ipſa & dñs aſcēndentis aucti lumine & numero: ſitq; aſcendens in ſeptentrionem: ſit etiam Luoa in domo uel exaltatione alicuius fortunarum, ipſa fortuna exiſtente fortuoata & forti & domino decimi, ſi fuerit dignitas laicalis: uel noni ſi fuerit dignitas clericalis: nec eſt hoc cootra illud quod dictum eſt aliàs, quòd Luna ſit ſignificatrix negotij deficiente domino aſcendentis, quia hic iotelligitur aſcendens liberum, & eius dominus ſaluus, ſimiliter & fortunatus, & ob hoc dominus aſcendentis erit ſignificator, proot ſignificatio pertinet ad aſcendens & eius dominum. Luna uero erit ſignificatrix rei quam aptare intendis: & habet proprium ſignificatum ſeparatum à ſignificato domini aſcendentis, & ita intelige in ſimilibus.

In moralium eruditione. Caput VIII.

Scientia. SI aliquis uoluerit dogmata moralia doceri, ot eligas ei tempus ad hoc aptum te cōſuluerit, fac quòd aſcendens ſit Gemini aut Virgo uel Libra, uel prima medietas Sagittarij, uel Aquarius, ipſumq; liberum & fortunatum: & Luna in aliquo ſignorum apta: ſitq; dominus decimi in decimo eius dominus de natura domini aſcendentis uel ſaltem de ipſius amicitate: ſit etiam Luna iuncta Mercurio per corpus aut per trinum uel ſextilem aſpectum: ſitq; Mercurius ſaluus & liber ab impedimentis, fortunatus & fortis. Et ſi poteris facere quòd aſpiciat dominum aſcendentis aſpectu amicitiæ, erit bonum: ſit etiam Luna in auge ſua, uel uadens ad ipſam, nec ſit deſcendens ab ea: aptabis etiam nonum & eius dominum, ſi per aliquem modum facere potes. Et dixit Hali quòd io eruditione ſcribendi, aptanda eſt domus decima cum his omnibus: quooiam habet ſignificare ſcripturam. Et dixit quòd ſcriptura eſt ſcientia & opus: & dixit, comprehendamus in hoc capitulo uias.

In documento pugnandi ſeu præliandi uel certandi. Caput IX.

Certare. SI uolueris eligere horam alicui uolenti doceri præliare ſeu pugnare uel certare, pone ei aſcendens Arietem uel Leooem ſiue Sagittarium: & pone Martem fortem & fortunatum: ſitq; Luna fortunata & fortis: & melius erit ut ſit in Tauro, dūmodo alias ſit fortunata. Et caue ne ponas eam in Scorpione uel Capricorno, & maxime in documento pugnæ militaris. Ponatur etiam dominus aſcendentis in ſua exaltatione, atque in loco forti. Et caue oe ſit ipſe uel Luna cadens ab angulo uel aſcendente. Et ſi hoc facere non poteris, pone Lunam & dominum aſcendentis, uel alterum eorum io decima, uel euntem ad ipſum. Et dixit Hali quoſdam dixiſſe, quòd ſit Luna in Geminis.

In documento natandi.
Cap. X.

Natare. SI aliquis uolens doceri natare, ot horam ad hoc ſibi aptam eligas te cōſuluerit, fac ut aſcendens ſit Cācer uel Scorpio aut Piſces. ſit etiam dominus aſcendentis in angulo decimi uel uadens ad illum, non diſtaos ab eo plus quiodecim gradibus: ſitq; fortunatus & fortis. ſit etiam Luna in aliqua ſuarum dignitatum inter quas Cancer obtineat principatum: & Taurus eſt infra Cancrum, aliæ ſuæ dignitates ſunt iofra Taurum: ſit etiam ipſa aſcendens in ſeptentrionem: & ſi fieri poteſt ſit in auge uadens ad longitudinem propriè ad contactum lineæ epicycli cum linea ecentrici.

In omnium operum documento generali. Caput XI.

Generalis electio. SI fuerit electio tua generalis ad opera quibus homines generaliter uti cōſueuerunt, ut ſunt opera fabrilia & ſimilia qualecunque aſcendens poſueris, apta decimum & eius dominum, & Lunam ſimiliter: & pone Planetam ſignificantem naturaliter opus, quod aliquis intendit incipere, fortunatum & fortem: ut ſi fuerit opus graue & laborioſum ſeu protenſum, ut cultus terrarum uel opera aquarum ſeu quæ prope aquam fiuot, ut pontes, molendina, & ſimilia, apta Saturnum. Et ſi fuerit opus quod pertineat ad iudices ſeu arbitros iuſte iudicare uolentes, & ſimilia, aptabis Iouem. Et ſi fuerit opus fabri uel carnificis, & ſimilium, aptabis Martem. Et ſi fuerit opus aurificis uel campſoris, & ſimilium, aptabis Solem. Et ſi fuerit opus ornamenti mulierum, apta Venerem, & pone Mercurium iunctum cum ea, ſimiliter & alijs per corpus uel per aſpectum fortunatum & fortem: quoniam ipſe habet participationem in omnibus his. Et ſi fuerit opus pictorum uel ſcriptorū uel imaginem formantium, uel ſtampas denariorum, & ſimilium quæ operantur per ſubtilitatem ingenij, ut aſtrolabium ſeu quadrans, & ſimilia: apta Mercurium, & fac eum iungi cum Luna: ſitq; fortunatus & fortis, & bene diſpoſitus. Et ſi fuerit opus quod pertioeat ad nautas, & præcipue ad minores, ut nauigatio, & ſimilia, aptabis Lunam, & pone eam auctam lumine

lumine atque numero, nec ſit deſcendens ab auge, ſitq; in omnibus ſupradictis iuncta Planetæ ſigniſi cann rem quam incipere intendis aſpectu amicitiæ, recepta ab illo uel etiam ab alio, & maxime in domo ſignificante rem illam, ſitq; in aliqua ſuarum dignitatum, ſit etiam ſignum aſcendens atque ſignum in quo fuerit Luna conueniens rei quæ incipitur, ut ſignum terreum in rebus terrenis, & aquaticum in aquaticis, & igneum in igneis, & aereum in aereis, ſi unquam hoc facere poteris. Quod ſi nõ feceris, erit opus tuum infra illud quod intendis ſecundum diminutionem eorum quæ tibi dixi.

De undecima domo.

In his de quibus habemus ſpem ſeu fiduciam laudari atq; bonam famam adipiſci. Cap. I.

Spes, fiducia, fama. ILlud capitulum uidetur poſſe comprehẽdi ſub decima domo, eo quòd ſit de illis de quibus acquirit bona fama, quę acquiritur & ſequitur ex ſpe primo habita: ſed uidetur cõuenientius ut ſub undecima comprehendatur. Vnde cum hoc facere uolueris, pone aſcendens Sagittarium uel Piſces uel ſaltem Cancrum, ſed erit Cancer infra Sagittarium & Piſces, & aptabis Iouem prout melius qulueris: aptabis quoque undecimum & eius dominum, toto poſſe tuo. Et ſi poteris ponere Iouem in 11. erit ualde utile rei tuæ. Et ſi non poteris ponere Iouem in 11. pone ipſum in primo. Quod ſi hoc iterum nõ poteris facere, fac quòd ipſe aſpiciat aliquod illorũ aſpectu laudabili & pone ipſum fortunatũ & fortem atque liberum ab impedimentis. Et ſi poteris ponere dominum primi in undecimo: uel dominum undecimi in primo, erit laudabile: ſitq; Sol in decimo liber ab impedimentis, ſi fieri poterit, uel in primo, dummodo non impediat Iouem uel dominum primi, uel dominum undecimi: ſit etiam Luna iuncta illi à trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltem à quarto cum receptione & ipſa libera fortunata & fortis: ſeparetur quoque à Ioue cum iungatur Soli uel domino primi uel undecimi, ſi fieri poterit, & erit melius: & fama & laus illa magis diuulgabitur & cadet in aures hominum, & in eorum laudationes: & quocunque poteris aptare de ſignificatoribus erit melius: & maxime ſi poteris facere, quòd luminaria ſemet inuicem aſpiciant: uel dominus primi cum domino undecimi à trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltem à quarto cum receptione. Et ſi poteris facere quòd ſe inuicẽ reſpiciant, erit melius.

Cum uoluerit quis petere ab aliqua perſona quòd eum diligat. Caput II.

Dilectio. SI uoluerit aliquis petere ab aliqua perſona ut eum diligat, ſicut aliquis aliquam per modum amicitiæ diligit, & non per modum ſtupri: & ut horam ad hoc aptam ei eligas, te conſuluerit: pone aſcendens qualecunque uolueris, & pone Lunam in domo undecima: & ſi poteris ibi ponere dominum aſcendentis, erit melius: & fac quòd omnes iungantur cum Venere, ſi potes. Et ſi non potes hoc facere, fac quòd iungatur Venus cum Luna, & cum domino undecimi. Quod ſi non poteris iterum hoc facere, fac quòd Luna uel dominus aſcendentis iungatur cum domino undecimi à trino uel ſextili aſpectu, cum receptione uel cum Venere uel ipſe recipiat alterum eorum de Tauro uel Libra uel Piſcibus, & ſit libera, fortunata, fortis & bene diſpoſita. Et ſi hoc iterum facere non poteris, fac quòd Venus recipiatur à Luna in Tauro uel Cancro, & Luna recipiatur à Ioue receptione perfecta, uel etiam à domino ſecundi. Et ſi iterum hoc non poteris facere, pone Lunam in Tauro uel in prima medietate Libræ uel Piſcibus uel in duabus de minoribus dignitatibus Veneris liberam, fortunatam, & fortem. Si autem petierit quis dilectionem alicuius ut lucretur illa de cauſa, & conſequatur inde utilitatem: pone Lunam in primo uel ſaltem in eius triplicitate liberam, fortunatam, fortem & receptã à domino domus uel exaltationis ſigni in quo ipſa tunc fuerit, & ſit ibi pars fortunæ ſimiliter. *Hæreditas.* Si autem fuerit eius intentio, ut acquirat aliquam hæreditatem uel aliquod prædium, domum ſcilicet aut terram, uel ſimile: ſit Luna in octauo cum ipſa parte fortunæ recepta. Et ſi fuerit cauſa paruorum animalium, ſit in ſexta domo: ſi fuerit cauſa equorum uel aliorum magnorum animalium, ſit in duodecima: & ſic intellige de qualibet domo ſecundum ſubſtantiam ſuam, & ſecundum ſignificatum, & ſit Luna ſemper recepta & cum parte fortunæ. Si autem non poteris facere hæc quæ dicta ſunt, ſeruabis hunc alium modum, uidelicet, quòd ſi uoluerit aliquis petere ab aliqua perſona, ut det uel faciat ſibi aliquid: pone aſcendens qualecunque fuerit fortunatum, & ſit ſignum fixum uel cõmune ſaltem: ſitq; dominus eius cum eo uel in eius triplicitate, aſpiciens illud aſpectu laudabili, trino ſcilicet uel ſextili. Et caue ne ſit Luna iuncta malis uel alio modo impedita & fac quòd aſpiciat dominum domus in qua ipſa fuerit: quoniam ſi non aſpexerit illum, non perficietur res de qua agitur: ſitq; Luna aucta lumine & numero in talibus principiis & iuncta fortunis: dominus quoque aſcendentis fortunatus, & fortis, liber ab impedimentis. Si uero fuerit fortuna cui Luna iungitur directa, aucta numero, erit utilius habet enim ſignificare quòd augmentabitur quærenti quæſitum. Et caue ſemper ne ſit Mercurius impeditus, uel mali eſſe: ſignificat enim impedimentum uel eius prohibitionem, niſi foret receptus cum impedimẽto illo. Nam ſi fuerit receptus, ſignificat perfectionem rei, ſed cum petitione atque importunitate & durina atq; labore & inuolutione, & uix tamẽ perficietur, ſi perfecta fuerit & quòd recedent inuicem ſeparatione uili & fœda. Et ſemper pone ſignificatricem quę eſt Luna iunctam Planetæ ſignificanti rem de qua agitur, prout dixi tibi ſuprà, ut eſt Sol in factis magnatũ: & ſimiliter Mars in factis bellorum: & ita de omnibus ſignificatoribus intellige. *Amicitia.* Si uolueris eligere alicui uolenti amicitiam cum aliquo facere, pone Lunam mundã à malis & ſpecialiter ab eorum quadratura uel oppoſitione. & pone eam iunctam Planetę qui ſignificet rem quam facere uolueris uel quis intendit, ſicut dictum eſt, ut Venus in factis mulierum, & Mercurius in factis ſcriptorum: & ita intellige de cæteris ſignificatoribus, ſitq; dominus undecimi aſpiciens aſpectu laudabili: & ſi aſpexerit eius dominum uel Lunam, erit melius.

Cum aliquis petere uoluerit ab aliqua perſona rem aliqua perſona rem aliquam ſiue fuerit ei promiſſa ſiue non. Caput III.

Petitio. SI aliquis propoſuerit ab aliqua perſona rem aliquam petere, ſiue res illa ſibi iam promiſſa fuerit, ſiue non, ut ſibi horam ad hoc aptam eligas te conſuluerit apta aſcendens qualecunq; ſibi poſueris & eius dominum, Lunam quoque ac dominum domus in qua ipſa fuerit, & aptabis etiam ſecundum & eius dominum, undecimum etiam & eius dominum: Lunam quoq; uel ſaltem alterum eorum aſpectu laudabili, aſpiciat dominus aſcēdentis, & recipiat eos uel ſaltem unum ex eis. & dominus domus ſignificantis illum à quo res petitur recipiat dominū ſeptimi, & Lunam uel ſaltem unum ex eis: ut ſi peteret quis rem aliquam à fratre, ſit dominus tertij recipiens dominum primi uel Lunam: ſi à patre, ſit dominus quarti recipiens dominum primi uel Lunam: ſi à filio, ſit dominus quinti recipiens aliquem eorum: ſi à ſeruo, ſit dominus ſexti recipiens aliquem ex ipſis: ſi ab uxore uel ſocio, ſit dominus ſeptimi recipiens dominum primi uel Lunam uel aliquem ex ipſis ſi ab epiſcopo uel ſimili, ſit dominus noni recipiēs eos uel aliquem ex ipſis: ſi à rege, ſit dominus decimi recipiens aliquem ex ipſis: ſi ab amico, ſit dominus undecimi recipiens aliquem ex ipſis, ut dictum eſt. Si autem fuerit petitio ab illis quæ ſignificantur per Saturnum, ut ſunt ſenes Iudæi uel uiles perſonæ, ſit cuſpis undecimæ domus in Capricorno, uel Aquario, uel Libra, uel ſaltem in alia eius dignitate. Si uero fuerit petitio facienda ſcribę uel puero, ſit dominus undecimi in aliqua dignitatum Mercurij quibus omnibus debilior eſt facies. Et dixit Athabari, ſit Mercurius iunctus Ioui aut Veneri, & ſit ipſe uadens ad dominum aſcendentis & aptentur ſemper prædicti ſignificatores ſignificantes res quæ petuntur. Et ſi nō fuerit aliquid inter illum qui petit & illum à quo petitur de prædictis, tunc prima ſignificat illum qui petit & ſeptima illū à quo petitur. Et ſemper pone aſcendens mundum à malis, ſimiliter & ſeptimum, uel ſaltem ſeptimum & ab eorum aſpectibus. Et ſi hoc non euitaueris, ſignificat quòd res deſtruetur & fruſtrabitur & annihilabitur, etiam poſtquàm uidebitur directa. Et ſi fuerit res petita, pecunia, uel res eis ſimilis, tunc aptabis ſecūdum & eius dominum cum aptatione prædictorū, quorum poteris: ſitq; dominus aſcendentis aſpiciens dominum ſecundi: nec ſit aliquis malorum inter eos, nec eius radij: ſit etiam dominus undecimi & dominus domus in qua fuerit pars fortunæ, aſpiciens ſecundum aſpectu laudabili uel alter eorum, ſi potes.

Et dixit Hali, ſi fuerit res mulieris quæ petitur uel quæ pertineat ad nuptias, ſit ſeptimum & eius dominus ſicut dictum eſt de ſecundo & eius domino.

De duodecima domo.

De curſibus equorum ſeu aliorum animalium tam rationalium quàm aliorum ad brauium currentium. Cap. I.

Curſus. CVm uoluerit aliquis equum uel aliud animal facere currere ad brauium, uel ad aliam rem cauſa acquirendi uel uincendi eam, & uolueris eligere ei horam ad hoc aptam, apta illi aſcendens & eius dominum, Lunam quoque ac dominum domus in qua ipſa fuerit, & ſimiliter illum cui iungitur, ſi potes: ſimiliter & partem fortunæ & eius dominum: & quòd dominus primi & Luna aſpiciant eam uel unus eorum. Et poſtquàm aptaueris hæc, pone dominum horæ in aſcendente, quando ille pedem extraxerit ab oſtio domus ſuæ. Videbis etiam quot ſunt animalia quæ currunt à ſecundo uſq; ad duodecimum, ut poſſis uidere qualiter diſponetur illud animal pro quo eligis: nam ſi poſueris dominum horæ in primo, ut dixi, ueniet primum: ſi in decimo, ſecundum: ſi in undecimo, tertium: ſi in ſeptimo quartum: ſi in quinto quintum: ſi in nono ſextum: ſi in tertio ſeptimum. ſi in ſecundo octauum: ſi in octauo nonum: ſi in ſexto decimum: ſi in duodecimo uel quarto, ueniet ultimum uel æquipollens ultimo. Si autem fuerint plura animalia duodecim, uenient alia mixtim, ſeruatis primis ſignificatis. Et ſi hæc omnia non poteris aptare, apta dominum horę & aſcendentis atq; Lunam. Et ſi hoc non potes, ſemper ſit tibi curæ aptare dominum horæ ponendo ipſum in primo, & aptare Lunam ſimiliter. Et dixit Alchindi quòd aptatio Lunæ ſit ipſam ponere in Sagittario, uel in prima medietate Libræ. Et eſt cauendum ne dominus aſcendentis uel dominus horæ aut Luna ſit in caſu ſuo: quoniam timetur ne cadat equus uel qui cum eo currit.

In emptione maiorum animalium tam equorum quàm aliorum de ipſis equitandis uel domandis. Caput II.

CVm uolueris alicui eligere horam ad emendum animal, ſeu equitandum uel domandum, apta aſcendens & eius dominum, & Lunam poneq; ipſam iunctam alicui fortunæ directe quæ ſit orientalis aſcendens in circulo ſuæ augis, ſi facere potes, uel ſaltem ſit directa: & caue ne illa fortuna uel Luna ſit iuncta infortunæ per corpus uel per aſpectum: quia immittit timores animali, ut ſi fuerit emptio, minatur damnum, & quòd nō habebit ex eo bonum forum. Si fuerit equitatio uel domatio, non ſequetur inde quis quod intendit, & quòd uitabitur animal. & eo magis ſi malus impediens fuerit in duodecimo. Vide tamen ſi fuerit equus iam equitatus, uel aliud animal iam domatum. pone illi aſcendens emptionis ſignum cōmune, ſitq; Luna in Tauro uel Leone: fac quoq; ipſam iungi Planetæ directo qui ſit ſeptentrionalis aſcendens, uel ſaltem meridianus, dummodo aſcendens hoc enim ſignificat quòd animal augmentabitur in precio & corpore. Si enim fuerit retrogradus, ſignificat quòd animal augebitur in precio, ſed non tantum, & diminuetur in corpore. Et ſi fuerit directus deſcendens, ſiue ſeptentrionalis fuerit ſiue meridianus, ſignificat quòd augebitur in corpore, ſed diminuetur in precio. Similiter ſi fuerit meridianus deſcendens, ſignificat quòd minuetur in precio & corpore: & eo magis ſi fuerit meridianus. Si quidem fuerit animal indomitum, pone illi aſcendens ſignum commune, ſitq; Luna in ſigno mobili iuncta alicui ex fortunis, cōſideratis conditionibus ſupra- Animalium emptio.

ſupradictis ſecundum aſcenſum & deſcenſum, ſiue directionem & retrogradationem, ut dictum eſt.

Eſt tamen conſiderandũ ſi aliquis uoluerit emere aliquod animal, equum ſcilicet aut bouem, ſeu aſinum uel camelum, cauſa lucrandi, ſeu meliorandi Luna exiſtente in capite Cancri, uſque in finem Sagitarij, non lucrabitur ex eo de leui, emet enim care uendetq; uiliter. Si autem emerit ipſa exiſtente à capite Capricorni, uſq; in finem Geminorum, contrarium eueniet emet enim uiliter, uendetq; care, & nedum accidet hoc ex animalibus prædictis, uerũ etiam ex qualibet re quam tunc aliquis emerit: hoc tamen nõ prætermiſſo, quòd fortunæ ſemper præſtent & augebunt bonum, minuentq; malum. Infortunæ uero econtrario augebunt malum & minuent bonum, unumquodque ſecundum ſuam naturam, & ſecundum quòd ſua intereſt iuuare uel nocere, augere uel diminuere.

GVIDONIS BONATI FOROLIVIENSIS, ASTRONOMIÆ PARS QVARTA.

De Reuolutionibus annorum mundi.

Procemium.

QVoniam poſt tractatũ electionũ nihil conuenientius, quàm ſubſequenter tractare de Reuolutionibus annorum mundi uideatur, de ipſis eſt merito differendum atque tractatum edere ſpecialem. Sed quid ſit Reuolutio, primo breuiter eſt uidendũ. Eſt autem Reuolutio anni, circularis curſus Solis, ab unu minuto cuiuſlibet gradus alicuius ſigni, uſque ad eius reditum ad idem punctum licet poſſit aliter forte diffiniri, prout quibuſdam uiſum eſt. Et illud conſideratur ſecundum duos modos, ſcilicet ſecundum Reuolutionem annorum natiuitatum, ſiue aliarum inceptionũ. Reuolutio enim anni mundi, eſt ab introitu Solis in primum minutum Arietis, uſque dum ipſe reuoluatur, & circulariter pertranſeat totum zodiacum, & reuertatur ad idem punctum. Reuolutio autem anni natiuitatis, ſiue aliorum principiorum, uel alterius inceptionis, eſt à minuto in quo erat Sol in natiuitate alicuius nati, uſque dum ipſe reuoluatur, & circulariter tranſeat totum zodiacũ, & reuertatur ad idem punctum: & ita de omnibus alijs Reuolutionibus eſt dicendum. Reuolutio ſiquidem eſt inter cæteras res utilis ualde ipſiusq; ſignificata cæteris alnora, ſicut & ad ipſius certitudinem inueniendam, fortis atque implicita. Per Reuolutionem enim annorum mundi, ſcitur quid in anno illo ſit futurum, de bono aut malo, utrum ſcilicet annus ſit futurus tranquillus an importunus. & utrum ſint guerræ futuræ an non, in anno quem reuoluis. Similiter de pace dicendum. Et qualis ſit ſtatus regum uel principum, diuitum ſeu magnatum futurus. Similiter & populorum, atque uilium religioſorum, etiam uniuſcuiuſque in ſuo eſſe, uniuſcuiuſque generis uniuerſaliter ſecundum hominum ritus. Scitur ſimiliter quid de terræ naſcentibus ſit futurum, utrum ex eis abundantia, uel penuria expectetur, quodq; ex eis ſit earum futurum, aut uile, ſeu mediocri precio habiturum, prout in capitulo de partibus ſuo loco dicetur. Per Reuolutionem enim natiuitatum, ſciuntur accidentia cuiuſlibet nati in anno ſuo. Vnde cum uolueris Reuolutionum annorum ſignificata ſcire, tam mundi quàm natiuitatum, ſeruabis hunc ordinem, ſecundum quòd tibi trado: nec eſt tibi negligendus hic liber, ſed eſt tibi neceſſe ipſum ſcire, atque in mente tua eum habere, præ cæteris alijs libris, cum ad eum bene ſciendum atque intelligendum grandis ſit induſtria, ut diſtinguendo tempora concordes ſcripturas. ne forte credas in eo contraria eſſe, quoniam non ſunt, ſi bene conſideraueris, quæ tibi conſideranda occurrent. Quia licet inuenias aliquando dictum, cum tale quid fuerit, ſignificat talem euẽtum, aut ſignificat multitudinem talis rei & in illo eodem capitulo inuenias, ſignificat paucitatem eiuſdem rei, non accipias illud pro contrario, ſed diſtingue ut concordes: quia una intentio erit generalis: altera erit particularis, & ſpeciale derogat generali. Accidit tamẽ aliquando, quòd loquitur derogans ſecundum latitudinem, ſecundum orientalitatem, aut ſecundum occidentalitatẽ, aut ſecundum directionem, uel ſecundum retrogradationem, & ſimilia. Iſta enim accidentia uariant ſignificata, nec ob hoc contrariantur inuicem capitula. Cum ſcire uolueris Reuolutionem anni mundi, qua hora Sol ingreditur primum minutũ ſigni Arietis, ſcilicet à primo ſecundo eiuſdem minuti, uſque in 4. ad plus uſque ad 5. ſecundum ipſius. Et cum hoc inueneris inquiſitione certiſſima, æquabis Planetas & domos ad illam horam, atque ad minutũ eiuſdem horę inueniesq; aſcendens quàm certius poteris: & conſtrues 12. domos per gradus ſuos & minuta, ad minutum illius horæ, prout melius & certius quiueris. Æquabis ſimiliter omnes Planetas ad idem minutum ipſius horę: & inuenies certiſſime loca ipſorum, per gradus & minuta, ſimiliter atq; ſecunda, uniuſcuiuſq; ipſorum, ne incidas in aliquem errorem. Et conſiderabis eſſe ipſorum, qualiter ſcilicet ſint diſpoſiti, & in quibus domibus, & in quibus ſignis ſint. Et qui eorum ſint directi, & qui retrogradi, & qui ſtationarij, & qui ueloces curſu, & qui tardi. & utrum aliqui eorũ ſint ſeptentrionales, uel aliqui meridionales inter ſe, uel à uia Solis. Nam cum Planeta fuerit ſeptentrionalis ab altero, dicitur ire ſuper eum, ſiue fuerit de ſuperioribus, ſiue de inferioribus, ille qui fuerit ſeptentriona

Reuolutio quid.

Reuolutionũ utilitas.

Reuolutio quomodo inuenienda.

ſis ab altero, dicit ire ſuper eum. Similiter & ſi fuerint meridiani, ille qui fuerit minus meridionalis, dicitur ire ſuper illum qui fuerit magis meridionalis. Et qualiter unus eorũ aſpiciat alium, uel qualiter aſpiciatur ab eo: & qualiter proiiciat unus radios ſuos, ſuper corpus uel radios alterius, & qualiter aſpiciant angulos quoniam boni aſpectus ſignificãt bonum mali autem econtrario. Et cum hoc feceris, uidebis ſimiliter quod ſignum ſit aſcẽdens: quoniã tunc poteris accipere dñm anni, atq; ſignificationẽ uniuerſitatis uulgi, à domino ſigni aſcendentis, niſi aliud impediat, quod priuet dominum aſcendentis dominio anni. Nec tamẽ credas ſemper, dominum aſcendentis reuolutionis, fore dominum anni abſolute, ſicut aliqui uidentur uelle dicere, ut leuius ſe expedirent, ſed accipies eum prout inferius tibi dicam.

Qualiter inueniatur dominus anni.

Caput I.

POſtquàm certificatus fueris ad unguem, de tempore introitus Solis in Arietem prout dictum eſt, & de aſcendente ipſius introitus, & de omnibus alijs domibus, & de locis Planetarum: uide quis Planeta ſit dominus aſcendentis, & qualiter ipſe ſit diſpoſitus, & ubi fuerit. Nam ſi fuerit directus, & liber à combuſtione, fueritq; in aſcendẽte tribus gradibus ante lineam, uel quatuor poſt, non quęras alium, quoniam ipſe erit dominus anni ſeu reuolutionis & ſignificator eſſe uulgi, & nihil aliud poterit eum priuare dominio illo. Si uero fuerit retrogradus, uel cõbuſtus, iam non poterit eſſe dominus anni ſeu reuolutionis: quoniam Planeta retrogradus, uel cõbuſtus, nõ poteſt eſſe dominus anni: annihilatur enim uirtus eius, niſi ex maxima cauſa quæ rariſſime poteſt euenire. Quære tunc dominũ ab exaltatione. Nam ſi fuerit ſignum aſcendens exaltatio alicuius Planetæ, quære dominatorem ab illo: quoniam ſi fuerit in gradu aſcendentis, uel tribus gradibus ante, uel 4. retro, ipſe erit dominus anni uel reuolutionis. & ſignificator eſſe uulgi, ſi fuerit liber ab impedimentis ſupradictis. Si uero fuerit impeditus, ut dixi de domino aſcendentis, non erit dominus anni ſiue reuolutionis. Si quidem nõ fuerit exaltatio alicuius Planetæ, uel ſi fuerit, & non poterit dominus exaltationis eſſe domin⁹ anni quęre tunc dominatorem à Sole, ſi fuerit reuolutio in die, uel à Luna, ſi fuerit in nocte quoniam luminare cuius fuerit autoritas, ſi habuerit aliquam dignitatem in aſcendente, erit dominus anni uel reuolutionis. Quod ſi iterum luminare, cuius fuerit autoritas, nõ poterit eſſe dominus anni, quære tunc ſignificatorem à domino termini: qui ſi fuerit in aſcendente, tribus gradibus ante lineam, uel 4. retro, & fuerit liber, ipſe erit dominus anni. Et ſi non poterit iterum dominus termini eſſe dominus anni, quære tũc dominatorem à domino triplicitatis, prædicto modo quem dixi tibi de alijs. Et ſi non fuerit aliquid de his, quæ dixi tibi de domino domus, uel exaltationis aſcendentis, uel termini, uel triplicitatis, uel luminaris cuius fuerit autoritas, ſcilicet Solis in die, & Lunæ in nocte quære tunc dominatorem anni uel reuolutionis à domino decimæ & uide ſi dominus decimæ domus, fuerit in decimo, uel tribus gradibus ante, uel 4. retro, nec fuerit retrogradus, uel cõbuſtus, ipſe erit dominus anni ſeu reuolutionis, & ſignificator eſſe uulgi & ruſticorũ. Si autem dominus 10. domus fuerit retrogradus, uel cõbuſtus, uel alias impeditus, ita q; non poſſit eſſe ſignificator, quære tunc dominatorẽ à domino exaltationis 10. domus, ſi fuerit exaltatio alicuius Planetę: qui ſi fuerit in decima liber ab impedimẽtis prædictis, & fuerit tribus gradibus tantum ante lineam 10. domus, uel 4. tantum retro, ipſe erit dominus anni & ſignificator eſſe uulgi. Si autem non fuerit exaltatio alicuius Planetæ, uel ſi fuerit, & dominus exaltationis non poterit eſſe dominus anni, quære tunc à luminari cuius fuerit autoritas: quoniam ſi fuerit ibi, & habuerit ibi aliquam dignitatem, ipſum erit dominus anni. Si iterum luminare cuius fuerit autoritas, non poterit eſſe dominus anni, quære tunc dominatorem, à domino termini gradus decimæ domus, qui ſi fuerit in gradu decimæ domus, uel tribus gradibus ante, uel quatuor retro, & fuerit liber ab impedimentis, ipſe erit dominus anni, & ſignificator eſſe uulgi. Quod ſi iterum dominus termini non poterit eſſe dominus anni, quære tunc dominatorem à domino triplicitatis 10. domus, qui ſi fuerit in linea decimæ domus, uel tribus gradibus ante uel 4. poſt, ipſe erit dominus anni, & ſignificator eſſe uulgi ſeu ruſticorum. Si autem non poteris habere ſignificatorem ab aſcendente, uel à decimo, quære ipſum per illum eũdem modum, quem dixi tibi de primo & decimo, à ſeptimo. Et ſi nõ poteris hunc habere à ſeptimo, quęre ipſum per illum eundem modum, à quarto. Et ſi iterum non poteris illum habere à quarto, quære ipſum per illum eundem modum ab 11. Et ſi iterum nõ poteris eum habere ab 11. quære ipſum per illum eundem modum à 9. Et ſi iterum non poteris eum habere à 9. quęre ipſum per illum eundem modum à 5. Et ſi iterum non poteris eum habere à 5. nouiſſime quære ipſum à tertio, incipiẽdo ſemper à domino domus: deinde à domino exaltationis, poſtmodum à luminari cuius fuerit autoritas, deinde à domino termini, ultimo à domino triplicitatis. Et uiſum eſt cuidã ex antiquioribus, quòd poſſis hoc idem facere per dominũ faciei. Et qualemcunque Planetam inueneris in aliquo prædictorũ locorum, poſt caſum prædictorum ſignificatorum à dominio anni, ſi habuerit ibi aliquam dignitatem & ſi habuerit ibi faciem tantum & fuerit liber ab impedimentis, ut dictum eſt de alijs, ipſe erit dominus anni ſeu reuolutionis. Et ſi fuerint plures Planetæ in aliquo prædictorum locorum, ille qui fuerit autentior, ſeu Almutem, per multitudinem fortitudinum in loco illo, erit dominus anni ſeu reuolutionis. Et ſi fuerint æquales in fortitudine, ille qui fuerit magis prope lineam præferetur. Et ſi fuerint æquales in fortitudine, ille qui fuerit magis prope lineam præferetur. Et ſi fuerint orientalis, ille qui fuerit propior Soli excedet alium. Et ſi ambo fuerint æquediſtantes Lunæ, uel Soli, erit tunc præferendus ille, qui citius mutabitur à gradu in quo eſt. Et ſi aliquis ex Planetis prædictis, aſpexerit aliquam ex domibus nominatis, à trino, uel ſextili aſpectu, duobus gradibus antè, uel tribus poſt, & habuerit ibi aliquam dignitatem, ipſe erit dominus anni, poſtquàm alia prædicta non inueneris.

Dominus anni.

Et ſi

Et ſi fuerit aſcendens domus, uel exaltatio alicuius luminaris, & ipſum aſpexerit aſcendens à trino, uel ſextili aſpectu, duobus ſcilicet gradibus ante, uel 3. poſt, uel fuerit in ſecũdo ab aſcẽdẽte, ipſum erit dñs anni. Si aũt nõ fuerit hoc, aſpice dñm aſcendentis, & dñm exaltationis eius & uide ſi luminare, cuius eſt autoritas, fuerit in domo alicuius eorũ, & aſpexerit eum à trino, uel ſextili aſpectu, nec fuerit cadens ab aſcẽdente, & fuerit in loco forti, qm̃ ipſe erit dñs anni. Et quidã præferũt luminare, cuius eſt autoritas, Planetæ Almutem. Ego aũt nõ uideo cauſam quare illud ſit, præponendo ſemper aſcendens 10. & cæteris alĳs domib⁹ 10. ſeptimo. 7. quarto. 4. undecimo. 11. nono. 9. quinto. 5. tertio, ut dictũ eſt. Et ſi nõ fuerit aliquod ex luminaribus, in aliquo prædictorũ locorum, uide ſi Planeta in cuius domo fuerit luminare, cuius eſt autoritas, ſit in aliquo illorũ locorũ: qm̃ ille erit dñs anni ſeu reuolutionis, ſiue habeat ibi dignitatẽ, ſiue non. Quod ſi hoc iterũ non fuerit, aſpice dñm horæ illius reuolutionis, qui ſi fuerit in aliquo ex prædictis locis, ipſe erit dñs anni, ſeu reuolutionis & ſignificator eſſe uulgi ſeu ruſticorũ. Et ſemper intelligas, de quolibet ſignificatore, ſi fuerit in linea domus in qua fuerit, uel tribus gradibus ante uel 4. retro præferẽdo ſemper dñm domus, dño exaltationis & dñm exaltationis, dño termini, dñm termini, dño triplicitatis. Dñs enim domus habet 5. fortitudines, dñs exaltationis habet 4. fortitudines, dñs termini habet 5. fortitudines, dñs triplicitatis habet 3. fortitudines. Et licet dñs termini habet hic tot fortitudines, quot dñs domus, & plures q̃ dñs exaltationis, tamen illi propter excellentiã præferuntur. Quod ſi iterũ hoc non fuerit, ſcito loca dñorum ſignorum in quibus fuerint luminaria: & locũ domini ſigni in quo fuerit luminare, cuius eſt autoritas, & mitte ipſum in numero cum alĳs ſignificatorib⁹: qm̃ ſi ceciderint omnes ſignificatores à dño reuolutionis, ille ex iſtis qui fuerit autentior præ multitudine fortitudinũ, geret uicem domini anni, ſaltem donec dñs aſcendentis, uel 10. dirigat, ſi fuerit retrogradus, uel euadet ſi fuerit cõbuſtus. Quod ſi iterũ aliquid horum non fuerit, reuertet tunc diſpoſitio ad luminare, cuius fuerit autoritas. Et ſi fuerit reuolutio in nocte, fueritq́ Luna ſub radĳs Solis, Sol tunc geret uicem eius. Albumaſar dixit, cui ſatis uidet mihi cõueniens aſſentire, q̃ ſignificata dñi termini, & dñi triplicitatis, & dñi horæ, ſunt cõſideranda in 2. locis tantũ ſcilicet in prima, & in 10. domo. Et crederent forte aliqui, q̃ ipſe eſſet cõtrarius ſibi ipſi. Dicit enim alibi, q̃ eorum ſignificata cõſiderantur in omnibus locis prædictis, ſed non eſt ita. Vbi ipſe dicit q̃ ſunt cõſideranda in primo, & 10. intellexit per naturã ſuam. Vbi enim ipſe dicit, q̃ in omnibus alĳs locis, intellexit per accidens. & ſunt 5. teſtimonia boni, uel mali, & ſic utrunq; imitandũ eſt. Præterea, ſi dñs termini uel triplicitatis, uel horæ, fuerit in aſcendente, uel in 10. & dñs aſcendentis, uel 10. fuerit in gradu exaltationis ſuæ, uel in uno gradu ante, uel uno retro, nec poterit eſſe ſignificator, & aliquis illorum habuerit dominium anni, acquiret ſibi de ſignificato domini primi, ſcilicet dominus triplicitatis, tertiam partem: dominus uero termini, habebit quintam: dominus quoque horæ, ſeptimam, ſecundum quòd ipſi fuerint fortes. In alĳs uero locis nõ

Qui ſint fortiores ex dominis.

accidet hoc eis, immo diminuunt fortitudinẽ ſuam in eis. Et quãuis nominauerim tibi loca & domos, à quibus poteſt ſciri dñs anni, ſeu reuolutionis, uolo te ſcire q̃ ipſa non ſunt æqualis fortitudinis. Nã aſcendens & 10. excedunt alias domos in fortitudine, ſeptima eſt infra decimam, quarta eſt infra ſeptimam, undecima infra quartam, nona infra undecimam, quinta infra nonam, tertia infra quintam. Vnde ſecundum domum, à qua fuerit acceptus dominus anni, ſecundum illam erunt ſignificata fortiora, uel debiliora in anno illo, ſeu medietate, uel quarta illa in regionibus ſuper quibus fuerit reuolutio illa. Quare oportebit te cõſiderare, ſecundum partem climatis in quo fueris, uel cuius fuerit reuolutio. Poteſt enim eſſe reuolutio quæ nõ eſt annus, ſicut quando reuoluitur annus ſecundum medietates uel ſecundum quartas. Reſtat ergo, q̃ teſtimonia per quæ ſciuntur ſignificata in his locis, ſunt 4. quorum primum eſt dominus domus. ſecundũ dominus exaltationis. tertium eſt luminare cuius eſt autoritas. quartum eſt Planeta Almutem, in loco à quo accipitur reuolutio per naturam, & locum circuli in hora illa qua reuoluit annus. Poſtquàm non poteris operari per dñm aſcendentis, uel per dñm exaltationis eius, uel per luminare cuius fuerit autoritas: uide ſi aliquod ex eis, fuerit in aliquo angulorum, poſt caſum prædictorũ fueritq; in gradibus cuſpidis uel 2. gradibus ante, uel tribus poſt, nec fuerit impeditus ipſe erit dominus anni. Et ſi Planeta Almutem fuerit impeditus, ita quòd non poſſit eſſe ſignificator, tunc accipe pro ſignificatore Planetã, in cuius domo fuerit luminare cuius eſt autoritas, ſi fuerit aptus recipere ſignificationem. Et ſi non fuerit aptus recipere ſignificationẽ, ſeu dominium anni, tũc reuertitur diſpoſitio atq; dominium anni ad luminare cuius eſt autoritas, poſt caſum omnium prædictorũ. Et ſi aliquod ex luminaribus, commiſerit diſpoſitionem ſuam dño aſcendentis, ipſe erit domin⁹ anni ſeu reuolutionis, nec oportebit te aſpicere alium. Videbis etiam poſtquàm uidebitur tibi inueniſſe dñm anni, ſi ipſe fuerit in domo alicuius Planetæ, & iunctus fuerit ei ex aſpectu laudabili, quoniã dat ei uirtutem ſuam, & efficitur ille dñs anni, ſi fuerit in optimo loco ab aſcendente & eo fortius ſi aliquod luminare aſpexerit eos, uel alterũ eorum, uel dñs domus in qua fuerit luminare. Et poſſet etiã eſſe Sol dñs anni, cum ipſe ſit recipiens atq; colligens lumina ſeu fortitudines Planetarum, ut ſi fuerit reuolutio in nocte, & Planeta qui debet eſſe dñs anni fuerit nocturn⁹, & fuerit ſub radĳs Solis. Et ſi omnia prædicta defuerint, reuertet diſpoſitio ſeu dominiũ anni, ad dñm aſcendentis, qualecunq; fuerit eius eſſe, & in quocunq; loco fuerit. Et qm̃ eſſet tibi difficile cuncta quæ dicta ſunt, ſemper penitus intueri abbreuiabo tibi regulã aliquantulũ: & repilogabo tibi conſiderationes & modos, quibus debes inuenire ſignificatorẽ, ſeu dominũ anni ſiue reuolutionis. Et ſunt 12. modi & 54. cõſiderationes. Primus modorũ eſt, ut proſpicias dominos domorum, à quibus requiritur dominus anni. Secundus, eſt ut proſpicias dominos exaltationis earum. Tertius, ut proſpicias luminare cui⁹ eſt autoritas. Quartus, ut proſpicias dominos terminorum eorum. Quintus, ut proſpicias dominos triplicitatũ earũ.

Modi inueniendi reuolutionis dominum.

Sextus, ut proſpicias Almutem ſuper loca illa. Septimus, ut proſpicias dominum horæ reuolutionis. Octauus, ut proſpicias Planetā in cuius domo fuerit luminare, cuius eſt autoritas. Nonus, ut proſpicias ſi aliquis Planetarum aſpiciat aſcendens. Decimus, ut aſpicias utrum ſit aſcendens reuolutionis domus, uel exaltatio alicuius luminarium, & luminare aſpiciat illud. Vndecimus, ut aſpicias, ſi luminare cuius eſt autoritas, fuerit in domo domini aſcendentis, uel domini exaltationis eius. Duodecimus, ut proſpicias dominum domus in qua fuerit Planeta, in cuius domo fuerit luminare, cuius eſt autoritas quale ſit eſſe eius. Poſſent tandem haberi alij quidam modi, ſed hij ſunt priores & principaliores.

¶ Epilogus.

Conſiderationes quibus dominus reuolutiones inueniuntur.

CONſiderationes uero ſunt 54. ut dictum eſt. quarum prima eſt, dominus gradus aſcendentis. Secūdus, eſt dominus exaltationis gradus aſcendēnis. Tertius, eſt luminare, cuius eſt autoritas. Quarta, dominus termini gradus aſcendētis. Quinta, eſt dn̄s triplicitatis gradus aſcendentis. Sexta, eſt dn̄s gradu 10. domus. Septima uero, eſt dominus exaltationis eius. Octaua, eſt luminare, cuius eſt autoritas gradus 10. domus. Nona, eſt dominus termini gradus 10. domus. Decima, eſt dominus triplicitatis gradus 10. domus. Vndecima, eſt dominus gradus 7. domus. Duodecima, eſt dominus exaltationis eius. Tredecima, eſt luminare, cuius eſt autoritas gradus 7. domus. Quartadecima, eſt dominus gradus termini 7. domus. Decimaquinta, eſt dominus triplicitatis eiuſdem. Decimaſexta, eſt dominus gradus 4. domus. Decimaſeptima, dominus exaltationis eiuſdem. Decimaoctaua, eſt luminare, cuius fuerit autoritas gradus 4. domus. Decimanona, eſt dominus gradus termini 4. domus. Vigeſima, eſt dominus triplicitatis eiuſdem. 21. eſt gradus 11. domus. 22. eſt dominus gradus exaltationis eius. 23. eſt luminare, cuius fuerit autoritas gradus 11. domus. 24. eſt dominus termini eiuſdem. 25. eſt dominus triplicitatis ipſius. 26. eſt dominus gradus 9. domus. 27. eſt dominus exaltationis eius. 28. eſt luminare, cuius eſt autoritas gradus 9. domus. 29. eſt dominus termini gradus 9. domus. 30. eſt dominus triplicitatis eius. 31. eſt dominus gradus 5. domus. 32. eſt dominus exaltationis eius. 33. eſt luminare cuius fuerit autoritas. 34. eſt dominus gradus termini eius. 35. eſt dominus gradus triplicitatis eius. 36. eſt domin⁹ gradus 3. domus. 37. eſt dominus exaltationis eius. 38. eſt luminare cuius eſt autoritas. 39. eſt dominus termini eius. 40. eſt dominus triplicitatis gradus illius. 41. eſt Planeta Almutē, in gradu domus à qua ſuſcipitur dominus anni, ſeu reuolutionis. 42. eſt Planeta qui fuerit magis prope lineā domus, ſi Planetæ fuerint æquales in fortitudine. 43. eſt Planeta orientalis, qui fuerit magis propinquus Soli. 44. eſt Planeta qui uelocius mutatur à gradu in quo eſt, quando plures fuerint orientales. 45. eſt Planeta, qui magis aſpexerit gradum domus ſignificantis dominium anni. 46. eſt quando fuerit aſcēdens domus, uel exaltatio alicuius luminaris, & illud luminare aſpexerit aſcendens à trino, uel ſextili aſpectu, uel fuerit in ſecunda. 47. eſt Planeta in cuius domo fuerit luminare cui eſt autoritas. 48. eſt quando aliquod ex luminaribus commiſerit diſpoſitionem domino aſcendentis. 49. eſt quando dominus anni committit diſpoſitionem alicui ex Planetis. 50. eſt dominus horæ illius reuolutionis. 51. eſt domini ſignorum in quibus fuerint luminaria. 52. dominus ſigni in quo fuerit Planeta, in cuius domo fuerit luminare. 53. quando Planeta qui debuerit eſſe ſignificator, fuerit ſub radijs Solis. 54. eſt Planeta mutans figuram, & eſt ille qui citius mutatur de ſigno in ſignum in reuolutione anni mundi, aut qui fuerit orientalis, & citius fiet occidentalis, uel qui iuerit ad gradum in quo erat tunc Luna, uel ad gradum aſcendentem excepta Luna.

De inuentione ſignificatoris regis.

Caput II.

Inuentio ſignificatoris regis.

POſtquàm inueniſti dominum anni ſeu reuolutionis, qui uulgi ſeu ſignificator ruſticorū appellatur. Reſtat tibi adhuc regis ſignificatorem inuenire, quoniam & ipſum in Reuolutionibus annorum mundi conſiderare ualde opportunum eſt. Quem in hunc modum poteris inuenire. Aſpice dominum decimæ domus figuræ Reuolutionis anni quem reuoluis, utrum ſit liber à combuſtione, retrogradatione, caſu & alijs impedimentis ſupradictis qui ſi ſic fuerit, & fuerit in cuſpide 10. domus, uel tribus gradibus ante, aut quinq; poſt, ipſe erit ſignificator regis abſq; dubio operare per ipſum & non quæras alium. Si autē inueneris eum impeditum aliquo ex prædictis impedimentis, iam non erit ſignificator. Quære tunc ſignificatorem à domino exaltationis ſigni decimæ domus, ſi fuerit exaltatio alicuius Planetæ, qui ſi fuerit liber, ut dixi, de domino domus, & fuerit in cuſpide decimæ domus, uel tribus gradibus ante, aut quatuor poſt, ipſe erit ſignificator regis. Si autem fuerit impeditus non erit ſignificator eius. Quære tunc ſignificatorem à Sole, qui ſi fuerit liber & ſaluus ut dixi de alijs, & fuerit in cuſpide decimæ domus, uel 3. gradibus ante, aut 5. retro, ipſe erit ſignificator regis. Si autem non fuerit ita, iam nō erit ſignificator. Quære tunc ipſum à Planeta qui fuerit Almutem, in ſigno decimæ domus præ multitudine dignitatum. Qui ſi fuerit in cuſpide decimæ domus, uel 3. gradibus ante, uel 5. poſt, liber & ſaluus, ipſe erit ſignificator regis. Si autem fuerit impeditus, nō poterit eſſe ſignificator. Albumaſar uero præponebat Solem domino exaltationis. Si uero nō inueneris aliquod iſtorum, quære tunc ſignificatorem à Planeta qui fuerit in cuſpide decimæ domus, uel 3. gradibus ante, uel 4. poſt, & fuerit alias liber, & habuerit ibi aliquam dignitatem: quoniam ipſe erit ſignificator regis. Si uero fuerit impeditus, non erit ſignificator regis. Si autem non habuerit ibi dignitatem, & fuerit in cuſpide, uel 2. gradibus ante, aut 3. poſt, uel fuerit dominus domus in quam ceciderit pars regni, fuerit liber & ſaluus ab impedimentis ſupradictis, ipſe erit ſignificator regis. Quod ſi hoc iterum non fuerit, dixit Albumaſar, quód ſi fuerit medium cœli domus Solis & Sol in cuſpide ſua, nō remotus neq; cadens, ipſe erit ſignificator regis: & ſimiliter cum fuerit in aſcendente receptus à Marte, & Leo in medio cœli, quia erit aſcendens tunc Scorpio. Et dixit cum fuerit medium cœli Aries, & Sol in cuſpide ſua ſecundum q; dixi, & Mars cadēs ab eo, ipſe erit ſignificator regis: & ſi aſpexerit Martē, erit particeps ſignifica-

gnificatione. Et dixit, ſi Mars fuerit in loco ſuo fortis, bonumq; fuerit eſſe ſuum, Solq; iunctus fuerit ei, erit Mars ſignificator regis & eo dignius, ſi fuerit in Capricorno, & Sol iunctus fuerit ei ex medio cœli. Et dixit, quòd ſi euenerit caſus eius in medio cœli, aut in angulo ab aſcendente, proieceritq; radios ſuos ad ipſum Sol, erit dignior ſignificatione. Et ſimiliter cum fuerit Sol in angulo medij cœli, uel cæteris locis aſpicientibus medium cœli, aſpectibus amicitatis ſubaudi, & fuerit dominus medij cœli, erit dignior ſignificatione.

¶ Quando dominus anni efficitur ſignificator regis.

Dominus anni, &c. regis ſignificator.

QVod ſi non inueneris ſicut dixi tibi, uide ſi dominus 10. fuerit domus uel exaltatio domini anni, & ipſe aſpexerit eam à quocunq; aſpectu, prꝗterquã ab oppoſitione, erit ipſe dominus anni ſeu ſignificator uulgi ſignificator regis. Quod ſi hoc iterum non fuerit, aſpice ſi dominus anni iungatꝰ cum domino 10. domus, uel cum domino exaltationis eius, de tali loco, quòd recipiat eum dominus ſcilicet 10. quoniam cõmittit ei diſpoſitionẽ: efficiturq; dominus anni ſignificator regis. Etiam ſi dominus 10. domus fuerit in domo, uel in exaltatione domini anni, itaq; recipiatur ab eo dominus 10. domus, committit diſpoſitionem domino anni: non enim fieret dominus anni ſignificator regis, niſi dominus 10. cõmitteret ei diſpoſitionem ſuã. quòd ſi hoc iterum non fuerit, aſpice ſi Sol fuerit dominus anni: & utrum ipſe habeat aliquam dignitatem in 10. uel fuerit dominus 10. ſub radijs Solis, ſiue ſit euaſus à combuſtione ſiue non, dummodo non appareat de ſub radijs, erit Sol ſignificator regis, & maxime in regione in qua hoc fuerit. Et dixit Albumaſar, ſi commiſerit Sol diſpoſitionem domino aſcendentis, & fuerit ei aliquod teſtimonium in medio cœli, erit dominus aſcendentis ſignificator regis. Et dixit, quòd ſi fuerit medium cœli aliqua domorũ Saturni, aut ſignum exaltationis eius, & fuerit in cuſpide ſua, liber à combuſtione, Saturnus erit ſignificator regis. Et dixit, & ſi non fuerit Soli teſtimonium in medio cœli: aſpice dominum medij cœli, & dominum exaltationis ſuæ, quis eorum fuerit fortior, & plus teſtimonio, & melioris eſſe, & plus collectione, ac receptione luminum Planetarum, & melioris caſus ex medio cœli: quia ipſe erit ſignificator regis. Et ſi ceciderint dominus medij cœli, & dominus exaltationis eius, & Sol ab aſpectibus, & fuerint mali eſſe, nec inueneris aliquod ex prædictis, uide ſi aliquis Planetarum aſpiciat aliquem ex prædictis ſignificatoribus, non aſpicientibus decimam, & aſpiciat ipſe decimam, ita quòd releuet lumen illius ad illud: quoniam hoc confortabit eum ſuper diſpoſitionem regis, & efficitur ſignificator regis ille, cuius lumen fuerit ſic deportatum, ad decimam reuolutionis illius. Si autem nihil horum inueneris, reuertere tunc ad dominum anni, & ad dominum decimæ, & ad Solem, & quem eorum inueneris fortiorem, aut minus debilem, uel melius diſpoſitum, aut minus male, aut meliori loco à decima uel minus malo, hunc pone ſignificatorem regis. Et dixit Albumaſar, cum fuerit Sol dominus aſcendentis, erit medium cœli Taurus. Et ſi fuerit Venus ſub radijs eius, Sol erit ſignificator regis, quia dominus medij cœli eſt ſub radijs. Si autẽ fuerit Venus egreſſa de ſub radijs in lumine ſuo, ipſa erit dignior ſignificatione, erit enim in aſcendente, aut in domo ex qua aſpiciat decimã: & eo melius, ſi fuerit in domo, uel in exaltatione ſua. Et dixit, cũ fuerit Venus in fine anguli, & pulſauerit fortitudinẽ ſuã Soli, quod nõ poterit eſſe, niſi cũ fuerit ei corporaliter iuncta: tunc ſi fuerit Venus domina medij cœli, iã pulſauit fortitudinem ſuam Soli, & erit Sol ſignificator regis. Et dixit, anguli Planetarum ſunt uniuerſitas æquationis eorum, ueritatis ſeu certitudinis & hoc acceptum eſt diametris circulorũ eorum breuium.

Quando dominus aſcendentis eſt dominus anni, unde ſciatur eſſe regis, & eius auxiliatorum, & uulgi, & quorundam hominum tam religioſorum quàm ſecularium. Caput III.

Significator aliarum perſonarum.

INuento autem ſignificatore anni ſeu reuolutionis, & ſignificatore regis, reſtat inuenire ſignificatorem aliarum diuerſarum perſonarũ: & etiã unde aſpiciantur ſignificatores regis. Quod poteris ſcire, ut ait Albumaſar, ex Saturno, & ex Sole, & ex decima, & eius ſignificatore. Vnde ſi uideris iſtos quatuor bene diſpoſitos, annuncia ex toto & undiq; bonum eſſe regis. Si autem inueneris eos impeditos, annuncia ex toto contrarium. Quod ſi inueneris alterum liberum, & alterum impeditum, iudica ſecundum quòd uideris de impedimento ſeu liberatione: ſed Saturnus eſt maioris ſignificati, quàm aliquis eorum, tam in bono quàm in malo, præter ſignificatorem regis, & ſignificata Solis ſunt infra ſignificata Saturni, & ſignificata domini decimæ ſunt infra ſignificata Solis in hoc caſu.

Saturnus maximæ eſt ſignificationis.

¶ Qualiter aſpiciatur militibus regis.

Militum regis ſignificatio.

ET dixit, quòd debes aſpicere militibus regis ex 11. & eius domino, unde ſi uideris 11. aptum, & eius dominum bene diſpoſitũ, & Martem, annuncia eſſe etiam militum regis bonum. Si autem uideris illud ineptum, & eius dominum impeditum, & Martem ſimiliter, annuncia contrarium eius quod dixi. Si autẽ dominus 11. uel Mars fuerit impeditus, & alter fuerit liber, annuncia eorum eſſe mediocre.

¶ Qualiter aſpiciatur diuitibus & magnatibus, qui ſunt infra regem.

Diuitum & magnatum ſignificatio.

ESſe autem diuitum & magnatum, qui ſunt infra regem accipias ex Ioue, & participem fac dominum, in cuius domo fuerit ipſe, quem ſi inueneris fortem, & bene diſpoſitum, annuncia bonum eſſe ipſorum. Si autem inueneris eum male diſpoſitum, annuncia contrarium.

¶ Qualiter aſpiciatur epiſcopis, & alijs clericis ſecularibus.

Epiſcoporũ & clericorũ & ordinis eccleſiaſtici.

EPiſcopis uero & alijs clericis ſecularibus, & papę & cardinalibus, & etiam legiſtis, & decretiſtis, atque conſiliarijs aſpicies ex Ioue, & domino domus eius, & ex nono & domino eius: quos ſi inueneris liberos, & bene diſpoſitos, annuncia ipſorum bonũ eſſe. Si autem inueneris alium fortem, & alium debilem, ſecundum debilitatem uel ſecundũ fortitudinem quam inueneris, mediocritatem annunciabis.

¶ Qualiter aſpiciatur militibus regis, & auxiliatoribus ipſius & portatoribus armorum.

Auxiliarij militum.

MIlitibus & auxiliatoribus regis, & portatoribus armorum cauſa lucrandi ex bello: aſpicies ex Marte,

Marte, quem ſi inueneris bene diſpoſitum, annuncia bonum eſſe Ipſorum. Si autem inueneris eum male diſpoſitum, annuncia contrarium.

¶ Qualiter aſpiciatur religioſis regularibus.

Monachorum. Religioſis uero regularibus Deo ſeruientibus, & qui ad hoc poſiti ſunt ut Deo ſeruiant: nec credas quemlibet cappatum religioſum: ſed qui ſe & ſua Deo dedicauerunt, inter quos connumera monachos, & maxime induentes nigras ueſtes, & ſenibus, & decrepitis, & uilibus grauibus operibus utētibus, ut ſunt foſſiones ſeu foſſores, & ſimiles Foſſorum. aſpicies ex Saturno, quem ſi inueneris liberum fortunatum ſcilicet atque fortem, annuncia bonum eſſe ſupradictorum: ſi autem inueneris econtrario, annuncia contrarium.

¶ Qualiter aſpiciatur mulieribus.

Mulierum. Eſſe autem mulierum accipies ex Venere, & ipſius loco, quam ſi inueneris bene diſpoſitam, annuncia bonum eſſe mulierum, & maxime iuuencularum ſi autem inueneris eam male diſpoſitam, contrarium nunciabis.

¶ Qualiter aſpiciatur mercatoribus & merzarioribus, &c.

Mercatorum & puerorum. Eſſe quidem mercatorum, & merzariorum, & pictorum, & ſcribarum, & iudicum, & ſapiētum, & doctorum, & maxime quadruuialium, & puerorum, & adoleſcentium & ſimilium accipies ex Mercurio, quem ſi inueneris liberum & bene diſpoſitū, annuncia eorum eſſe bonum: ſi autem inueneris eum impeditum, iudica cōtrarium. Variatur tamen eſſe mercatorum ab eſſe aliorum: quoniam aſpicitur eis ex domino anni, & ex aſcendente, & eius domino, & ex Luna, & ex Ioue ſicuti ex Mercurio, ſed Mercurius, & Iupiter præualent alijs in ſignificato mercatorum.

¶ Qualiter aſpiciatur uilibus & popularibus.

Plebeiorum & nautarum. Vilibus & popularibus, & nautis minorum nauium, aſpicies ex Luna, quam ſi inueneris liberam ac bene diſpoſitam, annuncia eorum eſſe bonum. ſi autem fuerit impedita, annuncia contrariū. Et in omnibus ſupradictis fac participē dominum anni, & dominum domus, in qua inueneris ſignificatorem, cuius ſignificatum quæris: & commiſce eos ſimul, & uide qualiter morantur, & qualiter coniunguntur. Nam ſi omnes fuerint liberi fortunati, ſcilicet atque fortes, hoc eſt Planeta naturaliter ſignificans rem, & Planeta in cuius domo ipſe fuerit, & dominus anni, iudica undique bonum ſuper ſignificato quod quæris. Si autem omnes fuerint ſalui, & unus impeditus, iudica plus boni quàm mali. Si uero duo fuerint impediti, & unus ſaluus, iudica plus mali quàm boni: & ſecundum quòd fuerit eorum liberatio, uel eorum impedimentum, maius uel minus, & ſecundū aſcendens quod tunc fuerit, ſecundum illud iudicabis augmentum, uel diminutionem boni uel mali. Nam ſi fuerit aſcendens, uel decima, aliqua ex domibus Planetæ ſignificantis naturaliter ſignificatum quæſitum, ut ſi quæratur ſignificatum Saturni, ut ſit aſcendens Capricornus, uel Aquarius, uel decima. Et ſi quæratur ſignificatum Iouis, & ſit aſcendens, uel decima Sagittarius aut Piſces. Et ſi quæratur ſignificatum Mercurij, & ſit aſcendens, uel decima Gemini, aut Virgo. In Venere autem & Luna ſecus eſt: nam ſi quæratur ſignificatum Veneris, non conſideratur aſcendens, nec decima, ſed ſeptima & quarta. Nam ſi fuerit ſeptima uel quarta Taurus, uel Libra, nocebit uel proderit, ſicut nocet aſcendens uel decima: uel prodeſt in Saturno & Ioue & Mercurio. Et ſi fuerit ſeptima uel quarta Cancer, propter earum & eorum locorum fœmininitatem. In Marte uero conſiderantur aſcēdens & decima, propter ſuam maſculinitatem: ſeptima ac quarta, propter ſuam nocturnitatem.

Quid ſignificet dominus anni ſeu reuolutionis, in locis in quibus ceciderit hora reuolutionis.

Caput IIII.

Significationes domini anni, in ſuis locis. Cumque inueneris dominum anni ſeu reuolutionis atque ſignificatorem regis, & cæterorum quorum ſignificatores conſiderantur in reuolutionibus: conſideranda ſunt in iſto capitulo ea, quæ in ipſa reuolutione uideantur poſſe deuenire. ſed primo de uniuerſalibus accidentibus anni, præter partem terræ naſcentium & ſimilia, de quibus ſuo loco & tempore alias dicitur. Vide igitur in quo loco dominus anni ſeu reuolutionis, in hora qua reuoluitur annus ceciderit, in figura quam erigis: quoniam ſi ceciderit in aſcendente, uel in locum amicitiæ aſcendenns, ſignificat bonū, & gaudium, & tranquillitatem perſonis illius climatis, & illius regionis ſecundum naturam domus, in quam ceciderit, prout alias dicitur. Si uero ceciderit in locum inimicitiæ aſcendentis, ſignificabit impedimentum, iram & contrarietatem: & eo fortius ſi dominus anni fuerit dominus aſcendentis. Nam ſi ceciderit in ſexta, quæ eſt de domibus inimicitiæ aſcendenti, accident hominibus illius regionis infirmitates in eorum corporibus, & damnum in animalibus minutis, quæ non equitantur. & eo fortius ſi fuerit domus illa ſignum ſignificans tale ſubiectum. Si autem ceciderit in ſeptima, accident illis cōtrarietates, & ſuſurrationes, & guerræ. Si uero ceciderit in duodecima, accident illis inimicitiæ atque proditiones: & omnia hæc accident ſecundum naturā & ſubſtantiam ſigni, in quo fuerit ſignificator. Et non ſolum habet hoc locum in domino aſcendentis, ſed habet etiam locum in domino exaltationis & termini atque triplicitatis, & cæteris alijs ſignificatoribus reuolutionis ſed erunt ſignificata aliorum infra ſignificata domini aſcendentis, ſecundum eſſe uniuſcuiuſque ipſorum, ſiue bona ſiue mala ſint eorum ſignificata: & eo fortiora erunt ſignificata mala, ſi contigerit quòd dominus anni ſeu reuolutionis ſit retrogradus, licet rariſſime hoc contingat: tamen poſſet eſſe tanta mala diſpoſitio Planetarū, quòd de neceſſitate oporteret dominum anni eſſe retrogradum, & tunc indiget adminiculo alterius Planetæ, qui eleuet ipſum, & reddat lumen eius ad aſcendens, uel fiat redditus de Planeta ad Planetam, uſque dum inueniatur Planeta qui reddat lumen eius ad aſcendens, uel decimam ſi fuerit ſignificator regis.

In ſcien-

In ſcientia accidentium quæ uentura ſunt in anno, & in quibus partibus euenire debeant.
Caput V.

Et licet ſit difficillimum poſſe uidere in quibus partibus, & in quibus regionibus, & in quibus climatibus, euenire debeant accidentia quæ futura ſunt in reuolutione, ſeu anno quem reuoluis: uidetur mihi tamen conueniens ſcire, nec omittere quòd exiude ſcıri poteſt. Et ego dicam tibi quædam, per quæ aliquid tamen percipere poteris nutu dei: non enim poſſum omnia tibi ad plenum, propter maximam ciuitatum & regionum coofuſionem dare intelligere. Ciuitates enim antiquæ ſeu uillæ atq; caſtra, & aliæ habitationes ciuitatibus æquipollentes, in climatibus, ſine oouiter compoſitis, ab euentu domini ſunt 18345. prout à quibuſdam ſapientibus antiquibus recitatum inueni.

Cui regioni quæque imminent.

Ex quibus dixit Meſſala Indus, quòd ſunt 12. excedentes alias in magnitudine, de quibus in primo climate ſunt duæ deputatæ Saturno. In ſecundo, ſunt duæ deputatæ Ioui. In tertio, ſunt duæ deputatæ Marti. Io quarto, ſunt duæ deputatæ Soli. In quinto, eſt una deputara Veneri. In ſexto, ſunt duæ deputatæ Mercurio. In ſeptimo, eſt una deputata Lunæ. Vnde cum uolueris ſcire accidentia quæ uentura ſunt, in regione in qua fueris, ex reuolutione ſeu anno quem reuoluis, notabis aſcendens ſecundum aſcenſiones ciuitatis ſeu regionis in qua fueris, & uide uſq; quaorum ad occidentem: quoniam tantum extendetur ſignificatum illud, dummodo aſcendens non ſuſcipiat alterationem, ita quòd expiret traoſeundo quinque gradus, dando unicuiq; gradui 53. miliaria, & quidam ad miliariũ quo metiti ſunt ſapiẽtes antiqui, quod eſt 4000. cubitorum ſecundum cubitum æqualem: & tantum extendetur ſignificatum, quantum eſt ex natura aſcendentis. Vt ſi fuerit aſcendens 5. gradus alicuius ſigni, durat ſignificatum illius aſcendentis uerſus orientem uſq; ad quinq; gradus, poſt illos quinque qui iam tranſierunt lineam: & uerſus occidentem uſq; ad tres gradus de illis quinq;, qui iam ſunt ultra lineam aſcendentis. & ſic extendetur illud ſignificatum à loco io quo fueris, uerſus orientem per 265. miliaria & uerſus occidentem per 159. miliaria: & ſic fient inter omoia miliaria 424. & tantum extendetur ſignificatum: licet forte aliquando reperiatur hoc ſecundum magis & ſecundum minus, prout Planetæ aſpexerint locum, uel partem, uel Planetam ſignificãtem rem. Tu autem ex induſtria tua conſidera illud, & ſecundum longitudinem, & ſecundũ latitudinem: quooiam poſſet eſſe aliquando, quòd extenderetur ſignificatum 90. gradus ante & 90. retro: & totidem dextrorſum, & totidem ſiniſtrorſum. Arbitrandum tamen eſt tibi, ne regio ſit taliter diſpoſita, quòd impediat hoc exitum alicuius partis, ſeu bono ſeu malo: quoniam ſi bonus fuerit ſitus particularis regionis augmentabit bonum, & diminuet malum, ſicuti ſunt montes, ualles, lacus, paludes, & ſimilia loca regionem alterantia. Hoc idem ſeruabis in omnibus climatibus, terris & regionibus, ſecundum ſua aſcendentia & ſecundum ſuas diuiſiones, & ſecundum ſua orizonta.

Habitationes quibus Planetis ſubſunt.

Miliare antiquorum.

Qualiter terra diuidatur in duas diuiſiones primas. Caput VI.

Nam terra diuiditur in duas diuiſiones primas: quarum una eſt ex quarta orientali, & ex quarta meridionali quoniam caliditas earum in qua conueniunt, aſſociat eas, & facit unam, ſapere naturam alterius. Secunda eſt ex quarta occidentali, & ex quarta ſeptentrionali: quoniam frigiditas earum in qua conueniunt, aſſociat eas & facit unam ſapere naturãm alterius.

Terræ diuiſiones.

Qualiter diuiditur ſecundum tres alias diuiſiones ſecundas. Caput VII.

Item ſubdiuiditur terra in tres alias diuiſiones ſecundas, in ſuperiorem ſcilicet, mediam & inferiorem. Et ille tres diuiſiones adaptantur tribus Plaoetis ſuperioribus, Saturno ſcilicet & Ioui, atq; Marti. & ideo illis potius quàm alijs: quoniam ab eis deſcendunt maiora ſignificata quàm ab alijs: licet enim alij participent cum eis, tamen uirtus illorum eſt longe maior atq; fortior, uirtute inferioris. Nam prima diuiſio, ſcilicet ſuperior, quæ eſt ſeptentrionalis, quæ eſt ſeptimum clima, & quicquid inhabitatur de terra, extra climata determinata ab antiquis uerſus polum articum, attribuitur Saturno, cuius particeps eſt Luna: quod patet per iſta: quoniam propter tarditatem Saturni, & eius tenebroſitatem, & illarum partium aeris groſſitiem, & fumoſitatum terræ ipſarum terreſtrium & groſſarum, Maſſa habitantium illas regiones, ſunt paucæ ſcientię, pauciq; intellectus, & ſunt obliuioſi nihilominus tamen cupidi: nec regnat in eis pietas. Attamen ſi contingat aliquando, aliquem ex eis adhærere ſcientijs, ut multum excedet alios, ſicut fuit ille reuerendiſſimus prædeceſſor Albumaſar Tricas, qui licet ſtuduerit Athenis, fuit tamen Latinus, prout ipſe idem in tractatu Agiget coufitetur. Et etiam quidam alij, licet rari inueniantur, ſicut fuit Michael Scotus mei temporis. Et quidam alius iunior, ſcilicet Albertus Teuthonicus de ordine Prædicatorum. Quod Luna participet cum Saturno, patet propter eorum inſtantiam & furorem: quod accidit eis propter inſtantiam Lunæ, atque ipſius inſtabilitatem ſubitamq; mutationem, atque alteratiooem & propter eorum colores croceos, & albos, atque rubeos ut multum & propter eorum do motum oppoſitionem. Secunda diuiſio ſcilicet pars media, quæ eſt ſextum, quintum & quartum clima, attribuitur Ioui, cuius particeps eſt Mercurius, quorum domus opponuntur: & Sol participat etiam cum eo, in quinto & in quarto climate, & in meridionali parte ſexti, & hoc apparet per iſta. Quoniam habitantes in illis regionibus, ut plurimum ſunt ſapientiores, & morigeratiores cæteris, & maxime habitaotes in Italia, ſi oon eſſent multum intenti pecuniario lucro. Sunt enim ciues illorum climatum boni, & certioris iotellectus, atque profundi & acuti ingenij: & uiget in eis pietas, & in quibuſdam ex eis ueritas, & religio pluſquàm in aliquibus alijs, & modus propheticus: & accidit hoc magis in Septentrionali parte quarti climatis, & in toto quinto, & in Meridionali parte ſexti: ſed in Italia plus quàm in alijs regionibus: licet


Terræ partes quibus ſubſunt Planetæ.

bus: licet Auicenna uideatur aliud uelle dicere. Nam ipſe ponit maiorem temperiem ſub circulo æqualitatis quàm alibi: ipſe tamen non fuit locutus tanquam Aſtrologus, ſed tanquam medicus: & ob hoc fuit deceptus in opinione ſua. Quod Mercurius ſit particeps cum eo, patet propter acuitatem eorum ingenij, quod eſt aptum ad omne myſterium addiſcendum, & exercendum, & ad omnem ſapientiam atque ſcientiam, tam mathematicam atque naturalem, quàm theologicam addiſcendam atque comprehendendam: & etiam ad omnes fabriles artes apprehendendas: licet quidam ex habitantibus in ſeptimo climate, ſint apti ad quædam fabrilia magiſteria. Et patet etiam propter diuerſitatem commixtionis colorum ipſorum, ex albo, rubeo, nigro & ſimilibus & quia domus eorum ſunt commixtæ atque compoſitę: & propter temperatam caliditatem, atque conuenientem ſubtilitatem aeris illorum climatum, & fumoſitatem terræ mediocrem. Et quòd Sol participet cum eo in climatibus ſupradictis, patet per hoc, quoniam ſciunt præ cæteris alijs per modum regiminis dominari: nouerunt etiam prę alijs hominibus rhetoricam, & ethicam, atq; politicam: & eſt iſta diuiſio, excellens omnes alias diuiſiones, & eſt melior & dignior cæteris. Tertia uero diuiſio, ſcilicet inferior, quæ eſt meridionalis ab alijs, quæ eſt tertium, & ſecundum, & primum clima, attribuitur Marti, cuius particeps eſt Venus, quorum domus opponuntur. Et hæc apparent per iſta, quoniam habitantes in illis climatibus ſunt prædones & abſciſores uiarum, & fures: utuntur enim turpi cultu uenereo: abutuntur uiris & brutis: ſunt potatores & luſores, ineptum modum potandi & ludendi ſeruantes, & ut plurimum ſunt beſtiales in omnibus ſuis actibus, immorigerati, turpis uitæ, & in omnibus ſuis actibus ſunt turpes, & inſulſi, & procaces, & inordinati uictus & reprehenſibilis. Quod Venus participet cum eo, patet propter eorum cupiditatem Veneris, cultus, & potationis & ludi: ſed Mars omnia hæc reducit ad turpitudinem & ineptitudinem. Colores quoq; ipſorum ut plurimum combuſti, & horribiles, & ut multum ſunt nigri & aduſti, propter profundatam caliditatem & ſiccitatem in cuti eorum, licet hoc accidat in una regione pluſquàm in alia: quod accidit propter nimietatem caliditatis radiorum Solis, calefacientium & exterminantium diſpoſitionem illorum locorũ, & propter intenſam aeris caliditatem, & eius nimiam exterminatam tenuitatem: licet Alfraganus uideatur uelle dicere, quòd hyems ſit ibi æqualis complexionis: illud tamen eſt uerum, reſpectu noſtræ hyemis, & noſtræ æſtatis: tantum enim diſtat Sol ab æquatore quando eſt in Cancro, quantum cum eſt in Capricorno.

Qualiter terra diuidatur in ſeptem alias diuiſiones. Caput VIII.

Climata quibus deputentur Planetis.

Iterum illæ duæ, & illæ tres diuiſiones ſubdiuiduntur in alias ſeptem diuiſiones, ſecundum numerum ſeptem Planetarum, quæ uocantur climata, quæ ſeptem Planetis ſic adaptantur. Nam primum clima, adaptatur Saturno, qui eſt altior & ſuperior, atque cæteris Planetis tardior. Secundum uero clima adaptatur Ioui, qui ſubſequitur immediate Saturnũ in tarditate, atque in ordine circulorum ſuccedit. Tertium adaptatur Marti, qui ſubſequitur immediate Iouem, & ſuccedit tam in tarditate quàm in ordine circulorum. Quartum adaptatur Soli, qui Martem in ordine circulorum ſubſequitur. Quintum adaptatur Veneri, qui in ordine circulorum Solem ſubſequitur. Sextum adaptatur Mercurio, qui Venerem in circulorum ordine ſubſequitur. Septimum uero & ultimum adaptatur Lunæ, qui Mercurium in ordine ſubſequitur circulorum: quoniam ipſa cæteris Planetis inferior, cæteriſq; uelocior: unde quilibet Planeta diſponit magis ſuper climate ſibi deputato quàm ſuper alijs: licet quilibet eorũ habeat aliquid facere, ſuper quolibet climate aliquando ſecundum magis, aliquando ſecundum minus.



Signa quomodo regionibus præſunt.

Similiter & ſigna præſunt regionibus, & imprimunt in eas quodlibet ſecundum ſuam naturam: quoniam ignea imprimunt magis ſuper regionibus calidis: terrea ſuper ſiccis: aerea ſuper humidis: aquatica ſuper frigidis: quia non ſignificant ſigna, ſuper partibus mundi per loca, uel per eorum poſitionem: ſed per eorum naturam. Vnde ſi fuerit regio cui præeſt ſignum igneum calida, accidet illud ſignificatum fortius quàm in frigida: temperat enim in frigida frigiditatem: & quod in humida humectat, in ſicca temperat ſiccitatem. & econtra: ſicuti Aries Leo & Sagittarius, quæ ſunt prima triplicitas, calefaciunt in partibus orientis: in partibus ſeptentrionis temperant frigiditatem, quoniam ſunt ignea, & ſunt ſigna orien-

gna orientalia. Vnde ſi fuerit aſcendens aliquod ex ſignis illis, confortabit ſignificatum, & augmentabit illud. & orientalis uentus eſt calidus & ſiccus. Et ſicut Taurus, Virgo, & Capricornus, quæ ſunt ſecunda triplicitas deſiccant in partibus meridiei: In partibus occidentis temperant humiditatem, quoniam ſunt terrea, & ſunt ſigna meridionalia. Vnde ſi angulus decimæ fuerit ex illis ſignis, confortabit ſignificatum, & augmentabit illud. & meridionalis uentus eſt calidus & humidus. Et ſicut Gemini, Libra, & Aquarius, quæ ſunt tertia triplicitas, humectant in partibus occidentis: In meridianis temperant ſiccitatem, quoniam ſunt aerea, & ſunt ſigna occidentalia. Vnde ſi angulus ſeptimæ domus fuerit ex illis ſignis, confortabit ſignificatum, & augmentabit illud: & occidētalis uentus eſt frigidus & humidus. Et ſicut Cācer, Scorpio, & Piſces, quę ſunt quarta triplicitas, Infrigidant in partibus ſeptentrionalibus, in orientalibus temperant caliditatem, quoniā ſunt aquatica, & ſunt ſigna ſeptentrionalia. Vnde ſi angulus quartæ domus, fuerit ex illis ſignis, confortabit ſignificatū, & augmentabit illud & ſeptentrionalis uentus eſt frigidus & ſiccus. Et etiā Planetæ adiuuant hoc, nam ſi fuerit ſignificatum in ſeptētrione, & præfuerit Saturnus illi ſignificato adiuuabit illud, & faciet illud magis apparere: & eo fortius ſi Mercurius iuuerit eum, & fuerit ſignificatum frigiditatis. Et ſi fuerit in occidente, & præfuerit Iupiter, augmentabitur illud ſignificatum: & eo fortius ſi iuuerit eum Luna, & fuerit ſignificatū humiditatis, & magis faciet illud apparere. Et ſi fuerit in partibus meridianis, & præfuerit Mars, augmentabitur ſi fuerit ſignificatum ſiccitatis, & magis faciet illud apparere. Et ſi fuerit in partibus orientalibus, & præfuerit ei Sol, & fuerit ſignificatum caliditatis, adiuuabit illud Sol, & magis faciet illud apparere. Si autem fuerit Venus participata, temperabit aliquid calorem illum.

¶ Alia diuiſio terræ.

ET poſt has duas, & has tres, & has ſeptem diuiſiones, iterum ſubdiuiditur terra in alias duodecim diuiſiones, ſecundum numerum duodecim ſignorum: & ſecundum tranſitū graduum ab oriente ad occidentem. Nam Aries adaptatur primo climati: unde Mars, qui eſt domus Arietis, prçeſt ſignificatis illius climatis ab oriente ad occidentem, ſed participant cum eo domini terminorum, & eſt uirtus domini termini præualens, uirtuti domini domus in ſignificatis particularibus reuolutionum, nam Iupiter, cuius eſt primus terminus Arietis, diſponit ſuper ſignificatis reuolutionis primi climatis, à principio terræ habitabilis ex parte orientis, uerſus occidentem per 318. miliaria. Et poſt illum Venus per 424. miliaria. Et poſt illam Mercurius per 371. miliaria. Et poſt illum Mars per 265. miliaria & eſt fortius eius ſignificatū tunc, quoniam habet uirtutem termini, & uirtutem domus: & ita euenit de alijs. Et poſt illum Saturnus per 212. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Iouem, & ad cęteros alios, donec perueniatur ad ultimum habitabilis regionis uerſus occidentem. Taurus adaptatur meridionali medietati ſecundi climatis, & eius ſignificatis prçeſt Venus, quæ eſt domina Tauri ab oriente ad occidentem. & præeſt Venus cuius eſt primus terminus Tauri illis ſignificatis, & diſponit ſuper eis à principio terræ habitabilis, ab oriente uerſus occidentem per 424. miliaria. & erunt tūc ſignificata illius ſine participatione alicuius: quoniā eſt domina domus; & domina termini, & ideo magis apparentia. Et poſt illam Mercurius per 371. miliaria. Poſt illum Iupiter per 371 miliaria. Et poſt illum Saturnus per 106. miliaria. Et poſt illum Mars per 318. miliaria. Poſt illum reuertitur diſpoſitio ad Venerem, & prçeſt ſignificatis per 424. miliaria, & ſic ad cæteros dominos terminorum. Gemini uero adaptatur ſeptentrionali medietati ſecundi climatis & Mercurius qui eſt eius dominus, præeſt ſignificatis illius medietatis ab oriente ad occidentem, ſed participāt cum eo in termino. Nam primo termino præeſt ipſe Mercurius, & apparebit eius ſignificatio fortis tūc; quoniam eſt dominus domus & dominus termini per 371. miliaria. Et poſt illum Iupiter per 318. miliaria. Et poſt illum Venus per 371. miliaria. Et poſt illum Mars per 318. miliaria. Poſt illum Saturnus per 212. miliaria. Deinde reuertitꝰ diſpoſitio ad Mercurium, & ſic ad cæteros, uſq; in finem terræ habitabilis ad occidentem. Cancer adaptatur meridionali medietati tertij climatis ab oriente ad occidentem: & Luna domina eius præeſt ſignificatis illius climatis ab oriente ad occidentem, & participant cum ea domini terminorum. Mars enim, cuius eſt primus terminus Cancri, præeſt ſignificatis reuolutionis quę debet eſſe à principio terrę habitabilis ex parte orientis uerſus occidentem per 318. miliaria. Et poſt illum Iupiter per 371. miliaria. Et poſt illum Mercurius per 371. miliaria. Et poſt illum Saturnus per 159. miliaria. Deinde reuertitꝰ diſpoſitio ad Martem, & ad cæteros alios Planetas, uſq; dum perueniatur ad finem terræ habitabilis ad occidentem.

Leo adaptatur ſeptentrionali medietati tertij climatis ab oriente ad occidentem, & Sol qui eſt eius dominus præeſt ſignificatis illius medietatis generaliter, ſed particulariter cum eo domini terminorum. Nam Saturnus, qui eſt dominus primi termini Leonis, præeſt ſignificatis reuolutionis, à principio terræ habitabilis ex parte orientis uerſus occidentem per 318. miliaria. Et poſt illum Mercurius per 372. miliaria. Poſt illum Mars per 265. miliaria. Poſt illum Venus per 318. miliaria. Poſt illam Iupiter per 318. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Saturnum, & ad cæteros Planetas ſucceſſiue, donec perueniatur ad finem habitabilis. Virgo adaptatur meridionali medietati quarti climatis ab oriente ad occidētem: & Mercurius, qui eſt dominus, præeſt ſignificatis illius medietatis ab oriente ad occidentem generaliter, ſed participant cum eo domini terminorum: & ipſe idem qui eſt dominus primi termini Virginis, præeſt ſignificatis reuolutionis, quæ debet eſſe à principio terræ habitabilis uerſus occidentem, per 371. miliaria. Et poſt illum Venus per 318. miliaria. Et poſt illā Iupiter per 265. miliaria. Poſt illum Saturnus per 318. miliaria. Poſt illum Mars per 318. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Mercurium, &c. ut dictum eſt in alijs.

Libra adaptatur ſeptentrionali medietati quarti climatis ab oriente ad occidentem, & Venus quę eſt eius domina, præeſt ſignificatis illius medietatis generaliter ab oriente ad occidentem, ſed participant

Climata quibus ſubſint ſigna.

cum ea domini terminorum. Nam Saturnus,qui eſt dominus primi termini Libræ, præeſt ſignificatis reuolutionis quæ deber eſſe à principio terræ habitabilis, ex parte orientis uerſus occidentem per 318. miliaria. Et poſt illum Venus per 265. miliaria. Et poſt illam Mercurius per 265. miliaria. Poſt illũ Iupiter per 424. miliaria, Et poſt illum Mars per 318. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Saturnum,&c. ut dictum eſt de alijs. Scorpio adaptatur meridionali medietati quinti climatis, & Mars qui eſt eius dominus præeſt ſignificatis illius medietatis generaliter ab oriente ad occidentem,ſed participant cum eo domini terminorum. Nam ipſe idem Mars, qui eſt dominus primi termini Scorpionis, præeſt ſignificatis reuolutionis, quæ debet eſſe à principio terræ habitabilis ex parte orientis uerſus occidentem per 318. miliaria. Et poſt illum Venus per 371. miliaria. Poſt illum Iupiter per 424. miliaria. Et poſt illum Mercurius per 318. miliaria. Poſt illum Saturnus per 159. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Martem,&c. ut dictum eſt de alijs. Sagittarius adaptatur ſeptentrionali medietati quinti climatis ab oriente ad occidentem,& Iupiter qui eſt eius dominus præeſt ſignificatis generaliter ab oriente ad occidentem,ſed participant cum eo domini terminorum. Nam Saturnus,qui eſt dominus primi termini Sagittarij, præeſt ſignificatis reuolutionis illius,quæ debent eſſe à principio terræ habitabilis,à principio orientis nerſus occidentẽ per 424. miliaria. Et poſt illum Venus per 318. miliaria. Poſt illam Mercurius per 165. miliaria. Poſt illum Saturnus per 318. miliariia. Poſt illum Mars per 265. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Iouem,&c. ut dictum eſt in alijs. Capricornus adaptatur meridionali medietati ſexti climatis ab oriente ad occidentem,& Saturnus ,qui eſt eius dominus, præeſt ſignificatis illius medietatis generaliter ab oriente ad occidentem ſed participant cum eo domini terminorum. Nam Venus,quæ eſt domina primi termini Capricorni, præeſt ſignificatis reuolutionis, quæ debet eſſe à principio terræ habitabilis,ex parte orientis uerſus occidentem, per 318. miliaria. Et poſt illam Mercurius per 318. miliaria. Poſt illum Iupiter per 371. miliaria. Poſt illum Saturnus per 318. miliaria. Poſt illum Mars per 265. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Venerem, ut dictum eſt in alijs. Aquarius adaptatur ſeptentrionali medietati ſexti climatis,ab oriente ad occidentem.& Saturnus,qui eſt eius dominus, præeſt ſignificatis illius medietatis uniuerſaliter ab oriente ad occidentem, ſed participant cum eo domini terminorum. Nam idem Saturnus,qui eſt dominus primi termini Aquarij, præeſt ſignificatis reuolutionis,quę debent eſſe à principio terrę habitabilis ex parte orientis uerſus occidẽtem,per 318. miliaria. Et poſt illum Mercurius per 318. miliaria. Et poſt illũ Venus per 424. miliaria. Et poſt illam Iupiter per 265. miliaria. Poſt illum Mars per 265. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Saturnum, ut dictum eſt in alijs.

Piſcis adaptatur ſeptimo climati ab oriente ad occidentem,& Iupiter qui eſt dominus, præeſt ſignificatis illius climatis uniuerſaliter,ab oriente ad occidentem,ſed participant cum eo domini terminorum. Nam Venus quæ eſt domina primi termini Piſcium, præeſt ſignificatis reuolutionis quæ debet eſſe à principio terræ habitabilis, ab oriente uerſus occidentem per 424. miliaria. Et poſt illam Iupiter per 318. miliaria. Poſt illum Mercurius per 318. miliaria. Poſt illum Mars per 265. miliaria. Poſt illum Saturnus per 265. miliaria. Deinde reuertitur diſpoſitio ad Venerem, ut dictum eſt in alijs. Si autem clima non fuerit tantæ longitudinis, quòd ſignificata Planetarum poſſint extendi tantum, quòd numerus miliariorum poſſit compleri, ſicut dictum eſt, non refert. Nam deficiente terra, exſpirat ſignificatum termini Planetæ. Vnde debes reſpicere diſpoſitionem,& eſſe Planetarum in reuolutionibus annorum, tam natiuitatum ſeu quęſtionum, quàm mundi,& uidere ſi eſſe domini ſigni fuerit bonum, quoniam ſignificat bonum eſſe climans generaliter, ſecundum partem cui præeſt, & aſpicere ſimiliter eſſe Planetarum præſentium terminis. Nam ſi concordauerint in uno eſſe, ſignificabit quòd magis apparebit ſignificatum reuolutionis, tam in bono quàm in malo: ut ſi eſſe domini ſigni,& eſſe domini termini fuerit bonum, ſignificat in regione cui præeſt dominus termini, completum bonum. Si autem eſſe utriuſque fuerit malum, ſignificat quòd apparebit, in regione cui præeſt dominus termini, cõpletum malum. Si autem diſcordauerint, apparebit minus eorum ſignificatum, ſed ſignificatum domini ſigni apparebit minus, quàm ſignificatum domini termini, tam in bono quàm in malo.

Qualiter aſpiciendum eſt eſſe Solis, in reuolutione anni, ſi fuerit diurna. Caput IX.

ASpice quoq; in reuolutione anni mundi, ſi reuolutio fuerit diurna, eſſe Solis atq; ipſius diſpoſitionem: & utrum ſit eclipſaturus in anno illo, an non. Aſpice ſimiliter aſpectus Planetarum ad eum, fortunarum ſcilicet atq; malorum, quoniam fortunæ ſignificant bonum mali uero econtrario ſignificant malum. Nam ſi fuerit Sol fortunatus & fortis, ſignificat exaltationem & euentum rei magnæ, in reuolutione diurna. Aſpice etiam eſſe domini aſcendentis, & utrum ſit liber ab impedimentis iam dictis, an non: quoniam ſi fuerit liber, ſignificat bonitatem & tranquillitatem terræ, cui præeſt illud ſignum quod fuerit aſcendens tunc,& ciuium illius regionis,& gentis quæ ſignificatur per illum Planetam. Si autem fuerit impeditus, ſignificat impedimentum atq; detrimentum & malum, quod eueniet habitatoribus illius regionis,& qui ſignificantur per illum Planetam, qui fuerit dominus aſcendentis reuolutionis, & diſponetur eorum eſſe ſecundum ſubſtantiam ſigni dominantis illi regioni, quæ ſignificatur per illud ſignum: ut cum fuerit aſcẽdens Libra,& Venus eius domina fuerit cadens ab aſcendente, uel ab angulis impedita, uel retrograda, uel combuſta, uel à duobus malis obſeſſa, uel alio modo infortunata, ſignificat quòd accidẽt in Arabia,& habitantibus in ea,& omnibus qui ſignificãtur per Libram uel per Venerem deſtructiones, & infirmitates atq; triſtitiæ. Et ſi fuerit aſcendens Leo, fueritq; impeditus Sol, ſignificat quòd accident prædicta impedimenta illis de Babylonia, & omnibus qui ſignificantur Solis ſignificatio in reuolutione.

per

per Leonem & Solem. Si aũt fuerit aſcendens Cancer, & fuerit Luna impedita impedimentis ſupradictis, ſignificat quòd accident impedimenta ſupradicta Romanis, & omnibus qui ſignificãtur per Cancrum & Lunã. Et ita intelligas de quolibet ſigno, & de quolibet Planeta, cuiuſq; ſecũdũ ſua ſignificata.

Qualiter aſpiciendum eſt eſſe Lunæ, ſi reuolutio fuerit nocturna. Caput X.

Luna in reuolutionibus.

SI autem fuerit reuolutio nocturna, tũc aſpice Lunam, ſicuti aſpicis Solem in reuolutione diurna: quæ ſi fuerit domina reuolutionis ſeu diſpoſitionis, & fuerit in Cancro aſpicies ipſam tantum. Si uero fuerit extra Cancrum, proſpice tunc dominum domus in qua ipſa fuerit: quem ſi inueneris fortem & fortunatũ, ex aliquo loco forti, uel ex aſpectu fortunatorũ ad eum, ſignificat bonum pro ciuibus illius regionis: ſi autem inueneris eum debilem, infortunatũ prædictis de cauſis, ſignificat malum eſſe, atq; malam diſpoſitionem ciuium, ſeu habitatorum illius regionis, & eorum detrimentum. Similiter dicas de domino aſcẽdentis reuolutionis: quoniam ſi fuerit boni eſſe, ſignificat bonum prædictorum ciuium: ſi autem fuerit mali eſſe, ſignificat eorum detrimentum. Et ſcito quòd Luna in reuolutione noctis, cum fuerit fortunata & fortis, aucta lumine ac numero, ſignificat exaltationem & pulſationem rei magnæ & ad bonum. Aſpice ſimiliter, ſi luminare cuius fuerit autoritas, & maxime nocturnum, iungatur Saturno per corpus, uel per aſpectum, quoniam ſi fuerit ei iunctum per corpus, uel ex aliquo aſpectu, ſine receptione perfecta, augmentabitur ei malicia: & eo fortius, ſi fuerit ei iuncta Luna in deſcenſu ſui luminis. Si uero ſeparetur tunc ab eo, & maxime in augmẽto ſui luminis, minuetur malicia illa, & non inferet tantum detrimentum. Videbis etiam ubi ſit malus impediẽs, & cuius domus fuerit dominus: quoniã nocumentum eueniet à re, quæ ſignificatur per illam domũ: ut ſi fuerit in ſecunda, eueniet cauſa ſubſtantiæ, uel alicuius ex his, quæ ſignificantur per ſecundam domum. Si uero fuerit in tertia, eueniet cauſa fratrum, uel cauſa breuium itinerum, uel ex his quæ ſignificantur per tertiam domum. Si autem fuerit in quarta, eueniet cauſa patrum, uel hęreditatum, uel ex his quæ ſignificantur per quartam domũ. Si uero fuerit in quinta, eueniet cauſa filiorum, uel mulierum quæ non ſunt uxores uel amaſiæ, uel ex his quæ ſignificantur per quintam domum. Et ſi fuerit in ſexta, eueniet cauſa infirmitatum, uel ſeruorum ſeu ancillarum, uel ex his quæ ſignificantur per ſextam domum. Si autem fuerit in ſeptima, eueniet cauſa uxorum, uel ſociorum, uel inimicorum, uel aliqua ex his de cauſis, quæ ſignificantur per ſeptimam domum. Si fuerit in octaua, eueniet cauſa mortis, uel cauſa eorum, quæ hæreditantur ex mortuis, uel ex his quæ ſignificantur per octauam domum. Et ſi fuerit in nona, eueniet cauſa religionis, ſeu religioſorum, uel longi itineris, uel cauſa petitionis eorum quæ ſpectant ad futuram æternam uitam, uel aliqua ex his quæ ſignificantur per nonam domum. Si autem fuerit in decima, eueniet cauſa regis ſeu regni, uel magiſtratus, uel aliqua ex his quæ ſignificantur per decimam domum. Si uero fuerit in undecima, eueniet cauſa ſpei, uel amicorum, uel ex his quæ ſignificantur per undecimam domum. At ſi fuerit in duodecima, eueniet cauſa inimicorũ occultorum, ſeu maiorum animalium, uel aliqua ex his quæ ſignificantur per duodecimam domum.

Aliarum domuum, & dominorum earum ſignificationes.

Poſtquàm aſpexeris dominum aſcendentis, & iudicaueris ſuper eſſe ipſius, aſpice tunc dominum ſecundæ, & iudica ſuper ipſum, ſicut iudicaſti ſuper dominum aſcendentis: ut ſi fuerit liber ab impedimentis, & fuerit fortunatus & fortis, iudica bonitatem atq; augmentum ſubſtantiæ ſimiliter & quæſtus ciuium, atq; habitatorum illius regionis, quæ ſignificatur per aſcendens & eius dominũ, & eorum quæ ſignificantur per ſecundam domum in regione illa. Si autem inueneris eum impeditum, econtrario. Deinde aſpice dominum tertiæ, quem ſi inueneris liberum & fortunatum, atq; fortem, dic eorum breuia itinera fortunata, & utilia, & lucroſa & quòd fratres illius regionis bene inuicem ſe habebunt, & cætera quæ ſignificantur per tertiam domum, bene diſponentur. Si autem inueneris eum impeditum, dic econtrario. Deinde aſpice dominum quartæ, quem ſi inueneris fortunatum & fortem, ſignificat quòd patres illius regionis, bene ſe habebunt erga filios ſuos, & quòd eorum prædia bene fructificabunt, & cętera quæ ſignificantur per quartam domum, bene diſponentur. Si autem inueneris eum impeditum dic econtrario. Deinde aſpice dominum quintæ, quem ſi inueneris fortunatum & fortem, ſignificat quòd filij illius regionis, bene ſe habebunt erga patres ſuos, & quòd erũt in regione illa ludi, & alacritates, & quòd bene diſponentur omnia, quæ ſignificantur per quintam domum. Si autem inueneris eum impeditum, dic econtrario. Deinde aſpice dominum ſextæ, quem ſi inueneris fortunatum & fortem, ſignificat ſanitatem corporum ciuium illius regionis, & quòd eorum ſerui & ancillæ, & famuli & famulæ, bene ſe habebunt erga eos & quòd eorum animalia minora, ſimiliter & quæ ſignificantur per ſextam domũ, bene diſponentur: ſi autem fuerit male diſpoſitus, dic econtrario. Deinde aſpice dominũ ſeptimæ, quem ſi inueneris fortem, ſignificat quòd eorum uxores, ut plurimum bene ſe habebunt erga uiros ſuos, & quòd ſocij cum ſocijs bene participabunt, & paucæ inimicitiæ erunt: niſi forte dominus ſeptimi, & dominus aſcendentis aſpiciant ſe inſimul ex inimicitate, & omnia quæ ſignificantur per ſeptimam domum bene diſponentur. Si autem fuerit male diſpoſitus, dic econtrario. Deinde aſpice dominum octauæ, quem ſi inueneris fortunatum & fortem, ſignificat quòd pauca erit mortalitas in regione illa, & quòd non mala morte morientur niſi pauci: ſed in lectis ſuis migrabunt, niſi forte mali magno impedimento impediant dominum aſcendentis, uel Lunam, & quòd bene diſponentur cætera quæ ſignificantur per octauam domum. Si autem inueneris eum impeditum dic econtrario. Deinde aſpicias dominum nonæ, quem ſi inueneris fortunatum & fortem, ſignificat eorum longa itinera utilia & laudanda, & quòd augmentabuntur eorum religioſi, & cætera quæ ſignificantur per nonam domũ bene diſponentur in regione illa. Si aũt contrariũ inueneris, contrarium iudicabis. Deinde aſpicias dñm decimæ, quẽ ſi inueneris fortunatũ

& fortem, ſignificat quòd rex ſeu præſes illius regionis bene diſponêtur, & quòd bene ſe habebunt erga ſuos ſubiectos, & quòd bene diſponentur cætera quæ ſignificantur per decimam domum. Si aũt inueneris eum impeditum, dic econtrario. Dein de aſpicias dominum undecimæ, quem ſi inueneris fortunatum & fortem, ſignificat quòd ſpes ciuium illius regionis, & eorum fiducia perueniẽt ad bonũ finem. & quòd eorũ fortuna augmentabitur in bono, & non erunt inimicitiæ inter eos niſi paucæ, & cuncta quæ ſignificantur per undecimam domum bene diſponentur. Si autem inueneris eum impeditum, dic ecõtrario. Deinde aſpicias dominũ duodecimæ, quem ſi inueneris fortunatum & fortem, ſignificat quòd animalia maiora ciuium illius regionis, bene diſponêtur & augmentabuntur in bono, & paucæ blaſphemiæ, paucæq́ detractiones erunt inter eos, & quòd cætera quæ ſignificantur per 12. domum bene diſponêtur. Si autem inueneris eum impeditum, dic econtrario. Vnde ſi bene proſpexeris omnes ſignificatores 12. domorum omnium, poteris uidere qualiter diſponantur in reuolutione illa cuncta illius regionis accidẽtia. Nam ſecundum quòd inueneris dominos domorum diſpoſitos, ſecundum illud euenient accidentia ſignificatorũ cuiuſlibet domus, ſecundum ſcilicet fortitudinem ſeu debilitatem uniuſcuiuſq; ipſorum, & ſecundum locum domini ſigni, ab ipſo ſigno. Et aptatio domini cuiuſlibet domus, erit ſecundum aſpectum ipſius ad ipſum & ſecundum quòd mali aſpexerint Planetam dominum, ſcilicet illius domus. Aſpice etiam angulos & eorum dominos, diligẽtius & ſubtilius cæteris alijs: quoniam eorum uirtus excedit uirtutes aliorum.

Quid ſignificet unuſquiſque ſeptem Planetarum in aſcendente, in reuolutione anni. Caput XI.

¶ De Saturno in aſcendente, hora reuolutionis.

Saturnus in aſcendente.

ASpicies etiam aſcẽdens hora reuolutionis, quis Planetarum ſit in eo: quoniam ſi fuerit ibi Saturnus, nec fuerit ipſe dominus aſcendentis, ſignificat detrimentum illius regionis, quæ ſubiacet illi reuolutioni, ſecundum quòd alias dicitur, & peſtilentias, ut ſunt infirmitates, mors, fames, uenti multæ nocibilitatis, ſi fuerit directus, & maxime in ſignis aereis. Si uero fuerit retrogradus, contradicet uentis, nec permittet eos inualeſcere, erunt tamen nocibiles illi qui fuerint. Si autem fuerit ipſe dominus aſcendentis, mitigabuntur prædicta nec erunt tanti nocumenti.

¶ De Ioue in aſcendente hora reuolutionis, quid ſignificet.

Iupiter in aſcendente.

SI autem fuerit Iupiter in aſcendente hora reuolutionis, ſignificat uniuerſalem bonitatem diſpoſitionis illius anni, ſeu reuolutionis, & erit pax & ſecuritas, atque bona uoluntas inter homines illius regionis plus ſolito, & bene erit diuitibus & magnatibus eius: & augmentabuntur bona, & proficient, & meliorabuntur eorum negocia. Et ſi fuerit ei iunctus dominus aſcẽdentis, & dominus eius exaltatiõis, uel ipſe illi, & ille fuerit boni eſſe, à quo cunq; aſpectu. & maxime à trino, uel ſextili, uel per coniunctionem corporalem, erit dilectio inter regem illius regionis, & ſubiectos ſuos: & inuenient ruſtici ab eo bonum, & quòd eis placebit.

¶ De Marte in aſcendente, quid ſignificet.

Mars in aſcendente.

SI uero fuerit in aſcendente Mars hora reuolutionis, liber, fortunatus ſcilicet atq; fortis, ſignificat terræmotum futurum in regione illa. Et ſi fuerit in ſigno orientali, ſignificat ipſum futurum in prima quarta illius reuolutionis. Si uero fuerit in ſigno meridiano, ſignificat ipſum futurum in ſecunda quarta illius reuolutionis. Si quidem fuerit in ſigno occidentali, ſignificat ipſum futurum in tertia quarta ipſius reuolutionis. Et ſi fuerit in ſigno ſeptentrionali, ſignificat ipſum futurum in ultima quarta ipſius reuolutionis: ſignificat etiam paucitatem pluuiæ, atq; paucitatem guerræ. Si quidem fuerit impeditus atq; mali eſſe, dic econtrario, ſcilicet loco boni dic malum, & loco mali dic peius, præterquàm in pluuia, quia non exterminat ſic in ea uires ſuas.

In linea decimæ domus.

Si autem fuerit in linea decimæ domus, uel ultra ipſam 15. minutis, uel infra uel poſt ipſam uno gradu, uel infra, ſignificat quòd rex uel præſes illius regionis, captiuabit ſeu incarcerabit plures, ex ſibi ſubiectis. Et ſi fuerit ultra ipſam 15. minutis uſq; ad 30. uel poſt ab uno gradu ad 3. captiuabit minorem quantitatem ex eis. Et ſi fuerit ultra ipſam à 30. minutis uſq; ad finem unius gradus, uel poſt à 3. gradibus uſq; ad finem 5. captiuabit pauciores. Et ſi fuerint ultra ipſam ab uno gradu uſq; ad finem 2 graduũ, uel poſt eam à 5. uſq; ad finem 10. captiuabit iterum pauciſſimos. Si autem fuerit ultra eam à 2. gradibus, uſq; ad 5. uel poſt ipſam à 10. uſq; in finem 25. gradus, & domus non ſit remota, incarcerabit quaſi nullos licet aliquos. Et licet incarceret, nõ tamen interficiet eos, nec mutilabit ex eis niſi paucos torquebit tamen eos. Si autem fuerit Mars hora reuolutionis, in linea quartæ domus, uel in alijs gradibus ſeu locis oppoſitis prædictus, interficiet ex eis quos captiuabit, ſecundum quantitatem & proportionem, & modum per quem captiuabit eos, cum fuerit Mars in 10. & ſecundum loca & gradus oppoſitos illis. Si uero fuerit in primo uel ſeptimo, in ſimilibus locis & gradib⁹, mutilabit ex eis aliquos, ſecundum quantitatem & proportionem prædictam.

In linea 4. domus.

¶ De Sole in aſcendente, quid ſignificet.

Sol in aſcendente.

SI autem fuerit Sol in aſcendente hora reuolutionis, liber à malis, & alijs impedimentis, & fuerit cum hoc dominus anni ſeu reuolutionis, ſignificat bonum eſſe diuitum & magnatum, ſeu nobilium, & eorum gaudium & augmentationem boni, atque profectum rerum, & ſi fuerit receptus, ſignificat ablationem mali. Si autem non fuerit in aſcendente hora reuolutionis, ſed fuerit extra illud in bono loco ab ipſo, liber ab impedimentis, ſignificat idem, ſed infra hoc. Si uero fuerit impeditus, ſignificat eorum detrimentum, & contrarium eorum quæ dixi tibi.

¶ De Venere in aſcendente, quid ſignificet.

Venus in aſcendente.

SI uero fuerit Venus in aſcendente hora reuolutionis, libera ſcilicet fortunata & fortis, ſignificat

ficat gaudium & alacritatem, & tripudium & diminutionem guerrarum, & maxime iuuencularum & iuuenculorum uirorum, utentium cultu uenereo, & bonam diſpoſitionem Arabum atque ipſorum bonorum: & eo melius ſi fuerit cum domino domus, uel exaltationis ſigni, in quo ipſa fuerit. Et ſi fuerit impedita, contrarium prædictorum ſignificat.

¶ De Mercurio in aſcendente, quid ſignificet.

Mercurius in aſcendente.

SIquidem fuerit Mercurius in aſcendente hora reuolutionis, in aſpectu fortunarum, fueritq; liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, uel fuerit ipſe dominus anni, ſignificat bonum eſſe atque bonam diſpoſitionem, & utilitatem ſapientum, iudicum, ſcilicet atque medicorum, & mercatorum, ſcriptorum quoque, ac puerorum: & eo melius ſi fuerit iunctus cum domino domus, uel exaltationis ſigni in quo ipſe fuerit. Si autem fuerit impeditus, ſignificat contrarium eorum quæ dixi tibi.

¶ De Luna in aſcendente, quid ſignificet.

Luna in aſcendente.

QVod ſi fuerit Luna in aſcendente hora reuolutionis, uel fuerit in domo domini anni, ſeu reuolutionis, iuncta illi per corpus, uel per aſpectũ præterquàm per oppoſitionem, & alias fuerit ab impedimentis libera, ſignificat abundantiam aquarum ſeu pluuiarum, & incrementum fluminum atque riuorum, & eorum inundationem: augmentum frigoris, & bonitatem diſpoſitionis hominum & quòd gaudebunt in bono. Si autem fuerit impedita, minuentur prędicta, uel forte annihilabuntur.

De Saturno & Marte, cum fuerint impediti in reuolutione, ſi fuerint ſupra terram.

Caput XII.

Mars & Saturnus ſupra terram.

ASpicies ſimiliter in hora reuolutionis, ſi Mars & Saturnus fuerint ſupra terram impediti, quoniam habet ſignificare hoc, grauitatẽ anni ſeu reuolutionis. Et eo fortius, ſi Mars receperit Saturnum, & commiſerit ei diſpoſitionẽ, quoniam ſignificabit accidentia grauia & durabilia, & quòd apparebunt & manifeſtabunt illa ſignificata ſeu detrimenta: ſignificabunt enim detrimentum atq; debilitatem regis ſeu præſidis, atq; diuitum & nobilium, ſeu magnatum, illorum ſcilicet qui ſunt apud regno: & quòd minuet, immo quòd annihilabitur fides atq; religio, & patientur detrimentũ eorum religioſi & erunt latrones multi, atq; abſciſores uiarum ſeu prædones: & multiplicabuntur guerræ atq; contentiones, & erunt rixę inter homines plures ſolito: & etiam inter ipſos religioſos, & inuidebunt ſibiquicem, & maxime illi quibus adaptatur ſuperbia, & uana gloria: & eo grauius ſi Saturnus fuerit in decima. Et quanto magis fuerint mali eleuati ſupra terram: tanto magis erunt accidentia grauiora. Et adhuc erit deterius, ſi Luna fuerit ſub terra, & commiſerit diſpoſitionem ſuam Saturno exiſtenti ſupra terram, uel fuerit ei iuncta ex oppoſitione, uel quarto aſpectu, quoniam tunc ſignificat detrimẽta grauia, & tribulationes magnas, & horribiles atq; timendas, ut eſt mors regis, & magnatum atq; diuitum, ſeu nobilium, ſiue mutatio regni ad deterius: & eo fortius ſi fuerint ipſi mali retrogradi, uel occidentales, uel alias impediti. Si autem fuerint directi, uel orientales, nec impediti, erũt eorum ſignificata remiſſiora. Et ſi non commiſerit Mars, diſpoſitionem ſuam Saturno, non erunt ita intenſa ſignificata Saturni: & ſignificata Martis erũt fortiora, & maxime in contentionibus & guerris. Et ſi Saturnus cõmiſerit diſpoſitionem ſuam Marti, erunt ſignificata Martis intenſiora, & minuẽtur ſignificata Saturni. Et ſi fuerint fortunæ ſupra terram, directæ fortunatæ ſcilicet atq; fortes, ſignificãt ablationem mali, & augmentũ boni: & eo fortius, ſi Iupiter fuerit ſic diſpoſitus in aliqua ſuarũ dignitatum, & fuerit orientalis: & Venus eſt fortior, cum fuerit occidentalis, dum alias fortunata eſt. Vnde cum Planeta egreditur de ſub radijs Solis, eſt ſicut uir qui ægrotauit & eſt liberatus, & incipit reſumere uires ſuas, & augmentatur paulatim, donec ad ſuam priſtinam reuertatur fortitudinem, dummodo mali non aſpiciant illum: quoniam tunc eſt ſicut æger cui ſuperuenit criſis, & uidetur euaſus poſtea recidiuat: & cum ingreditur ſub radijs, eſt ſicut uir qui fuerat ſanus, & incipit ægrotare: uel qui fuerit iuuenis, & incipit ſeneſcere, donec calor naturalis eius deficiat.

Planeta ſub radijs.

De Planetis cum intrant in gradus ſuarum exaltationum. *Caput* XIII.

Saturnus in ſua exaltatione.

ASpice iterum ſi Saturnus ingrediatur in Libram, uel ſit in ea, & maxime in 21. eius gradu: quoniam tantum augmẽtatur eius uirtus, & maiorificantur eius ſignificata, & eo fortius ſi receperit diſpoſitionem aliorum Planetarũ, & maxime maiorum: ſignificabit enim tunc mutationes, & res magnas & mirandas, atq; ſtupendas: de quibus tangitur in commemoratione coniunctionis, quam faciunt Mars & Saturnus in principio Cancri. Aſpicies etiam, utrum Iupiter ingrediatur in Cancrum, uel ſit in eo, maxime in 15. gradu eius: quoniam tunc augmentatur eius uirtus, & maiorificantur eius ſignificata & eo fortius ſi receperit diſpoſitionem alicuius fortunarũ: ſignificabit enim res magnas, & mutationes mirandas & nominatas, & durabiles, ad bonũ tamen. Aſpiciesq; ſimiliter ſi Mars ingrediatur in Capricornum, uel ſit in eo, & maxime in 28. gradu eius: quia tunc augmentantur & maiorificantur ſignificata: & eo fortius ſi receperit diſpoſitionem aliorum Planetarum, & ſpecialiter alicuius infortunæ: ſignificabit enim res magnas & terribiles, de his quæ ad Martem ſpectare uidentur. Sic & omnes alij Planetæ, ſi fuerint inuenti intrare in ſuas exaltationes in hora reuolutionis, augent & magnificant ſua ſignificata: fortunæ ſcilicet ad bonum, mali uero ad boni contrarium. Sed conſiderantur potius ſignificata ſuperiorum, quoniam ſunt uehemẽtiora, & fortiora, & altiora & magis nominanda. Et dixit Meſſala, aſpice, dum reuoluitur annus, fortunas & malos, ſi aſpexerint ex ſigno fixo prolongabitur quòd ſignificauerint, ex bono uel malo. Et ſi aſpexerint à ſigno mobili, erit hoc modicum. Si uero aſpexerint ex ſigno communi, erit res mediãs. Poſt hoc, cum ſciueris eclipſim uenturam in eodem anno, ſeu in eadem reuolutione, aſpice dominum ſigni in quo uideris eam futuram, quale ſit eſſe ipſius, & qualiter ſe habeat, cum

Iupiter in Cancro.

Mars in Capricorno.

Eclipſium ſignificationes.

domino ſigni aſcendẽtis eclipſis oenturæ, & utrum aſpiciant ſe inuicem an non. Similiter qualiter ſe habeat cum domino anni, ſeu reuolutionis illius, ſi aſpexerint ſe an non, & utrum aſpiciant eum fortunæ, ſeu mali oel nõ: quoniã ſi aſpexerint eum fortunæ, atq; dominus aſcendentis eclipſis, uel dominus reuolutionis, uel alij Planetæ fortunæ ſignificat bonum. Si autem aſpexerint eum mali, niſi forte recipiant eum à trino, uel ſextili aſpectu, quoniam receptio minuit de malitia ipſorum, licet nõ tollat eam penitus. & non aſpexerint prædicti Planetæ uel aliquis eorum aſpectu laudabili ſignificat malum. Si uero aſpexerint eum ſimul cum malis, nec fuerint impediti, nec ſignificant hoc nec illud. Si autem fuerint impediti ſignificant malum, aliquantulum remiſſum. Si uero aſpexerint ſine fortunis, uel fortunæ ſine ipſis, ſignificat bonũ aliquantulũ remiſſum. Aſpice ſimiliter ſignificatorẽ regis, utrum aſpiciant eum prædicti Planetæ, dominus ſcilicet ſigni in quo debuerit eſſe eclipſis, & dominus aſcendentis eclipſis, an non· & utrum aſpiciant eum fortunę uel mali: quoniam fortunæ ſignificant bonum eſſe regis: mali uero econtrario, ſignificant malum eſſe ipſius. Et ualde aggrauabuntur ſignificata, quæ ſignificauerint Planetæ prædicti, ſi fuerint impediti ab aſpectibus malorũ. Et eo fortius aggrauabitur eſſe regis, ſi eius ſignificator fuerit dominus ſigni, in quo uentura fuerit illa eclipſis: quoniã ſi ſic fuerit, ſignificat eius interitum: & hoc quando Sol peruenerit ad gradum qui fuerit 10. domus, hora ipſius eclipſis. Et ſi fuerit idem dñs ſigni, in quo uentura fuerit eclipſis, dñs anni, & ſignificator uulgi ſeu popularium, ſignificat detrimentum uenturum ſuper eos. Et tempus illius effectus erit, cum peruenerit Sol ad gradũ qui fuerit aſcendens hora eclipſis uenturæ. Et erunt hæc aut in perſonis, aut in rebus, tam regis quàm popularium. Nam ſi fuerit aſcendẽs eclipſis Gemini, aut Virgo, aut Libra, aut prima medietas Sagittarij, uel Aquarius, accidẽt illa detrimenta in perſonis. Sed in Geminis, Libra, & Aquario, accident ſimiliter in auibus. Et eo fortius accidẽt iſta, ſi fuerit Saturnus in aliquo illorum ſignorum, ſiue directus fuerit ſiue retrogradus, ſed ſi fuerit retrogradus erit deterior. Si autem fuerit aſcendens Aries, uel Capricornus, accident in ouibus, uel capris, uel alijs minutis animalibus, ſecundum ſubſtantiam ſui ſigni. Si uero fuerit aſcendens Taurus, aut ultima medietas Sagittarij, accident in bobus, & alijs maioribus animalibus ſecundum ſubſtantiam ſui ſigni, ſed in bobus grauius quàm in alijs. Si autem fuerit aſcendens Cancer, aut Piſces, accident in piſcibus, & alijs animalibus de gentibus in aquis, quæ ſunt utilia hominibus. Si uero fuerit Scorpio, accident in animalibus uenenoſis, & pungentibus cauda, uel roſtro & fortius urgentibus in aquis. Et ſemper intellige augmentum detrimenti, cum Saturnus fuerit in ſigno illi rei deputato. Ad ſciendum tempus durabilitatis ipſorum detrimentorum, ab hora eclipſis, conſiderabis quot horis, & quot minutis horę durauerit ipſa eclipſis: quoniam ſi fuerit Solaris durabit pro unaquaque hora uno anno, & pro omnibus quinque minutis, uno menſe. Et ſi fuerit Lunaris, durabit pro unaquaque hora uno menſe, & pro omnibus duobus minutis,

Eclipſium effectus quanto tempore durent.

uno die. Et aſpice malos impedientes ubi ſint: quoniam ſi fuerint in decima, uel undecima, uel nona, accident iſta ſignificata in ſeptimo climate, atque in ea quod habitatur de terra extra climata, uerſus polum articum. Et ſi fuerint in prima, uel ſecunda, uel duodecima, accident in ſexto, & quinto, & quarto climate. Si autem in ſeptima, uel octaua, uel ſexta, accident in tertio, & ſecundo, atque primo climate. Sed ſi fuerit in quarta, uel quinta, uel tertia, accident in partibus ſeptentrionalibus regionum in quibus euenient. Attamen ſi mali impedientes fuerint recepti, aliquid minus impedient.

Sol dominus aſcendentis.

Et dixit magiſter Quem deus uoluit: ſi fuerit Sol dominus aſcendentis in reuolutione, fueritq; Venus ſub radijs, quoniã eſt domina medij cœli, erit Sol ſignificator regis: tunc proſpicies quale ſit futurum eſſe regis in anno illo, ſeu reuolutione illa: quod poteris ſcire per locum eius ſignificatoris, in figura illius reuolutionis. Vide ergo ubi ipſe fuerit, & qualiter aſpiciatur à Planetis, utrum ſcilicet aſpiciant fortunæ ſeu mali· & utrum ſit ipſe in angulo, uel in ſuccedenti, uel in cadenti licet hoc raro accidat: & utrum aſpiciat eum dominus domus ſeu exaltationis ſigni, in quo ipſe fuerit an non: quoniam fortunæ ſignificant bonum: mali uero econtrario ſignificant malum, prout alias tibi dictum eſt. Aſpicies etiam ſignificatores omnium domorum, & quem eorum inueneris fortunatum & fortem, iudica bonitatem ſignificati illius domus, cuius dominus ipſe fuerit: & quem eorum inueneris infortunatum & debilem, ſcilicet retrogradum uel combuſtum, uel cadentem ab angulis, uel ab aſcendente, uel à domo ſua, iudica malitiam illius domus, cuius dominus ipſe fuerit. Et cum aſpexeris omnes domos, uide in quibus ex eis reperiantur fortunæ· quoniam augent ſignificata illarum domorum, ſecundum quòd fuerint fortunatæ atque fortes, quia fortiter augebunt illa. Si autem fuerint debiles, debiliter augebunt quod auxerint. Aſpicies etiam partem fortunæ, ſi inueneris ſolitariam in quacunque domo fuerit, ſignificabit maius fortunium ſignificati illius. Si autem aſpexerit eam aliquis bonus Planeta, ſignificabit maius fortunium. Et ſi receperit eam, ſignificabit iterum maius fortunium. Si autem aſpexerint eam mali à trino, uel ſextili aſpectu, cum receptione, erit ac ſi non aſpiceretur ab aliquo: ſi uero ſine receptione, minuent de ipſa bonitate quartam partem. Si uero à quarto aſpectu, uel oppoſitione, uel corporaliter fuerit iunctus aliquis malorum, auferent ei totam bonitatem, & nihil proficiet. Aſpicies etiam domum in qua fuerit caput Draconis: quoniam habet ſignificare augmentum ſignificatorum domus in qua fuerit, tam in bono quàm in malo. Nam in ſexta, ſignificat augmentationem infirmitatum, & aliorum ſignificatorum eiuſdem domus: in octaua, ſignificat augmentationem mortalitatis eius, & aliorum ſignificatorum. Et ita in cæteris domibus, ſecundum ſignificata uniuſcuiuſque ipſorum intellige. Aſpicies ſimiliter Caudam: quoniam habet ſignificare, diminutionem ſignificatorum domus in qua fuerit, tam in bono quàm in malo. Nam in ſexta ſignificat diminutionem infirmitatum: & in octaua diminutionem

Caput Draconis in domibus.

Cauda Draconis.

nem mortalitatis, & aliorum ſignificatorum quæ ſignificantur per ipſas domos. Et ita in cæteris domibus intellige. Et ſi domus ſigni in quo fuerit fortuna promittens bonum, fuerit liber ac fortunatus ſcilicet atque fortis, multiplicabitur illud bonum: & ſi fuerit impeditus minuetur, ſecundum quantitatem illius impedimenti. Et ſi dominus domus in qua fuerit infortuna, qua minuetur malum fuerit impeditus, augebitur illud malum ſecundum quantitatem impedimenti: & eo fortius, ſi fuerit ſeptentrionalis, uel cōmiſerit diſpoſitionem ſuam alicui malo qui ſit ſeptentrionalis, & ſi fuerit liber, minuetur malum ſecundū quantitatem ſuæ fortitudinis. Et ſi ille malus, qui fuerit in domo Planetæ impediti, commiſerit diſpoſitionem ſuam, alicui malo exiſtenti in ſexto, ſignificat multitudinem infirmitatum: & eo fortius, ſi commiſſio fuerit ab oppoſitione uel quarto aſpectu: ſi autem à trino, uel ſextili fuerit, erit aliquid infra hoc. Si uero commiſerit eam fortunæ, minuet iterum magis illud ſignificatum. Et ſi commiſerit eam malo exiſtenti in octauo, ſignificat mortalitatē: & ſi ab oppoſitione uel quarto aſpectu commiſerit, erit grauius: ſi autem à trino uel ſextili, erit infra illud. Si uero cōmiſerit eam fortunæ, in eo minuetur iterum plus. Et ſi commiſerit eam Planetæ in nona, impedientur itinera longa ciuium illius regionis. Et ſi commiſerit eam Planetæ in decima, ſignificat impedimētum officiatorum & regiminum eorum. Si autem commiſerit eam Planetæ in undecima, ſignificat impedimentum fiduciæ hominum, & eorum ſpei. Si uero commiſerit eam Planetæ in duodecima, ſignificat impedimentum maiorum animalium, & anguſtias, & inimicitias, & contentiones, & guerras atque captiones. Et ita de cæteris domibus intellige, uniuſcuiuſq; ſecundum ſua ſignificata, prout tibi alias tetigi. Quod ſi non fuerit Venus ſub radijs Solis, nec alias impedita impedimento forti, nō prohibetur quin ſit ſignificatrix regis, & maxime ſi fuerit in Tauro uel Libra.

Qualiter conſideretur eſſe regis atq; nobilium, & popularium, quale ſit futurum eorum eſſe.

Cap. XIIII.

Status reſp. qualis futurus

Poſtquàm perceperis eſſe prædictarum perſonarum, regis ſcilicet & nobilium, atq; magnatum, & popularium ſeu ruſticorum, conſiderabis quid erit de ipſorū eſſe in reuolutione illa, & de ipſorum accidentibus, & quid erit inter ipſos, qualiter ſcilicet habeatur rex à ſuis ſubiectis, & quid ipſi cōſequentur ab eo, & qualiter ſequentur & obediant ciues illius regionis, ſuos poteſtates & ſuos rectores, ſeu ſibi præpoſitos. Aſpiciesq; conditionem uniuſcuiuſq; ipſorum prædictorum ſecundum eſſe regis: quod aſpicere poteris hoc modo. Videbis nanque in qua domo fuerit eius ſignificator, quoniam accipient eius accidentia radicem ſeu robur à domo, in qua ipſe fuerit ſecūdum fortunium ſeu infortunium ipſius: & ſecundum illud uidebis eius impedimenta, uel eius euaſionem, ſeu liberationem ab ipſis. Et ſi uideris quòd debeant ei accidere contrarietates, ut ſunt guerræ atq; litigia & ſimilia, poteris uidere quid inde ſibi euenire debeat, qđ poteris percipere per ipſius ſignificatoris & eius inimicorum fortitudinem, uel debilitatem. Videbis ſimiliter, utrum debeant ei accidere itinera in reuolutione illa, longa ſeu breuia, quod poteris percipere per dominum nonæ, atq; per dominum tertiæ: per dominum enim nonæ, percipies peregrinationes ſiue itinera longa, per dominū tertiæ, breuia ſeu propinqua. Vnde uidebis dominū domus itineris hora reuolutionis & locum eius: qui ſi fuerit bene diſpoſitus, & in loco fortunatus & fortis, & fuerit receptus à domo in qua fuerit, ſignificat quòd itinerabit, uel peregrinabitur in ſuo exitu, cauſa trāquillandi ſeu uagandi ſiue ſpaciandi. Et ſi fuerit in ſtatione ſua prima, uel prope eam per 5. gradus uel infra, ſignificat tarditatem atq; pigritiam in peregrinatione illa, ſiue in itinerando. Et ſi fuerit retrogradus, uel ſtationarius, in ſtatione ſua prima, & fuerit receptus, ſignificat quòd itinerabit, ſed reuertetur in breui. Si autem fuerit ſic abſq; receptione, ſignificat quòd non perficiet ſuum iter, immo patietur detrimentum in eo, & iram ſiue anguſtiā. Deinde aſpice dominum domus itineris, & uide ſi dominus domus in qua ipſe fuerit, ſit retrogradus, & aſpexerit domum ſuam à trino uel ſextili aſpectu: quoniam ſignificabit hoc quòd ſit iturus cauſa ordinandi atq; diſponendi ſua negocia, & ſuorum ſubiectorū. Si autem aſpexerit eam à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, ſignificat quòd ſit exiturus cauſa præliandi, cum ſuis rebellibus atque inimicis.

Deinde aſpice ſignificatorem regis, ſi fuerit liber ab impedimentis, & fuerit etiam liber aliquis ex Planetis, qui inimicātur ei naturaliter, & quòd dominus itineris ſeu peregrinationis, non ſit in domo infirmitatis, uel in domo mortis: quoniam ſignificat cuſtodiam, atq; ſalutationem perſonæ ipſius in peregrinatione illa, ſiue itinere illo, prout eius ſignificator fuerit ſaluus, & liber ab impedimentis. Et licet inueniatur ſignificator regis liber ab his quæ dicta ſunt, ſi dominus domus itineris ſeu peregrinationis fuerit impeditus ſignificat impedimentum, atq; triſtitiam, ſecundum ſignificata domus in qua fuerit, tam domus infirmitatis quàm domus mortis, & aliarum omniū. Et ſi dominus domus itineris ſeu peregrinationis, fuerit liber ab impedimentis, & ſignificator regis fuerit impeditus, accident ei impedimenta quæ ſuſpicabatur, & quæ timebat, ſecundū ſignificata domus in qua fuerit impeditus, niſi forte Iupiter aſpexerit & receperit eum, & ipſe ſaluus & liber: quoniam tunc frangitur omnis malitia cuiuſcunque fuerit, uel qualiſcunq;.

Quare peregrinabitur rex, ſi peregrinaturus fuerit. Cap. XV.

Ad ſciendum autem cauſas quarè peregrinabitur, ſi peregrinari debuerit, aſpicies dominum domus peregrinationis ſiue itineris, & uidebis in qua domo ipſe fuerit: quoniam aliquod ex ſignificatis illius domus, erit cauſa itineris ſiue peregrinationis. Nam ſi fuerit in prima ipſe uel ſignificator regis, uel iunctus domino primæ, erit exitus eius cauſa ſaluationis perſonæ ſuæ: & uidetur potius quòd non peregrinetur, ſed ſit in tranquillitate, atque quiete: ſed ſi fuerit aliq;

Peregrinatio regis qua cauſa ſuſcipiatur.

Planeta inter ipſum, & gradum aſcendentis, ſiue leuior ſit ſiue ponderoſior eo, uide cuius naturæ ipſe ſit quoniam ſi fuerit de inimicantibus ſignificatori regis, ueniet ſupra ipſum aliquis, qui quærat priuare ipſum regno ſuo, ſiue dignitate ſua: contenderetq; cum eo, ut ſuum regnum ſeu ſuam dignitatem ſibi auferat. Si uero fuerit de accidentibus ſibi, erit ille qui uenit talis perſona, quòd ipſe rex ſeu præpoſitus ſponte tradet ei regnum ſeu dignitatem, & præponet eum ſibi ipſi, & uide cuius domus dominus ipſe fuerit: quoniam ab illo ſcietur, qui erit ille qui uenturus eſt ad hoc faciẽdum: ut ſi fuerit dominus ſecundæ, erit de illis qui ſignificantur per domum ſecundam. Si uero fuerit dominus tertiæ, erit de illis qui ſignificantur per domum tertiam. Et ita intellige de cæterarum domorũ ſignificatis. & forte quòd ædificabit in terra ad quam iuerit. Si uero dominus nonæ fuerit in ſecunda, uel iunctus domino eius, ſignificat quòd ſit iter ſuum cauſa quæſtus, ad hoc ſcilicet ut acquirat pecuniam. Si autem fuerit in tertia, quoniam erit in domo inimicorum ſuorum ſcilicet nonæ, ſignificat quòd ſit exitus eius cauſa bellandi ſeu guerram faciendi: & deſiderabit iunerare atq; equitare, multiplicabitq; itinera, licet non deſideret deſiderio magno, ſi peregrinus fuerit. Et ſi fuerit in quarta, uel eius domino iunctus, ſignificat quòd iter eius ſit horribile atq; timendum, ſi peregrinatus fuerit. Et quoniam erit in octaua, à domo ſua ſcilicet à nona, timetur ſuper eum mors. Et ſi aſpexerit eum tunc aliquis malorum à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, uel fuerit ei corporaliter iunctus, uel commiſerit ei diſpoſitionem, uix aut nunquam euadet pericula illa: non tamen deſiderabit multum equitare ſeu itinerare, immo deſiderabit eſſe in quiete atque tranquillitate. Et ſi fuerit in quinta, uel domino quintæ iunctus, ſignificat eius eſſe laudabile eritq; in gaudio, & tripudio atq; delectatione & deſiderabit habere filium, & habebit illum ſecundũ ſexum ſigni in quo fuerit Mars, pars ſignificatorum qui ſunt dñs primæ, & dñs quintæ, & Luna, & dominus domus in qua ipſa fuerit, & Iupiter. & ſignificat etiam quòd ædificabit in terra ad quam profecturus eſt, & æſtimabit trahere ibi moram, tamen uix aut nunquam morabitur ibi. Et ſi fuerit in ſexta, uel eius domino iunctus, ita ſcilicet quòd committat ei diſpoſitionem ſuam, ſignificat eum infirmaturum in reuolutione illa. Et ſi fuerit in ſeptima, uel eorum domino iunctus, ſignificat aliqualem fortitudinem inimicorum ſuorum, qui inimicantur ei, non cauſa regni ſeu dignitatis, ſed quacunque alia cauſa erit intentus cultui uenereo, plus debito. Et ſi fuerit in octaua, uel eius domino iunctus, à quocunque aſpectu ſine receptione, timetur mors ſuper ipſum in reuolutione illa. Et ſi dominus octauæ receperit eum, nec ipſe dominum octauæ, timebitur iterum plus. Et ſi ipſe receperit dominum octauæ, nec dominus octauæ receperit ipſum, timebitur iterum plus, ita quòd uix aut nunquam fiet quin moriatur. Si autem uterque receperit alium, ſolus Deus poterit facere quòd non moriatur: quoniam aliter non poterit euitare mortem. Et ſi fuerit in nona, uel fuerit iũctus domino nonæ, uel alicui Planetæ in eo, erit in itineribus tam longis quàm breuibus, atq; in peregrinationibus. Sed ſi fuerit tunc dominus nonæ cadens uel combuſtus, timetur ei mors uel maximum incommodum, in peregrinatione ſiue itinere ſuo. Si autem non fuerit ſic impeditus, ſignificat iter bonũ & proſperum, & quòd ſtudeat in factis ſpectantibus ad religionem atq; miſericordiam, dummodo aliquis malorũ non aſpiciat eum aſpectu inimicitiæ: quoniam illud ſignificaret quòd ſuperueniret ei mœror atq; triſtitia, ex parte domeſticorũ ſuorum. Et ſi fuerit quartus aſpectus primus, accidet hoc ex parte inimicorum. Si autem fuerit quartus aſpectus ſecundus, accidet ex parte ſeruorũ, uel ipſorũ occaſione, uel uilium perſonarum. Et oportet te uidere ſignũ, in quo fuerit ſecundus aſpectus domini domus peregrinationis, ſi fuerit ibi aliquis malorum. & uidere cuius ſubſtantiæ ſit illud ſignum, quoniam ſi fuerit ad imaginem hominũ, timebitur ſuper eum caſus beſtiarũ. Si autem fuerit ad imaginem animaliũ aliorũ, timebitur percuſſio, uel morſus, uel punctura uenenoſa, ſecundũ ſubſtantiam illius ſigni. Et ſi fuerit in decima, uel dño decimæ iunctus, ſignificat bonitatem atq; ipſius confortationẽ in ſuo regno, & quòd eius iter prolõgabitur, & quòd uelit aptare res regni. Et ſi fuerit in undecima, uel iunctus dño undecimæ, ſignificat aptationẽ ſuæ perſonæ, ſuorumq; ſequẽtium, ſiue militũ ſiue familiariorũ, prout eſt rex ſiue præpoſitus & ſignificat etiam bonitatẽ ſui animi: & quòd male libenter lædet ſuos ſubiectos, immo dimittet aliquos ſontes impunitos: & quòd expendet de ſubſtantia in factis regni, & etiam alijs de cauſis in bona parte, & aliquando diſperget ipſa. Et ſi fuerit in duodecima, uel eius dño iunctus, ſtudebit inquirere & inueſtigare inimicos tam regni quàm ſuos, & de quibus dubitas quòd non credebãtur inimici, & ſollicitabitur in hoc. Et ſi aſpexerit dominum duodecimæ abſq; receptione, adipiſcetur eos & lædet ipſos. Si uero à trino uel ſextili aſpectu, ſine receptione, aſpexerit, lædet eos minus: ſi uero cum receptione, parũ aut nihil lædet eos. Et dixit magiſter Quem deus uoluit, quòd quandocunque inueneris ſignificatorem regis iunctum, alicui domino alicuius domus, ſignificat illud idem quod ſignificaret, ſi reperiretur in domo illa, dummodo committat diſpoſitionem domino illius domus. Et dixit Albumaſar, quòd debes aſpicere nuptijs, ſicut aſpexiſti peregrinationi: quia fortaſſis erit coniugium propter petitionem ſubſtantiæ. Et dixit, aſpice tunc dominum octauæ, & dominum ſecundæ, ſi commiſerit dominus octauæ diſpoſitionem domino ſecundæ, inueniet ex eo ſubſtantiam: ſi autem dominus ſecundæ, commiſerit diſpoſitionem domino octauæ, inueniet ipſam ſubſtantiam ex eo. Et dixit, ſi fuerit dominus domus coniugij in undecima, deſponſabit eam propter amorem & dilectionem: & fortius ſi fuerit ſignificator regis, & dominus ſeptimæ aſpicientes ſe. Et ſi fuerit in decima, augmentabitur ex hoc eius regnum. Et ſi fuerit in quinta, quæret ex ea filium. Et dixit Ptolemæus, aſpice ſignificatorem regis, & dominum ſeptimæ, & iudica ſecundum quòd prædixi in capitulo peregrinationis. Et aſpice aſpectum fortunarum, & malorum in locis ſuis.

Et dixit, aſpice quoque cum hoc in natiuitatibus filiorum, & quale erit eſſe eorum ad inuicem.

Quare

Quare timetur perſona regis, cum ſignificator fuerit ſub radijs. Cap. XVI.

Significator regis ſub radijs.

ET ſi fuerit ſignificator regis ſub radijs Solis, timetur ei mors in reuolutione illa. & ſi non fuerit ſub radijs, ſed fuerit prope ipſos per 12. gradus ante ipſos, ſi fuerit de ſuperioribus: uel poſt, ſi fuerit de inferioribus, timetur ſuper eum cũ inceperit intrare radios, ſecundum coniunctionem illius cui iungetur ex duobus: ex domino ſcilicet domus infirmitatis, & domino domus mortis. Quod ſi tunc alterum eorum non fuerit, timetur ei mors ea hora, qua iungetur cum Sole per corpus, ſiue gradu per gradum. Aſpicies quoq; ſi fuerit decima domus Leo, utrum Mars aſpiciat tunc Solem, uel fuerint corporaliter iuncti, quoniam timetur interfectio in illa reuolutione regis. Vt autem uideas unde hoc eueniat ei, aſpice in cuius domo fuerit tunc Mars: quoniam à ſignificato illius domus, naſcetur cauſa illius ſceleris. Et ſi aſpexerit eum Saturnus, accidet regi per ſimile ſignificatum anguſtiæ: timebiturq; ne ueneneturrex, in reuolutione illa ſeu anno illo. Et dixit magiſter Quẽ deus uoluit, quòd ſi dominus anni fuerit combuſtus in medio cœli, timebitur regi eiſdem modis: & accident hæc ei in regione in qua tunc fuerit. Et ſi fuerit combuſtio in angulo terræ, uel ſeptima, accidẽt ei hæc ab aliquo, qui ueniet extra terram illam. Et dixit, quòd oppoſitio malorum, & eorum quartus aſpectus, in hoc caſu eſt grauior, quàm coniunctio corporalis. Et dixit, cum fuerit Sol ſignificator regis, & aſpexerit Iouem ex oppoſitione, inimicabitur rex domeſticis ſuis, & ſuſpicabitur de eis & grauabitur ab eis. Et ſimiliter cum fuerit oppoſitus domino aſcendentis, inimicabitur ruſticis, & ſuſpicabitur de eis atq; impediet eos.

¶ De mutua Planetarum receptione.

Planetarum receptio.

POſt hoc ſcies qui Planetarum recipiant ſe inuicem, & ad quæ loca figuræ proijciant radios ſuos: quoniam in regionibus ſubiectis ſignis, ad quæ proijciuntur radij, habebunt ſignificata illorum Planetarum maiorem efficaciam, & magis imprimunt in eis quàm in alijs locis.

¶ Qui Planetæ ſint amici domini aſcendentis, in reuolutione.

Aſcendentis amici.

SCies etiam qui Planetæ ſint amici domini aſcendentis reuolutionis, uel qui ſint inimici, & qui eorum magis aſpiciant, uel quibus ipſe committat diſpoſitionem: & qui aſpiciant aſcendens, aſpectu laudabili, ſeu inimicitiæ: quoniam ſecundum quòd aſpexerint eum, uel aſcendens boni aut mali, ſecundum illud iudicabis de ſignificatis eorum uenturis in reuolutione illa. Dixit magiſter Quem deus uoluit, ſcito quòd utrique mali Saturnus ſcilicet & Mars, cum fuerit unus eorum in reuolutione anni, in angulo, & fuerit in ſignis terreis directus, ſignificat deſtructionem arborum, & mortem animalium. Et ſi aſpexerit Mars ſignificatorem regis, fueritq; ipſe ſcilicet Mars commixtus lumini Saturni, ſignificat contentionem, & effuſionem ſanguinũ. Et dixit Meſſala ſi fuerit in ſigno igneo, ſignificat iniurias & inimicitias. Si uero fuerit in angulo, & aſpexerit aſcendens, ſignificat infirmitates & ſanguinem, & grauius. & in omni terra in cuius ſigno fuerit eius lumen, uel oppoſitio, uel quartus aſpectus. Et dixit quòd ſi fuerit retrogradus, ſignificat peſtilentiam. Et ſi fuerit in ſigno quod aſpicit aſcendens, & fuerit directus, ſignificat infirmitatẽ & detrimentum ſeminum. Si uero fuerit retrogradus, ſignificabit mortem, & infirmitatem, & ſanguinem.

De his quæ debent euenire regi in reuolutione anni. Caput XVII.

EX quo uideris regem peregrinaturum in anno illo, uide quale ſit eſſe domini domus peregrinationis, utrum ſcilicet ſit directus, uel liber an impeditus: & utrũ ſit in domo ſua uel in aliena: & fuerit uadens de ſigno in quo eſt, ad aliquã ſuarum domorũ, & fuerit iunctus domino domus, uel exaltationis in qua fuerit. Et uide in qua horã ſit ingreſſurus in domum ſuam, uel in qua ſit uenturus ad locum in quo erat dñs domus, uel exaltationis, in qua erat quãdo iunctus eſt ei: & uide ſi ſit retrogradus dominus nonæ, quoniam ſi ſic & fuerit receptus, ſignificat quòd ſpaciabitur in itinere ſuo, ſeu peregrinatione ſua, & q; reuertetur cito habito reſpectu ad iter. Si autẽ fuerit retrogradus, nec fuerit receptus, ſignificat q; iter eius ſit graue atq; tædioſum: & q; accidẽt ei impedimẽta ex itinere ſuo, ſeu peregrinatione illa. Si aũt fuerit curſu tardior in ſua tarditate prima, ſignificat longã morã in itinere illo, ſeu peregrinatione illa & q; uarijs de cauſis detinebiť in eo, in regionibus ad quas iuerit, uel peregrinatus fuerit, & timebitur ſuper eũ in peregrinatione illa. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit in tarditate ſua ſecunda, reuertetur cum fuerit directus Planeta, & non perficietur peregrinatio eius. Si autẽ fuerit retrogradus, & aſpexerit eum dñs domus ſuæ, à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, ſignificat q; ſit exitus eius ad bellum, inimici palam ſibi aduerſantis & uidetur quòd debeat eſſe extra regionẽ ſuam. Si autem aſpexerit eum à trino, uel ſextili aſpectu, uidetur q; ſit iturus contra aliquos ſuos ſubiectos, qui fiunt uel facti ſunt ſibi rebelles. Si autem fuerint corporaliter iũcti, uidetur quòd perueniat uſq; ad locum contentionis. Et cum fueris perſcrutatus hoc aſpice ſignificatorem regis, quem ſi inueneris liberum ab impedimentis maiorum: nec fuerit iunctus alicui Planetarum, qui naturaliter inimicetur ſibi: & dñs peregrinationis fuerit liber, in optimo loco ab aſcẽdente, nec fuerit in loco inimicitię aſcendentis, nec fuerit iunctus in 6. uel in 8. ſignificat incolumitatẽ & ſaluationẽ corporis eius. Si aũt fuerit eius ſignificator liber ab impedimẽtis prędictis, uel fuerit dñs ſigni, in quo fuerit iunctus dñs dom⁹, in qua fuerit dñs peregrinationis, & dñs peregrinationis fuerit impeditus, ſignificat q; accidet ei impedimentũ, & deſtructio ſua in peregrinatione: & forte q; accidet ei aliqua infirmitas, quæ nõ erit de natura ſuarum conſuetarum infirmitatum, ſecundum ſubſtantiam ſigni in quo fuerit dominus domus peregrinationis. Si uero fuerit eius ſignificator impeditus, & dominus domus peregrinationis fuerit liber, accidet ei quod timebat in illa peregrinatione, ex ægritudine de qua conſueuit infirmari. Videbis etiam utrum aſpiciatur ſignificator regis, ab aliquo Planetarum, & utrum ſit fortuna, uel malus, ille qui aſpexerit eum. Nam ſi fuerit malus, ſignificat inimicitiam quæ occurret regi in

gi in

gi in anno illo, ſeu reuolutione illa. Videbis tūc utrum ſit illi malo aliqua dignitas, in ſigno in quo aſpexerit ſignificatorem regis: quoniam ſi habuerit ibi aliquam dignitatem, erit ille inimicus de terra regis, ſecundum perſonam quę ſignificatur per illam dignitatem: quia ſi fuerit domus, erit de maioribus habitatoribus terræ ſuæ, atq; de ſuis domeſticis. Si autem fuerit exaltatio, erit de nobilioribus ſui regni, uel de his qui uenerunt aliunde, fueruntq; præpoſiti aliquibus dignitatibus in illo regno, uel forte acquiſiuerunt ibi fortunam, ex illo aſpectu ſignificatam, & magnas diuitias, & non ſunt potentes de his, ſcilicet qui apti ſunt regno, atq; regalibus dignitatibus, & eo generoſiores erunt, ſi fuerit aſpectus ille quadratus ſecundus. Coniunctio uero corporalis, ſignificat affinitatem ex parte mulierum. Si uero non habuerit ibi dignitatem, erit ex proprijs cōſanguineis regis. Et ſi fuerit triplicitas, uel terminus, erit de magnis ciuibus qui regi ſunt ſubiecti. Si fuerit ille aſpectus quadratus primus, ſignificat inimicū eiſe filium ex non legitimo concubitu natum. Sed ſi fuerit aſpectus ex oppoſitione, erit inimicus palam regi aduerſans. Si quidem fuerit aſpectus ſextilis, uel trinus, ſignificat quòd ſit propinquus uel ex propinquis regis.

De coniunctione duorum malorum Saturni, ſcilicet & Martis cum aliquo Planeta, in gradu exaltationis ſuæ, quid inde ſignificetur. Cap. XVIII.

Coniunctio Saturni & Martis, cum aliqu Planetis.

DIxit Albumaſar, aſpice in reuolutione anni coniunctionem malorum, Saturni ſcilicet & Martis, utrum iungantur cum aliquo Planeta, qui ſit in gradu exaltationis ſuæ, per aſpectum, & eo deterius ſi per quadratum, uel per oppoſitum. Nam ſi fuerit Saturnus, ſignificat malum & deſtructionem in regione deputata illi Planetæ. Et ſi fuerit aſpectus Saturni de ſigno fixo, prolongabitur illud ſignificatum, ſecundum quantitatem graduum qui fuerint inter corpora eorum, ad annos, uel menſes, uel hebdomadas ſeu dies. Nam ſi fuerit ſignificatum, quod debeat perfici infra annum quē reuoluis, ſignificabit ſecundum numerum graduū menſes. Si autem fuerit tranſgrediens illum annū, ſeu reuolutionem illam, prolongabitur ad annos. Si autem fuerit de ſigno mobili, ſignificabit ſecundum numerum graduum dies. Et ſi non fuerit perfectum in tot diebus, ſignificabit hebdomadas. Et ſi fuerit de ſigno communi, erunt hebdomadę. Et ſi non fuerit completum in tot hebdomadis, ſignificat menſes. Si autem non aſpexerit eum Saturnus, ſed tranſtulerit aliquis Planeta lumen eorum inter eos, ſignificat euentum rerum diſplicibilium ſuper homines regionis illius Planetæ, aut ſuperueniet eis deſtructio, atq; detrimentum in gentibus quæ non erunt de regione illa. Si autem non tranſtulerit aliquis Planeta lumen inter eos, & tetigerint radij Saturni radios Planetæ, exiſtentis in exaltatione ſua, uel Planetæ qui eſſet aptus poſſe transferre lumen eorum inter eos, intrabit ſuper homines illius regionis triſtitia & mœror, quos non oportebit eos timere: ſoluetur enim timor, & non perueniet in actum nutu Dei.

¶ De aſpectu Martis ad Planetam in exaltatione ſua.

Mars in exaltatione, ad Planetam.

SI autem fuerit de aſpectu Martis, ſicut dixi de aſpectu Saturni, & eo deterius ſi fuerit quadratus uel oppoſitus, accident prædicta ſicut dixi de Saturno, ſimili modo & ſimilibus de cauſis: & eo plus quia Mars perficiet accidentia, quæ ſignificauerit per ferrum & ignem, & effuſionem ſanguinis. Aſpicies etiam dominum nonæ ſi inueneris in tertio, ſignificat regem peregrinaturum cauſa religionis, & cauſa peregrinationis æternæ uitæ, atq; futuri ſeculi à creatore, eo quòd iſte locus in hoc ſignificat idem quòd nona, licet ſit eius Nadir. Et dixit Albumaſar, & ſi aſpexeris in aliqua domorum ex iſtis 12. domibus, non dimittas aſpectum eius ex locis & fortiores erunt ſignificatores oppoſitorum, ut ſit ſignificatio eius ac ſignificatio ſigni Nadir unius Planetæ aut fuerit domus uel exaltatio eius, quia tunc ſignificat quod dixi.

Quando Sol & Luna iunguntur alicui ex Planetis, uel ſeparantur ab eis, quid ſignificent. Caput XIX.

Sol & Luna cum aliqu.

COnſiderabis Solem & Lunam, & uidebis qualiter ſint diſpoſiti, utrum ſcilicet iungantur alicui ex Planetis, uel ſeparentur ab aliquo ipſorum: quoniam erunt ſignificata ſecūdum quòd uideris coniūgi eos cum Planetis, uel ſeparari ab eis, tam per corpus quàm per aſpectum. Et dixit Albumaſar, quia quartus aſpectus eſt fortis, & ſextilis debilis, coniunctio grauis.

¶ Item de accidentibus regis.

ITem aſpicias ut ſcias accidentia regis, qualia ſint uentura in reuolutione quam quæris, utrum Luna inueniatur in ſeptima domo an non: quoniam ſi fuerit in ea, fueritq; aucta lumine, curſuq; uelox, & iuncta domino ſeptimæ, uel domino exaltationis ipſius domus, uel habenti duas alias dignitates in ea, uel Planetæ fortunę, ſignificat quòd ruſtici uenerabuntur regem ſuum, & obedient ei, & audient eum libenter, atq; reuerebuntur, & nullus ex eis erit ſibi contrarius, nec fiet exercitus ab aliquo ſuper eū, nec contra eum, nec mouebitur ei aliquod contrarium, immo uidebit ea quæ ſibi placebunt, & quæ diliget & de quibus gaudebit. At ſi fuerit Luna tūc impedita, fueritq; minuta lumine, atq; curſu, nec recepta, ſignificat contrarium eius quod dixi tibi: quoniam accident ei guerræ atq; contentiones & bella, nec parebunt ei ſui ſubiecti, nec ſolum accident ei hæc ſolummodo cum fuerit impedita in ſeptimo: uerum etiam timebitur, ne accident ei, ſi fuerit impedita in alijs locis impedimentis terribilibus, uel fuerit cadens.

¶ Item de bono uel malo eſſe regis.

Regis fortuna.

ASpicias etiam in reuolutione anni, per eſſe domini medij cœli ſuper eſſe regis, quale ſit uenturum in reuolutione illa, quod poteris perpendere per eſſe Saturni, atq; domini anni etiā per quoſdam alios ex Planetis ſicut tibi exponam. Cum dñs 10. dom⁹ fuerit ſignificator regis, in reuolutione anni, fueritq; Saturnus cōbuſtus, & eo fortius ſi fuerit ante Solē, uel fuerit ſignificator regis, iunctus dño anni, cōmiſeritq; ſibi diſpoſitionē: & dñs anni fuerit iūctus Planetæ in 8. exiſtēti, ab aſcēdente reuolutionis, quæ eſt dom⁹ ſignificās uniuerſaliter mortē uel

uel Planetæ exiſtenti in 5. ab aſcendente reuolutionis, ex oppoſitione uel 4. aſpectu ſignificat mortem regis in illo anno ſiue reuolutione illa, uel fuerit ſignificator regis iunctus eidem domino anni, & dominus anni fuerit iunctus domino 5. uel 8. in aliqua ex alijs domibus corporaliter, uel ab oppòſitione uel 4. aſpectu, ſignificat eius mortem. Et eo certius, ſi dominus domus, in qua fuerit illa coniunctio, fuerit malus: ſimiliter ſi fuerit ſignificator regis intrans combuſtionem, ſignificat mortem regis: & uix aut nunquam poterit hoc euitare. Si autem fuerit Saturnus orientalis, egrediens de ſub radijs Solis, non impediet regem, ſed meliorabitur eſſe ſuum. Si uero fuerit hæc coniunctio cum Planeta, in 3. uel 6. uel alibi cum domino tertiæ uel ſextæ, ſignificat infirmitatem ſibi uenturã in reuolutione illa. Et ſecundum ſignificata, & per ſignificata domus, in qua fuerit coniunctio, & eorum occaſione accident ei cõtraria, quæ uentura ſunt ſibi. Si autem non commiſerit ſignificator regis diſpoſitionem domino anni ſeu reuolutionis, non imminet tantum periculum: imminet enim tantum timorem. Et hoc intelligendum eſt de quolibet rege, ſeu regĩ ſimili, ſecundum ſuum clima, & ſecundum ſuam regionem. At ſi fuerit iam tranſiens combuſtionem, per tot gradus quot ſunt gradus orbis eius, uſq; dũ tetigerit 10. minutum ultimi gradus combuſtionis ſuæ, ſignificat quòd eueniat regi in reuolutione illa, ira & triſticia, & contentio, ſimiliter atq; timor: & eo fortius ſi aſpexerit eum malus· quoniam ſi aſpexerit, immittet dubiũ ſuper regem, & timebitur de ipſo & ſuper ipſum, ſecundum ſubſtantiam & ſignificatum domus, atq; ſigni in quo fuerit malus, ut ſi fuerit in ſecundo, erit cauſa ſubſtãtiæ. Et ſi fuerit in tertio, erit cauſa fratrum uel itinerũ. Et ſi fuerit in quarto, erit cauſa patrum uel hæreditatum. Et ſi fuerit in quinto, erit cauſa filiorum. Et ſi fuerit in ſexto, erit cauſa infirmitatis. Et ſi fuerit in 7. erit cauſa uxoris. Et ſi fuerit in 8. erit cauſa mortis. Et ſi fuerit in 9. erit cauſa longorum itinerum. Et ſi fuerit in 10. erit cauſa regni. Et ſi fuerit in 11. erit cauſa adiutorum. Et ſi fuerit in 12. erit cauſa inimicorum occultorum. Si autẽ aſpexerit eum fortuna, uoluet omnia hæc, & auertet ab eo. Et ad hoc ut ſcias, quando debeant iſta euenire, uide quando ſignificator regis iungetur cum illo malo· quoniam tunc erit tempus aduentus illorum ſignificatorum, ſiue iungatur ei per corpus, ſiue per oppoſitionem, ſiue per quartũ aſpectum ille malus, qui impedierit ſecundũ illud, illorum qui prius aduenerit ſecundum illud iudicabis uel cum uenerit ille malus impediens ad 10. aſcendentis reuolutionis, uel ſaltem ad eius aſcendens, niſi fortuna aſpiciat tunc ſignificatorem regis, uel ipſum malum, ita quòd frangat maliciam eius. Si autem fuerit hæc coniunctio in angulo, erit tempus illorum accidentium quando comburetur ſignificator regis· uel quando malus ille perueniet ad locum in quo fuerint tunc ſignificator regis.

De eſſe regis cum ſuis ſubditis. Cap. XX.

Regis cum ſubditis diſpoſitio.

ESſe quidem regis cum ſuis ſubiectis, & eſſe ſubiectorum ſuorum cum ipſo, poteris ſcire per coniunctionem ſignificatorũ eorum ad inuicem, uel per eorum aſpectum cum receptione: quia ille ex ſignificatoribus qui recipit alium, committit illi diſpoſitionem ſuam. Vnde ſi commiſerit ſignificator regis diſpoſitionem ſuam, ſignificatori ſubiectorum ſuorum, erit rex beniuolus & placidus ruſticis ſuis, magis quàm ipſi ei. Si ſignificator uulgi commiſerit diſpoſitionem ſuam ſignificatori regis, erunt ipſi obedientes, atq; magis beniuoli regi ſuo, quàm ipſe illis. Si uero uterq; ſignificatorum receperit alium, committet rex diſpoſitionem ſuam ſubiectis ſuis, & ipſi ei: & unus eorum uolet quod uolet alius & erit uterq; placidus alteri.

De eſſe regis proprio, & ſpeciali. Cap. XXI.

Fortuna regis propria.

ESſe autem proprium & ſpeciale ipſius regis, ſecundum accidentia diurnalia, quæ debent ſibi euenire in reuolutione illa, poteris ſcire per eius ſignificatorem, ſecundum ſcilicet quòd uideris eum quotidie diſponi ad bonum, uel ad eius contrarium, quoniam ſecundum illud accidet ei de die in diem, uſq; in finem reuolutionis illius, prout iũgetur fortunis uel infortunis, uel prout peruenerint ad loca, in quibus erãt mali hora reuolutionis, uel ad alia loca, quæ tunc erãt impedita· nã ſecundũ illud euenient ei bona uel mala, uel liberatio ab eis.

Quid ſignificet ſignificator regis in angulo domus. Caput XXII.

Significatoris loca.

DIxit Albumaſar, ſignificator regis cum fuerit in angulo medij cœli, ſignificat guerram regis. cum uero fuerit in aſcendente, amputabuntur eſſe hominum. Si uero fuerit in occidente, uel in angulo terræ, deſtructur ruſtici eius. Et dixit, ſi abierit dominus anni aut ſignificator regis ad Planetam malum, uel ad lumen Planetæ tardi & mali in angulo, timetur ſuper eum cuius fuerit ſignificator deſtructio uel mors.

Quando ſignificator regis, uel quiuis alius Planeta, euaſerit ab impedimento, & iuerit ad exaltationem ſuam. Caput XXIII.

Significator aut Planeta in ſua exaltatione.

CVm ſignificator regis ſteterit impeditus ante ſuam exaltationem, & iam fuerit euaſus ab illo impedimento, & fuerit tunc iunctus alicui fortunæ: & eo melius ſi receperit eum fortuna illa, & cum ſeparatus fuerit ab illa, anteq̃ perueniat ad gradũ in quo exaltatur, ſi iuerit ad eum immediate, nec fuerit tunc impeditus ab aliquo malorum, erit tunc in maiori fortitudine, atq; fortiori teſtimonio quàm eſſe poſſit. Vide tunc ubi ceciderit pars regni, quoniam ſi ceciderit in locum in quo fuerat impeditus, ſignificat cõtrarietates & impedimenta uentura regi, in regno ſuo in reuolutione illa. Si autem ceciderit in locum exaltationis ſuæ, ad quem tunc uadit, ſignificat augmentum & bonitatem regni eius, ſine contrario, & ſine aliquo impedimento. Volentibus uero reſiſtere ſibi, aſpice ex locis oppoſitis, nec tamen computes inter eos naturales inimicos regis: quoniam ſi fuerint impediti, impedientur, & male cedet eis. Si uero fuerint impediti, nihil tamen debilitabuntur in his, quæ noluerint contra regem. Et ſi ſignificator regis, fuerit ſignificator alicuius illorum

rum: quos ſi inueneris bene diſpoſitos ac boni eſſe, & liberos ab impedimẽtis, & fuerint in loco amicitiæ aſcendẽtis, atq; 10. fuerintq; in aſpectibus notis Planetarum recepti ab eis: receperintq; ipſi eos, & Sol ſi fuerit reuolutio in die, aut Luna ſi fuerit in nocte: uel fuerit luminarium aliquod aliquis prædictorum ſignificatorum regis, ſcilicet aut anni, & aſpexerint luminaria, uel alterum eorũ, aſcendens uel eius dominum: fueritq; luminare illud liberũ & in bono loco ab aſcendente, ſignificat quòd illi qui habitabunt in illo climate, ſeu in illa regione, prout ſignificatũ domini anni extendetur, erunt boni eſſe, & quòd accidet illis proſperitas, & bonum, & adeptio & fortitudo. Et dixit Albumaſar, & eo melius, ſi luminare cuius fuerit auctoritas, commiſerit diſpoſitionem domino aſcendentis, nobiles ſeu magnates atque diuites, tam illi qui ſunt apti regno, quàm alij, ſubijcientur regi eiuſdem climatis, ſeu eiuſdem regionis, & erunt ciues ſeu habitatores illius regionis in tranquillitate atq; quiete, & tribuatur illis bonum. Et ſi aliqui ex Planetis commiſerint diſpoſitionem domino anni, ex coniunctione uel aliquo bono aſpectu, & ipſe receperit eos, accidet illis lætitia, ſimiliter et gaudium undiq;, ſecundum ſubſtantias ſignorum in quibus fuerint Planetæ, in quorũ domibus fuerint luminaria, maxime ſi aſpexerint ea, uel ſaltem alterum eorũ, de loco forti & bono: quoniam ſignificat tunc quòd in climate illo ſeu regione illa, erit ſecuritas & quietudo, atq; ſalus in omnibus tam in rebus quàm in perſonis, & auertent uoluntates ſuas à male faciendo, & ſtudebunt bene facere, atq; ſeruare iuſtitiam & fidem, ſine detrimento uel diminutione.

¶ Item de diſpoſitione domini anni, ſecundum locum in quo ipſe fuerit in reuolutione anni.

Locus domini reuolutionis. ASpice etiam in reuolutione dominum anni, & ſignum in quo ipſe fuerit, qui ſi fuerit boni eſſe, ſimiliter & ſignum in quo ipſe fuerit bene diſpoſitum: fueritq; ipſe fortunatus, & fortis in termino fortunæ, receptus ab aliqua fortunarũ, receperitq; ipſe aliquam ex eis, ſignificat quòd rex ſiue dominus eiuſdem climatis, ſiue regionis, erit boni eſſe, atq; multæ adeptionis plus quàm alij reges ſeu magnates illius climatis uel regionis: ſimiliter & dominus regionis deputatæ ſigno in quo eſt dominus anni, & omnes habitantes in ea, et accidet illis proſperitas & bonum.

¶ Item de eodem.

CVmq; inueneris dominum alicuius ciuitatis liberum, fortunatũ ſcilicet atq; fortem, & boni eſſe, receptum à fortuna, & ſciueris cuius ſigni ſit illa ciuitas ſeu regio, annuncia ciuibus illis gaudium et lætitiam, atq; aptationem rerum & perſonarum earum, ſcias ergo cuius ſigni, & cuius Planetæ ſit ciuitas ſeu regio illa: ſi autem inueneris cõtrarium, contrarium iudicabis.

Quid ſignificent dominus anni, & alij Planetæ cum fuerint impediti in reuolutione. Cap. XXVII.

Planetæ impediti cũ domino anni. SIcuti aſpexiſti dominum anni ſeu reuolutionis, ita oportet te aſpicere ipſum & etiã alios in ſignificatis cõtrarijs his. Aſpice igitur in reuolutione anni, uirtutẽ atq; potentiã domini anni, & aliorum Planetarum, quoniam erit effectus operum illorum, ſecundum loca in quibus reperti fuerint hora reuolutionis. Nam ſi dominus fuerit impeditus, & fuerit in aſcendẽte, impedientẽ homines in perſonis ſuis. Si aũt fuerint alibi extra aſcendẽs, impedietur ſecundũ ſubſtantiam ſigni, & domus, in quibus fuerit impeditus: ut ſi fuerit in ſecunda, impedietur ſubſtantia, & ita de cæteris domibus ſecundum ſubſtantias, & ſecundum ſignificata quarumlibet domorum iudicabis. Si aũt fuerit impeditus alius ex Planetis, præter dominum anni, impedietur ſignificatũ ſigni, & domus cuius domin⁹ fuerit Planeta impeditus, poſtea ſcilicet domus cuius dominus ipſe fuerit poſt aſcendẽs: ut ſi fuerit aſcendens Aries, impedietur primo Taurus quàm Libra: & ſi fuerit aſcendens Taurus, impedietẽ primo Gemini quàm Virgo, & ita de alijs. & debilitabitur eſſe ciuium ſeu habitatorũ regionis, ſeu climatis deputati illi Planetæ: et ipſi idem dicẽt ſe impeditos, et manifeſte cognoſcẽt ſua impedimenta, & dicent ſe depoſitos, & depreſſos atq; deiectos, à ſuo ſtatu. Et eo fortius, ſi dominus anni ſeu reuolutionis fuerit in aliquo angulorum, & maxime in 4. & aſpexerit eum Mars aut Saturnus: & cum fuerit in terminis malorũ, et eo grauius ſi fuerit in fine alicuius ſigni, niſi fuerit terminus illius mali qui aſpexerit eum: quoniam tunc minuit aliquid de impedimento, licet modicum. Et iterum fortius erit impedimentũ, ſi fuerit obſeſſus à duobus malis: quoniã tunc duplicabitur malũ, et impedimentũ illorũ ciuiũ, & eo fortius, & ſi fuerit obſeſſio per coniunctionem corporalem, quoniam auferet eis quæſtum, & adducet eis damnum. Et ſi fuerit per oppoſitionẽ, erit detrimentum minus pro quarta parte. Si aũt fuerit per quadratum aſpectũ, erit minus pro tertia parte. Et dixit Albumaſar, & ſi fuerit cõiunctio corporalis & impedierit Saturn⁹ ante, & Mars retro uel alter malus ſubaudi, captiuabunt ex ciuibus illis, ſed pauci ex eis interficientẽ. Si aũt Mars impedierit ſignificatorem ante, & Saturnus retro, interficientẽ ex captiuis multi. Et ſi fuerit Planeta ſignificator cõbuſtus, ſignificat deſtructionem rerum & perſonarum, ciuium illius regionis, cui præfuerit & exulationem à regione illa, propter intolerabile impedimentũ quod accidet eis.

¶ Item de eodem.

SCito etiam in reuolutione anni quod ſignum, & quis Planeta dominetur in reuolutione anni ſuper aliqua ciuitate, quoniam ſi fuerit ſignum male diſpoſitum & Planeta impeditus, ſignificat detrimentum & malum, atq; deſtructionem rerum & perſonarũ ciuium illius ciuitatis ſeu regionis. Et dixit Albumaſar, conſtitue omni climate Planetam à quo accipiatẽ ſignificatio eſſe regis, quatenus ſcias quid eueniat regibus nutu dei.

In ſcientia ſignificatorum Planetarum in reuolutione anni, tam ſignificatoris regis quàm quorundam aliorum. Caput XXVIII.

CVm Sol fuerit in reuolutione anni in 10. nõ remotus à cuſpide 10. domus plus 4. gradibus ante, nec plus 10. poſt: & dominus termini gradus decimæ domus fuerit in termino illo, Regum et magnatum ſignificationes.

uel aſpexerit terminum ſuum de bono loco ab aſcendente,& ex aſpectu amicitiæ,iſti duo ita diſpoſiti ſignificant reges & res eorum. Nam ſi fuerit tunc Sol liber ab impedimentis malorum,ſimiliter & dominus termini 10.domus,& in bono loco ab aſcendente:& eo melius ſi fuerit in angulo:quarta tamẽ domo excluſa,ſaluabuntur reges & magnates regno apti,& eorum res.Si autem fuerint impediti Sol & termini dominus 10.domus,& loca in quibus fuerint à præſentia malorum,uel ab eorum aſpectibus,& eo fortius ſi fuerit impedimentum ex angulis,tam figuræ reuolutionis quàm ſignificatorũ, impedientur reges & prædicti magnates,& res eorum,& deteriorabitur eſſe ipſorum.Si autem 11.& eius dominus fuerint ſalui & liberi ab impedimentis malorum,ſaluabunt milites atq; auxiliatores regum.Sed ſi fuerint impediti,impedient & patientur detrimentũ. Et dixit Albumaſar,Mercurius ſignificat ſcribas & negociatores,& aſtronomicos atque doctores,& ſapientes.Et dixit hic,ſi aptus fuerit,& locus eius & durabilis aptabunt & ipſi:& Iupiter ſignificat conciliatores & capita,ſi aptus fuerit & ſaluus ſaluabuntur:& ſimililter Venus ſignificat mulieres.

Mercurius quos ſignificet.

Iupiter quos.

De eſſe regis & de eſſe ſubſtantiæ,ac de eſſe militum ſeu auxiliatorum ſuorum. Cap. XXIX.

ASpicies etiam in reuolutione anni,utrum ſignificator regis aſpiciat partem fortunę: quoniam ſi aſpexerit eam ex aſpectu amicitiæ,uel fuerit ei corporaliter iunctus, ſignificat eius eſſe bonum atq; fortunatũ, & eo melius ſi eius ſignificator fuerit domin⁹ 10.domus. Aſpicies tunc ſubſtantiæ ipſius,atq; militibus ſuis & auxiliatoribus ex 11.& domino eius : quos ſi inueneris bene diſpoſitos,boni eſſe dic eſſe militum,atq; ſubſtantiæ ſuæ bonum & fortunatum.

Militum & ſuo ſtantiæ ſucceſſus.

¶ Si dominus anni fuerit ſignificator regis.

SI autem dominus anni fuerit ſignificator regis,aſpice tunc ſubſtantiæ ipſius ex ſecunda & domino eius,ſicuti aſpexiſti ſubſtantiæ popularium. Militibus uero atq; auxiliatoribus eius, dixit Albumaſar, aſpicies à dominis triplicitatis ſigni,in quo fuerit ſignificator regis,& iudica de illis in reuolutione illa, ſecundum quód inueneris eos diſpoſitos. Nam ſi omnes fuerint bene diſpoſiti,iudica bonum eſſe ipſorum,per totum annum illum ſeu reuolutionem.Si autem inueneris eos male diſpoſitos,iudica contrarium.Si autem fuerit unus bene diſpoſitus,alter uero male,iudica ſecundum illud. Nam ſi primus fuerit bene diſpoſitus, iudica bonum in prima tertia reuolutionis.Si ſecundus,in ſecunda:ſi tertius,in tertia.Et ſi inueneris contrarium,cõtrarium iudicabis. Et ſemper fac participem dominum termini in quo fuerit ſignificator regis.

¶ De uulgo & eorum ſubſtantia.

Vulgi ſubſtantia.

SImiliter iudicabis de eſſe uulgi per dominum anni,& de eſſe ſubſtantiæ ipſorum, per ſecundam & eius dominum : & de eſſe utriuſque per partem fortunæ quæ ſi fuerit bene diſpoſita,ſignificat bonum:ſi autem fuerit male diſpoſita, ſignificat contrarium.

¶ Item de ſignificatore regis,cum fuerit eius ſignificator Mars aut Saturnus.

Saturnus aut Mars ſignificator regis.

CVm Mars aut Saturn⁹ fuerit ſignificator regis, nec fuerit dominus aſcendẽtis,nec decimæ,nec exaltationis alicuius, & impediet aliquod ex eis ex ſua præſentia,uel oppoſitione,uel quarto aſpectu, immittet deſtructionem quæ ueniet hominibus ex parte regis ſui:& fortius erit eius impedimentũ, ſi fuerit in angulo.Et ſi fuerit in aſcendẽte,uel in parte orientali,eueniet ex parte oriẽtis,& feſtinabit eius aduentus. Si uero fuerit in ſeptima,uel in parte occidentali,eueniet ex parte occidentis, & tardabit aliquid. Si aũt fuerit in quarta,uel in parte ſeptentrionali,eueniet ex parte ſeptentrionis,& tardabit plus. Si quidem fuerit in decima,eueniet undique, & accidet uniuerſaliter omnibus hominibus:ſed eueniet fortius in partibus ſeptentrionis & meridiei,quàm in oriente uel occidente, & tardabit ſuper eos grauitas,& maxime in Alamania & partibus adiacentibus ei.

¶ Quando fortuna præfuerit.

Fortuna regis ſignificator.

ET ſi fuerit ſignificator regis fortuna,& fuerit ita locata ſicut dixi tibi de malo,ſignificat bonitatẽ & gaudium, & alacritatem ciuium ſeu habitatorũ prædictarum partium, ſecundum quód fuerit in aliqua illarum, niſi ſit impedita ex retrogradatiõe, uel caſu ſeu deſcenſione quoniam ſi ſic fuerit,nihil boni ſignificabit. Et dixit Albumaſar,quód ſi fuerit aſpectus malus ad dominum aſcendẽtis, uel ad ſignificatorem ſubſtantiæ,erit grauitas in corpore: & ex ſecunda, in ſubſtantia,& ex tertia in fratribus: & ex quarta ex parte parentum, & maiorum propinquorũ: & ex quinta, ex itineribus,& ex his quæ fuerint ex manu illius,& ex ſexta, ex infirmitate: ex ſeptima,ex mulieribus & bello ex octaua,ex reliquijs mortuorum & contentione. Et ſi fuerit ſignum mobile uel commune,ſcilicet octauũ,timebitur ſuper regem mors,ſi fuerit ſignificator regis, quem aſpiciunt domini mali. Et ſi fuerit hic aſpectus ex octaua,ad ſignificatorem ruſticorum timebitur ſuper ruſticos. Et ſi fuerit ſignificator unus ſcilicet regis et ruſticorum,timebitur ſuper uniuerſos: nam inuadet eos mors. Et ſi fuerit ex nona,ex parte peregrinationũ & hominibus religioſis qui quærunt iuſtitiam. Et ſi fuerit ex decima, ex parte regis & eius dominatione. Et ſi fuerit ex undecima, ex parte amicorum. Et ex duodecima,ex parte inimicorum. Et dixit,& ſimiliter dic in bono,cũ fuerit aſpectus ex fortuna forti,& ceciderit malus. Et dixit, & ſimiliter dic in reuolutione Annorum natiuitatum.

De impedimentis malorum, & eorum aſpectibus, quid ſignificent, & qualiter cognoſcantur impedimenta, & impedientes. Cap. XXX.

Impedimentorum ſignificatio.

ASpice ſignificatores in reuolutione regis ſcilicet,atq; popularium, ſeu ruſticorum, & uide utrum aſpiciantur à malis an nõ. Si quidem aſpexerint eos mali ab oppoſitione, & fuerint ipſi mali impediti, ſignificat propter inimicitatem aſpectus, quód ueniet impedimentum regi atque ruſticis ex parte inimicorum. Et dixit

Albu-

Albumaſar, ſi fuerit aſpectus quartus, erit impedimentum ex hominibus, qui ignorabantur inimici. Et dixit, quia hic aſpectus medius eſt, & non publicat inimicitatem. Et ſi aſpexerint eos ex ſextili aſpectu, ueniet impedimentum ex parte quorundam, qui putantur amici, nec eſt tamen bene certum, utrum ſint amici an non. Si autem aſpexerint eos ex trino aſpectu, erit impedimentum ex parte amicorum. Et dixit Albumaſar, quòd ſi fuerit aſpectus malorum talis figura ex locis ſuis, hoc eſt, ſicut dictum eſt, ad ſignificatorem ruſticorum. Et ſi fuerit ad ſignificatorem regis, intrabit ſuper regem. Et dixit, oportet ut aſpiciatur utrum auxilientur ruſtici regi: uel auxilietur rex ruſticis. Et ſcitur hoc, per complexionem quæ fuerit inter utroſque ſignificatores, & malos impedientes ſeu aſpicientes, & hoc ſecundum quòd fuerit eorum aſpectus, utrum ſcilicet trinus, uel ſextilis, uel quadratus, uel oppoſitus: & ex quibus locis uel domibus ſeu dignitatibus. Quod ſi fuerit malus impediens ſignificatorem regis, uel popularium ſeu ruſticorum in domo ſua, erit ille à quo uenerit impedimentum, ex illo climate ſeu regno uel regione, ex illis ſcilicet quæ ſignificantur per illa teſtimonia: ut ſi fuerit in domo erit notus in regione, & erit de domeſticis regis. Et ſi fuerit in exaltatione, erit nobilis & potens, de illis ſcilicet qui ſunt apti regno. Et ſi fuerit in triplicitate, erunt de illis qui non ſunt apti regno, ſed ſunt prope illos. Et ſi fuerit in termino, erit de aliquibus infra ſupradictos, qui ſunt apti eſſe comites, uel marchiones & ſimiles. Et ſi fuerit in facie, erit de nobilioribus. Et ſi fuerit de nobilib*, qui ſunt infra marchiones, ſunt tamen magnanimes. Si autem non fuerit in aliqua prædictarum dignitatum, non erit generoſus nec notus in regione. & dicent homines quòd neſcient unde ſit: & forte quòd dicent eum eſſe natum ex ignoto patre, uel ex fornicatione, aut quòd populus ſit ei pater. Et dixit Albumaſar, & ſi præfuerit ſignificator regis, erit inimicus ex eodem climate, & erit rex debilis ad prohibendum & repellendum eum. Et dixit, ſi præfuerit ſignificator ruſticorum, non erit inimicus ex climate, nec ex ſua dominatione. Et dixit, ſignificator eſt dominus anni, & ſignificator ruſticorum, Et dixit, & eſt Luna ſignificatrix ruſticorum, & uniuerſitatis uulgi, & non præeſt: omnis enim qui præeſt, eſt ſignificator, ſed non conuertitur: quia omnis ſignificator non præeſt.

Quid ſignificat retrogradatio ſignificatoris regis, & domini anni, ſeu ſignificatoris ruſticorum.
Caput XXXI.

Significator retrogradus.

SI contigerit aliquando ſignificatorem uulgi eſſe retrogradum, in reuolutione anni, quod licet rariſſime contingat, poſſet tamen euenire, ut aliàs dictum eſt, minaretur hoc malum horribile ualde. Nam retrogradatio ſignificatoris regis, ſignificat eius debilitatem, & eius depreſſionem: & magnum erit ei ſi euaſerit depoſitionem regni: & ſi regnum eius effugerit deſtructionem in anno illo. Significabit ſimiliter retrogradatio domini anni, deſtructionem & malum eſſe popularium, & ciuium regionis illius. Aſpicies in cuius termino fuerit quiſque eorum. Nam ſi fuerit retrogradus in termino alicuius infortunæ, & eo fortius, ſi fuerit ille terminus in domo alicuius mali, erit hoc longe maius periculum, quàm ſi eſſet in domo uel termino fortunæ: & illud ſimiliter, ſi dominus illius termini fuerit impeditus: quoniam augmẽtabit iterum maliciam, & multiplicabit eam. Si autem fuerit liber, minuet aliquid de malicia, licet non multum. Si autem fuerit retrogradus in termino fortunæ, minuetur illud impedimentũ & eo plus, ſi cum hoc iterum fuerit domus fortunæ: & iterũ aliquid plus ſi fuerit illa fortuna bene diſpoſita.

Quid ſignificent Mars & Saturnus cum fuerint in reuolutione anni male diſpoſiti.
Cap. XXXII.

Mars & Saturnus in ſtatione.

CUm tu reuolnis annum, aſpice ſi Mars fuerit ſtationarius in ſtatione ſua prima, uolens retrogradare & iungatur cum Saturno, ſiue ſit Saturnus ita diſpoſitus, quòd uadit ad Martem dum ipſe ſtat, ſiue Mars uadit ad eum, cum retrogradauerit, ſignificat auſteritatem atque atrocitatem hominum, ita quòd non erit qui uelit parere ſuo maiori, ſi poterit illud euitare, & abſcindetur pietas: nec erit qui bono zelo miſereatur alicui, ſed abundabunt malefactores, & abſciſores uiarum & prædones: nec reuerebitur ſeruus dominũ ſuum, nec etiam religioſus ſibi præpoſitum. & eo deterius ſi fuerit Saturnus in Libra, & iterum deterius ſi fuerit retrogradus, & deterius adhuc ſi aſpexerit eum Sol per ſuam oppoſitionem, & aſpexerit Mars Solem, & ipſe eum: & iterum deterius erit, ſi fuerit Mars peregrinus iungens ſe Saturno: & adhuc erit ultimatum malum præ cæteris alijs ſi fuerit reuolutio in occaſu Solis ſcilicet, uel prope parum, ſcilicet ante uel retro. Et dixit Albumaſar, & cadet inter ciues orientis & occidentis rixa & bellum, & erunt prælia in locis diuerſis: ſtude ergo intueri omnia hæc inquiſitione ſubtiliſſima.

Cum dominus aſcendentis, & Luna, & alij ſignificatores fuerint impediti, quid inde ſequetur.
Caput XXXIII.

Luna & dominus aſcendentis impediti.

DOminus aſcendentis & Luna ſignificant res uulgi, in reuolutione anni, qui ſi impediti fuerint, & fuerint inuenti in loco inimicitiæ aſcendentis, ſignificant impedimentũ uenturum ſuper homines, in perſonis & rebus eorum, ſecundum quantitatem inimicitatis, & ſecundum locum inimicitiæ in quem ceciderint. Nam ſi ceciderint in ſexta, ſignificãt infirmitates, dolores uenturos hominibus in reuolutione illa. Si autem ceciderint in octaua, ſignificant mortem, & eo grauius, ſi octaua fuerit ſignum humanum. Et ſi ceciderit in duodecima, ſignificant inimicitias & proditiones, ſecundum ſubſtantiam ſigni in quo fuerint: ut ſi fuerint in Geminis, erit cauſa iuuenum & adoleſcentum. Si fuerint in Virgine, erit cauſa mulierum iuuencularum. Si fuerint in Libra, erit cauſa hominum collectæ ætatis. Si fuerint in prima medietate Sagittarij, uel in Aquario, erit cauſa uniuerſalis maſſæ hominum. Si fuerint in Ariete,

uel Capricorno erit cauſa minorum animalium. Si fuerint in Tauro, uel in ultima medietate Sagittarij, erit cauſa maiorum animalium, & quæ equitantur. Et ſi fuerint in Leone, erit cauſa ſilueſtrium animalium, & rigidorum, & feralium. Et ſi fuerint in Cancro, uel Scorpione, uel Piſcibus, erit cauſa animalium degentium in aquis. Et ſi non fuerit impeditus dominus exaltationis, & Luna, ſi fuerit ſignum aſcendens exaltatio alicuius Planetę in prædictis locis, ſignificat idem quod dominus aſcendentis: ſed erit ſignificatum domini aſcendentis: & ſignificatum ſeu impedimentum domini termini, infra ſignificatum domini exaltationis. Et ſignificatum domini triplicitatis, erit infra ſignificatum domini termini, ſi aliquis eorum fuerit impeditus. Et impedimentum domini faciei, erit infra impedimentum domini triplicitatis. Aſpice tamen, qualiter aſpiciantur prædicti Planetæ à fortunis uel ab infortunis, quoniam fortunæ minuunt, dico niſi ſint impeditæ à combuſtione, uel retrogradatione: mali uero augent illud, niſi ſint directi, & bene diſpoſiti, & recipiant Planetas impeditos inimicantes aſcendenti. Et dixit Albumaſar, quòd ſi fuerit impedimendum ex Marte erit febris colerica, & mors ſubitanea. Et ſi fuerit impedimentum ex Saturno, erit febris ex colera nigra & mors.

¶ Capitula de guerris non ponuntur hic, ſed reperiuntur in libro de electionibus.

Quando in reuolutione anni ſignificatur bellum, à quo fiet uel excitabitur. Cap. XXXIIII.

Belli indicia.

SI fueris ſuſpicatus, utrũ in anno quem reuolutus ſint futura prælia ſeu diſcenſiones, & unde excitentur & à quibus, aſpice illi rei ſecundum modum quem tradiderunt nobis antiqui, & ſpecialiter ille reuerendiſſimus prædeceſſor noſter Albumaſar, qui fuit in reuolutionum annorum ſcientia, etiam in omnibus alijs partibus aſtronomiæ proficuus, & ualde aſtutus & audax. Eriges enim tunc figuram ad reuolutionem anni, & cõſtitue aſcendens, & cæteras domos, & Planetas omnes in domibus in quibus fuerint: & aſpice Martem, & uide à quo ipſe ſeparetur, uel à quo ſit tunc ſeparatus. Dixit enim Albumaſar, quoniam ille eſt qui miſit eum, & qui excitauit bellum, quamuis fuerit fortuna ille à quo ſeparatus fuerit Mars: etiam ſi fuerit Iupiter: tamen erit excitator belli, de perſonis quæ ſignificatur per Iouem, & de potentioribus: & poſſibile erit, quòd ſit de genere epiſcoporum & ſimilium. Et ſi fuerit ſeparatus à Saturno, quoniam Saturnꝰ in tali cauſa ſignificat reges, uidetur quòd ſit rex ille qui excitauerit bellum, uel erit hoc de conſilio ſenum & ignobilium. Et dixit Albumaſar, & erit bellum cum commiſerit Mars diſpoſitionẽ ſuam Saturno, & Saturnus iunctus fuerit cum eo, & receperit eum. Et dixit, cum fuerit Mars ſeparatus à Ioue, & iunctus Saturno, abſq; receptione, ſcito quòd ipſe ſit prouocator eius, & prouocat ad iuſticiam, quia eſt de domeſticis regis. Si autem non fuerit ſeparatus à Ioue, & fuerit iunctus Saturno, qui excitauerit bellum, erit de ignobilibus qui non ſunt apti regno, nec magna dignitate. Et cum uideris Martem ſeparatum à Saturno, & iunctum Ioui, non erit bellum, & ſi fuerit non erit inter homines honeſtos, nec catholicos uel diſcretos, ſeu epiſcopos uel ſimiles. Poſtquam ergo uideris illum à quo ſeparatur Mars, & à quo uidetur quòd debeat excitari bellum, & illum cui ipſe iungitur, nec uideris receptionem, & fuerit eorum coniunctio in una latitudine: fueritq; coniunctio Martis & Saturni, aſpice quis ex eis ſit fortior in loco ſuo. Et qui ſupereminet, eſt fortior, hoc eſt qui uadit ſuper aliũ. Super alium uadit, qui eſt ſeptentrionalis ab alio, ſicut dictum eſt ſupra. Et ſi fuerit Saturnus ſuper alium, ſignificat debilitatem belli. Si autem Mars fuerit ſuper Saturnum, ſignificat eius fortitudinem. Idem dicas, ſi unus ex eis receperit alterum. Et dixit Albumaſar, quod autem oportet primo te ſcire in hoc capitulo eſt, qualis eſt fortitudo regni & quanta ſit, deinde ſcias tempus durationis regni. Et cum ſciueris quid ſit regno, & uideris tempus durationis eius, aſpice horam deſtructionis exurgentis, ex impedimento Saturni & Iouis, atque Martis, aut illius à quo ſeparatur Mars. Et dixit Albumaſar, ſcito deſtructionem eius ex deſtructione horum trium Planetarum, quia ipſi ſunt qui excitant bellum. Et ſi Mars fuerit retrogradus, & alij directi fuerint, apparebit bellum, ſed non ultimabitur eius apparitio, donec dirigatur Mars: tunc enim ultimabitur apparitio eius. Et dixit, cum uero excitatum fuerit bellum, & fuerit Mars cadens ab aſcendente anni, aut peregrinus, erit debile. Et dixit Albumaſar, ſi uideris partem receptam ex ſuis inimicis primis, & fuerit oppoſita parti primæ, aut in ſuo quarto aſpectu, erit hæc fortitudo gladij. Si autem receperit pars prima, partem ſecundam, non erit bellum. Si uero non fuerit recepta, & uideris bellum, fueritq; pars prima recepta, non erit inſurgentibus fortitudo: & erit ſtabilitas hominum cum rege primo, & inclinatio eorum ad eum. Et dixit, & ſimiliter aſpice parti ſecundæ quia receptio eſt auxilium atque propiciatio, & fortitudo recepti. Cum ergo non receperit, erit peregrinus, & nõ erit in eo fiducia, nec erit fortitudo. Et dixit prima pars in eſſe regum, & eorum ſecretorum, atq; intentionum eſt gradus Saturni. Secunda pars gradus Iouis. Et dixit, et iam patefeci tibi hoc in libro coniunctionũ.

Qui Planetarum ſignificent bella in reuolutione anni, & quis ſit eorum diſpoſitor. Caput XV.

DIxit Albumaſar, Mars diſponit bella, & ſignificat dominos exercituum: & capita militum: qui ſi fuerit fortis in angulo, ſignificat bellum: & ſi ceciderit, non ſignificat. Et dixit, Luna uero eſt clauis horum: quæ ſi apta fuerit aptabuntur: & ſi fuerit impedita impedientur. Planetæ bellum ſignificantes.

¶ Item de eodem, ſecundum Albumaſar.

DIxit Albumaſar, Mars cum fuerit in reuolutione anni in aliquo angulorum aſcendentis, quocunque fuerit, excitabit bellum, ſecundum quantitatem fortitudinis ſuæ, & ob hoc excitat bellum, cum fuerit in quarto aſpectu Saturni & Iouis. Cumq; uideris quòd Mars ſit excitaturus bellum,

aſpice

aſpice in quo loco ceciderit ab aſcendente, uidebiſq; ubi ceciderit pars guerræ, & cui ex domibus dominetur pars. & uidebis ſi aliquis malorum, unus ſcilicet aut plures, aſpexerint domum Martis uel partem guerræ, ex oppoſitione, uel quarto aſpectu, uel fuerint in eis, uel aſpexerint ſignũ quod præfuerit illi ciuitati uel regioni, in qua reuoluis annum: uel aſpexerint ſignificatorem regis, ſeu alterius magnatis, quæ præfuerit illi climati ſeu ciuitati, uel regioni ex oppoſitione uel quarto aſpectu, uel fuerint ei corporaliter iuncti: ſignificat quòd ſi rex, ſiue nobilis ille habuerit guerram cum aliquo uel aliquibus, in reuolutione illa, quòd adipiſcentur inimici eius uictoriam de ipſo: uel ad minus intrabit ſuper eum mœror & triſtitia, et tribulatio atque anguſtia. Et ſi Planeta quæ fuerit eius ſignificator, fuerit combuſtus, idem ſignificabit & timebitur ſuper eum, ac ſi fuerit retrogradus. ſignificat eius figura fugam, & inimicorum fortitudinem, & ipſius caſum atque deiectionem: ſimiliter ſi fuerit primo in bono loco ab aſcendente, & tunc deueniat ad locum debilem.

¶ Item de eodem, quando præfuerit aliquis malorum quid inde ſequatur.

Belli qualitas DIxit Albumaſar, cum præfuerit Mars ſignificationi anni, & fuerit fortis, erit bellum cum ingenijs & ſollicitudinibus, & cum prædatione atque interfectione ualida. Et cum præfuerit Saturnus anno, uel quartæ, erit bellum per ſeductiones & calliditates, & per diſciplinam & ingenia. Et dixit cum præfuerit anno, unus malorum, & fuerit dominus quartæ alter malus: non erit dubium de bellis in eadem quarta. Et ſimiliter ſi malus aſpexerit dominum anni, uel quartæ ex oppoſitione, uel quarto aſpectu: aut fuerit dominus quartæ in ſeptima, uel retrogradus. Et dixit, & ſi inimicatur domino quartæ, erit in eadem quarta: & ſimiliter ſi inimicatur domino menſis, in eodem menſe.

Quando ſignificatur bellum in reuolutione anni, & ſi fuerit, quando ſignificatur uictoria: & quando fuga, ſeu debellatio, & quando pax, ſeu extinctio belli. Cap. XXXVI.

Belli exitus. POſtquam uideris in reuolutione, quòd ſignificatur bellum futurum: aſpice Planetam qui ſignificat illud: quoniam ſi fuerit directus & boni eſſe, non permittit bellum ulrimari, & remanebit, & anullabitur ex parte regis ſeu præſidis regionis, in qua fueris, ſiue in qua reuolueris annum illum quem quæris: & ſignificabit pacem & extinctionem belli. Vide etiam qualiter aſpiciatur ſignificator à Planetis, & à quot ex eis: quoniam multitudo Planetarũ aſpicientiũ eum eſt, & eo fortius, ſi habuerint dignitatẽ in loco in quo ipſe fuerit, ſignificabunt eius fortitudinem, atque uictoriam, & quòd erit magis adiutus quàm aduerſarij, tam à ſuis quàm ab alienis. Et ſi fuerit ſtationarius in ſtatione ſua ſecunda, ſignificat eum fortem & potentem in bello, ſimiliter & ſuos ſequaces. Si autem fuerit ſtationarius in ſtatione ſua prima, ſignificat eius fortitudinem in principio belli ultimo tamen non bene perficiet, nec perſeuerabit. Si autem fuerit retrogradus, ſignificat eius fugam & confractionem. Et ſi fuerit ſignificator inimici, ſeu uolentis bellare cum ipſo, ſicut dixi tibi de ſignificatore tui regni, conditionibus ſupradictis, iudicabis contrarium eius quod iudicaſti. Si autem fuerit ſignificator directus, ut dixi, nec impeditus, ſignificat aut pacem aut ſi fuerit guerra ſeu bellum, ſignificabit uictoriam. Et ſi uolueris ſcire ex parte cuius gentis, uel quorum auxiliatorum eius ſit uictoria, & ſit cauſa expugnationis inimicorum eius: aſpice quis Planetarum melius aſpiciat eum, & ex maiori dignitate: quoniam ille erit ſignificator illorum, qui fuerint cauſa ſuæ uictoriæ: ut ſi fuerit Sol aut Saturnus, erit rex uel alius magis nobilis: ſed Sol ſignificat iuniores quàm Saturnus. Si autem fuerit Mars, erunt milites bellicoſi. Et ſi fuerit Iupiter, erunt magnates, nobiles, & ſapientes Et ſi fuerit Mercurius, erunt homines literati, tam nobiles quàm populares. Et ſi fuerit Luna, erunt homines qui utunt mercationibus, nauigio & ſimilibus. Et dixit Albumaſar, & ſi fuerit Venus, erunt Arabes.

Qualiter ſit eligendum uolenti ire ad bellum. Caput XXXVII.

Electio eundi ad bellum. SI autem uoluerit exire quis ad bellum, ex quo uideris illud futurum in reuolutione illa, & uolueris ei eligere horam ad hoc faciendum, aſpice tres Planetas ſuperiores, utrum ſint retrogradi, uel directi. Si autem fuerint retrogradi, dixit Albumaſar, quòd ſit initium horę tuæ ad eundum ad bellum, directio eorum. Et ſi fuerint directi, cum retrogradari incœperint, & ſimiliter cũ incipient comburi: & ſi fuerint combuſti, quando incipient oriri, & ſi fuerint occidentales quando fient orientales: & ſi fuerint orientales, quando fient occidentales, uel quando fuerint mutati de ſignis in quibus erant, ſcilicet hora qua ſignificauerunt Planetæ bellum, quia tunc dicitur Planeta mutare figuram: & ſimiliter tunc mutatur eius ſubſtantia, ſeu ſignificatio. Si autem fuerit Mars receptus in hora reuolutionis: & eo melius ſi fuerit receptus ab aliqua fortunarum, de domo uel exaltatione, extinguit bellum in anno illo, ſeu reuolutione illa. Et ſi fuerit receptio à decima, ſignificat ne dum extinctionem belli: ſed etiam ſignificat pacem in anno illo.

Per quales homines ſeu gentes, fiet guerra ſeu bellum. Caput XXXVIII.

Mars quibus auxilietur. CVm uideris figuram reuolutionis anni erectam, & inueneris guerram ſeu bellum futurum, aſpice cui parti Mars uideatur auxiliari: auxiliabitur enim illi parti, cum cuius ſignificatore amicabilius ſe habuerit, & quem magis aſpexerit: & à qua parte ipſe fuerit orientis aut occidentis: & à qua parte fuerit Planeta, à quo ipſe ſeparatur: quoniam ipſe eſt ex parte aſcendentis, & ille cui iungitur ipſe, eſt ex parte oppoſita. Nam ex quacunque parte fuerit Mars, ſi ipſe fuerit directus, ex illa parte fiet bellum, per homines bellicoſos & probos, qui ſecure oſtendent faciem inimicis, nec dabunt eis terga. Si quidem fuerit retrogradus, fiet

per homines uarios, qui uolũt laudari ex hoc quod non faciunt, & attribuunt ſibi aliquando quod faciunt alij, & dicunt plura quàm faciunt, & minantur plus quàm percutiant, & qui clamant guerram magnis inſtantijs, nec ſunt ſtabiles in bello, ſed dimittunt tunc illud ſuper humeris aliorum, & iactant ſe magna feciſſe, et ſunt prædones latronibus ſimiles, & abſciſores uiarum. Et ſi fuerit Mars ſtationarius, erit bellum fortius, ſicut dixi tibi ſuprà, in alio capitulo cum de ſtatione ſignificatoris loquerer.

Saturnus fortiſſimus belli ſignificator

Aſpice ſimiliter Saturnum, qui licet in ducat homines grauiter ad bella, tamen fortia & terribilia inducit præ cæteris alijs, & magis peſtifera: quoniam & ipſe uidendus eſt in hac re, quoniam ſignificat hoc ex parte qua fuerit. Et dixit Albumaſar, nam & Saturnus ſignificat grauitatem eſſe omnibus eiuſdem partis in qua eſt, ſecundum quantitatem ſubſtantiæ ſigni in quo fuerit, & termini loci ſui, poſtea ſequeris eum, per ſucceſſionem & aſcendens, & domus ſubſtantiç & fratrum, & cætera, uſque in finem duodecim ſignorum. Et dixit, & cum retrogadus fuerit Saturnus, erit quemadmodum dixi tibi ex Marte, ſed hoc grauius eſt. Et iſtis eiſdem capitulis, poteſt quis uti in quæſtionibus bellorum, & in exitu horarum ad bella, & in extractione carociorum atque uexillarum: nec credas hoc capitulum, nec etiam aliquod, contradicere alijs, ſed diſtingue tempora, et concordabunt ſcripturæ. Et dixit Albumaſar, Planeta retrogradus, ſignificat commixtionem in rebus, & reuerſionem ac diuerſitatem, bellum quoque ac uictoriam de domino eiuſdem climatis, quod eſt illius Planetæ.

Planeta ſtationarius.

Et Planeta ſtationarius, ſignificat cupiditatem mali, & reiterationem eius quod iam ceſſauerat, & interſectionem. Et aſpectus ſignificat malum, & rixam, & ſeductiones, & calliditates.

Vtrum capitaneus aduerſantis ſit iuuenis aut ſenex.
Caput XXXIX.

Ætas ducis aduerſæ partis.

SI autem uolueris ſcire, ætatẽ capitanei ſeu ducis alterius partis, aſpice malum impedientem, quòd ſi non impedierit, aſpice locum eius: & aſpice locum ſignificatoris inimici. Si fuerint ambo orientales à Sole, erit capitaneus ſeu dux iuuenis, & eo iunior, ſi Luna fuerit orientalis cum eis: ſi uero fuerint occidentales, erunt ſenes. Si autem fuerit unus orientalis, alter occidentalis, erit collectæ ætatis, nec multum iuuenis nec multum ſenex: ſed malus ſignificat iuniorem, quàm dominus ſeptimæ, ſi fuerit orientalis, & ſeniorem ſi fuerit occidentalis.

Quando ſignificator belli fuerit pacificatus cum domino anni, quid inde ſequatur.
Cap. XL.

Belli tempus.

DIxit Albumaſar, cum ſignificator belli fuerit pacificatus cum domino anni, erit bonum in eodem anno. Et ſi fuerit pacificatus cum domino medietatis, uel cum domino quartæ, erit bonum in eadem medietate, uel in eadem quarta. Et ſi fuerit pacificatus cum domino menſis, erit bonum in eodem menſe. Et ſi cum domino diei, in eodem die. pacificatus dico, hoc eſt iunctus ei per corpus uel per aſpectum cum receptione.

Pacificatus quando dicatur.

Et dixit, cum fuerit pacificatus cum domino profectionis, erit bonum in ultima medietate menſis. Idem intelligas de die & hora. Et ſi fuerit pacificatio à principio ſigni, uſque in ſeptimum eius gradum, et dimidium, erit in primis ſex menſibus bonum. Et ſi fuerit à ſeptimo gradu & dimidio, uſque in finem quidecimi gradus, erit bonum à tribus menſibus in antea uſque in finem dimidij anni. Et ſi fuerit à quindecimo gradu uſq; in uigeſimumſecundum gradum eius & dimidium, erit in ultimis ſex menſibus anni. Et ſi fuerit à uigeſimoſecundo gradu eius & dimidio, uſq; in finem eius, erit à nono menſe in antea, uſque in finem anni. Idem intelligas de menſe, die, & hora, & in illis temporibus erit ſecuritas & quies, & nõ offendentur homines, ſed erunt ſecuri, nec oportebit eos timere.

Quid ſignificent mali Planetæ, cum fuerint in reuolutione in ſignis humanis. *Cap.* XLI.

Mali Planetæ in ſignis humanis.

ASpice in reuolutione quando reuoluis annum, & uide ſi aliquis maiorum Planetarum fuerit in ſignis humanis, ſcilicet in Geminis, aut in Virgine, uel in Libra, uel in prima medietate Sagittarij, uel in Aquario, & uide utrum ipſe ſit tardus curſu. Vide ſimiliter ſi iungatur ei alius malus per corpus, uel per aſpectum oppoſitũ uel quadratum, ſiue ſit retrogradus, ſiue directus ille qui iungitur ei: quoniam ſignificat detrimentum uenturum in homines: ſi fuerit retrogradus accidet hoc citius, & cum maiori læſione. Et ſi fuerit coniunctio ex angulis, erit grauius & callidius. Quod ſi fuerit malus qui aſpexerit alium, & alter ſcilicet retrogradus, qui iungitur ei in decima, erit impedimentum ſiue grauitas ſeu malum, quod tunc ſignificatur uniuerſale omnibus hominibus, & in qualibet regiõe, niſi Planeta qui fuerit dominus ſigni, quod præeſt alicui regioni, contra operetur, & eo grauius & fortius, ſi malus qui impedierit fuerit in medio cœli, & dominus aſcendẽtis fuerit dominus anni, quoniam tunc inuenietur ei obſtaculum, incipietq; detrimentum ex parte orientis, & protendetur uſque in occidentem. Si autem fuerit malus qui aſpicit alium in decima, & retrogradus qui iungitur ei fuerit in quarta incipiet impedimentum ex parte occidentis, & protendetur uſq; in ultimos fines meridiei Æthiopiæ, & grauabuntur regiones illæ, illa de cauſa. Si autem fuerit malus aſpiciens in ſeptima, & retrogradus, qui iungitur ei fuerit in quarta, erit initium impedimenti undecunque, & extendetur uſq; ad occidentem à ſeptentrione. Et ſi iungantur duo mali, erit impedimentum grauius, & citius apparebit: & erit in hominibus mortalitas grauis, & eo fortius, ſi Saturnus fuerit ille qui impedierit, quoniam habet naturaliter impedire ſignificatum ſigni, in quo ipſe fuerit. Videas ergo in quo loco ceciderit malus, à loco alterius mali ſcilicet tardi: quoniam ſi fuerint iuncti in ſigno cõmuni, uel ille qui iungitur alteri iungatur ei de ſigno communi, determinabitur illud malum per mortẽ. Si autem fuerit in

rit in ſigno fixo, aut mobili, erit finis ſignificati, ſecundum naturam illius duorum malorum, qui fuerit fortior tunc loco in quo inuentus fuerit. Nam ſi fuerit Mars fortior determinabitur per interfectionem, aut per infirmitates calidas peſtiferas, ſecundum quòd fuerit magis paratus iungi cum domino 8. uel cum domino 6. uel cum Planeta qui tranſferat lumen inter ipſum, & aliquem illorum. Si autem fuerit Saturn⁹ fortior, terminabitur aut per ægritudines melancolicas aut peſtiferas, prout fuerit iunctus uel paratus iungi cum aliquo illorum, ſicut dixi de Marte. Et dixit Albumaſar, commiſcebis ei fortitudinē mortis. Et eo fortius accident iſta, ſi fuerit eorum coniunctio ex angulis. Si autem fuerit extra angulos, minuetur eorum ſignificata, nec tantum impedient & meliorabuntur. Et dixit Albumaſar, maior deſtructio erit in parte, qua fuerit malus impediens. Et dixit, ſcito ergo quid ſit ſigno in quo fuerint duo mali, ex ciuitatibus & prouincijs: quoniam in illis mala accident prædicta.

De re quæ immittit timorem in reuolutione anni, & quid ſignificent mali in angulis.
Cap. XLII.

Mali augmentum.

CONſueuerunt aliquando apparere in reuolutione anni aliqua horribilia, quæ immittunt timorem. Vnde ſi uideris aliquod ex eis cum reuoluis annū, uide utrum ille qui immittit timorem iungatur, uel aſpiciat ſe cum Saturno, uel Ioue, quoniam ſunt pōderoſiores cæteris. quia grauabitur ille timor, et dubitandum erit de ipſo, et eo fortius ſi prædicti Planetæ fuerint impediti, & maxime Saturnus: quoniā ſignificabit dolores longinquos ſecuturos, ex illo timore atq; mortē. Si autem non aſpexerit, nec fuerit alicui eorum iunctus, parum nocebit. Si autē fuerit ille ſignificator illius mali in angulo, ſignificabit multitudinem mali, & eius durabilitatem. Et dixit Albumaſar, cum fuerit ante angulum, erit modicum & breue. Et dixit, auxiliare per dignitatem in hoc tempore, & auxiliatur ſuper bonum & malum.

Cum dominus ſigni, in quo fuerit dominus anni aſpexerit eum, uel quando non aſpexerit eum, quid ſignificet. Caput XLIII.

Aſpectus domini anni & Planetę in cuius 6. domo.

ASpice in reuolutione Planetā, in cuius domo fuerit dominus anni: & uide utrū ipſe aſpiciat eum à trino, uel ſextili aſpectu, nec ſit impeditus: quoniam ſi ſic fuerit erunt homines in bono ſtatu, in quiete ſcilicet atq; ſecuritate & pace, & gaudio, & tranquillitate atque lætitia. Si uero non fuerit impeditus, nec aſpexerit, uel aſpexerit, & fuerit impeditus, iudica inter utrunq;. Si autem nō aſpexerit eum, & fuerit impeditus ſignificat triſtitiam, & ſolicitudinē, & timorem, litigia ſeu contentiones, & totum contrarium eius quod ſignificauit in bono. Et Albumaſar dixit, quòd eſt hoc ſecundum quantitatem complexionis ſubſtantiæ ſigni, in quo fuerit ſignificator: quia ſi fuerit in prima, erit in perſonis: ſi fuerit in ſecūda, erit in ſubſtantia, & ita intellige de cæteris domibus.

De reuolutione anni, cum fuerit in occaſu Solis.
Caput XLIIII.

Reuolutio in occaſu.

COnſiderabis reuolutionem anni, utrum ſit ad occaſum Solis. Nam dixit Albumaſar, cum ſic fuerit, committet Sol diſpoſitionem ſuam Lunæ, quæ eſt luminare noctis. Aſpice ergo eam, & ubi ſit locus eius ab aſcendente, quæ ſi fuerit apta ſuſcipere diſpoſitionē reuolutionis, aſpice dominum ſigni in quo ipſa tunc fuerit & uideas qualiter aſpiciatur à Planetis, & iudica ſecundum quòd uideris, quòd ſi aſpiciant eum fortunæ, ſignificant bonum. mali uero ſignificāt malū. Aſpicias etiam, quomodo ipſa fuerit locata cum Saturno, hoc eſt in quali aſpectu, trino ſcilicet uel ſextili: & utrum Saturnus recipiat eā de domo, uel de exaltatione, uel de duabus alijs dignitatibus. quoniam tunc committet ei diſpoſitionem ſuā Saturnus: uel cōmittet ipſa ſuam diſpoſitionem Saturno. Nā ſi Saturnus commiſerit ei ſuam diſpoſitionem, efficietur ipſa fortior, & melius diſponet facta reuolutionis illius. Si uero ipſa commiſerit ei diſpoſitionem ſuā, non diſponet poſtea ſuper reuolutione illa, & ſi diſponet, eius diſpoſitio erit praua. Et dixit Albumaſar, aſpice augmentationem luminis eius, atque diminutionem, & utrum ſit ei uentura eclipſis in anno illo. Et dixit, oportet ut aſpiciatur in eclipſi locus eius, & gradus impletionis: & in eclipſi Solis gradus eius, & locus coniunctionis, & Almuten ſuper hæc loca, & quomodo aſpiciantur Planetæ aſpicientes eam. Almuten eſt Planeta qui præeſt gradui cōiunctionis, uel præuentionis, præ multitudine dignitatum ſeu fortitudinum.

Almuten.

Quando dominus aſcendentis fuerit impeditus in reuolutione anni, quid inde ſequatur.
Cap. XLV.

Aſcendentis dominus impeditus.

ASpice in reuolutione anni dominum aſcendentis, quem ſi inueneris impeditum, annuncia impedimentū futurum ſuper homines in anno illo, ſecundum ſubſtantiam ſigni aſcendentis ut ſi fuerit aſcendens ſignum ad imaginem hominis formatum, accidet eis in perſonis. Si autem fuerit aſcendens ſignum formatum ad imaginem alterius animalis, accidet ſuper animalibus ad imaginē illam formans. Et grauius accidet hoc, in terra cui præeſt illud ſignū, & cui præeſt ille Planeta. Et dixit Albumaſar, quòd erit magis ex parte orientis, & in partibus deputatis Planetę, qui fuerit dominus ſigni aſcendētis quàm in alijs, ut ſi fuerit aſcendens Libra, & Venus fuerit impedita, patietur terra Libræ impedimentum ex uentis, & infirmitatibus, & doloribus capitis, & ſimilibus. Et ſi fuerit aſcendens Taurus patietur impedimētum terra Tauri, & detrimentum ex frigore, & niue, & ſiccitate, deſtructione fructuum arborum, & impedimento boum, & amfractibus & ſimilibus, ſecundum naturā & diſpoſitionē uniuſcuiuſq; regionis, niſi cōtra operet Mars. Et ſi fuerit aſcendēs Gemini, & Mercuri⁹ fuerit impedit⁹, patiet terra Geminorū, ex flatu uentorū, & ex aeris corruptiōe, et ex dolore capitis, & inteſtinorū, lingue et pulmonis, et in

locis ſpiramitium corporis. Et ſi fuerit aſcendens Virgo, patietur terra Virginis, ex frigore, & ſiccitate, & mediocri ſterilitate, & ex doloribus pectoralibus in partibus cordis, niſi contra operetur Iupiter.

Et ſi fuerit aſcendens Cancer, & Luna fuerit impedita, patietur terra Cancri ex pluuijs, & ex dolore oculorum, & tonus capitis, niſi contra operetur Saturnus. Et ſi fuerit aſcendens Leo, & Sol fuerit impeditus, patietur terra Leonis ex caliditate aeris, & ex decurſu reumatis, & ex ægritudinibus capitis, & ſimilibus, niſi contra opereтur Saturnus in frigiditate & conſtringendo. Et ſi fuerit aſcendens Scorpio, & Mars fuerit impeditus, impedietur terra Scorpionis ex aquis & reptilibus uenenoſis, & ex doloribus capitis, & brachiorum, atque uerendorum & ſimilia. Et ſi fuerit aſcendẽs Aries, impedietur terra Arietis ex caliditate aeris, & ex decurſu reumatis, & ex dolore capitis, et ſimilia, niſi contra opereтur Venus. Et ſi fuerit aſcendens Sagittarius, & fuerit impeditus Iupiter, impedietur terra Sagittarij, ex perſonis in prima parte anni, & in ultima ex animalibus quæ equitantur, ægritudinibus capitis & crurium & ſimilibus. Si autem fuerit aſcendens Piſcis, impedietur terra Piſcium ex inundatione aquarum, & ex ægritudinibus pedum, ut podagræ, & ſimilia, niſi contra operetur Mercurius. Et ſi fuerit aſcendens Capricornus, & fuerit impeditus Saturnus, impedietur tunc terra Capricorni ex frigore, & ſiccitate atque ſterilitate, & ex dolore genuum, & iuncturarum, & capitis, & pedum & ſimilibus, niſi contra operetur Luna. Et ſi fuerit aſcendens Aquarius, & fuerit impeditus Saturnus, impedietur terra Aquarij ex uentis humidis, & ex ægritudinibus crurium, & colli, & capitis, niſi contra operetur Sol. Et ſi dominus aſcendentis reuolutionis pręfuerit alijs terris, quàm ſignum illud præſit, participabunt cum terris ſigni aſcendentis impedientis, licet nõ impediantur tantum quantum illæ, quæ ſunt deputatæ ſigno. Et ſi fuerint ſigna aſcendentia ſalua, & Planetę liberi, ſaluabuntur terræ ſubiectæ illis, iuxta eſſe utriuſque.

Et dixit Albumaſar, poſtquam aſpexiſti aſcendens, aſpice ſecundam, & tertiam, & quartam, & quintam ac cæteras domos, & earum dominos, ſicut aſpexiſti primum, uſq; in finem ſignorum. Et dixit, & digniores fac angulos, & eorum dominos, quoniam eſt eis opus & fortitudo ſuper cætera ſigna quæ habent ſignificare res regum.

Quid ſequetur ex coniunctione duorum malorum cum domino anni, aut cum ſignificatore regis.

Caput XLVI.

Coniunctio ſignificatoris, & malorum.

ASpice in reuolutione anni, coniunctionẽ domini anni, et ſignificatoris regis, cum infortunis. Nam ſi fuerint duæ infortunæ iunctæ cum domino anni, ſiue ipſe iungatur ei, uel ipſe illis, ſignificat hoc grauitatẽ quæ eueniet ſuper ruſticos, ſeu populares: & accidet hoc in terra ſeu regione quæ fuerit ſigni in quo fuerint infortunæ. Si autem fuerint in diuerſis ſignis, accidet in diuerſis regionibus, ſecundum quòd ſunt illis ſignis deputatæ. Si autem fuerit coniunctio cum ſignificatore regis, ſignificat quòd eueniet grauitas ſuper regem, ex regionibus ſupradictis. Et dixit Albumaſar, & aſpicitur uictoriæ ad ſublimationem fortitudinis malorũ in itinere ſuo. Et dixit, & quæratur in hoc teſtimonium Saturni & Iouis, ſecundum quòd patefecit in capitulo coniunctionum.

¶ Item de eodem.

Malorum coniunctio.

DIxit Albumaſar, cum unus duorum malorum fuerit iunctus alteri, fuerintq; in ſignis humanis, ſiue per corpus, ſiue per oppoſitionem, ſiue per quadratum aſpectum, iuncti fuerint ſimul. Si autem unus ex illis malis fuerit Saturnus, & fuerit fortior Marte, ſignificabit infirmitates multas & graues, & morientur ex eis quàm plures. Si autem fuerit Mars, & fuerit fortior Saturno, ſignificabit interfectiones, loco infirmitatum Saturni. Si autem unus fuerit in ſigno humano, & alter in alio, immittet quilibet impedimentum ſuper ſignificata ſigni, in quo fuerit, erit tamen minus hoc, nec refert, utrum unus uel duo ſint diurni uel nocturni, uel maſculini ſeu fœminini. Si autem fuerint recepti, minuetur eorum impedimentum ſecundum receptionem. Et dixit Albumaſar, qui infirmati fuerint in eodem anno, ſperatur eis ſalus ſiue incolumitas, præter modicos qui morientur. Si autem fuerint ipſi mali recepti, erit minus mortis, & minus interfectio. Et dixit Albumaſar, & miſcebuntur inuicem.

Qualiter aſpiciendum ſit in reuolutione anni, regi atque uulgo in corporibus.

Cap. XLVII.

Corporis ſalus.

POſtquàm aſpexiſti quid ſequatur ex coniunctione malorum cum domino anni, & cum ſignificatore regis. Reſtat nunc dicendum in iſto capitulo, qualiter aſpiciendum ſit eſſe popularium ſeu ruſticorum atque regis, in perſonis eorum. Eſſe quidem popularium ſeu ruſticorum atque regis in perſonis eorum aſpicies, ex domino anni, & ex domino aſcendentis. & uide quid ſit in aſcendente reuolutionis ex aſpectibus, utrum aſpiciant illud fortunæ ſeu mali: quoniam ſi fortunæ aſpexerint aſcendens & dominum anni, ſignificant bonum eſſe corporum ipſorum in reuolutione illa: & eo melius, ſi aſpexerint cum hoc dominũ aſcendentis, & iterum melius, ſi cum hoc aſpexerint Lunam, & adhuc perfectius, ſi fuerit ibi pars fortunæ aſpecta à fortunis. Si autem aſpexerint mali aſcendens, nec fuerint alij ſignificatores ſalui, nec bene locati, nec pars fortunæ, iudica contrarium eius quod dixi, tibi ſcilicet boni loco annuncia malum: ut ſi impedierint mali dominum anni, iudicabis impedimentum, ſecundum ſubſtantiam mali impedientis. Saturnus enim ſignificat impedimentum, ex doloribus longinquis & morte. Mars uero ſignificat impedimentum per ferrum & ignem, & interfectionem, tam in fuga quàm aliter. Eſſe aũt regis aſpicies à Sole, & à decimo, & eius domino: nec nõ et à parte fortunę & eius dño, quos ſi inueneris bene diſpoſitos in trino uel ſextili aſpectu fortunarũ, uel in quarto cum receptione,

uel

uel in corporali coniunctione ipſorum, & aſpexerint fortunæ decimam, iudica undique & ex toto incolumitatem corporis regis. Si autem inueneris contrarium, contrarium iudicabis. Et ſi inueneris ex bono eſſe minus quàm dixerim tibi, minus bonum iudicabis. Sic de de malo eſſe dicendum cenſeo. Et ſi uolueris facere Saturnũ participem in prædictis, non errabis.

Qui Planetæ ſignificent reges & regna, & de impedimentis quatuor angulorum.
Caput XLVIII.

Planetę reges ſignificantes.

INquit Albumaſar, Sol & Saturnus ſignificant reges & regna. Et dixit qualemcunque Planetam inueneris impeditum ex angulis 4. dic malum ex ſubſtantia eius. Vnde uidendum eſt tibi, ubi cadant in figura reuolutionis Sol & Luna. Nam ſi ceciderint in bonis locis à 10. & fortioribus, uel in ipſo 10. ſignificant uniuerſaliter bonum eſſe regum, & bonam diſpoſitionem regnorum. Aſpiciendi ſunt ſimiliter anguli, et eorum domini. Nam ſi inueneris angulos fortunatos, & eorum dominos, & participem fac Lunam, & partem fortunæ, quos ſi inueneris bene diſpoſitos, fortunatos ſcilicet atque fortes, annuncia uniuerſaliter bonum. Si autem inueneris eos male diſpoſitos, annũcia contrarium. Si autem inueneris aliquos ex eis bene diſpoſitos, aliquos uero male, annuncia ſecundum quod inueneris. Nam ſecundum ſignificata bene diſpoſitorum annuncia bonum: ſecundum uero male diſpoſitorum ſignificata, annuntia malum.

¶ Item de eodem ſecundum Albumaſar.

AIt Albumaſar, fortior ex regib⁹ erit rex, cuius clima & ciuitates fuerint domini anni, poſt hoc quod ſequitur per ſurreſſionem ſignorum fortitudinum, & omnis natiuitas quæ fuerit ſub eodem ſigno, aut ſub ſigno domini anni, erit fiduciabilior ad bonum, & melioris ordinis ac dignitatis apud homines, niſi ſit eius natiuitas impedita in radice. Vnde tu debes aſpicere in hora reuolutionis, ſi dominus anni fuerit ſignificator natiuitatis, uel regionis, ſeu climatis, cui præfuerit rex, quoniam ille rex cuius regnum fuerit ſub dominio domini anni, erit fortior alijs regibus, & eius regnum erit melius & durabilius, & in meliori eſſe quàm alia regna. Et qui nati fuerint in ciuitatibus, ſeu regionibus ſeu regno illo in illa reuolutione, & Luna ſit fortunata & fortis, erunt magis fortunati atque famoſiores: & magis reputabuntur quàm illi, qui nati ſunt in alijs regnis, dummodo Planeta qui fuerit ſignificator alicuius eorum, non ſit impeditus in radice natiuitatis eius. Etiam ſi pars fortunæ fuerit impedita, ſupplebit hoc quod dixi, uirem partis fortunæ. Si autem fuerit impeditus ſignificator natiuitatis alicuius eorum, non erit natus ille ita fortunatus, tamen erit minus infortunatus alijs in fortunatis, aliarum regionum.

Quando Luna uel Mercurius fuerit dominus anni, aut ſignificator regis, & aſpicitur ab infortunis quid inde ſequatur, & de parte fortunæ & eius domino. Caput XLIX.

Luna & Mercurius ſignificatores.

SI contigerit aliquando quòd Luna, uel Mercurius ſit domin⁹ anni, aut ſignificator regis, & aliquis malorum fuerit iunctus cum eo, & impedierit eum ex aſpectu uel coniunctione, debilitabitur & grauabitur eſſe anni, & uulgi ſeu popularium, ſi fuerit dominus anni. Si uero fuerit ſignificator regis, debilitabitur & grauabitur eſſe ipſius, nec poterit hoc euitari nec prohiberi, & hoc propter debilitatem illius qui fuerit ſignificator, quia non erit tantæ uirtutis, quòd poſſit à ſe expellere impedimentum ſibi illatum à malo, cum quo ipſe iungitur, niſi contra operetur pars fortunæ, ac dominus eius, operando bonum propter ſuam diſpoſitionem. Si quidem fuerint impediti, non ſignificabunt bonum ſed contrarium eius, ſecundum ſubſtantiam ſigni in quo fuerint: quia ſecundum ſignificata illius ſigni, & ſupra illa ſignificata cadet impedimentum, & dicetur tunc inimicari ſignificatori. Aſpice tunc & uide, utrum ſignificator regis committat diſpoſitionem ſeu fortitudinem ſuam ſignificatori uulgi: quoniam diſpoſitio anni, uel regis erit deterior, ſi ſignificator erit impeditus à malo, & iungitur Planetæ qui inimicatur aſcendenti et econtrario.

De commiſſione diſpoſitionis domini anni, ſignificatori regis, quid inde ſequatur.
Caput L.

Cõmiſſio diſpoſitionis.

DIxit Albumaſar, ſi dominus anni commiſerit diſpoſitionem ſuam ſignificatori regis ex quarto aſpectu, urgebit rex ruſticos in petitione ſubſtantiæ: & ob hanc cauſam intrabit ſuper eos anguſtia. Et ſi fuerit ex trino uel ſextili aſpectu, reddent cenſum, abſque ingreſſu diſtrictionis ſuper ruſticos. Et dixit quia ſi commiſerit diſpoſitionem abſque aſpectu, erit hoc abſque opere regis, & putabit rex quod hoc nõ perceperit. Et dixit, quòd ſi commiſerit ſignificator regis diſpoſitionem domino anni, extrahet rex in eodem anno ſubſtantiam. Et dixit, ſi autem aſpexerit dominus 11. ſignificatorem regis, erit hoc cum bono animo ſuo.

De coniunctione capitis Draconis cum Saturno, & de coniunctione caudæ cum Marte, & quid inde ſequatur. Caput LI.

DIxit Albumaſar, coniunctio capitis Draconis cum Saturno, ſignificat impedimẽtum ſubſtantiæ ſigni, in quo iunguntur, ſicut ſignificat eclipſis Solis & Lunæ, niſi frangatur malicia per aſpectus fortunarum. Vnde ſi coniunctus fuerit Saturnus cum Capite Draconis in Ariete, ſignificat impedimentũ uenturũ in reuolutione illa, in ouibus & ſimilibus, niſi aſpexerit eos Mars à trino uel ſextili aſpectu, & ipſe fortunatus: erit etiam nocumentum in rebus regum, niſi contra operetur ſignificator regis, uel dominus 10. domus. Si uero fuerit eorum coniunctio in Leone, erit impedimentũ in animalib⁹ ſilueſtrib⁹ uiuẽtib⁹ de raptu, et nocebit

nocebit aliquid regibus, licet non multum. Et ſi fuerit eorum coniunctio in prima medietate Sagittarij, erit impedimentum in hominibus. Si autem fueris in ultima eius medietate, erit impedimentum in animalibus magnis, ſed fortius in illis quę equitantur. Et ſi fuerit eorum coniunctio in Tauro, erit impedimentum in bobus & ſimilibus, & arboribus & herbis: & etiam lædet aliquid oues & pueros, & modica erit pluuia, & minuetur annona, niſi contra operentur Venus & Luna. Et ſi fuerit in Virgine, erit impedimentum in mulieribus, & maxime in iuuenculis, & aliquid tanget uiuos iuuenes, & minuentur ſemina, & terrę naſcentia, quę ad ſemina reducuntur. Et ſi fuerit in Capricorno, erit impedimentum in capris, & ſimilibus, et aliquid lædet terræ naſcentia, licet non tantum quantum in Virgine, & augmentabitur frigus, niſi contra operetur Mars. Si autem fuerit in Geminis, erit impedimentum in hominibus, & plus iuuenibus & adoleſcentibus, minus in his qui ſunt collectæ ætatis, & iterum minus in ſenibus, & erit ſimiliter in auibus, & flabunt uenti nocibiles. Et ſi fuerit in Libra, eſt impedimentum in hominibus, & plus in his qui ſunt collectæ ætatis, uel completæ, & mediocribus, minus in ſenibus atque adoleſcentibus, & qui ſunt à 45. infra, & flabunt uenti plures. Et ſi fuerit in Aquario, erit impedimentum in hominibus, & plus in ſenibus & utilibus, tamen minus in his qui ſunt collectæ ætatis, & iterum minus iuuenibus adoleſcentibus. Si uero fuerit eius coniunctio cum Marte in prædictis ſignis, erit impedimentum, quod ſignificauerit Mars, multum infra impedimentum Saturni, ſed erit per calorem & ſiccitatem, niſi contra operetur Iupiter uel Saturn⁹.

Si aũt fuerit eorũ coniunctio in Cancro, erit impedimentum ex locuſtis impedientibus & deuaſtantibus, in partibus in quibus fuerint, & maxime in regionibus orientalibus & calidis. & erunt pluuiæ in regionibus aptis ad hoc, plus ſolito. Et dixit Albumaſar, & augmentabunt terræ naſcentia, & terræ repentia, tam lædentia quàm non lædentia. Et ſi fuerit in Scorpione, erit impedimentum in animalibus uenenoſis, tam terreſtribus quàm aquaticis, & maxime in Scorpionibus. Et ſi fuerit in Piſce, in animalibus degentibus in aquis & maxime in his quę ſunt ad utilitatem hominum.

De coniunctione Martis & Saturni cum cauda.

Caput LII.

Coniunctio Caudæ cum Saturno & Marte.

MArs quidem cum iunctus fuerit cum cauda, ſignificat deſtructiones ac interfectionem, & famem, atq; multitudinẽ mali. Si aũt fuerit cauda iũcta cum Saturno, ſignificat famẽ & paucitatem boni, in quocunq; ſigno fuerit, & deſtructiones graues ac frigus & timores maximos, ac deſtructionem meſſium, et ſuperfluitatem mali, & erit hoc in ea parte in qua fuerint.

De coniunctione duorum malorum, Saturni ſcilicet & Martis, cum aliquo Planeta in gradu exaltationis ſuæ, quid inde ſequatur.

Cap. LIII.

Saturni cõiunctio cum alio in exaltatione ſua.

DIxit Albumaſar, aſpice in reuolutione anni coniunctionem malorum, ſcilicet Saturni & Martis, utrum iungantur cum aliquo Planeta qui ſit in gradu exaltationis ſuæ, per aſpectum: & eo deterius ſi per quadratum uel per oppoſitionem. Nam ſi fuerit Saturnus, ſignificat malum, & deſtructionem in regione deputata illi Planetæ. Et ſi fuerit aſpectus Saturni de ſigno fixo, prolongabitur illud ſignificatum, ſecundum quantitatem graduum, qui fuerint inter corpora eorum ad annos, uel mẽſes, uel hebdomadas, ſeu dies. Nã ſi fuerit ſignificatum quod debeat perfici infra annum quem reuoluis, ſignificabit ſecundum numerum graduũ menſes. Si autem fuerit ſignificatum tranſgrediens illum annum, ſeu reuolutionem illam, prolongabitur ad annos. Si autem fuerit de ſigno mobili, ſignificabit ſecundum numerum graduum dies. Et ſi non fuerit perfectum in tot diebus, ſignificabit hebdomadas. Et ſi fuerit de ſigno communi, erunt hebdomadæ. Et ſi non fuerit completum in tot hebdomadis, ſignificabit mẽſes. Si autem non aſpexerit eum Saturnus, ſed tranſtulerit aliquis Planeta lumen eorum inter eos, ſignificabit euentum rerum diſplicibilium ſuper homines regionis illius Planetæ aut ſuperueniet eis deſtructio ac detrimentum, à gentibus quæ nõ erunt de regione illa. Si autem nõ tranſtulerit aliquis Planeta lumen inter eos, & tetigerint radij Saturni, radios Planetæ exiſtentis in exaltatione ſua, uel Planetæ qui eſſet aptus poſſe transferre lumen inter eos, intrabit ſuper homines illius regionis triſticia & mœror, quę nõ oportebit eos timere: ſoluetur enim timor, & non perueniet in actum nutu Dei. Si autem fuerit de aſpectu Martis, ſicut dixi de aſpectu Saturni: & eo deterius ſi fuerit quadratus, uel oppoſitus, accident prædicta, ſicut dixi de Saturno, ſimili modo & ſimilib⁹ de cauſis & plus, quia Mars perficiet accidentia, quæ ſignificauerit per ferrum et ignem, & effuſionem ſanguinis.

Martis coniunctio.

De domino quartæ, ſi fuerit hora reuolutionis in domo peregrinationis, quid ſignificet.

Cap. LIIII.

De incarceratis.

SI fuerint incarcerati hora reuolutionis in ciuitate, ſeu regione in qua fueris, ſicut aliquando contingere cõſueuit, & uolueris ſcire quid inde futurum ſit in illa reuolutione. Aſpice dominum quartæ ab aſcendente, & uide, utrum ipſe ſit in nona, quoniam ſi fuerit in ea, ſignificat peregrinationem illorum qui fuerint in carceribus in ciuitate, uel regione in qua reuoluis, & exitũ à ſuis carceribus in reuolutione illa: & accidet hoc eis, abſque licentia, & uoluntate regis, uel poteſtatis, uel aliorum qui præfuerint illi regioni: hoc dico, niſi ſignificator regis aſpiciat dominum quartæ, à trino uel ſextili aſpectu: quoniam tunc erit de ipſius uoluntate. Si autem fuerit ex quarto aſpectu, ſeu oppoſitione, tunc exibunt non ſolum ſine ipſius licentia, ſed etiam contra ipſius uoluntatem, & mandatum. Et ſi fuerit ſignificator regis ſeu præſidis in nono, & dominus quartæ commiſerit ei diſpoſitionem ſuam, ſignificat quòd ipſe idem rex uel præſes, educet uinctos de carceribus propria ſua uoluntate. Et ſi dominus nonæ non receperit diſpoſitionem

à domino quartæ in nona, ſignificat quòd inimicus regis ſeu præſidis, educet incarceratos de carceribus. Er dixit Albumaſar, commiſce coniunctionem Planetarum adinuicem, & iudica ſecundum commixtionem eorum.

Quid ſignificet, quando unus Planetarum committit diſpoſitionem ſuam alteri, in reuolutione.

Caput LV.

Diſpoſitionis commiſſio.

VIdebis etiam utrum aliquis Planetarũ, committat diſpoſitionem ſuam alteri in commiſſione. Nam ſi commiſerit ſignificator regis diſpoſitionẽ ſuam Saturno, inuenient religioſi religiones ſuas ſeruantes, & ſenes & decrepiti, & grauibus operibus utentes à rege bonum. & expendetur rex in ædificijs religioſorũ, etiam in ſuis proprijs. Et ſi fuerit Saturnus, tunc ſupra terram ædificabit ædificiũ regium. Et ſi fuerit ſub terra, ædificabit canales & puteos, atque aquæductus, & populabit terras, & eo plus ſi fuerit in aſcendente circa finem eius, potius uel in tertio uel in nono, & ſollicitabitur in operibus grauibus. Et ſi commiſerit eam Ioui, adipiſcentur ciues nobiles & magnates & uiri periti, famoſi, & epiſcopi & ſimiles, à rege bonum. Et ſi commiſerit eam Marti, adipiſcentur milites bellicoſi & portatores armorum, & duces exercituum, & tractores bellorum, à rege bonum, & honorificabuntur ab eo, & audiet eos & appropinquabit eos ſibi. Et ſi commiſerit eam Soli, inuenient propinqui regis ab eo bonum, & maxime qui ſunt apti regno. Et ſi commiſerit eam Veneri, inuenient mulieres, & omnes quorum Venus fuerit ſignificatrix, à rege bonum, & domeſticabitur eis. Et ſi commiſerit eam Mercurio, tunc ſignificat quòd ſapientes, ſeu conſiliarij rei regiæ, ſcribæ, ſculptores, pictores inuenient in eodem anno ſeu reuolutione à rege bonum, utile atque gratiam, & audiet eos, atq; domeſticabitur eis. Si autem commiſerit eam Lunæ, ſignificat quòd illi qui ſignificantur per illum Planetam cui coniungitur, & cui ipſa deſert diſpoſitionem, inuenient à rege bonum, & nautæ ſimiliter. Idem dicas de domino noni: quòd ſi commiſerit diſpoſitionem ſuam prædictus Planetis in reuolutione, inuenient prædictæ perſonæ à papa, ſiue ab alijs epiſcopis & ſimilibus, ſecundum quòd dictum eſt de ſignificatore regis & rege.

Quando aliquis Planeta fuerit dominus anni, quid ſignificet in quolibet ſigno, & in qualibet triplicitate, & primo de Saturno.

Caput LVI.

Varietas Planetarum in ſignificando.

LIcet Saturnus ſit naturaliter malus: tamẽ per accidens poteſt aliquando ſignificare bonũ, & fortunam, ita & quilibet malus: ſic etiam & fortuna, licet naturaliter habeat ſignificare bonũ: tamẽ per accidens, poteſt aliquãdo ſignificare malum. Malus igitur per naturã ſuam, ſignificat malum & impedimentum. & ſi iungatur cum altero malo, uel aſpexerit eum ex aliquo aſpectu, & ipſe impeditus fuerit, impediet eum. Si autem fuerit liber ab impedimentis & bene diſpoſitus, iunctusq;

Vulgi ſubſtantia.

fuerit ei ex trino uel ſextili aſpectu, non impediet eum, ſed ſignificabit adaptationẽ ad bonũ. Similiter ſi fortuna fuerit impedita & debilis, debilitat ſignificatum ſuum. Vnde ſi aſpexerit eum tunc aliquis malus impeditus, uel alius qui ſit mali eſſe, accipiet ille maliciam eius, & ſignificabit malum, & impedimentum, & erit impedimentum ſecundum naturam mali impedientis fortunam illam. Poſtquam ergo inueniſti dominum anni, & ſignificatorem popularium ſeu ruſticorum, & fuerit in Ariete, uel Leone, ſeu Sagittario, ſignificat apparitionẽ rerum, de quibus mirati erunt homines in ciuitatibus, atque regionibus ſeu terris quibus præfuerit ſignum, & maxime in partibus orientalibus: & erit hoc magis ſuper diuitibus et magnatibus ac potentibus excedentibus cõmunes magnates ſeu nobiles: & hæc fient per homines ſagaces & ingenioſos, & occultantes ſua, & ſimilia, & ſilentes illa. Et oſtendentur ſigna & prodigia miranda, & hoc ſub ſpecie pulchræ apparitionis & hypocriſis. Videbis tunc utrum ſit fortuna uel infortuna, ille qui præfuerit reuolutioni. Si quidem fuerit infortuna, & fuerit Saturnus, & ipſe liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, ſignificat bonum eſſe, atque bonam diſpoſitionem ſuorum ſignificatorum. Si autem fuerit impeditus & mali eſſe, in hora reuolutionis, ſignificat impedimentum & malam diſpoſitionem omnium ſuorum ſignificatorum, & quæ ſunt in eius diuiſione, quæ ſignificata ſunt diuites, antiqui, religioſi, regulares, Iudæi, agricolæ, ſenes & decrepiti, & ſimiles: orientũ diſcordiæ inter homines: & abundabunt etiam mendacia, & blaſphemabunt ſe inuicem. Et ſi fuerit Saturnus boni eſſe, ac bene diſpoſitꝰ, in loco in quo ipſe tunc fuerit, ſignificabit patientiam & ſubtilitatem, & inquiſitionem rerum uniuerſalium, tam nobilium quàm popularium in anno illo. Et ſignificat, quòd obedient ruſtici dominis ſuis ſeu regibus, & humiliabuntur eis, & ſublimabitur imperium, ſiue regnum, ſeu dominium regionis, in qua reuolueris annum: & augmentabitur eius fama & nomen. Et ſi fuerit Saturnus mali eſſe, fueritq; minatus malum ſiue impedimentum in reuolutione illa, & aſpexerit eum Iupiter à trino uel ſextili aſpectu, & ipſe liber, fortunatus ſcilicet atq; fortis, frangit malitiam Saturni, & tollit eam, nec ſinit eam nocere uel impedire. Si autem aſpexerit eum Sol à trino uel ſextili aſpectu, nec fuerit cadens ab aſcendente, uel ab angulo, præterquam à decima: nec fuerit aliter infortunatus, frangit tres partes maliciæ Saturni. Si autem aſpexerit eum alia fortuna, & ipſa fortunata & fortis à dictis aſpectibus: uel Iupiter à quarto aſpectu, frangit & tollit medietatẽ maliciæ Saturni. Ab alijs autem aſpectibus, minuit fortuna maliciã Saturni, ſecundũ quòd fuerit eius eſſe. Si autem nõ aſpexerit fortuna, quæ tollat uel minuat maliciam Saturni, ſignificat mortem diuitũ & magnatum, & eorum inuidiam ad inuicem inter ſe, atque accuſationes, & negligentias eorum, & odium popularium aduerſus eos, & eorum ſubditorum: ſignificat etiam mortem cauſa aquarum, & impedimentum atque timorem, & mortem in terra ſeu regione quæ ſignificatur per ſignum, in quo ipſe tunc fuerit. At ſi fuerit orientalis, in ſuo

Significationes domini anni in ſignis.

lumine

lumine directus, uelox curſu, uel in aliqua ſuarum dignitatum, uel in dignitate alicuius Planetæ, qui amicetur ei, ſicut ſunt Iupiter, & ambo luminaria, & iungatur ei & recipiat eum: fueritq; in bono loco ab aſcendente, & in ſuo Ayz ſignificat quòd homines ſtudebunt in anno ſeu reuolutione illa in diſpoſitione grauium operum & laborioſorum, ut ſunt labores aquarũ: plantationes arborum aggregationes & eleuationes nemorum: & populationes terrarum, & earum cultus: ædificationes ciuitatum atque caſtrorum & domorum ſeu palatiorum, & his ſimilium.

De corporali coniunctione Saturni & Iouis.
Caput LVII.

Saturni & Iouis coniunctio.

QVod ſi fuerit ei Iupiter corporaliter iunctus, erũt opera quæ faciunt homines cum ſilentio, & operabuntur per modum religionis, & cum apparitione fidei, & obſeruatione præceptorum iuſticiæ. Si autem aſpexerit eum à trino, uel ſextili aſpectu & eo melius ſi fuerit cũ receptione, ſignificat quòd ſuperuenient dominationes regibus & magnatibus, qui fuerint in regionibus, quibus præeſt ſignum in quo fuerit tunc Iupiter, & res de quibus gaudebunt. Si autem aſpexerit eum ex oppoſitione, ſignificat quòd accidet ei contrarium, de hoc quod dixi: quoniam ſignificat quòd euenient ad reges uel diuites ſiue magnates, qui ſunt in diuiſione ſigni, in quo fuerit Saturnus, contentiones bellorum ex ipſius regionibus, quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo fuerit Iupiter à regibus, ſiue magnatibus, ſeu diuitibus earum regionum. Et dixit Albumaſar, & erit hoc ſecundum quantitatem graduum, qui fuerint inter Saturnum & Iouem, & locum coniunctionis, uſq; in hora qua fuerit bellum & contrarietas. Et dixit, & ſi fuerit aſpectus Iouis ad Saturnum ex quarto aſpectu, erit in loco bellorum diuerſitas inter eos, in rebus quæ fuerint in diuiſione Saturni. Et ſi fuerit Saturnus in Tauro, uel Leone, uel Sagittario, aut Piſcibus, aut etiam in Ariete, & aſpexerit eum Iupiter, ſignificat augmentationem bonorum diuitum & magnatum, atque nobilium in eo anno. Et ſi fuerit aſpectus trinus, uel ſextilis, & fuerit in bono loco ab aſcendente, ſignificat quòd euenient ruſticis ſeu popularibus, à nobilibus ſeu magnatibus, bonum & gaudium, & quod eis placebit.

Quando Mars fuerit iunctus Saturno in reuolutione, & ipſe boni eſſe, quid ſignificet.
Caput LVIII.

Mars Saturno iunctus.

ET ſi fuerit Saturnus dominus anni ſeu reuolutionis: fueritq; boni eſſe, ſimiliter & Mars, & aſpexerit eum à trino uel ſextili aſpectu, & uterque receperit alium de domo, uel de exaltatione, uel de duabus alijs dignitatibus: uel fuerint ambo recepti ab uno Planeta, ſignificat quòd in eodem anno augebitur ſubſtantia popularium, ſeu uulgi ſiue ruſticorum, & eorum honor & fama commiſcebuntur magnatibus & diuitibus. Si aũt aſpexerit eum Mars, uel corporaliter fuerit ei iunctus, & ipſe mali eſſe, ſignificat diminutionem ſtatus diuitum ac magnatum, in reuolutione illa, qui fuerint in diuiſione Arietis ſeu Leonis, uel Sagittarij, in breui abſq; dilatione magna: & qui fuerint in diuiſione ſigni, in quo fuerit uterq; eorum, inuicẽ male ſe habebunt ciues illarum regionum, & pauca erit inter eos pietas, & nulla miſericordia. Sed ſi fuerit aſpectus eorum trinus uel ſextilis, ſignificat quòd euenient ad nobiles ſiue diuites ſeu magnates, qui ſunt in diuiſione Arietis, Leonis atq; Sagittarij donationes, & ſimiliter de quibus gaudebunt & lætabuntur à ciuibus, qui fuerint in diuiſione ſigni, in quo fuerit Mars. Erunt etiam & alij habitatores illarum regionum boni eſſe, & euenient eis placibilia ex ipſis regionibus, qui fuerint in diuiſione ſigni, in quo fuerit Mars. Si autem fuerit ex oppoſitione uel quarto aſpectu, ſine receptione, ſignificat eius contrariũ, eius quod dictum eſt. Nam loco donationum, et aliorum placibilium, uenient mala, iniuriæ, rixæ, contentiones atque contrarietates, inter diuites ſeu nobiles atq; magnates regionũ, quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo fuerit Mars, & diuites atq; magnates regionum prædictarum. Inſurgent enim in eos ex guerris, & nitentur contra eos, ut expellãt eos de ſuis ciuitatibus atq; regionibus, nec remanebit hoc per eos: & abſcindent uiæ inter eos, nec permittent res portari de regionib9 illis ad illas: etiam uniuerſitas ciuium in regionibus, quæ fuerint in diuiſione ſigni, in quo fuerit Mars, nitet in læſione & offenſione ciuium aliarũ regionum prædictarũ. Et ſi fuerit Mars corporaliter iunctus cum Saturno, ſignificat bellum, & effuſionem ſanguinum, ac multitudinem febrium: ſignificat etiam febres quartanas, & peſtilentias in partibus orientalibus, & ſignificabit iuuenes, & cadet inter diuites ac magnates guerra, atq; mutua interfectio ex ferro. Et dixit Albumaſar, grauabitur annona, & uinum, et multiplicabitur butyrum. Et dixit, quòd ſi fuerit Mars prope aſcendens anni, erunt guerræ multæ, & erunt dolores oculorum, infirmitateſq; inſeparabiles: & multiplicabũtur tonitrua, & erit detrimentũ in terra ex omni ſpecie, niſi contra operent Iupiter & Venus, qui ſi aſpexerint eos, frangent maliciã eorũ: & ſolus Iupiter poteſt frangere maliciam utriuſque & reducere rem ad bonũ.

Quando Sol fuerit iunctus Saturno in reuolutione, & ipſi ambo fuerint boni eſſe. Cap. LIX.

Sol iunctus Saturno.

SI autem fuerit Saturnus dominus anni ſeu reuolutionis, iunctuſq; fuerit ei Sol, & ambo fuerint boni eſſe, ſignificat quòd erunt diuites ſeu magnates illius regiõis exercẽtes opera ſua, in petitione regni, atq; ſublimis & ſpecioſi magiſterij, ſpectantis ad nobiles ſeu magnates: et hoc etiam in parte declinante ad latus honeſtatis & placabilitatis altiſſimi. Si uero fuerit aſpectus trinus aut ſextilis, uenient donationes illis, qui fuerint in diuiſione ſigni, in quo fuerit Sol. Et dixit Albumaſar, & afferetur ex his partibus bonum, & res uenales: & erunt res delatæ de illis, quæ ſignificãtur per Solem, augmentabuntur hilaritates hominum, & eorum dignitates. Si autem fuerit aſpectus per oppoſitionem, uenient in loco donationum rixæ & bellum, & contrarietas, nec deferentur res uenales ab

una

una ex illis regionibus ad aliam: eritq; contrarium eius quod dictũ eſt ueniet enim rumores praui, & terribiles loco priorum lætificantium. Si quidem fuerit aſpectus quartus dixit Albumaſar, nõ erunt bella, nec multiplicabuntur guerræ. ſed erunt rixæ atq; diſcordiæ inter diuites ac magnates.

Cum Venus fuerit iuncta Saturno in reuolutione, & ipſi boni eſſe.
Cap. LX.

Venus iuncta Saturno.

CVmq; Saturnus fuerit dominus anni ſeu reuolutionis, fueritq; ſibi iuncta Venus, ſignificat petitionem rerum uenerearum, ut ſunt ludi, delectationes, cãtilenæ, quietudines, res cultus uenerei, & ſimilia in quibus homines delectantur: & quód ruſtici commiſcebuntur cum diuitibus à principio reuolutionis, ſed nõ perſeuerabit eorum domeſticitas. Si autem aſpexerit eum Venus ex trino, uel ſextili aſpectu, uenient diuitibus qui fuerint in diuiſione ſigni, in quo fuerit Saturnus, donationes atq; domeſticitates ex ciuibus, qui ſunt in ciuitatibus, quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo fuerit Venus, & uenient eis placibilia, & erit quod afferetur eis, de natura Veneris. Et dixit Albumaſar, ſi autem aſpexerit eum ex oppoſitione, erunt in loco donationum & rerum placibilium, bella & contrarietates, & pergent ipſi diuites ad bellum horum diuitum: & abſcindetur quod afferebatur ex ipſis ciuitatibus & minuentur ſubſtantiæ ex ipſis partibus. Et dixit, frangentur cenſus, & uenient rumores mali, & conuertetur eſſe bonum in malum, & rixam atq; mœrorem, & triſtitiam. Et radix omnium iſtorum erit ex mulieribus, & cauſa mulierum, & rebus uenereis, & erunt homines honeſtiores ſolito: & eo magis ſi Saturnus receperit eam, & reuolutio fuerit in nocte. Si autem aſpexerit eum ex quarto aſpectu, dixit Albumaſar, quód non erunt guerræ apparentes: ſed erit diuerſitas in rebus inter diuites & populares. & erunt diſſentiones & diſcordiæ ferociſſimæ, inter ciues illarum ciuitatum ſeu regionũ, tales quód ſi pater eſſet ciuis unius illarum ciuitatum, quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo fuerit Saturnus, & filius fuerit ciuis unius illarum, quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo fuerit Venus, non concordabunt in his quæ habuerint facere. ſimiliter etiam in proprijs negocijs rixantur & contendant, & narrant ſua negocia coram alijs & inter ſe.

De Mercurio cum fuerit iunctus Saturno in reuolutione, & ipſi boni eſſe.
Caput LXI.

Mercurius cum Saturno.

SI autem fuerit Saturnus dominus anni ſeu reuolutionis, fueritq; ſibi iunctus Mercurius, ſignificat quód erunt homines, & maxime diuites & magnates, uoluntarij in acquiſitione ſimulationis, & facũditatis locutionis atq; philoſophiæ, & Aſtronomiæ, & medicinæ atq; dialecticæ. Similiter & qui fuerit ſub tali figura natus, ſtudebit in his & fœcundabitur & proficiet in eis. Et dixit Albumaſar, & erit apparitio horum in hoc tempore, in diuitibus & ciuibus regionum, quæ ſunt in diuiſione eius. Et ſi aſpexerit eum Mercurius ex trino, uel ſextili aſpectu, ueniet ſuper diuites ex eis omne bonum: & afferentur merces uenales eis: & multiplicabuntur ſubſtantiæ, & cenſus ex eis: & laudabitur hoc in ciuitatibus quæ ſunt in diuiſione Saturni atq; ſigni, in quo ipſe fuerit & erunt ut plurimum merces prædictæ Mercuriales: & erunt firmi & ſtabiles in ſuis cõſilijs. Si autem aſpexerit eum ex oppoſitione, erunt in loco donationum & domeſticitatum contrarietates, & bellum: & pergent hi diuites in contrariũ illorum, ut expugnent eos, & debellent & expellant eos de proprijs habitaculis: & abſcindetur quicquid afferebatur ab eis ad eos ex bono: & minuetur ſubſtantia ex eiſdem partibus: & frangetur cenſus: & audiẽtur rumores mali. & occultabitur bonum: & apparebit malum ex illis ciuitatibus: & eo fortius ſi Mercurius fuerit impeditus ab infortunis, uel habuerit aliquam commixtionem cum eis. Si autem fuerit fortunatus à fortunis, tunc impediet minus, ſed non tollet impedimentum oppoſitionis. Si uero fuerit aſpectus quartus, erit infra hoc, nec apparebit bellum: erit tamen diuerſitas inter hos diuites ſeu magnates, & inter diuites & ruſticos. Et dixit Albumaſar, cauſa huius rei erit res Mercurialis, prout ipſe expoſuit hoc, in libro maiori, ſecundum quód ipſe idem teſtatur. Intellige hoc, & ſerua in mente tua.

De coniunctione Lunæ cum Saturno in reuolutione, & ipſi ambo boni eſſe.
Cap. LXII.

Luna Saturno iuncta.

SI quidem Saturnus fuerit dominus anni ſeu reuolutionis: fueritq; Luna iuncta ſibi, erit apparitio legatorum, & rumorum, & exploratorum, & conſtitutio rerum gloriantium: & erit hoc in diuitibus & magnatibus, & etiam in popularibus: & uolent æquiparari magnatibus in reuolutione illa. Et ſi aſpexerit tunc Luna Saturnum à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat quód aduenient ad magnates ſeu nobiles, qui ſunt in diuiſione ſigni, in quo eſt Luna, donationes & res de quibus gaudebunt: & afferentur ex ipſis ciuitatibus res uenales atq; ſubſtantiæ & multiplicabitur eorum cenſus ex eis. Et dixit Albumaſar, & deferentur res illæ ad diuites, qui ſunt in diuiſione ſigni in quo eſt Saturnus, & erunt res lunares ut plurimum, & proficient homines ex plantationibus. Et dixit, & ſi fuerit aſpectus Lunæ & Saturni ex oppoſitione, erit contrarium eius quod dictum eſt erunt enim in loco donationum & bonorum, contrarietas & bella: & ibunt hi diuites ſcilicet, qui fuerint in diuiſione ſigni, in quo eſt Luna in damnum & debilitationem illorum: & tolletur quod deferebatur ab illis partibus ad iſtas. & frangetur cenſus & abſcindentur uiæ mercationum: & ſurgent & apparebunt rumores mali: & tolletur bonum, & uertetur in malum. Et ſi fuerit aſpectus Lunæ ad Saturnum quadratus, ſignificabit quód non apparebit bellum: erit tamen inter diuites & magnates, & ruſticos ſeu populares contrarietas, & etiam inter propinquos cauſa rerum Lunarum.

Quid ſignificet Saturnus in unoquoq; ſigno, & in unaquaque triplicitate, & in unaquaque domo, ſiue fuerit dominus anni, ſiue non.
Cap. LXIII.

Saturnus in Ariete.

CVm Saturnus fuerit dominus anni, fueritq; in Ariete uel eius triplicitate, ſignificat grauitatem rerum magnatum & nobilium, qui fuerint in partibus orientalibus: ſed in Ariete præcipue.

♈ Vnde cum fuerit in Ariete, ſignificat multitudinem uentorũ, & mortem mulierum deprecationis, ſeu ad religiones pertinentium, & hoc in partibus Thoracey & Ataroc: paucitatem quoq; annonę atq; uini, & butiri, & etiã unguentorũ atq; pinguedinũ. Si quidem fuerit impeditus, ſignificat multitudinẽ latronũ, & abſciſorũ uiarum, & tribulationes multas in reuolutione illa. Et ſi fuerit ſolus ſignificator, & fuerit cadens ab aſcendente non aſpiciens illud, fueritq; directus, ſignificat quòd intrabit diſtrictio & anguſtia ſuper nobiles. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit retrogradus, deſtruet domos ſubſtantiarũ & earum archas: & eo grauius, ſi reciperet diſpoſitionem Martis: quoniã tũc ſignificat frigus graue, atq; mortem animaliũ, cum hoc quod dixit ex guerris & bellis. Si autem non aſpexerit Martẽ, erit frigus hyemis graue, ſecundum diſpoſitionem illius regionis, & morientur in ea animalia. Et dixit, ſi nõ fuerit retrogradus, ſignificat quòd erit cõtentio inter negociatores, & deprædationes & malum, & eo fortius, ſi aſpexerit eum Mars ex angulo. Si autẽ aſpexerit eum à cadenti, minuetur impedimentum, immo quaſi penitus tolletur. Et dixit Meſſala, ſi fuerit directus in angulo, ſignificat multas pluuias, & contentiones diuitum: & eo fortius, ſi receperit dominium Martis & eius fortitudinẽ, ſignificat enim tunc quòd ruſtici ſeu populares contendent cum rege. Et ſi fuerit retrogradus, grauabitur eſſe hominum. Et dixit, ſi receperit diſpoſitionem à Marte, & à Luna ſimul ſignificat graue frigus, & mortem animalium, & bella, & guerras.

♄ Saturnus in ſigno fixo.

Attende in reuolutionibus annorum mundi, ſi fuerit Saturnus in ſigno fixo: quoniam habet tunc ſignificare mortalitatem, & terræ naſcentium penuriam, atq; diminutionem. Sed in Leone fortius ac durius, & durabilius quàm in aliis. In Scorpione uero minus quàm in Leone. In Tauro minus quàm in Scorpione. In Aquario minus quàm in Tauro. Et quantumcunq; fuerit peius diſpoſitus tantum, magis augmentabitur malitia ipſius. Et eo fortius, ſi iuuerit eum Mars, niſi contrà operetur Iupiter, qui habet eius malitiã diminuere ſecundum ſui diſpoſitionem. Si uero fuerit eius latitudo ſeptentrionalis, ſignificat corruptionem aeris, & eius groſſitudinem ac tenebroſitatem, in temporibus debitis ac conſuetis plus ſolito. Si uero fuerit eius latitudo meridiana ſignificat grauitatem frigoris, ac multitudinem gelu, in temporibus ſuis. Et ſi fuerit orientalis ſignificat mœrores & triſtitias diuitum ſeu magnatum, & eorum cogitationes & uidetur quòd accidat hoc eis cauſa gelu. Si autem fuerit occidentalis, ſignificat terræmotum uenturum in anno illo & hoc percipies ex quantitate graduum qui fuerint: & ſignificat maxime in partibus orientalibus. eſt tamen, ubicunq; reuolueris annum & inueneris ſic aliquid, timendum: ſed ſi fuerit orientalis erit hoc minus: & iterum minus ſi fuerit fortunatus & fortis. Si autem contigerit eſſe retrogradum, erit ualde deterius.

De Leone. *Caput* LXIIII.

Saturnus in Leone.

SCito ſi fuerit in Leone, fueritq; latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem pluuiarum, & corruptionem rerum magnatum ac popularium, & deſtructionem acquiſitionis negociatorum. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat infirmitates uenturas ruſticis, & uilibus perſonis.

Si autem fuerit occidentalis, ſignificat peſtilentias, quæ uenient in terra & mortalitatem. Si quidem fuerit retrogradus, ſignificat grauitates uenturas ex accidentibus, quæ ueniẽt hominibus, & quòd prolongabuntur & erunt durabiles. Si autem fuerit directus ſignificat leuitatem eorum.

De Sagittario. *Caput* LXV.

Saturnus in Sagittario.

ET ſi fuerit in Sagittario, & fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem aquarum fortium, & frigus hyemis. Et dixit Albumaſar, & ſi fuerit orientalis, ſignificat proximitatem diuitum de regionibus ſuis. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat guerras inter homines nobiles ſcilicet, atq; magnates, & cadent inter eos diſcordiæ. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat grauitatem in rebus, atq; in bonis hominum, & guerras atq; bella inter eos. Et ſi fuerit directus, ſignificat proſperitatem peregrinantium per terram & per aquam.

De Tauro & eius triplicitate.
Caput LXVI.

♉ SI autem fuerit in Tauro, & eius triplicitate, ſignificat impedimentũ diuitum & magnatũ: & erit hoc in partibus meridianis in diuiſione ſigni, in quo fuerit Saturnus, ſed in Tauro præcipue. Vnde cum fuerit in Tauro, fueritq; in angulo directus, ſignificat contentiones & bella, ſimiliter quadrupedũ, & ſpecialiter boum atq; uaccarũ, & maxime in terra deputata ſigno, in quo ipſe fuerit. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit in ſigno terreo, ſignificat deſtructionem eorum quæ ſunt ex eius ſeminibus, ſcilicet penuriam arborum, atq; detrimentum ex uermibus, qui cadent in eis atq; locuſtas. Et dixit, erunt tribulationes & iniuriæ, & tremores, & terræmotus: & ciuitatũ deſtructiones, & uillarũ ac domorum. Præterea cum fuerit Saturnus in reuolutionis hora in Tauro, qualecunq; aſcendens fuerit, uel in Leone, uel in Scorpione, uel in Aquario ſignificat guerras & famem, ſeu terræ naſcẽtium cariſtiam. Et ſi fuerit impeditus, ſignificat cum hoc mortalitatem, & timebitur ſuper magnates in reuolutione illa & erit hoc deterius & fortius in Leone, quàm in Tauro: in Tauro fortius quàm in Scorpione: in Scorpione fortius quàm in Aquario, in quo accident iſta minus quàm in aliquo aliorum. Et ſi iunctus fuerit ei Mars, & Luna iungat eis, & maxime Saturno in latitudine, in quocunq; ſigno fuerit

hoc,

hoc, uel à quocunque, uel qualecunque fuerit aſcendens, ſignificat famem atque mortalitatem. Si uero Marti iungatur, ſignificat detrimentum regum ac eorum mutationes, & prælia in partibus illius ſigni, in quo cōiunctio fuerit deputata. multaq; ſanguinibus effuſiones mutationes & prælia. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat cum hoc deſtructionem meſſiū & ſignificat etiam bella in multis regionib⁹ ſeu terris & partibus, maxime orientis, ac meridiei plus quàm in alijs partibus: & eo grauius ſi fuerit tunc in decima, quoniā erit malum magis uniuerſale: & erunt impedimenta in pueris atq; iuuenibus.

Et dixit Albumaſar, ſi fuerit in his ſignis remotus ab angulo, & aſpexerit aſcendens, fueritq; directus, erit quod dixit in hoc capitulo infra, quod erat. Saturnus in tertio ab eo ſignificat mortem regis, per teſtimonium rei annorum. Et dixit Meſſala, deſtruet ſemina, & paucæ erunt meſſes. Si autem non aſpexerit aſcendens, erit malum minus. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat deſtructionem ſeminum: & modica erit meſſis: & timetur ſuper iuuenes in anno illo. Et ſi fuerit cadens ab aſcendente, non aſpiciens illud, fueritq; directus, nec aſpexerit eum Mars, nec aſcendens, ſignificat diminutionem prędictorum malorum, quoniam non poterit tunc multum nocere, niſi contra operetur Mars. Et ſi fuerit retrogradus, & impedierit eum Mars, ſignificat deſtructionem meſſium, & mortalitatem in terris quibus præfuerit ſignum, in quo ipſe fuerit tunc.

Cum Luna fuerit paſſa eclipſim. Caput LXVII.

Lunæ eclipſis, Saturno in Tauro exiſtente.

ET ſi Luna fuerit in tempore illo paſſa eclipſim, ſignificat interfectionem in partibus orientis, occidentis, & etiam meridianis. & ſignificat niues atq; pluuias in terris in quibus conſuetum eſt pluere. In alijs uero alterationem aeris. Significat equidem abundantiā ſeminum ſeu meſſium, & repentium, & interitum boum & uaccarū: & paucum erit uinum atq; butirum, in partibus occidentis. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat bonitatem aeris, & eius pulchritudinē atq; bonitatem cōplexionis eius. Significabit etiam pluuias utiles & proficuas, nec lædentes ſemina & ſimilia, ſed iuuantes illa: eritq; terræ naſcentium forum mediocre, & etiam aliarum rerum, licet nō ſit penitus. Si autem fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat peſtilentias, mortalitates, tremores atq; cōmixtiones, cum corruptione aeris, & eius deterioratione atq; paucitate bonitatis eius. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat multitudinem pluuiarum, uel infirmitates illa de cauſa. At ſi fuerit occidentalis, ſignificat timorem diuitum & magnatū, ſeu nobilium, cauſa ruſticorum ſeu popularium, & commixtionem rerum eorum. Si autem fuerit retrogradus, ſignificat mortem, & magnatum & nobilium, & multitudinem tremoris & anguſtiarum inter homines. Si uero fuerit directus, ſignificat infirmitates longinquas, accidentes in ſuperioribus partibus hominum.

De Virgine. Cap. LXVIII.

Saturnus in Virgine.

SIquidem fuerit Saturnus in Virgine, & fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat bonitatem uentorum, & eorum ſuauitatem, & eorum fortificationem, in temporibus meſſium & ſerentium. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat paucitatem pluuiarum, & conſumptionem aquarum fontium. Si autem fuerit orientalis, ſignificat quòd mulieres quæ prægnatæ fuerint, in illo anno abortient cauſa uentorum: & etiam cauſa concubitus poſt prægnationem. Sed ſi fuerit occidentalis, ſignificat febres feſtinas in illo anno, & terribiles atq; tremores. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat timorem regis illius regionis ex inimicis ſuis, ne ueniant in eius contrarium ſuper eum. Si quidem fuerit directus, ſignificat illi regi adeptionem de inimicis ſuis, & fortitudinem ipſius contra eos.

De Capricorno. Caput LXIX.

Saturnus in Capricorno.

CVm uero fuerit in Capricorno, fueritq; latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat bonam diſpoſitionem aeris, atq; mediocritatem pluuiarum. Si autem fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat tenebroſitatem aeris in hyeme, & nebuloſitatem, & frigus. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat malum eſſe magnatum atq; nobilium in illa reuolutione, & ipſorum terrorem, & quòd non bene ſe habebunt cum ruſticis ſeu popularibus. & quòd male participabunt inſimul. Si uero fuerit occidentalis, ſignificat multitudinem locuſtarum in regionibus cōſuetis, & magnum calorem, lædentem & deuaſtantem meſſes. Verum ſi fuerit retrogradus, ſignificat quòd ruſtici ſeu populares commiſcentur, & iraſcentur inuicem. Si autem fuerit directus, ſignificat bonam diſpoſitionem diuitum & magnatum ſeu nobilium: & quòd bene ſe habebūt erga quoſlibet & inter ſe: & quòd diligent iuſtitiam & rectitudinem, atque manſuetudinem, & exercebunt eam.

De Geminis & eius triplicitate, cum fuerit in ea Saturnus. Cap. LXX.

♊ Saturnus in Geminis.

SIquidem fuerit in Geminis uel eius triplicitate, ſignificat quòd quicquid ſignificauerit ſiue bonum ſit ſignificatum illud, ſiue malum, ut plurimum apparebit occidentalibus. Sed ſi fuerit in Geminis fueritq; in angulo directus, ſignificat grauitatem uentorum ſeptentrionalium, atque frigoris hyemis illius anni. Et dixit Albumaſar, erit detrimentum & diminutio in auibus, & accident hominibus infirmitates de frigido & ſicco, in qualicunq; commixtione calidi & humidi: eruntq; homines mendaces & contentioſi, & ſignificatur etiam ex hoc effuſio ſanguinis. Et dixit, ſi fuerit in ſigno aereo, ſignificat grauitatem frigoris, & multitudinem gelu ac nebulæ, & corruptionem complexionis aeris, & tonitrua, ac coruſcationes & fulgora, & impedimentum ex multitudine pluuiarū: & maxime ſi fuerit à quinto gradu ſigni, uſq; in 26. & erit impedimentum ex ipſis fulgoribus, & igni-

tis ſcintillis in aere diſcurrentibus, ſub aſtilibus. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat cõtrarietates regum & nobilium, atq; magnatum ſeu diuitum: & timebitur ſuper eo mors in anno illo, ſiue in reuolutione illa ea de cauſa ſignificat terræmotum uẽturum in eodẽ anno. Et ſi fuerit remotus ab angulo, multiplicabuntur uenti, tam orientales quàm occidentales. Et dixit Albumaſar, ſignificat etiam grauitatem frigoris: eruntq; homines in mutationibus. At ſi cum hoc fuerit retrogradus, erunt homines ſimiliter in motu: eruntq; infirmitates ea uentis, & imbribus, rores atq; pruina. Si autem fuerit cadens, nõ reſpiciens aſcendens: fueritq; directus, accident iſta in regionib⁹ quæ fuerint in diuiſione ſigni, in quo fuerit tunc Saturnus: & multiplicabuntur uenti ex diuiſione meridiei. Si autem fuerit directus, accidẽt iſta fortunis, abſq; debilitate. & cadent infirmitates, & diſſolutiones, confractiones, atq; prædationes in ciuibus, qui fuerint in diuiſione ſigni prædicti & accident plus atq; fortius iſta in ruſticis & popularibus, atq; uilibus perſonis. Et dixit Albumaſar: ſi autem fuerit in angulo terræ Saturnus & fuerit dominus anni in dicta triplicitate: uel ſi non fuerit dominus anni, ſed receperit diſpoſitionem domini aſcendentis illius reuolutionis, ſignificat quid in eodem anno, & in locis prædictis, morientur plures homines ex terræmotu. Si uero receperit diſpoſitionem domini medij cœli, ſignificat guerras & contrarietates, in petitione regni ſeu dignitatis alterius, uel diminutionem diſtrictus alicuius ciuitatis, uel terræ magnatis, quæ uolet ei auferri ab alio per uim. Et dixit, ſignificat multitudinem aquarum, & inundationem fluuiorum atq; ſubmerſiones. multitudinem etiam niuium: & detrimentum in annona: & erit multitudo uẽtorum, & ſignificatur mors in uiris. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat uehementem flatum uentorum, & aeris tenebroſitatem atq; corruptionem, & mutationem coloris ipſius ad latus nigredinis: ſignificat etiã terræmotus, & maxime in partibus ſigni in quo ipſe fuerit. Si autem fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat calorẽ aeris & eius ſiccitatem: paucitatẽ quoq; pluuiarum: & multitudinem peſtilentiarum, peſtiferarum atq; mortalium. Si autem fuerit orientalis, ſignificat infirmitates uenturas magnatibus terræ Babyloniæ atq; regi eorum. Si quidem fuerit occidentalis, ſignificat ſiccitatem aeris, & paucitatem pluuiarum, & hoc ſi fuerit directus: quoniam retrogradus nocebit nimis.

De Libra cum fuerit in ea Saturnus.
Cap. LXXI.

♎ Saturnus in Libra.

DIxit Albumaſar, ſi fuerit Saturnus in Libra, & fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat calorem aeris & eius ſiccitatẽ. & ſignificat paucas pluuias in illa reuolutione, & conſumptionem aquarum. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat bonitatem aeris, & ſuauitatem ipſius, nec erunt uenti nocibiles. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat appetitum turpium criminum hominum. At ſi fuerit occidentalis, ſignificat infamiam caſuram ſuper fornicationes, & turpi coitu abutentes. Si autem fuerit retrogradus, ſignificat infirmitates ſeruorum & ancillarum, & uilium perſonarum. Et ſi fuerit directus, ſignificat mediocritatem annonæ, & ſpecialiter ordei. Et dixit Albumaſar, ſignificat confractionem cenſus ſuper regem.

De Aquario cum fuerit in eo Saturnus.
Caput LXXII.

♒ Saturnus in Aquario.

SI quidem fuerit Saturnus in Aquario, & fuerit latitudo eius ſeptẽtrionalis, ſignificat multitudinem pluuiarum, & grauitatem frigoris & gelu. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat paucitatem aquarum, fontium, & fluminum. Si fuerit orientalis, ſignificat paucitatem acquiſitionis hæreditatum, & paucitatem ſubſtantiarum ruſticorum. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat multitudinem combuſtionis & fortitudinem. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat grauitatem eiuſdem rei. Et ſi fuerit directus, ſignificat mortem animalium, quibus utuntur homines in ſuis utilitatibus.

De Cancro & eius triplicitate, cum fuerit Saturnus dominus reuolutionis, & fuerit in eo uel eius triplicitate.
Cap. LXXII.

♋ Saturnus in Cancro.

SI autem fuerit Saturnus dominus anni, & fuerit in Cancro uel in eius triplicitate, dixit Albumaſar, quicquid ipſe ſignificauerit ſiue bonum ſiue malum, erit in parte ſeptentrionis. Sed ſi fuerit in Cancro, ſignificat multiplicationem aquarum ac pluuiarum, ac piſcium, locuſtarum, & reptilium terræ. Et ſi non aſpexerit eum Mars, grauabitur frigus. & multiplicabuntur locuſtæ: & erunt infirmitates in terris quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo fue[illegible] Saturnus, & ſigni quod fuerit in eius oppoſitio[illegible] uel quarto aſpectu. Et ſi fuerit retrogradus [illegible]tur ſuper regem illius regionis mors. Si autem a[illegible]exerit eum Mars, ſine aſpectu fortunarum, ſignificat mortalitatem in terra prædicta: & multiplicabitur malum & impedimentum. Si autem non aſpexerit aſcendens, multiplicabuntur pluuiæ atque rores, & frigus. Si uero fuerit directus, minuetur malum: & eo magis ſi aſpexerit eum aliqua ex fortunis, niſi fuerit tunc Luna in prima: quoniam ſignificat impedimentum caſurum, ſuper reges & magnates illius regionis & mortem. Si autem fuerit retrogradus, & aſpexerit eum Mars, ſignificat interitum & malum in terra ſigni prædicti, & eius oppoſitionis, ac quarti aſpectus, & etiam locuſtas. Et ſi fuerit cadens, nõ aſpiciens aſcendens, fueritq; directus, & Mars cadens ab eo, ſignificat ſecuritatem hominum: & eo melius ſi iam tranſierit 15. gradum ſigni erunt tamen infirmitates in terra illius ſigni. Et ſi fuerit retrogradus, & aſpexerit eũ Mars, fuerintq; ab eo abſentes fortunæ, occurrent ignobilibus illarum regionum tribulationes & mala, & grauabitur frigus. multiplicabuntur aquæ atque locuſtæ. Et dixit Albumaſar, & erit impedimentum in aqua ex naufragio, & ex fractione nauium. & periclitabuntur peregrinantes in aquis:

morientur

morientur animalia aquæ,& his ſimilia. Dixit,ſi uero aptus fuerit abſq; impedimēto, ſignificat eorum quæ dixi bonum,& cōuerſionem mali in bonum, & aptationem in uniuerſis ſubſtantijs ſuis, & eorum,ſignificatio eius. Et dixit,& aſpice malum qui impediet eum qui eſt Mars: & Cauda per coniunctionem.& Mars per coniunctionem, & per aſpectum. Et dixit, proprietas Saturni eſt ſuper diuites antiquos,& Iudæos & religioſos,& agricolas,& ſenes & decrepitos. Quod ſi fuerit impeditus hora reuolutionis,iudica deſtructionem & impedimentū. Et ſi fortunatus,iudica fortunium. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat paucitatem aquarum,& diminutionem fluuiorum & pluuiarū.

Saturnus quibus dominetur.

Si autem fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat occupationem hominum in uictu ſuo, & paucitatem acquiſitionis eorum. Et ſi fuerit orientalis,ſignificat corruptionem aeris & eius tenebroſitatē, atq; multitudinem frigoris in tempore ſuo. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat multitudinem pluuiarum & earum corruptionem,& impedimentum rerum ex uentis. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat fortitudinem illorum quæ dicta ſunt:& quòd rex illius regionis,quæ fuerit in diuiſione ſigni, in quo fuerit Saturnus, cadet in opprobrium & dedecus ualde magnum quòd non poſſit ei maius euenire, & æquiparabit morti. Et dixit Meſſala, erit guerra maxima,& mors ualida. At ſi fuerit directus, ſignificat beniuolam diſpoſitionem aeris,ac ipſius complexionis bonitatem.

De Scorpione cum in eo Saturnus fuerit. Caput LXXIIII.

♏ Saturnus in Scorpione.

SI uero fuerit Saturnus in Scorpione, fueritq; latitudo eius ſeptentrionalis,ſignificat multitudinem pluuiarum, & abundantiam aquarum,fluminum,& eorum corruptionem. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana,ſignificat famem uenturam hominibus,& grauitatem fori rerum uenaliū, & maxime terræ naſcentium. Et ſi fuerit orientalis,ſignificat multitudinem bellorum, inter diuites & magnates. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat deſtructionem & impedimentum in mari,& rerum marinarum,& caſum mali in eas. Et ſi fuerit retrogradus,ſignificat peſtilentias in terra,& guerras.

Et dixit Albumaſar,ſi fuerit directus,ſignificat ſaluationem climatis Babyloniæ.

Cum fuerit Saturnus in Piſcibus. Caput LXXV.

♓ Saturnus in Piſcibus.

ET ſi fuerit Saturnus in Piſcibus, fueritq; latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem flatus uentorum ſeptentrionalium, & grauitatem frigoris hyemis. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat tempeſtatem in mari.& illa de cauſa fractionem nauium: & quòd uenient impedimenta his qui morantur in aquis, & qui operantur in ipſis. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat rixas & contrarietates diuitum,& inter eos mutuas interfectiones. Sed ſi fuerit occidentalis, ſignificat quòd ruſtici atq; populares & ignobiles exaltabuntur,& leuabunt calcaneum contra nobiles & magnates,& deijcient & deprimient eos. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat tribulationes religioſorum,& guerras inter homines,& deo ſeruientium, atq; ipſum per modum religionis colentium, & eorum mœrores. Et dixit Albumaſar,ſi fuerit directus, ſignificat populares domorum religionum, & diuinæ culturæ.

Quid ſignificet Saturnus in unaquaque domo in reuolutione anni, tam mundi, quàm natiuitatum, ſeu interrogationum, ſiue ſit dominus anni, ſiue non. Cap. LXXVI.

♄ Saturnus in duodecim domibus ſinguli.

CVm fuerit Saturnus in reuolutione, uel in natiuitate,ſeu quæſtione. In prima,ſi fuerit reuolutio anni mundi,ſignificat mœrorem multorum hominum cauſa debiti, uel cauſa terrarum. Si fuerit natiuitas,uel eius reuolutio,uel quæſtio,ſignificat illud nato uel quærenti. Si autem fuerit in ſecunda, ſignificat cōturbationem amicorum in anno illo, & perdent homines, & diminuent de bonis ſuis. Si uero fuerit in tertia, ſignificat rixas & diſcordias uenturas, inter fratres plus ſolito. Et ſi fuerit in quarta, ſignificat deſtructionem ædificiorum,& depopulationem terrarum: & detrimētum ſeminum,& theſaurorum,& periculum uenturum cauſa ipſorum & mortem. Et ſi fuerit in quinta,ſignificat abortiuos in anno illo plus ſolito.& detrimentum filiorum, & mœrores cauſa ipſorum, & contentiones cum nuncijs & legatis, & quòd ipſi non bene exercebunt,quod ſua intereſt in anno illo. Et ſi fuerit in ſexta, ſignificat malam uoluntatem ſeruorum & ancillarum,erga dominos ſuos,& eorum inobedientiam,& infirmitates plures, & nocumentum minorum animalium. Si uero fuerit in ſeptima,& ſignum ſit fœmininum, & eius dominus Planeta fœmininus, ſignificat malam uoluntatem mulierum erga uiros,& earum inobedientiam. Et ſi fuerit ſignum maſculinum,uel eius dominus Planeta maſculinus,ſignificat malam uoluntatem uirorum erga uxores ſuas:& fraudem ſociorum & læſionem inimicorum aduerſus inimicos abſentes potius quàm palàm: & tribulationem cauſa terrarum:& ut multum deteſtabilem finem rerum.

Idem dicas,ſi fuerit ſic inuentus in natiuitatibus, uel interrogationibus. Et ſi fuerit in octaua, ſignificat litigia cauſa petitionum hæreditatum, ſeu reliquiarum mortuorum, & cauſa petitionum antiquarum rerum:& contriſtationem cauſa mortis:& ſignificat res,quarum dolor & anguſtia ſeu triſtitia diu durabit. At ſi fuerit in nona, ſignificat diminutionem fidei:& ablationem miſericordiæ atq; pietatis,& quòd mutabuntur quidam ex heremitis, ſeu religioſis à religionibus ſuis,& derelinquent eas,& aſſument ſibi mala conſilia,etiam & alijs ſimiliter: & ſtudebunt quidam homines in utilibus & horribilibus rerum alienarum,ut ſunt quidam qui euellunt mortuos de ſepulchris,& expoliant eos: & ſignificat mœrores & triſtitias & anxietates ūētuas itinerantibus, in peregrinationibus ſuis, & lōgam morā in eis. Si uero fuerit in decima, ſignificat tam in natiuitatibus ſeu quæſtionibus,quàm in alijs reuolutionibus, mœrorem ac triſtitiam, & attractio-

nes & grauitates ex parte regis, ſeu poteſtates & per *Planetæ.* plexitates carceris. Et dixit Albumaſar, quòd ſi fuerit Sol dominus decimæ domus, interficiet eum rex in carcere ſuo. Et ſi fuerit Luna domina 10. domus, ſignificat illud idem quod Sol, niſi ipſa ſit iuncta Saturno. Et ſi fuerit dominus 10. domus Iupiter, interficiet eum rex, & faciet ſibi iniuriã abſque culpa. Et ſi fuerit dominus 10. domus Mars, peribit culpa ſua. Et ſi fuerit dominus 10. domus Venus, ſignificat quòd ſequetur ex hac tribulatione proſperitatem atq; ſublimitatem, & gaudiũ atq; profectum, & pœnitebit regem feciſſe hoc, & confitebitur ſe non bene feciſſe, & humiliabitur erga eũ.

Et ſi fuerit dominus 10. domus Mercurius, interficiet eum ex iniuria ſine ratione, quando feretur falſum teſtimonium contra eum. Et ſi aſpexerit Mercurius Martem, percutietur flagellis. Et ſi fuerit Mercurius cum Sole ſub radijs eius, faciet ei rex uim & auferet ei ſubſtantiam, & faciet ſibi redditionem ſuorum bonorũ. Et dixit, quòd ſcito quòd hæc proprietas ſit Saturno in 10. inter cæteras Planetas. Et ſi fuerit in 11. ſignificat mœrorem & triſtitiam ab amicis, & cauſa amicorum, & paucitatem profectus in his quæ ſperauit, & in quibus habuit fiduciam ex bono, & inuolutionem in rebus ac duritiam earum, & multitudinem fiduciæ in rebus falſis, quæ nihil proficiunt. Et ſi fuerit in 12. ſignificat impedimenta, quæ accident ex parte regis, uel alterius rectoris, ſignificat etiam quòd capietur ab inimicis: & erit timendũ in omnibus ſuis rebus. Et ſecundum quòd tetigi tibi ſuperius, omnia iſta poſſunt conſiderari in reuolutionibus annorum mundi: in reuolutionibus natiuitatum, in quæſtionibus & ſimilibus, in omnibus capitulis, & in quolibet per ſe. Et ſicut in Saturno ita in quolibet alio Planeta tam in bono quàm in malo.

De coniunctione Saturni & Martis, in reuolutione, quid ſignificet. Cap. LXXVII.

Saturni & Martis coniunctis in ſingulis domibus.

ASpicies etiã in reuolutione quãdo reuolutis annum ſiue mundi ſit, ſiue natiuitatis, ſi coniuncti fuerint Saturnus & Mars in aliqua domorum 12. quoniam habet ſignificare grauitates & impedimenta, ſecundum ſignificata domus in qua coniuncti fuerint. Nam ſi fuerit coniunctio eorum in prima, ſignificat uniuerſale malum atq; impedimentum uenturum, ſuper ruſticos & populares. Si fuerit in ſecunda, ab aſcendente reuolutionis, ſignificat deſtructionem ſubſtantiarum atq; domorum ipſarum, & cadent diuites ac magnates in obliuionem gentium, & quaſi pro nihilo reputabuntur, & exaltabuntur familiares eorum, atq; ſeruientes eorumq; milites, & ſuperbient contra eos, nec uolent eis obedire, nec fidem eis ſeruare, niſi modicam immo quaſi nullam. Si quidẽ fuerit in tertia, dixit Albumaſar, ſignificat deſtructionem domorũ religionis, & deſcenſionem horribilium ſuper religioſos, & deum colentes. At ſi fuerit in quarta, ſignificat deſtructionem ędificiorũ & manſionum ſeu domorum. Si autem fuerit in quinta, ſignificat deſtructionem atq; impedimentũ caſurum ſuper filios & aborſus in anno illo plures ſolito: & mutationem uoluntatum amicorũ ad inuicem & etiam perſonarum ſe inuicem diligẽtium, & cadet inter eos loco dilectionis tædium & mala uoluntas. Si uero fuerit in ſexta, ſignificat impedimentum atq; detrimentum, caſurum in quadrupedia minora & maiora, & maxime quibus utũtur homines, ut ſunt boues, equi, aſini, cameli & ſimilia, & in ſeruos & ancillas, atq; famulos & famulas: & ſignificat etiam infirmitates. Si uero fuerit in ſeptima, ſignificat quòd cadent rixæ atq; contentiones & diſcordiæ, ſimiliter & diſcenſiones, multaq; mala inter ſocios, & alios participes, & etiam inter uiros & uxores, & inſurgent inimicitię inuicem inter homines. Siquidẽ fuerit in octaua, ſignificat quòd quàm plures homines dimittẽt ſuas domos, & habitacula in quibus morantur, & ibunt errando per terras alienas, atq; regiones, & cadet interitus ſuper eos, & erunt inter homines ſollicitudines, cauſa reliquiarum mortuorum, & bonorum quæ hæreditantur ex mortuis, & pecuniæ mulierum.

Et ſi fuerit in nona, ſignificat detrimentum religioſorum, largarum religionum, ut ſunt epiſcopi, archiepiſcopi, cardinales, & ſimilia. Et abſciſiones uiarum & itinerum, & maxime longorum, & peregrinationum quibus uadunt homines longe à ſuis habitaculis, petẽdo magnas & nominatas domos orationis. Si fuerit in decima, ſignificat detrimentum regum & magnatum, & deſtructionem eſſe eorum, & mortem magni regis. Si uero fuerit in undecima, ſignificat diſſenſionem & iram, & rixam ſeu diſcordiam, caſuram inter amicos. Et dixit Albumaſar, mutabitur omnis qui habuerit amicũ ſuper ſocium ſuum: ſignificat etiam malum eſſe militum, atq; familiariorum regum. Si quidem fuerit in duodecima, ſignificat impedimenta quæ cadent ſuper omnia quadrupedia, & maxime ſuper prædicta ſcilicet boues, equos, aſinos, & ſimilia: & cadet detrimentum & deterioratio ſuper omnem uenditionem beſtiarum, & ſpecialiter magnarum, tam equitantium quàm non equitantium. Et dixit Albumaſar, omnia hæc accident in regionibus quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo ipſi fuerint coniuncti: & Planeta qui fuerit dominus termini, in quo ipſi coniunguntur, erit particeps: & accident iſta ſimiliter in ciuitatibus ſeu regionibus quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quo ipſe fuerit.

Quid ſignificet Iupiter in reuolutione, in uno quoq; ſigno, & in unaquaq; triplicitate, cum fuerit dominus anni, & in unaquaq; domo, ſiue fuerit anni dominus, ſiue non. Cap. LXXVIII.

CVm fuerit Iupiter dominus anni, fueritq; in Ariete, uel in eius triplicitate, ſignificat apparitionẽ religionũ in partibus oriẽtis, quibus *Iupiter in ♈* præeſt ſignũ, in quo ipſe fuerit: & maxime cum fuerit in Ariete, ſignificat earũ apparitionẽ & ſectarũ, & obſeruationẽ pręceptorũ diuinorũ, & iuſtitię atq; bonorum operum in illa reuolutione: & ſignificat multitudinẽ uentorũ ex parte Oracen, & frigus hyemis, & pluuias, nõ tamen exterminatas, & inundationem fluminum, & aptationem uinearũ & arborum, & quòd horrea erunt bona. Et ſi fuerit Iupiter tunc boni eſſe, atq; bene diſpoſitus, ſignificat multi-

multitudinem ſubſtantiarum ciuibus regionum quibus præfuerit, & bonitatem eſſe eorum, atque ipſorũ gaudium, & alacritatem, & dilectionem popularium ſeu ruſticorum, erga diuites & nobiles, atque magnates. Et dixit Albumaſar ſi fuerit impeditus, ſeu mali eſſe, ſignificat contrarium eorum quæ dicta ſunt. Et dixit, & ſcito quòd opus in re Iouis, & aſpectus Planetarum ad eum, eſt ſicut opus in re Saturni æqualiter. Et dixit, Iupiter eſt ſignificator nobiliũ, & iudicum, & epiſcoporum, ac conſulum & religioſorum, ac ciuium ſectarũ. Et ſi fuerit impeditus, detrimentũ patietur omne quod eſt eius. Et dixit, ꝙ ſi fuerit in humanis ſignis, uel igneis, ſignificabit deiectionem diuitum, & paruitatem donationum eorum, & ſeruationem eorum ordinum, & ſollicitudinum earum erga propinquos ſuos: deſtructionemq́ue regni Babyloniæ, & Arabum, & paucitatem ſubſtantiarum & curioſitatis: & erit hoc ſuper ciues ciuitatum, quæ ſunt in diuiſione ſigni, in quod deſcenderit Iupiter & exercitum mendacij in latitudine hominum, cum aſſenſione mali uel iniuriarũ, & infirmitates corporum, & debilitationem acquiſitionum.

Iupiter quos ſignificet.

De eius exiſtentia in Leone.
Caput LXXIX.

♌ Iupiter in Leone.

ET ſi fuerit in Leone, ſignificat frigus hyemis, & multitudinem aquarum, & uentos ualidos & furibundos, eradicantes arbores, & ſignificat temperantiam aeris, & eius claritatem, in ultima medietate hyemis, & frigus in eius fine, & pluuias in uere plures ſolito, & intemperatas & paucitatem aquarum, fontium, & paucitatẽ paſtus animalium campeſtrium, paſcentium in hyeme: & multas tuſſes & ſignificat annum fertilem.

De ipſius exiſtentia in Sagittario.
Cap. LXXX.

♐ Iupiter in Sagittario.

ET ſi fuerit in Sagittario, ſignificat temperamẽtum aeris in principio hyemis, & in eius medietate frigus, & in ipſius fine uentos graues, & niues atq; gelu, in uere & uentos meridianos, & multitudinem paſtuum campeſtrium: & impedimentum uinearum ex niue atq; frigore, & paucitatem frugum, & impedimentum arborum.

Si uero fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat bonam complexionem aeris, & paucitatem pluuiarum. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat corruptionem uẽtorum, & grauitatem eorum. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat gaudium & lætitiã, & bonum eſſe diuitum & magnatum atque nobilium, & eorum gaudium & lætitiam, & quòd erunt in ludis & tripudijs. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit occidentalis, ſignificat ſublimitatem ſapientum & diuitum atque nobilium. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat impedimentum in mari, nec erit nauigare bene tutum. Et ſi fuerit directus, ſignificat multitudinem piſcium, & animalium degentium in aquis, & eorum ſaluationem.

Quid ſignificet Iupiter in unaquaq; reuolutione anni, tam mundi quàm natiuitatum, ſeu interrogationum, ſiue ſit dominus anni, ſiue non. Cap. LXXXI.

Iouis ſignificationes uniuerſales duodecim.

ET quando Iupiter fuerit in reuolutione, uel natiuitate ſeu quæſtione in prima, ſi fuerit reuolutio anni mundi, ſignificat in anno illo quòd reuerabũtur unus alterum, ſecundum quòd decebit revereri unũquenq; iuxta ſuum eſſe, & ſeruabũt honeſtatem & pulchritudinem, & munditiã atq; fidem, & religionẽ, & exercebunt tẽpus in diſciplina, & ratione, & erit finis intentionis eorũ, exercere in his quæ ſpectant ad ſaluationẽ animarũ, niſi contra operent Saturnus & Mars. & accident hominibus quos decuerit principatus & ſimilia. Si aũt fuerit natiuitas, uel quæſtio, uel earum reuolutio, ſignificat aliud nato ſiue quærenti. Si uero fuerit in ſecunda, ſignificat ſtudium & eorum intentionẽ, in aggregatione pecuniæ, in ipſiusq́ue accumulatione atq; adeptione, & hoc cum retentione animi bona & licita, & conuenienti. Et ſi fuerit in tertia, ſignificat fortunam bonam ex uno fratre in alium, & inuicem, & gaudebunt homines ex parte propinquorum, & maxime minorum, & ſororum primatum ſeu maiorum. At ſi fuerint in quarta, ſignificat augmentationẽ bonorum plurium hominũ, ex reliquijs mortuorũ, & ex hæreditatibus, atq; prædijs, uel ex theſauris abſconditis, uel inopinatis, & ex rebus antiquis: & auferentur mœrores ab hominibus, & uenient eis res de quibus poterunt lætari, ut in pluribus, & gaudere, & auferentur ab eis cogitationes malæ & triſtitiæ. ceſſabunt etiam rixæ, atq; omne horribile. Si quidem fuerit in quinta, ſignificat incrementum filiorum, & bonum eſſe ipſorum & quòd nõ erunt aborſus in anno illo, niſi forte aliqui caſuales: & ſignificat profectum cauſa eorum, & fient res honeſtæ quæ merentur laudem. Et ſignificat bonum eſſe diuitum & magnatũ, atq; nobilium, & utilitatẽ rerum de quibus habent homines fiduciã in bono. At ſi fuerit in ſexta, ſignificat bonum atq; proficuum in quadrupedibus, & maxime in minoribus, ut ſunt oues & ſimilia: & ſignificat ſaluationem perſonarũ, & paucitatem infirmitatum, præterquàm in regionibus atq; locis naturaliter infirmis: tamen in illis minuentur infirmitates, & ſignificat utilitatem ex ſeruis & ex ancillis, & obedientiam famulorum atque famularum. Si autem fuerit in ſeptima, ſignificat utilitatem & bonum atque gaudium ex parte mulierum, & coniugij ſeu nuptiarum, & bonum ex parte ſociorum, & ipſorum fidelitatem: & ſignificat etiam uictoriam ex inimicis illis de regione illa: & etiam nato ſiue interroganti. Si uero fuerit in octaua, ſignificat ablationem malæ mortis atque ſuſpitioſæ, uniuerſaliter in regione illa, ſi fuerit reuolutio anni mundi. Si autem fuerit reuolutio natiuitatis, ſeu quæſtionis, ſignificat malum eſſe nati, ſeu quærentis, quod eueniet ei cauſa inimicorum: & quòd ipſe cadet in manus eorum, niſi bene cauerit ſibi: & quòd ſequetur inde grauitatem atque impedimentum: ultimo tamen terminabitur in finem ſuſtinendum: & qui non erit malus, immo poterit quodammodo laudari. Et ſi fuerit in nona, ſignificat iti-

nera proficua, & maxime longa & utilia in anno illo, & quòd erit inter homines fides, & honeſtas atq; bonum. & erunt ſomnia & multum uera: & cadet expoſitio ſomniorum, ſecundum naturam Planetæ qui ſeparatur tunc à Ioue, uel à quo ipſe ſeparetur, ſi fuerit ab aliquo ſeparatus: & ſecundum naturam ſignificatorum illius, erunt ſomnia exponenda in illa reuolutione, & etiam in alijs ſomnijs poteſt hoc habere locum. Si uero fuerit in decima, ſignificat accumulationem ſubſtãtiarum, & earum collectionem, & affectabunt homines laudari, & laudabuntur quilibet laudandi, ſecundum ſuũ eſſe, & uigebit inter eos honeſtas. Si autem fuerit in undecima, ſignificat laudem & bonam famam ex parte amicorum, & quòd gaudebunt homines: & erunt in alacritate, & bonus effectus & profectus in rebus, de quibus habebunt homines fiduciam, & de quibus ſperant bonum. Si quidem fuerit in duodecima, ſignificat impedimenta quæ occurrent ex parte ſeruitutum: & ſignificat paupertates atque indigentias: & ſignificat grauitatem quæ occurret ex parte ſeruorum, & ex eorum occaſione: & etiam ex parte ſeruitutis in quam cadunt homines, & triſtabuntur ex accidentibus, quæ uenient eis occaſione quadrupedum, & maxime magnorum animalium, ut ſunt equi, boues, & ſimilia.

Somniorum expoſitio.

Quid ſignificet Mars, cum fuerit dominus anni, in unaquaq; triplicitate & in unoquoque ſigno, & unaquaque domo, ſiue ſit dominus anni, ſiue non.
Cap. LXXXII.

Martis ſignificationes in Ariete.

CVm autem fuerit Mars dominus anni, fueritq; in Ariete, uel in eius triplicitate, ſignificat uentos ualidos, & multas ac uarias mutationes aeris, in partibus orientalibus: ſignificat etiam dolores oculorum, & paucitatem pluuiarũ: & ſignificat bellum in eiſdem partibus, & abundantiã annonæ, ſignificat etiam in eiſdem partibus in ciuitatibus in quibus præfuerit, & qui fuerint in diuiſione Arietis, malum futurũ, & iram atq; iniuriã & rixam: & ſignificat uictoriam in bello ciuibus illarũ ciuitatum, & habitatoribus illarum regionũ ſuper inimicis eorum, qui uenerint de alijs partibus ad illas, cauſa nocendi eis: & fugationem eorũ, & ſignificat exercitium eorum, & eorum regis in rebus Martialibus: & quòd patres & longæuiores docebunt & inſtruent filios ſuos, & alios iuuenculos, luctamina & exercitium bellorũ. Et ſi fuerit Mars tunc boni eſſe, ſignificat ciuibus ſeu habitatoribus prædictis, ſiue ipſorum regi, uictoriã de ſuis inimicis: & quòd adipiſcetur eos, & omnes qui cum eis cõtenderint: & ſignificat magnitudinẽ cordis illius, & cito in uoluntatem atq; uelociter mutabilem: & ad apprehenſionem rerũ: ſignificat etiam quòd ruſtici atq; ſubiecti ſui diligent & reuerebuntur eum, & obediẽt ei quilibet eorum iuxta ſuum eſſe. Et ſi fuerit Mars dñs anni, & dñs aſcendentis, & fuerit boni eſſe nõ impeditus, ſignificat ꝗ erit in eodẽ anno fertilitas, & erit annus pluuioſus, erũtq; peſtilẽtię ac terręmotus: & erit modicũ hoc: eritq; in eodẽ anno gaudiũ & lætitia, & dimicabũt laboratores ac portatores armorum: & inuenient bonum: eritq; bellum & contentio prope regem illius regionis. Si autẽ fuerit mali eſſe, ſignificat paucitatem adeptionis inimicorum ſuorum, & quòd ſatis erit eis ſi poterunt ſe tueri ab eis: imò uidetur potius, quòd inimici adipiſcãt uel ſuperent eos: & ſignificat quòd rex ille non erit bene ſtabilis, ſuper res quas debuerit exercere. & maxime ſuper nobiles, & utiles atq; iuſtas: nec ſeruabit bene ſua ſecreta, imò patefaciet illa, & ſuas operationes exercebit in rebus Martialibus plus quàm in alijs. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat calorem aeris, & paucitatem pluuiarum.

Si autem fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat tonitrua, coruſcationes & fulgura. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat bella caſura inter diuites, magnates & nobiles. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat turbationes atq; timores uenturos hominibus.

Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat infirmitates oculorum, ac totius corporis humani. Et ſi fuerit directus, ſignificat multitudinem hypocritarum, qui apparebunt in ueſtimẽtis ouium, intrinſecus erunt lupi rapaces.

Cum Mars fuerit in Leone.
Cap. LXXXIII.

Mars in Leone.

SI autem fuerit in Leone, ſignificat bella & contentiones, & paucitatem annonæ in partibus orientalibus: & erit mors in hominibus, & maxime in iuuenibus 40. annorum uſq; ad 50. in pueris tamen erit hoc fortius. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat paucitatem aquarum. Si autem fuerit latitudo eius meridionalis, ſignificat multitudinem aquarum fontium, & fluuiorum. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat impedimentum animalium, quibus utuntur homines & ſimilia. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat paucitatẽ piſcium: & mortem animalium in aquis degentium. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat impedimentum atq; grauamẽ quod cadet in diuitibus & magnatibus. Et ſi fuerit directus, ſignificat flatum uentorum occidentaliũ: & ſaluabuntur naues in mari.

Cum Mars fuerit in Sagittario.
Caput LXXXIIII.

Mars in Sagittario.

ET ſi fuerit in Sagittario Mars, ſignificat bellũ futurum in partibus occidentalibus: & quòd erit paucitas uim in partibus illis: & erit malum impedimentum atq; mors in habitationibus illarum regionum, & in negociatoribus: & erunt infirmitates, & tuſſes atq; dolores oculorum: & erunt lumbrici pernecantes pueros, & lædentes etiã alios: & ſignificat paucitatem pluuiarũ: & quòd generabitur frigus in temporibus ſuis, ita quòd illa de cauſa deuaſtabuntur arbores, & herbæ atq; annona: & patientur apes in illa reuolutione detrimentũ: qui ſi fuerit bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atq; fortis, ſignificat bonum eſſe autorũ bellorum, & eorũ conſiliatorum, & portatorũ armorum, cauſa guerrizandi & guerrizariorum: & eorum qui quærunt iniuſtitiam, & abſciſores uiarum, prout hi qui utuntur his reputãt eſſe ſuũ bonũ. Et dixit Albumaſar, ꝗ ſi fuerit Mars in ſignis humanis, ut ſunt Gemini, Virgo, Libra, ultima medietas Sagittarij, & Aquarij ſignifi-

ſignificat multitudinem bellorum & guerrarum: & quòd inſurgent homines in regem ſuum, in eius contrarium. Significat etiam mortem ſubitaneam, & febres tertianas, & alias febres fortes & graues, & multitudinem infirmitatum: multitudinem etiam abſciſorum uiarum: & effuſionem ſanguinis hominum & combuſtiones & fulmina. Si uero male diſpoſitus fuerit, ſignificat malitiam omnium prædictorum grauiorem atque deteriorem, & magis lædentem, niſi contra operetur Iupiter.

Si uero fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat bonitatem aeris, ac ipſius pulchram diſpoſitionem. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat lucrum negociatorum, & eorum lucri pulchritudinem. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat pacem & quietudinem, atque ſecuritatem: & pauca uel quaſi nulla erunt bella. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat ſaluationem arborum, & multitudinem frugum. At ſi fuerit retrogradus, ſignificat tuſſes uenturas hominibus: & dolores in poſterioribus partibus capitis. Si autem fuerit directus, ſignificat peſtilentias uenturas in animalia, quæ morantur iuxta littora maris.

De alio ſignificato Martis nephario.
Caput LXXXV.

Martis ſignificationes in duodecim domibus.

ATtendendum eſt etiam in reuolutione anni mundi, utrum Mars ſit in Geminis an non. Nam ſi fuerit Mars in Geminis in reuolutione anni, fueritq; Gemini nona domus: fuerintq; Planetæ inferiores ſecuti eum, ſignificat eccleſiam Romanam accepturam gladium temporalem in anno illo, & quòd exercebit illum: & nitetur effuſionem ſanguinis Chriſtianorum, tam inſontium quàm ſontium. Cum Mars fuerit in reuolutione anni in primo, ſiue ſit ipſe dominus anni ſiue non, qualiſcunque fuerit reuolutio, ſiue mundi, ſiue natiuitatis, uel ſit natiuitas, ſiue quæſtio, ſignificat horribilitatem uenturam hominibus, ſiue nato, ſeu querenti in anno illo triſtitiam atque timores, & contrarietates, & contentiones: & nitentur homines in auferendo ſubſtantiam unus ſcilicet alteri: & res quæ non pertinent ad ipſos cum ingenio & calliditate, abſque modo laudabili. Et ſi fuerit in ſecunda, ſignificat ſimiliter ablationem ſubſtantiæ per iniuſtitiam, & abſq; ratione: & erit paupertas & indigentia cauſa, inducens eos ad hoc faciendum: & conturbabuntur familiares atque miniſtri, contra dominos ſuos, ſeu illos cum quibus habitant uel morantur. Quidam uoluerunt dicere, quòd Mars in ſecunda, non ſit uituperandus: dixerunt enim quòd ſignificat mercationes: ſed non inueni hoc expertum quòd meminerim. Et ſi fuerit in tertia, ſignificat iram & odium, atque inimicitiam, & contrarietatem atque contentionem, caſuram inter fratres & minores conſanguineos: & quòd plures eorum interficient ſe ad inuicem ex parua occaſione: & eo fortius ſi tertia domus fuerit Capricornus, uel Aquarius. Et dixit Albumaſar, ſi tertia domus fuerit ex domibus Veneris, ſignificat gaudium ex fratribus & ſororibus. Et ſi fuerit ex domibus Iouis, ſignificat multitudinem ſubſtantiarum, & acquiſitionem negociatorum. Et ſi fuerit ex domibus Saturni, ſignificat expoliationem mortuorum poſitorum in ſepulchris: & ſuffoſſionem parietum, & ablationem aliarum rerum per modum latrocinij: ſignificat exercitium hominum in lucrando, & extorquendo pecuniam undecunq; poterunt, per modum dominationis non licitæ, atque per falſas atteſtationes, & per uerba malitioſa & fraudulenta: & patientur homines pericula & tribulationes. Et ſi fuerit domus Lunæ, ſignificat latrocinia & ſuffoſſiones parietum, ut illa de cauſa furentur, & per nephas ſurripiant: & erunt latrones ſecuri, atque audaces in furando: furabuntur enim in foro, & in locis mercationum, ne dum in nocte, ſed etiam in die. Et ſi fuerit domus Solis, ſignificat abſciſores & abſciſiones uiarum: & deprædationes in uillis, & interim in ciuitatibus & in alijs habitaculis: & etiam in hoſpitijs hoſpitãtium, forenſes ac peregrinos. Et dixit Albumaſar, ſcito quòd proprietas ſit Marti inter cæteros Planetas. Et ſi fuerit in quarta, ſignificat mortem & interitum ex ægritudine: & interfectionem ex gladijs: & effuſionem ſanguinis, & eius ſuſpicionem: & finientur iſta in meridie, à quacunque parte aſpiciant, & in Oracen: & ex tribulatione prolixa, erit tamen initium eorum ex ſeptentrione magis.

Et ſi fuerit in quinta, ſignificat quòd erunt fornicationes in anno illo, & quòd naſcentur ex eis multi filij, quorum plures reputabuntur legitimi, cum ſint adulteri, ex quibus parum uel nihil proficient parentes eorum: erit tamen uictus hominum illius anni conueniens. Et ſi fuerit in ſexta, ſignificat ægritudines calidas, ut ſunt febres calidæ, & ſiccæ, quæ habebunt motum à ſanguine corrupto, & ex cholera uéturas in homines, in reuolutione illa: ſignificat etiam mœrores ac triſtitias, quæ eueniunt occaſione ſeruorum & ancillarum atq; famulorũ, & alijs de cauſis quæ ſignificantur per ſextam domum. Et ſi fuerit in ſeptima, ſignificat contentiones & contrarietates, & conturbationes in omnibus rebus, & damnum illa de cauſa: & ſignificat mercationes cum fraude, atque deceptione. mœrorem quoque atque triſtitiam in illud. Et ſi fuerit in octaua, acquiſitionem ex ſubſtantijs mortuorũ, in aliquibus hominibus, & hoc tam in reuolutionibus natiuitatum, ſeu quæſtionum, & tam in ipſis quæſtionibus, quàm in reuolutionibus annorum mundi: & fiet ius acquirentibus eas illa de cauſa. & perdent eas poſt acquiſitionem earum: & cadent in paupertatem atq; indigentiam. & ſignificat interfectionem atq; mutilationem, ſeu perditionem membrorum, manuum ſcilicet atq; pedum: & cadent in opprobrium atq; uituperiũ ualde turpe, atq; reprehenſibile. Et ſi fuerit in nona, ſignificat diminutionem ſtatus religioſorum: ſignificat etiam petitionem equorum & armorũ cauſa bellandi, atq; guerrizandi & petent homines ſimiliter bella: & affectabunt caſtrametari, atque ire in exercitus: & ſignificat potationes ac ebrietates, & incontinentiam ab inhoneſtis & illicitis: & erunt homines multum infideles, atque mendaces, & nitentur exponere ſomnia, & exponent ea in mendacium.

Et ſi fuerit in decima, ſignificat tribulationem uenturam ruſticis atque popularibus, ex parte Regis uel diuitum, ac potentum: & ſignificat

uulnera

uulnera & percuſſiones gladiorum, atque flagella & anguſtiam ex eis, atq; carcerem, & penuriam ſeu indigentiam uictualium: & ſignificat bella & contentiones de rebus, quæ non ſunt illorum qui petunt eas, nec pertinent ad eos. Et ſi fuerit in undecima, ſignificat paucitatem lucri, ſeu profectus in rebus, de quibus ſperatur utilitas: & quòd cadent in inimicitias amicorum: & ſignificat diminutionem ſubſtantiæ: & deſperabunt homines de rebus, in quibus habebatur fiducia, & de quibus ſperabatur: ſimiliter & natus, ſeu quærens. Et ſi fuerit in duodecima, ſignificat ingenia in latrocinijs, & in his ſimilibus: & pigritiam atque dilationem in his, quæ facere debuerint & poterunt: diminutionem ſubſtanriarum hominum: & ſignificat mœrorem & triſtitiam uenturam cauſa magnorum animalium, tam illorum quæ equitantur, quàm illorum quæ non equitantur, niſi Deus auerterit.

De Marte in Tauro quid ſignificet.
Cap. LXXXVI.

Mars in Tauro. ET ſi fuerit Mars in Tauro, uel in eius triplicitate, apparebunt ea quæ ſignificantur in partibus meridianis, & maxime ſi fuerit in Tauro: ſignificat enim tunc uentos ualidos uenturos: & deſtructionem frugum, quæ fuerint in locis de quibus debent recolligi: ſimiliter & arborum & hoc ex cauſa caloris, excedentis debitum atque naturalem modum: ſignificat etiam multitudinem nublum atque nubilarum: pluuiarum quoque ac tonitruorum & fulgurum. Et dixit Albumaſar, ſignificat mortem mulierum, & uaccarum: & ſignificat bella uentura inter ciues orientis, & ciues occidentis: ſignificat etiam dolorem oculorum, & magis ſiniſtrorum quàm dextrorum: & abundabit plus in mulieribus quàm in uiris: nec erũt cultus terrarum multum utiles: eritq; paucitas annonæ. Et ſi fuerit latitudo ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem pluuiarum & bonitatem herbarum, & utilitatem ex ipſis. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat multitudinem uentorum ſeptentrionalium.

Et ſi fuerit orientalis, ſignificat pacem futuram in reuolutione illa, in partibus Babyloniæ atque in partibus occidentalibus, & illorum ciuium ſecuritatem. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat multitudinem infirmitatum & mortem. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat infirmitates puerorum. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit directus, ſignificat odium mulierum.

De Marte cum fuerit in Virgine.
Cap. LXXXVII.

Mars in Virgine. ET ſi fuerit Mars in Virgine ſignificat prælia, & effuſiones ſanguinis in partibus ſeptentrionis, & ſignificat etiam dolores oculorũ, & abundantiam annonæ, & uini atque butiri.

Et dixit Albumaſar, & mortalitatem in mulieribus. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat impedimentum iu corporibus hominum: & patientur detrimenta ſemina, & meſſes. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, tũc ſignificat ſaluationem ſeminum. Et ſi fuerint orientalis, ſignificat mortem ſenum. Et ſi occidentalis, ſignificat flatum uentorum in partibus Hiſpaniæ. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat guerras uenturas uenturas inter homines. Et ſi fuerit directus, ſignificat honeſtatem, & bonum eſſe diuitum & magnatum.

De Marte in Capricorno.
Cap. LXXXVIII.

Mars in Capricorno. ET ſi fuerit Mars in Capricorno, ſignificat bella & deprædationes, atq; tribulationes, mortem in hominibus iuuenibus: ſimiliter & tremores uenturos in partibus orientis: & ſignificat etiam in eiſdem partibus pluuias, & multiplicationem annonæ butiri atque unguenti & erunt bella prædicta inter ciues orientis, & ciues occidentis.

Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem niuis, in temporibus debitis & conſuetis. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat calorem aeris in ſuis temporibus, & eius obſcuritatem. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat interfectionem Imperatoris Romanorum. Et eo fortius, ſi Luna fuerit in octaua uel iũcta dño octauæ, uel ipſe Mars fuerit in angulo, cum ipſa ſit naturaliter eius ſignificatrix, ubicunque fuerit ei iuncta. Et iterum fortius, ſi fuerit iuncta cum eo in octaua, uel aſpexerit eam dominus octauæ ab oppoſitione, uel quarto aſpectu. Et iterum fortius, ac infallibiliter, ſi fuerit inter eos mutua receptio uel ſaltem receperit Luna dominum octauæ: nec poterit Iupiter contrà operari: ſolus enim deus poſſet hoc auertere. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat puſtulas, antraces quoque ac ſimilia caſura in corpora hominum. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat paucitatem annonę. Et ſi fuerit directus, ſignlficat abundantiam uini, & olei.

De Geminis & eius triplicitate.
Cap. LXXXIX.

Mars in Gemini. ET ſi fuerit Mars in Geminis uel in eius triplicitate, ſignificat quòd quicquid ipſe ſignificauerit, erit euentus illorum ſignificatorum in partibus occidentalibus. Sed ſi fuerit in Geminis, ſignificat impedimentum caſurum in homines cauſa tonitruorum & fulgurum: & paucitatem pluuiarum: & grauitatem caloris & eius nocibilitatem: & erunt bella & contentiones, atque latrocinia in partibus ſeptentrionalibus: exaltabiturq; rex illorum in reuolutione illa: & habebunt uictoriam de inimicis ſuis: & erunt dolores aurium, ſimiliter & puſtulæ, antraculi, & ſimilia. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem pluuiarum. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat paucitatem aquarum, fontium & fluminum. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat multitudinem puſtularum, & ſimilium. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat impedimentum conciliatorum, & ſcribarum ac iudicum, & decurionum, & eorum occultationem ac fugam. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat diſſennonem religioſorum, & eorum diuerſitatem atque ſectarum. Et ſi fuerit directus, ſignificat quòd homines aperient

rient

rient ſecreta tam ſua quàm aliena, nec bene ſeruabunt ea.

Cum fuerit Mars in Libra.
Cap. XC.

Mars in Libra.

ET ſi fuerit Mars in Libra, ſignificat uentos uenturos, & infirmitates atq; mortalitatem, in ciuitatibus ſeu regionibus quæ ſunt in diuiſione Libræ: & erit hoc potius in uiris quàm in mulieribus. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit Mars ibi, ſignificat pluuias & uentos, nubes quoq; & nebulas: ſignificat etiam, quòd erit in partibus meridionalibus infirmitas, atq; mortalitas. & erit modicum uinum, atq; butirum & unguentum: & multiplicabuntur latrones & abſciſores uiarum: & erunt rixæ atq; mala inter homines: & erunt in eis timores atq; tremores, ſeu terrores. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat fulgura & coruſcationes, quæ uenient & apparebunt in anno illo, ſeu in reuolutione illa. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat ægritudines in hominibus ex parte ſiniſtra. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat guerras, & contentiones futuras inter diuites & magnates. Et ſi fuerit occidẽtalis, ſignificat ſaluationem diuitum ac magnatum, & ſcribarũ literarum atq; ſapientũ. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat ægritudines uenturas diuitibus & magnatibus, & ſcribis, & iudicibus atq; ſapientibus. Et ſi fuerit directus, ſignificat uoluntates diuitum ac magnatum, ſeu nobilium, differentes inter ſe.

Cum Mars fuerit in Aquario.
Caput XCI.

Mars in Aquario.

ET ſi fuerit Mars in Aquario, ſignificat grauitates atq; tribulationes uẽturas hominibus, in reuolutione illa: & abundabunt niues, & pluuiæ atq; frigus in temporibus ſuis: & minuetur annona, & uinum, atq; butirũ in partibus occidentis, & in terra quæ dicitur negociatorũ. & ſignificat mortem, ſiue mutationem regis ſeu dominatoris illius regionis, in qua tu reuolueris annum. Et dixit Albumaſar, ſi aſpexerit tunc Venus aſcendens, & ipſa ſeptentrionalis, ſignificat uer bonum: ſed uinum erit modicum. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat multitudinem niuis & frigoris, in temporibus ſuis, & in regionibus conſuetis & locuſtas in tempore ſuo. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat obſcuritatem aeris, & eius groſſitiem, atque grauitatem caloris. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat bonum eſſe diuitum & magnatum, atque nobilium, & eorum gaudium atque lætitiam, ſignificat multitudinem ramorum. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat grauitatem caloris, & quòd cadet impedimentum in arbores illa de cauſa. Et ſi fuerit directus, ſignificat impedimentum arborum & caſum uermium in eas: & eo fortius ſi fuerit ibi Caput draconis, uel in Geminis.

De Marte in Cancro & eius triplicitate.
Caput XCII.

Mars in Cancro.

ET ſi fuerit Mars in reuolutione anni in Cancro, uel eius triplicitate: & maxime in Cancro, erit apparitio eorum quæ ſignificauerit in partibus ſeptentrionalibus: ſed in Cancro ſignificat naufragia repente uenientia, ex forti atque ſubito flatu uentorum & ſignificat rixam atque contentionem, & bellum in partibus occidentis. & grauabuntur homines cauſa redditus tributorum: & erunt febres, & aliæ ægritudines: & erunt dolores gutturis, ac pectoris. & grauabitur calor & minuetur pluuia. Et dixit Albumaſar, & erit annus periculoſus, eritq; modicum unguentum, atque butirum ſeu pinguedo: & ſignificat etiam mortem quadrupedum, ſed equorum magis.

Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat grauitatem frigoris in tempore ſuo, & paucitatem aquarum fontium. Et ſi fuerit eius latitudo meridiana, ſignificat uentos uenturos, ac impedimentum caſurum in arbores. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat peſtilentias, caſuras in animalia campeſtria. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat curam atque ſollicitudinem uulgi, ſeu ruſticorum ac popularium, circa propria negocia. Et ſi fuerit retrogradus, ſignificat laſciuiam: & quòd delectabuntur homines: & ſtudebunt in cultu uenereo, & fornicabuntur & ſimilia. At ſi fuerit directus, ſignificat bonam diſpoſitionem aeris, & ipſius pulchritudinem ac claritatem.

De Marte in Scorpione.
Cap. XCIII.

♏

ET ſi fuerit Mars in Scorpione, ſignificat multitudinem nubium, & grauitatem frigoris, hyemis, & diſtemperantiam caloris in æſtate, & grauitatem annonæ illa de cauſa, & etiam arborum. & erunt oculorum dolores, & multiplicabuntur latrocinia & abſciſores uiarum: ac erunt bella & dolores, & aliæ infirmitates in iuuenibus: & erit paucitas uini & butiri atq; pinguedinis & accident iſta magis in partibus ſeptentrionalibus.

Et ſi fuerit in Scorpione fueritq; latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat paucitatem aquarum. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat multitudinem aquarum fontium. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat multitudinem infirmitatum quæ cadunt ſuper homines, & maxime in inferioribus partibus uentris. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat paucitatem pietatis hominum adinuicem. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit retrogradus, ſignificat bonum in reuolutione illa & multitudinem negociatorum, cum tremore tamen atque timore. Et dixit, ſi fuerit directus, ſignificat multitudinem acceptionis cenſus & populationem domorum ſubſtantiarum diuitum.

Cum Mars fuerit in Piſce. Cap. XCIIII.

♓

ET ſi fuerit Mars in Piſce, ſignificat multitudinẽ niuis atq; pluuiæ, & erit mortalitas in partibus meridionalibus, & capient Piſces in reuolutione

uolutione illa plures ſolito: & dirimentur plura regna & ſignificat interfectionem regum & magnatum & diuitum ac nobilium ſcilicet qui ſunt apti regno: ſignificatur etiam paucitas annonæ, ut uinū patietur detrimentum & diminutionem: & erit ex eo ualde minus quàm ſperent homines, & patientur animalia uolantia impedientia detrimentum, ut ſunt muſcæ, taffani, & ſimilia. Et dixit Albumaſar, ſi aſpexerit Venus aſcendens anni abundabit mors in hominibus & dolores oculorū: & multiplicabuntur tonitrua & fulgura: & franget malitiam fructuum terræ, & ſuſcipient incrementum. Et ſi fuerit latitudo eius ſeptentrionalis, ſignificat bonitatem aeris ac ipſius pulchritudinem ſeu puritatem. Et ſi fuerit latitudo eius meridiana, ſignificat abundantiam locuſtarum, ſed impediēt parum. Et ſi fuerit orientalis, ſignificat interfectionē diuitū & magnatū. Et ſi fuerit occidentalis, ſignificat infirmitates caſuras in ſeruos & ancillas & in famulos & in famulas & uiles perſonas. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit retrogradus, ſignificat ſaluationē & lucra negociatorū. Et ſi fuerit directus, ſignificat cuſtqdiam atq; ſaluationem ouium & quadrupedum ſhinorum & ſeruorum & ancillarum & famulorū ac famularum ac uilium perſonarum. Sapientes huius magiſterij & ſpecialiter ille reuerendiſſimus prædeceſſor noſter Albumaſar non curauit ponere latitudines niſi trium Planetarū ſuperiorum: quoniam non inuenit in alijs ita expertam ueritatem, ſicut in illis: ideo dixit Albumaſar, quòd inuenit in eis aliquando errorem, ſed in ſuperioribus nullo modo, unde ipſe admonet nos eſſe intentos latitudinibus ſuperiorum & non inferiorum.

De Sole cum fuerit dominus anni, quid ſignificet. Caput XCV.

☉ decreta in natiuitatibus.

CVm autem fuerit dominus anni Sol ſeu reuolutionis, & ipſe bene diſpoſitus ac boni eſſe, fortunatus ſcilicet atque fortis, liber ab impedimendis, ſignificat ſublimitates atq; exaltationem regum, & gloriam & honorem, eiusq; petitionem: & quòd exaltabitur rex illius regionis: & ſollicitabitur circa ſui regni augmētationem. & nedum rex, ſed etiam quilibet ſecundum ſuum eſſe atq; ſecundum ſuam naturam ſeu nationem ad ſuum ſtatum augmentandū. & ſignificat utilitatem & profectum eorum & quòd auertent facies ſuas à rebus diſplicibilibus deo, & ab iniurijs, à rebus inhoneſtis. ſignificat etia [illegible] bonum eſſe diuitum & magnatum atq; nobiliun [illegible] & horum quibus debetur honor ab hominibus. Et ſi fuerit dominus anni ac dominus aſcendentis, fueritq; liber à malis, dixit Albumaſar gaudebunt reges, & habebunt lætitiam & ſecuritatem, & augmentabuntur annonæ & quadrupedia & aues: & omnia ſuper quibus habet Sol ſignificatum. Si autem fuerit impeditus, ſignificat impedimentum omnium prædictorum. Et dixit, ſi fuerit Mercurius cum Saturno uel aſpexerit eum, fueritq; ſibi particeps & receperit ab eo diſpoſitionē in diuerſis climatibus, patientur meſſes detrimentum & ruſtici: & multiplicabuntur latrones, & intrabit ſuper homines timor, & maxime in eis qui fuerint de natura Mercurij, uel quibus fuerit ſignificator, & minuentur animalia in terra occidentis, uel in terra Arabum: ſi fuerit in figura ſignorū quadrupedum ſecundum ſubſtantiam illius ſigni. Et dixit, aſpice cum hoc luminare cuius fuerit autoritas: quoniam ſi fuerit fortunatum & auctum lumine & numero, & non fuerit impeditum, repellet impedimentum magnum, & prohibebit à malo. Si autem fuerit impedimentum aliquo ſupradictorū impedimentorū in hora reuolutionis, patientur prædicta detrimentum & impedimentum magnum: & erunt infirmitates in ruſticis ſeu popularibus. Et accident iſta fortius & terribilius, ſi fuerit in ſignis hominum quæ ſunt Gemini, Virgo, Libra, prima medietas Sagitarij, & Aquarius & autoritas fuerit Lunæ: uel ſi fuerit ſua & ipſe fuerit in Libra. Et ſi fuerit in Tauro uel Capricorno, ſignificat grauationem equorum, boum, taurorum & bubalorum. Et ſi fuerit in Cancro, Scorpione uel Piſce, grauabuntur res aquaticæ. Et hæc iudicia habēt locum in reuolutionibus annorum mundi, prout ad ipſas reuolutiones pertinent. Et ſi aliquis malorum impedierit eum, aſpice ipſum malū, & uide in quo ſigno ipſe ſit, & in qua domo: quoniam ſecundum ſignificata domus, & ſigni in quo fuerit, erit impedimentum. Et ſi fuerit Sol fortunatus & aſpexerit eum aliqua ex fortunis, ſignificat bonum eſſe atque bonam diſpoſitionem omnium prędictorum. Nam ubi ſignificat malum, cum fuerit impeditus, ibi ſignificat bonum cum fuerit liberatus: & ſuper eiſdem ſignificabit ubi falſitatem ibi ueritatem: ubi iniuſtitiam ibi iuſtitiam: ubi depreſſionem ibi exaltationem ubi indigentiam ibi abundātiam. Et adhibe mentem tuam, ut intelligas hoc bene ne cadat ſuper eis error. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit Sol in Ariete uel eius triplicitate, erit in parte orientis.

Et ſi fuerit Sol boni eſſe in loco ſuo, ſignificat rectitudinem diuitum & eorum iuſtitiam & aptationem eorum & uictoriam de inimicis ſuis, & de his qui contendunt cum eo. Et dixit, ſi uero fuerit mali eſſe in loco ſuo, ſignificat apparinonem diuitum & magnatum: & paucitatem acquiſitionis eorum ſuper inimicos ſuos, & caſum honoris eorum in ciuitatibus illis. Et dixit, & ſi fuerit in Tauro uel eius triplicitate, erit apparitio euentuum eorum quæ dixi ex partibus meridiei ex ciuitatibus quibus præfuerit ipſum ſignum, & hoc quod eſt eius ex ſubſtantia terræ, ſeminis & arborum. Et dixit, & ſi fuerit in Geminis uel eius triplicitate, ſignificat apparitionem eorum quæ dixi ex euentibus in partibus occidentis & in omnibus quæ ſunt eius ex rebus altis. Et dixit & ſi fuerit in Cancro uel eius triplicitate, erit apparitio eorum ex euentibus in partibus ſeptentrionis exan imalibus quæ ſignificantur per ipſum. Et dixit; & opus in re Solis in aſpectu Planetarum ad ipſum erit, ſicut opus in re Saturni in hoc ex bono uel malo æqualiter.

Quid ſignificet Sol in unaquaq; domo in reuolutione annorum, natiuitatum, & annorum mundi, atq; in natiuitatibus, ſiue ſit dominus anni ſiue non. Cap. XCVI.

CVm Sol fuerit in Ariete, ſeu in reuolutione natiuitatis uel anni mundi in prima, ſignificat principatum & ſublimitatem atq; magnitudinem ☉ duodecim decreta in domibus.

gnitudinem rerum nati,& idem in reuolutione:ſimiliter & in reuolutione annorum mundi,ſignificat ſtatum & augmentationem boni ciuium reuolutionis in qua reuolutus fuerit annus: niſi contra operetur Saturnus & Mars,uel alter eorum, & ipſe malinoſus exiſtens. Et ſi fuerit in ſecunda,ſignificat dilectionem inter homines, & decens eſſe ipſorum,erunt tamen aliquæ turpitudines oculorũ.

Et in tertia,ſignificat mutationem ex una regione in aliam, & quòd rex illius regionis perficiet res ſuas,& ſuorum ſubiectorũ in bono & in bona parte: ſimiliter & natus res ſuas ex parte regis. In quarta autem, ſignificat laudem inter homines & ſublimitatem eorum atq; honorem & apparebunt res quæ diu ſteterant occultatæ nec apparuerant:& ſignificat etiam inuentionem theſaurorum ſiue ipſorum aggregationem, ſeu acquiſitionem. In quinta,autem ſignificat mutationẽ ſtatus plurimum hominum, cauſa filiorum: & natus cauſa proprij filij mutabit ſuum ſtatum, & quòd reuerebitur à populo: & reuerebuntur populares maiores ſe,& honorabunt eos: etiam erit gaudium cauſa donationum. In ſexta uero, ſignificat infirmitates ac detrimenta cauſa ſeruorum & aliorum quæ ſignificantur per ſextam domum,& quòd inuidebunt ruſtici ſeu ignobiles maioribus ſe: ſimiliter & nato.

Et in ſeptima, ſignificat contrarietatem quæ accidet uulgo à nobilibus ſiue magnatibus ſeu regibus.Eadem ſimiliter accident nato. In octaua, ſignificat depreſſionem diuitum & magnatum ſeu nobilium atq; potentum eorumq; diminutionem & mortem ac improperium. In nona,ſignificat bonam diſpoſitionem animi hominum erga ſe & in cogitationibus placibilibus deo atq; in his quæ ad fidem ſpectant. In decima, ſignificat honorem regum atq; ipſorum exaltationem & eorum gloriam atq; profectum. In undecima, ſignificat gaudium & lætitiam hominum cauſa amicorũ & mutuæ dilectionis inter ſe & rerum de quibus habetur fiducia boni:ſimiliter accidet nato ex his & bonum ex magnatibus qui ſunt infra reges. In duodecima uero, ſignificat diminutionem atq; depreſſionem diuitum & magnatum,nobilium quoque & eorum mortem: eorumq; dignitatum ablationem:& iniurias eis illaturas ab ignobilibus:& ſignificat contrarietates quæ accident nato ex inimicis ſuis,& etiam ex alijs & magis à uilibus quàm à magnatibus.

De Venere cum fuerit domina anni, quid ſignificet.
Caput XCVII.

Veneris decreta in anno.

CVm Venus fuerit domina anni,& ipſa boni eſſe ac bene diſpoſita, ſignificat bonam diſpoſitionem ac bonum eſſe mulierũ, tam adultarum quàm puellarũ, tam corruptarũ quàm uirginum,ſimiliter & eunuchorum. Et ſi fuerit domina anni & domina aſcẽdentis,fueritq; libera ab impedimentis & à malis, ſignificat annum ſecuritatis & quietudinis,& aptabuntur res:erit bonum in honoribus & iuſtitia & largitas & rectitudo atque pax.Si autem fuerit recepta,inuenient ruſtici bonũ à regibus & diuitibus atq; magnatibus, & diligent ruſtici regem ſuum,& obedient ei:& multiplicabuntur nuptiæ,& erit in mulieribus gaudium & alacritas.Si autem fuerit impedita,ſignificat paucum bonum in anno illo, & erunt terræmotus in diuerſis terris,ex quibus cadent ædificia: eritq; bellum, licet modicum,& triſtabitur rex illius regionis, & accident iſta in regione deputata & eius climate.Si uero fuerit impedita hora reuolutionis:ſignificat impedimentum ac malum eſſe omnium prædictorũ.

Et dixit Albumaſar, ſi fuerit in ſignis humanis, impedietur quicquid eſt eius ex hominibus.Si fuerit in ſignis terreis, deſtruetur quicquid eſt eius ex ſubſtantia terræ. Si fuerit in ſignis aereis,deſtruetur quicquid eſt eius ex ſubſtantia aeris. Si fuerit in ſigno aquatico,deſtruetur quicquid eſt eius ex ſubſtantia aquæ.Et dixit,& ſi fuerit in loco mali fortuna,uerte ſententiam tuam, & dic in loco mali bonum,& in loco iniuſtitiæ iuſtitiam. Et dixit, aſpice quoq; Planetam impedientem eam in quali ſigno ſit & commiſce eum: & loquere ſuper eum ſecundum quòd patefactum eſt tibi in re Saturni.

Quid ſignificet Venus in unaquaq; domo in reuolutione anni,ſiue ipſa ſit domina anni,ſiue non.
Caput XCVIII.

♀ decreta in duodecim domibus.

CVm fuerit Venus in reuolutione in prima, & ipſa boni eſſe ac bene diſpoſita,tũc ſignificat quòd erunt homines ſimiliter & natus in dilectionibus & gaudijs atq; uoluptatibus, & delectabuntur in comeſtionibus & potationibus: & ſtudebunt in pulchro modo uiuendi,tam uictualium,quàm indumentorum,& in apparitione atq; oſtenſione indumentorum ſeu ornamentorũ corporis,& uſu annulorum & monilium & ſimilium, & rerum odoriferarum & apparitione rerum honeſtarum & in omnibus in quibus delectantur homines. Et ſi fuerit in ſecunda, ſignificat utilitatem & acquiſitionem cauſa mulierum & ex mulieribus & profectum cauſa illius acquiſitionis. At ſi fuerit in tertia,ſignificat obliuionẽ religionis, & quòd parum curabunt homines de ipſa,ſimiliter & natus: & incontinentiam uenerei cultus & iram quam ſequuntur illa de cauſa:& quòd ex hoc perpetrabuntur multa mala opera,& quòd iuuabunt amici amicos ad illa facienda. Si uero fuerit in quarta,dixit Albumaſar,ſignificat mœrorem & triſtitiam immerito rerum ex parte matrum,& finis erit laudabilis.

In quinta uero,ſignificat detrimentum cauſa filiorum in principio reuolutionis,ſed in fine laudabitur & uertetur mœror in gaudium. In ſexta autem dixit Albumaſar, ſignificat infirmitates & tribulationes ex parte ſeruorum & ancillarum, ac etiam matrum,& ſignificat uiduas. Vnde ſi dominus ſexti fuerit boni eſſe,bene erit eis,& econtra.Et dixit,& dominus interrogationis non adipiſcetur omne quod petierit ex rebus. Et dixit,& ſi fuerit interrogatio de infirmo, liberabitur ab infirmitate ſua.Et dixit,& ipſe liberationis eius erit cauſa,ſecũdum quòd expoſui tibi in re Saturni in initio libri. Et dixit,& ſcito quòd cum fortuna fuerit in domo infirmitatis,alleuiabitur infirmitas, ſed ſi fuerit ibi malus,grauabitur. Et dixit, ſi fuerit in ſeptima, ſignificat coniugium & gaudium ex parte mulierum,& ex omni re quæſita,ex participatione:& ef-

ficietur ei omnis res quam oeluerit. In octaua uero, ſignificat mortem ſociorũ maiorum, & matrum atq; nutricũ. In nona autem, ſignificat mutationem religioſorum de una manſione in aliam, ac ueritatem ſomniorum: & ſignificat peregrinanones longioquas. In decima uero, ſignificat gaudium ex rege & ex parte regis. In undecima uero, ſignificat gaudium atq; lætitiam ex boois quæ accident eis, & fiduciam & ſpem bonam ex parte amicorũ, & ex eis fortunam bonam. At ſi fuerit in duodecima, ſignificat tribulationẽ & inimicitatem ex mulieribus: & ut plurimum ex mulieribus uilibus, ſimiliter accidet ex nato.

Quid ſignificet Venus in unoquoq; ſigno in reuolutione anni. Caput XCIX.

Venus per duodecima ſigna. ♈

SI fuerit Venus io reuolutione in Ariete, fueritq; domina aoni & ipſa boni eſſe, fortunata ſcilicet atq; fortis, libera ab impedimentis: ſignificat bonum eſſe diuitum ac magnatũ atq; nobilium: ſignificat etiam temperamentum aeris ac ipſius quietudinem in partibus orienos: & ſignificat pluuias molles ac temperatas, non nocibiles, & extinctiones bellorũ in partibus ipſis & bonum eſſe Arabum & abundantiam uictuum eorum, & quietudinem inter homines, & pacem atq; tranquillitatem & ludos ac tripudia in terris quæ ſunt in diuiſione Arietis & exercitium illorum ciuium in rebus uenereis. Si autem fuerit impedita, ſignificat impedimentum, ſcilicet quòd non faciet bona oec poterit reſiſtere malis.

♌

Sed ſi fuerit in Leone, ſignificat extinctionẽ bellorum atq; contentionum, uel ſaltem eorum mitigationem ac infirmitatum & mortalitates in partibus orientis: & erunt alacritates & delectationes in rebus uenereis, & maxime in diuitibus & magnatibus atque nobilibus, niſi contra operetur Mars.

♐

Et ſi fuerit in Sagittario, & ipſa bene diſpoſita, ſignificat quietudinem atq; tranquillitatem, & extinctionem bellorum in partibus occidentis, & in terra Arabum: & bonitatem ac ſaluationem corporum ciuiom illarum regionum, & lucrum negociatorum eorum: & ſanitatem puerorum ipſorum, niſi cootra operetur Mars: & abundabont pluoiæ aliquantulum plus quàm oporteat, & temperabitur frigus hyemis eorum: & proficiet mel & uinom ipſorum, & ſignificat paruum lucrum portatorum armorum illarum partium, niſi Mars oppreſſerit Venerem, oel ipſa fuerit alias multum impedita, ſeu male diſpoſita.

♉

Et ſi fuerit Venus in reuolutione anni in Tauro, & ipſa boni eſſe: ſignificat apparitionem eorum quæ ſignificauerit in partibus meridianis uniuerſaliter: apparebunt etiam in partibus Ieruſalem, & in dextera orientis, uel in terra Turcorum, & in terra Romanorum: ſignificat etiam uentos oenturos in illis partibus non tamen nocibiles: & ſaluationem fructuum arborum & hoc accidet ex parte ſuæ benignæ naturæ: & ſignificat bonitatem aeris, & ſaluationem mulierum & uaccarum in illis partibus: ſaluationem etiam annonæ: ſimiliter & ciues terrarum utiles, niſi contra operetur Mars, uel ipſa fuerit impedita ſeu male diſpoſita.

♍

Et ſi fuerit io Virgine, fueritq; bene diſpoſita: ſignificat traoquillitatem & bonum eſſe in partibus ſeptentrionalibus: & abundantiam uini & annonę & butiri, atq; pinguedinis. nec erit mortalitas in eis niſi contra operetur Mars.

♑

Et ſi fuerit Venus in Capricorno. ſignificat paucitatem bellorum atq; latrociniorum & deprædationum atq; uiarum abſciſionum & tribulatiooum: & ſaluationem iuuenum: atq; paucitatem pluuiarum in partibus orientis & meridiei: & abundantiã annonę, oini atq; butiri: & erit trãquillitas inter orientales & meridionales. At ſi fuerit impedita uel Mars contra operatus, tolletur eius ſignificatum, nec poterit prodeſſe.

♊

Et ſi fuerit Venus in reuolutione anni in Geminis, & ipſa boni eſſe ſignificar apparitionem euentus ſignificatorum eius io partibus occidentis: ſimiliter & in terra Arabum & in partibus ſeptentrionis: & ſignificat ſaluationem hominum in illis partibus: & temperamentum aeris atq; pluuiarum: & diminutionem bellorum atque contrarietatum: & augmentum alacritatum in partibus ſeptentrioois.

♎

Et ſi fuerit Venus in Libra & ipſa boni eſſe, ac libera ab impedimentis: ſignificat ſaluationem ciuiũ, regionum quæ fuerint in diuiſione Libræ & ſaluabuntur uiri potius quàm mulieres: & ſignificat ſaluationem hominom io partibus meridionalibus, oiſi cootra operetur Saturnus: eritq; in partibus illis uinum & butirum atq; pioguedo & mitigabuntur latrocinia & abſciſiones uiarum & deprædationes & contentiones, niſi contra operetur Mars, uel ipſa fuerit impedita.

♒

Et ſi fuerit in Aquario & ipſa boni eſſe ac bene diſpoſita: ſignificat bonum eſſe hominum & ablationem uel ſaltem diminutionem, grauitatum, atq; tribulationum, quæ ſunt uenturæ hominibus in reuolutione illa: & diminutionem niuium atq; pluuiarum & frigoris, hyemis: & ſaluationem uini atq; butiri in partibus occidentis. & io Alexandria: & in tota terra quæ dicitur negociatorum: & cuſtodiam regis illius regionis in qua tu reuoluis annũ. Quæ ſi aſpexerit aſcendens, & ipſa fuerit ſeptentrionalis: ſignificat paucitatem uini, erit tamen uer bonum & utile atq; ſuaue, niſi contra operetur Mars, uel ipſa fuerit alias male diſpoſita.

♋

Et ſi fuerit Venos in Cancro in reuolutione anni, ſignificat quòd erit apparitio, eorum quæ ſignificauerit io partibus ſeptentrionalibus: ſignificat ſaluationem nauigantium & quietudinem inter homines in partibus occidentalibus & alleuiatiooem à redditibus & tributis plus ſolito: & erit diminutio febrium ac aliarum ægritudinum: & diminuetur calor: & erunt pluuiæ: & alleuiabuntur pericula uentura in anno illo, ſeu in reuolutiooe illa:

illa.ſimiliter & mors quadrupedum,& maxime equorum niſi contra operetur Mars, uel ipſa fuerit aliàs male diſpoſita.

♏

Et ſi fuerit in Scorpione libera ab impedimentis, ſignificat attenuationem nubium,&bonam aeris diſpoſitionem, & alleuiationem frigoris, hyemis,& caloris æſtatis, & ſaluationem annonæ & arborum,& minuentur ægritudines, & ſpecialiter dolores oculorum,& maxime in iuuenibus: & latrocinia & abſciſiones uiarum,& bella: & ſaluabitur uinum atque butirum: & accident iſta magis in partibus ſeptentrionalibus quàm in alijs.

♓

Et ſi fuerit in Piſcibus, ſignificat diminutionem niuium atque pluuiarum,& mortalitates in partibus meridianis & captionem Piſcium,& ſaluabuntur regna earum partium, & diuites & nobiles & magnates:& ſaluabitur annona,ita quòd non patietur graue detrimentum.ſimiliter & uinum. Quæ ſi fuerit impedita & male diſpoſita, & aſpexerit aſcendens, ſignificat tonitrua & coruſcationes, & mortem in hominibus, ac dolores oculorum:augmentabuntur tamen terræ naſcentia, niſi contra operetur Saturnus.

De Mercurio cum fuerit dominus anni, quid ſignificet. Caput C.

☿ Quid in triplicitatibus.

CVm fuerit Mercurius dominus anni ſeu reuolutionis,& ipſe boni eſſe, ac bene diſpoſitus, liber ab impedimentis: ſignificat bonum eſſe negociatorum.ſapientum,atque ſcriptorum,& magnorum operum & arithmeticorum,& numero utentium per modum docendi & geometrarum:ſignificat etiam bonum eſſe puerorum, ſecundum quòd ipſe fuerit iunctus cum Planetis. Nam ſi fuerit iunctus cum Planeta maſculino, accidet hoc in maſculis.ſi cum fœminino,accidet hoc in fœminis:& eo melius ſi receperit eum dominus domus ſuæ. At ſi ipſe fuerit dominus anni, & dominus aſcendentis fuerit liber ab impedimentis, & aſpexerit eum aliqua fortunarum,inuenient homines à rege bonum: & quilibet inueniet bonum à ſuis dominatoribus: & audietur ab eis, & inueniet ab eis honorem atque laudem & bonum ſtatum,& laudabilem.eritq; annus utilis dictis perſonis.Si autem fuerit impeditus,nec fuerit receptus, ſignificat contrarium eius quod dictum eſt: quia inuenient homines diſtrictionem à regibus & ſuis dominatoribus,& deprimentur ab eis: eritq; annus cõtrarius pueris ſapientibus atque negociatoribus & alijs prædictis. Et dixit Albumaſar, ſi autem cum hoc aſpexerit eum malus, deſtruetur eſſe eius de loco quem dixi.Et dixit,& ſi fuerit Luna libera à malis, multiplicabuntur pluuiæ & frigus,& legati gaudebunt atque inuenient bonum: & eo melius ac dignius,ſi fuerit recepta: quia tunc inuenient locum dignitatis à rege ac regibus, & pluet in tempore ſuo cum neceſſe fuerit.Si autem fuerit mali eſſe, ac male diſpoſitus, ſignificat impedimentum ac malum eſſe prædictorum, & eorum malam diſpoſitionem,cuiuſlibet ſecundum ſuum ſubiectum. Si autem non fuerit iunctus maſculinis & fœmininis ſimul: ſignificat quòd accidet hoc uniuerſaliter in pueris atque puellis. Et dixit Albumaſar, detrimentum patietur quicquid eſt eius ex hoc. Secundo erit narratio ſuper ea quæ ad eum pertinent, & ſuper figura humana terrea, aerea,& aquatica & beſtialia, aſpectum quoque malorum & fortunarum ad eum & indumentum eius ex eis.Et dixit horum omnium erit narratio quemadmodum patefeci tibi in capitulo Saturni æqualitate.

♈

Qui ſi fuerit in Ariete uel eius triplicitate,& maxime in Ariete, ſignificat abundantiam aquarum ſiue multam pluuiam & paucitatem annonæ in partibus occidentis ac detrimentum uini, & ſignificat uentos ualidos futuros in illa reuolutione, & rores ac tenues & molles nubes, & mortem puerorum, ut dixi. Si autem fuerit ei iuncta Luna ſignificat multitudinem piſcium. Si autem fuerit iunctus Soli, ſignificat abundantiam uini,& ſaluationem mulierum:& eo fortius, ſi fuerint Mars & Venus tunc cum Sole,cum iungitur ei Mercurius. Si autem fuerit Saturnus in loco Veneris, ſignificat multiplicationem aquarũ.Si uero fuerit cum eo ſolus Mars, ſignificat dolores oculorum,& multitudinem guerrarum atque bellorum.

♌

Et ſi fuerint in Leone, ſignificat grauitatem æſtus in temporibus ſuis, & uentorum æſtiualium. Et ſi fuerit ultra decimam domum, uſq; ſeptimam, ſignificat impedimentum in parte illa, & paucitatem annonæ,ſed non exterminatam. Et ſi aſpexerit eum aliqua ex fortunis, tolletur malitia illa, & ſignificat paucitatem uini atque pinguedinis,abundabunt tamen dactyli in partibus in quibus creuerunt,eruntq; dolores oculorum,& erit mors in lupis & alijs quadrupedibus de raptu uiuentibus.

Et dixit Albumaſar,deteriorabitur eſſe nobilium in Curacen. Et aſpectus malorum auget malum, Curacen.
& aſpectus fortunarum parcit atque refrenat nutu Dei.

♐

Si autem fuerit in Sagittario, ſignificat niues futuras in reuolutione illa in ſuis tẽporibus & cõſuetis, & aeris diuerſitatem ac ipſius incõſtantiam,& paucitatem annonæ atq; fructuum, arborum & terrarum & paucitatem aquarum:erit tamen uinum atque butirum & unguentum atque pinguedo, eruntque guerræ atque bella in partibus occidentis.

♉

Dixit Albumaſar,& ſi fuerit Mercurius in Tauro, ſignificat multitudinem aquarum: ac deſtructionem meſſium & detrimentum uini, & poſſet hoc accidere cauſa diuerſitatis aeris, ac diuerſa ipſius alteratione.& paucitatem butiri atque unguenti ſeu pinguedinis, & dolores oculorum ex parte orientis, & mortem nobilium, principum ſcilicet atque magnatum,ſeu diuitum,niſi contra operentur Iupiter & Venus:quoniam ſi aſpexerint aſcendens reuolutionis,tollent omnem malitiam & omne impedimentum quod ſignificauerit Mercurius. Si uero Mars aſpexerit aſcẽdens reuolutionis,ſignificat grauitatem belli,& ſignificat etiam mortẽ uaccarum,& accidet hoc in partibus meridiei magis.

♍

Et ſi fuerit in Virgine, dixit Albumaſar multiplicabuntur pluuiæ & meſſes. & abundabunt dolores oculorum & mors in partibus Animarot.

♑

Et ſi fuerit in Capricorno, ſignificat guerras & tribulationes uenturas in partibus Curacen. Et dixit Albumaſar, ſi autem fuerit coniunctus Veneri & Marti & erit in Curacen bellum ex uiris Abagir.

Abagir.

♊

Et dixit Albumaſar, ſi fuerit Mercurius in Geminis: ſignificat guerras ex parte Lannorum, ex ciuibus Curacen & magnatibus & multitudinem niuium & detrimentum in meſſibus atq; unguentis & butiro & erit multitudo uini & ſignificat peſtilẽtiam ac mortem in mulieribus & multitudinem puſtularum & phlegmonũ: ſignificat etiam rores atq; aeris humiditatem. Et dixit Albumaſar, ſi aſpexerit Sol & Iupiter aſcendens anni, minuentur peſtilentiæ atq; mors: & erunt homines fortiores ſolito in partibus orientis atq; ditiores & magis lucrabuntur atque proficient.

♎

Et ſi fuerit in Libra, ſignificat paucitatem uini atq; annonæ & ſignificat uẽtos ualidos atq; graues uenturos in reuolutione illa. Et ſi aſpexerit uel iunctus fuerit ei Saturnus ſignificat dolores capitis & uentris uenturos hominibus. Sed ſi aſpexerit Sol tunc Saturnum, repellet malitiam, & tollet eam, nec impediet.

♒

Et ſi fuerit in Aquario, ſignificat locuſtarũ multitudinem in partibus in quibus conſueuerunt eſſe: & paucitatem pluuiarum & ſignificat pruritus atq; puſtulas accidẽtes hominibus ex corruptione aeris ac ex ipſius diuerſitate. Et ſi fuerit tunc corporaliter iunctus cum Venere ſignificat terræmotum uenturum in reuolutione illa & eo fortius, ſi cũ Sole fuerint iuncti: & iterum fortius ſi aſpexerit eos Mars uel Saturnus ex oppoſitione uel quarto aſpectu. & erunt peſtilẽtiæ & multiplicabunt latrones & ex cõiunctione Saturni ſignificat abundantiã pluuiarũ.

♋

Si quidẽ fuerit in Cancro, ſignificat interfectionem uenturã in partibus occidẽtalibus: & etiam in Animarot: & paucitatem annonæ & pinguedinis atq; butiri: & quòd cadet impedimentũ in arbores atq; in ſemina ſimiliter & in uinũ & erunt infirmitates, & maxime circa partes colli & gutturis ex cauſa reumatica, ut ſunt ſquinanciæ, & ſimilia. Et ſi fuerit coniunctus Marti & Veneri ſimul: ſignificat interfectionem diuitum & magnatum ſeu nobilium, in partibus occidentis, niſi contra operetur Venus & Luna quæ ſi aſpexerint tollẽt malitiã & repellẽt eã.

♏

Et ſi fuerit in Scorpione, ſignificat multitudinẽ niuium in ſuis tẽporibus in regionib⁹ cõſuetis & pluuiarũ & ſignificat guerras & bella in partib⁹ occidẽtis & ſeptẽtrionis, licet forte remiſſi⁹. quẽ ſi aſpexerit Mars erũt, ſeptẽtrionales fortiores occidẽtalib⁹: & erũt latrones atq; abſciſſores uiarũ plures ſolito et erũt peſtilẽtiæ in partibus ſeptẽtrionis: & febres cũ frigore forti. & erunt apoſtemata & dolores oculorum cum lippitudine atq; rubore & ophthalmiæ.

♓

Si autem fuerit in Piſce, ſignificat uentos & pluuiam, & accident hæc ut plurimum in partibus ſeptentrionis. Et dixit Albumaſar, erit mors in partibus Animarot & multiplicabuntur repentia & Piſces. Omnia enim hæc euenient cum Mercurius fuerit ſolus ſignificator. Sed ſi aſpexerint eum Planetæ, erunt ſignificata ſecundum diſpoſitionem Planetarum, & aſpectus eorum ad eum. Nec mireris ſi poſui tibi exiſtentiam eius in ſignis: quoniam reuolutiones non fiunt ſecundum introitum Solis in Arietem tantum: immo fiunt ſecundũ introitum eius in quodlibet ſignum mobile, quando ſcilicet reuolutiones fuerint ſecundum medietates uel ſecundum quartas, ſicut plures accidit: & tũc poſſet eſſe quod dixi, licet non ſemper.

Quid ſignificet Mercurius in unaquaq; domo in reuolutione mundi ſiue in natiuitate ſiue in natiuitatis reuolutione ſiue ſit ipſe dominus anni ſiue non. Caput C I.

Mercurij decreta in duodecim domibus.

CVm Mercurius fuerit domin⁹ anni, fuerit q; in reuolutione ſeu in natiuitate in primo, ſi fuerit reuolutio anni mundi ſignificat exercitium hominũ quorum intereſt in ſapientia ſimiliter & ſcriptura & diſciplina, & quòd erunt facũdiores in diſputationibus & in ſcientijs quadruuialib⁹ quam conſueuerunt. Si autem fuerit natiuitas uel reuolutio, ſignificat quòd natus erit ſapiens in literatura, facundus in diſputationibus, & diſciplinabilis in numeris, menſuris, cõſonantijs, & in corporũ cœleſtiũ motibus, & quid accidat ex illis. Et ſi fuerit in ſecundo, ſignificat lucrum atq; profectum & augmentationem ſubſtantiæ, & augmentũ honoris, & bonæ famæ apud regem & ex rege. & bonum ſtatũ atq; bonũ eſſe inter homines tam nato quàm alijs. Et ſi fuerit in tertio, ſignificat bonũ eſſe fratrum ex fratribus & ſororibus & amicorũ ex amicis nato, ſignificat abundantiam fratrum & ſororũ ſecundum naturalem poſſibilitatem. & multitudinẽ amicorum & natorũ & domeſticorũ atq; diligentiũ eum. Et ſi fuerit in quarto, ſignificat altercationes uerborum inter homines, plures ſolito, contentiones quoque ac triſtitias ſeu mœrores caſuros inter homines. Et ſi fuerit in quinto, ſignificat fortunam ex filijs: & ex parte filiorũ & alacritatem & ex rumoribus aduenientibus aliunde: & gaudebũt homines ex tripudijs uel ludis ac rebus delectabilibus. & quòd recedent ab eis triſtitiæ quæ iam fuerũt & superuenient eis exinde res de quibus gaudebũt & lætabuntur. Idem accidet nato tam in natiuitate quàm in reuolutione, ſi fuerit Mercurius tunc ſic inuentus. Et ſi fuerit in ſexto, ſignificat contentiones quæ uenient hominibus, ſimiliter & nato ex parte ignobilium, & deceptiones ex parte ſeruorum & ancillarum, & ſimiliter famulorum atq; famularum & animalium minorum, & deteriorationem & diminutionem rerum ac honoris. Et ſi fuerit in ſeptimo, ſignificat laſciuiam ac delectationem ex parte mulierum & ex mulieribus, & contentiones illa de cauſa. Et ſi fuerit in octauo, ſignificat contentiones quæ cadunt inter homines cauſa rerum iam præteritarum quæ renouabuntur

inter

inter illos. Et ſi fuerit natiuitas uel natiuitatis reuolutio, ſignificat quòd accident nato inimicitiæ ex uicinis & ex parte uicinorũ, quas uix aut nunq̃ poterit euitare, & dicent mendacia contra eum, & accident ei cõtentiones illa de cauſa, & ex cauſa ſubſtantiarum quæ fuerint ei relictæ à mortuis uel propter rem diu antiquatam. Et ſi fuerit in nona, ſignificat laudem mutuam inter homines & honeſtatem: & nato ſignificat ſapientiam, diſciplinã & ſi adhæſerit quadruuio, bene proficiet in eo & ſpecialiter in aſtronomia, & etiam in alijs ſcientijs & quòd laudabitur inde à ſuis notis & etiã ab alijs. Et ſi fuerit in decima, ſignificat quòd natus acquiret magiſtratus atq; dignitates & honores magnos, cauſa literarũ atq; ſcripturæ & quadriuiũ arithmeticæ muſicę ac aſtronomię. Idẽ ſignificat in reuolutione mũdi illis q fuerint in illis ſciẽtijs periti. At ſi fuerit in undecima, ſignificat mutuã amicitiã inter homines uenturam: & in natiuitate ac in reuolutione ac natiuitatis ſignificat multitudinem amicorum & gaudium ex nobilibus & à nobilibus. Siquidẽ fuerit in duodecima, ſignificat in reuolutione anni mundi inſulſitatem hominum in reuolutione illa, & eorum ignorantiam. Si autem fuerit in natiuitate uel in natiuitatis reuolutione, ſignificat ſtultitiam nati atq; diuerſitatem ſui animi, atq; inſciẽtiam ſenſusq; imbecillitatem atq; ebrietatem ac leuitatem & procacitatem & ineptitudinem in eundo & redeundo & interrogando de rebus ineptis, & quæ carent radice. Et ſi contigerit eum aliquid ſcire uel intelligere uel diſcernere, erit hoc in beſtijs magis quàm in alijs rebus.

De Luna cum fuerit domina anni, quid ſignificet.
Caput CII.

Lunæ decreti.

CVm aũt fuerit Luna dña anni, ſeu reuolutionis & ipſa boni eſſe, fortunata ſcilicet atque fortis, libera ab impedimẽtis, ſignificat bonum eſſe uniuerſitatis uulgi: & etiam bonũ eſſe nautarum & matrum lectatorum quoq; atq; guliardorum ſeu glutonum, & diurnalem quietudinem ipſorum eorumq; uictus bonitatem. Si autem fuerit impedita, ſignificat contrarium horum quę dixi: & malum eſſe prædictorũ & omnium ſignificatorum ſuorum. Et ſi fuerit in ſignis humanis, erit impedimentũ in hominibus iuxta ſexum ſigni in quo fuerit. Et ſi fuerit in ſignis igneis, cadet impedimentũ ſuper omne quod ſignificauerit ex rebus igneis. Si autem fuerit in terreis, cadet ſuper omne quod ſignificauerit ex rebus terreis. Si uero fuerit in ſignis aereis, cadet ſuper omne quod ſignificauerit ex rebus aereis. Similiter ſi fuerit in ſignis aquaticis, cadet ſuper omne quod ſignificauerit ex rebus aquaticis. Et ſi fuerit in ſigno formato ad ſimilitudinem alicuius alterius animalis, cadet ſuper animalibus formatis ad ſimilitudinem illius ſigni. Et dixit Albumaſar, in quali ſigno aſpiciuntur, erit narratio ſuper omne hoc quemadmodum patefeci tibi in capitulo Saturni. Et dixit ſcito hoc, & intellige bene: quia ſunt omnia hæc ex ſecretis ſcientiæ aſtrorum. Et dixit, nihil erit in eis quod occultetur tibi nutu dei. Attendere autem potes quoddam cuius radicem non inueni nec etiam ab aliquo ſapiente fore dictum, quòd qualiſcunque fuerit reuolutio anni, uel qualiſcunque fuerit eius dominus ſi pluerit ſenſibiliter undecimo die intrante Iunio, quòd cadet malum atq; detrimentum & impedimẽtum in fruges, & terrænaſcentia, eorumq; ſextæ partis deſtructionem. Et ſi fuerit impeditus dominus horæ aſcendentis reuolutionis detrimentũ patietur quinta pars eorum. Si uero fuerit tunc impedita Luna quartæ parti eorum eueniet. Si uero fuerit impeditus dominus aſcendentis reuolutionis, tertia pars prædictorũ deſtruetur. Cõſiderabis iterum utrum in ſexto die intrante Octobri pluat, uel non: quoniam ſi pluat per modum pluuiæ, pluuias futuras nocibiles iudicabit & eo fortius & nocibilius, ſi coniunctio Solis & Lunæ, uel eorum oppoſitio affuerit eo die: & eo fortius ſi coniunctio fuerit in humida manſione. Nota. Nota.

Quid ſignificet Luna in reuolutione anni mundi in unaquaq; domo ſeu natiuitate, uel in natiuitatis reuolutione, ſiue ſit ipſa domina anni, ſiue non.
Caput CIII.

Lunæ decreta in duodecim domibus.

CVm Luna fuerit in prima in reuolutione anni mundi, ſiue ipſa ſit domina anni ſiue nõ: ſignificat ueloces mutationes hominum in reuolutione illa de loco ad locum: de una re ad aliam: de uno propoſito ad aliud: & ſignificat effectum rerum, de quibus intromiſerint ſe homines: & ſignificat principatus ac dignitates illis quibus conuenerint: & quòd etiam acquirent homines bonum à ſuis maioribus: & qui habuerint matres acquirent bonum ab eis: & gaudebunt homines ex mulieribus. Et ſi fuerit natiuitas, accidet bonum nato. Idem in eius reuolutione. Si autem fuerit in ſecunda, ſignificat mœrorem & triſtitiam quæ accident nato cauſa ſubſtãtiæ, & quòd ipſi perdent de ſuis bonis in reuolutione illa: diminuetur ſimiliter & nato. Et ſi fuerit in tertia, ſignificat q; amicabuntur homines ſibi inuicem & maxime in terris quæ ſunt in diuiſione ſigni in quo fuerit tũc Luna: ſimiliter accidet inter fratres: augmentabitur enim eorum amor. Et ſi fuerit inter eos inimicitia, diminuetur: & perficient homines res quas incipiunt, & quarum perfectionem affectant & acquirẽt etiam bonum à diuitibus & magnatibus: & dignitates à regibus & nobilibus & diuitibus ac magnatibus qui ſunt apti regno & erunt peregrinationes conuenientes ac utiles niſi cõtra operetur Saturnus aut Mars. Idem dicas de facto nati & quòd affectabit eſſe cum nobilibus atque diuitibus qui non ſunt ſerui pecuniæ. At ſi fuerit in quarta, fueritq; reuolutio diurna, ſignificat eius principium malũ, atq; impedimentum, finis tamen erit laudabilis. Si autem fuerit nocturna nec principiũ nec finis laudabitur: & minuetur res hominum, & etiam perſonæ patientur detrimentum, niſi contra operetur Iupiter. Et ſi fuerit natiuitas uel reuolutio eius, idem accidet nato. Et ſi fuerit interrogatio, triſtabitur interrogator illa de cauſa, & lætabitur ſicut dictum eſt de reuolutione diurna uel nocturna. Dixit Albumaſar, niſi eſſet quæſtio de theſauro acquiſito uel de re ſepulta, quia in hoc optimum eſt, apparebit enim res illa & detegetur. Et ſi fuerit in quin-

ta, ſignificat adeptionem filiorum in reuolutione illa. Et ſi fuerit natiuitas, ſignificat multitudinem filiorum. Et ſi fuerit reuolutio natiuitatis, ſignificat adeptionem filij in ea, ſi natura fuerit apta hoc poſſe facere: & ſignificat hoc maſculinitatem in re nocturna. Si autem fuerit diurna, ſignificat fœmininitatem: hoc idem dicas in natiuitatibus & earum reuolutionibus ac interrogationibus, nec apparebunt multæ res horribiles. Et dixit Albumaſar, ſignificat aduentum rumorum de longinquis partibus de quibus gaudebunt homines, & ſpecialiter parentes quorum filij abſentes fuerint. Et dixit ſi uolueris ſcire qui ſint rumores illi, aſpice Planetam à quo ſeparatur Luna quoniam rumores erunt ſecundum naturam illius. Et ſi uolueris ſcire utrum rumores illi ſint ſcripti in charta, uel proferat eos legatus ore. Aſpice Lunam & Mercurium ſi iungatur ei aut ſeparetur ab eo: & ſi ſeparata fuerit à domino ſeptimi & iuncta fuerit Mercurio, erunt rumores ſcripti in charta. Si uero ſeparata fuerit à Mercurio uel à domino eius, refert legatus rumores ſuos. Et ſi fuerit in ſexta, dixit Albumaſar, ſignificat rixam & contentionem ex parte patrum, & lucrum ex quadrupedibus & ſanitatem corporis. Et dixit, ſi fuerit in ſeptima, ſignificat lucrum ex parte mulierum & coniugij & profectum cauſa earum. Et dixit, ſi fuerit in octaua, ſignificat interitum & conſumationem & depoſitionem regis, uel mortem eius & conturbationem in operibus, & conteſtabuntur homines falſitatem, unus ſcilicet contra alium: & rixabuntur inuicem, & nitetur unus fugare alium & eijcere à loco ſuo: & erunt tribulationes & anxietates in hominibus, & infirmitates animi ſeu mentis: ſicuti ſunt illę quę accidunt furioſis non ueris, qui à uulgo Lunatici appellantur: ſignificant enim incantatores atq; incantatrices fingentes ſe ſcire huiuſmodi incantationes, ut illa de cauſa extorqueant aliquid ab aliquibus, ex quibus incantationibus quidam temerari falſo blaſphemant aſtrologos: eruntq; cogitationes malæ in cordibus hominum. Et ſi fuerit natiuitas, ſtudebit natus in his. Idem ſignificabit in natiuitatis reuolutione. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit in nona, ſignificat participationem, itinera & malas cogitationes & mutationem regis à regione in regionem, & nutus mulierum & ſcientiam diſpenſationis regni & aliarum rerum. Et dixit, ſi fuerit ipſa domus nona ex domibus Mercurij, ſignificat ſapientiam aſtrorum. Et ſi fuerit ex domibus Veneris, ſignificat ſublimitatem ſcientiarum ac cantilenarum. Et ſi fuerit ex domibus Martis, ſignificat magiſterium inſtrumentorum & opus armorum. Et ſi fuerit ex domibus Iouis, ſignificat diuinum cultum & ſcientiam in lege, & principatum iudicum. Et ſi fuerit ex domibus Saturni, ſignificat ſcientiam alchimiæ & exercitium in ea: ſtudebunt enim homines in hoc in reuolutione illa. Similiter & natus in cuius natiuitate Luna fuerit in nona uel in reuolutione. Et ſi fuerit fortunata non impedita in ſecunda uel in quarta, ſequentur inde lucrum: ſin autem non. At ſi fuerit ibi malus ſequetur inde damnum. Et ſi fuerit ille malus impeditus, ſequentur inde deſtructiones ſubſtantiæ, & ſignificat multa & diuerſa magiſteria. Et ſi fuerit domus Solis, ſignificat ſcientiam & prouidentiam in omnibus quadriuialibus. Et ſi fuerit domus ſua, ſignificat uniuerſalem ſcientiam omnium rerum, quæ extrahuntur de aquis, uel quæ procedunt ab eis. Et dixit, & ſcito quòd has proprietates habet Luna inter Planetas. Et dixit Albumaſar, & ſi fuerit in decima, ſignificat effectum rerum in interrogationibus, ſed erit in hoc mandatum regis ſi fuerit in die. Si uero fuerit in nocte, ſignificat effectum rerum ex parte regis ac mulierum, & erit hoc cito. Et dixit, ſed res in utriſque temporibus, ſcilicet in die ac in nocte non erit durabilis. Similiter ſi incœperit in eo regnare rex, deponetur uelociter: quia ualens eſt locus hic in ſignificatione Solis: Luna uero non eſt ſufficiens, niſi modicum in hac ſignificatione. Et ſi fuerit in undecima, ſignificat quòd ſequetur unus amicus ab alio: ſignificat etiam adeptionem rerum, quas homines ſperabunt, & in quibus habent fiduciam: ſimiliter & nato tam in natiuitate quàm in reuolutione. In duodecima uero, ſignificat impedimentum & duritiam & inſtabilitatem rerum, & rixam ac carceres ex parte inimicorum.

Luna in Planetis.

Et dixit Albumaſar, ſi interrogatus fueris de aliqua re, quando erit, & fuerit Luna ſignificatrix tua, fueritq; in duodecima, erit hoc hora exitus Lunæ de eodem loco: per hoc enim perficietur res, & erit & ueniet abſens, & maxime ſi fuerit hoc in fine menſis lunaris. Et ſi Luna fuerit impedita à Saturno, tunc iudica horribile & malum, & non dubites in hoc ſi deus uoluerit.

Quid ſignificent Caput & Cauda & ſtellæ cometæ, in reuolutione anni tam mundi quàm natiuitatum.

Cap. CIIII.

Capitis draconis decreta

Dictum eſt ſuperius de ſignificationibus ſeptem Planetarum quid unuſquiſque ipſorum ſignificet in unoquoque ſigno ac in unaquaque domo in reuolutionibus annorum, tam mundi quàm natiuitatum ac in ipſis natiuitatibus. Reſtat nunc dicere de Capite draconis quid ſignificet in ipſis reuolutionibus ac de ipſius cauda & de ſtellis cometis, quid naturaliter ſignificent ipſe ſtellæ cometæ ſiue caudatæ & quot ſint, ſicut ſuo ſpeciali capitulo dicetur.

♈

Dixit Albumaſar ſcito quòd cum fuerit Caput draconis in Ariete ſignificat ſublimitatem magnorum hominum atq; nobilium, & deiectionem uilium ſeu ignobilium. Et ſi fuerit ibi cauda, ſignificat malam diſpoſitionem ac malum eſſe regum ac nobilium, & iniurias eorum à ruſticis ſeu popularibus. Et ſi fuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis, ſignificat malum ac detrimentum diuitum ac magnatum atque nobilium in partibus orientis atque Babyloniæ: & multitudinem triſtitiæ cum ruſticis. Et dixit, & ſi fuerit apparitio eius in partibus orientis, erit opus eius uelociter. Si uero apparuerit ex parte occidentis, erit tardius, &c.

Et ſi

♉

Et ſi fuerit caput in Tauro ſignificat interfectionem diuitum ac magnatum in partibus ſeptentrionalibus. & ſignificat multitudinem diuerſitatis inter diuites ac magnates & ruſticos partium occidentalium. ☋ Et ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat paucitatem pietatis atq; miſericordiæ in cordibus hominū: & erunt peregrinationes inutiles in partibus illis: & pauci lucri & multi laboris. Et ſi apparuerit aliqua ex ſtellis cometis in directo eius, ſignificat malum eſſe hominum & paucitatem boni eorum & iniurias rebellium contra eos qui fuerint in regionibus illis, quæ ſi apparuerint in partibus orientis, erit uelocius opus eius. Et ſi apparuerit in occidente, erit tardius, &c.

♊

Et ſi fuerit caput in Geminis, ſignificat infirmitates uenturas diuitibus & magnatibus, & accidet hoc ex cauſa uentorum & terræmotuum & prauarum fumoſitatum terræ, & caſu bellorum inter mediocres homines & diuites, ſeu nobiles atq; magnates: & caſum uermium in arbores. Si autem fuerit ibi Cauda, ſignificat quòd exaltabūtur ruſtici & calcitrabunt & ſalient contra regem, & quòd deludent eum: & inſurgent contra milites atq; diuites eius, ſiue uicarios. At ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis indirecto eius, ſignificat apparitionem laſciuiæ atq; fornicationis & inceſtus uenerei cultus in hominibus, & deijcientur religioſi, & deo ſeruientes, & uilipendentur. Et ſi apparuerit in partibus orientis, erit uelocius opus eius: & ſi apparuerit in partibus ocidentis, erit tardius.

♋

Et ſi fuerit caput in Cancro, ſignificat bonitatem operū regum erga ruſticos & populares & largitatem eorū erga eos, & quòd colligent regis ſubſtātiam, & poſtquàm fuerit collecta in locis ſuis, & ☋ diſpergent eam. Et ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat multitudinem peſtilentiæ & mortalitatis, atq; mortes ſubitaneas, & fornicationes & abuſus cultus uenerei, & paucitatem iuſtitiæ: & fractionem ac perditionem cenſus: & deſtructionem domorum, ſubſtantiarum, & mutationem diuitum ac magnatum de loco in locum, & eorum peregrinationem, & malum eſſe, magnarum operationum ſuis manibus, & ſcriptorum & aliorum ſignificatorum Cometæ. Mercurij. Et ſi apparuerit ibi aliqua ſtella ex cometis, ſignificat multitudinem locuſtarum deſtruentium meſſes: & caſum uermium in frumentum & in arbores, ac paucitatem frugum & multitudinem uermium in eis. Et ſi apparuerit in partibus orientis, erit citius opus eius. Et ſi apparuerit in partibus occidentis, erit tardius opus eius, & ſignificat bonitatem regis in ruſticis & pietatem eius ſuper eos.

♌

Et ſi fuerit caput in Leone, ſignificat multitudinem fluminū & apparitionem ignium in aere: iniurias multas, & malum atq; interfectionem. Et ſi ☋ fuerit ibi Cauda, ſignificat multitudinem obſcuritatum in aere, & terræmotus. & augmentum aquarū, & detrimentum arborum: & deſtructionem meſCometæ. ſium. Et ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis, ſignificat infeſtationem luporum: & impedimentum hominibus ex eis: & caſum uermium in frumentū. & deſtructiooem domorum, & ſubſtantiarum. Et ſi fuerit eius apparitio in partibus orientis, erit uelocius opus eius. Et ſi fuerit in partibus occidentis, erit tardius opus eius.

♍

Et ſi fuerit caput in Virgine, ſignificat deſtructionem meſſium & cæterarum frugum: & paucitatem omnium rerum quæ metuntur: & caſum uermium in arbores: & detrimentum eorum quæ remanſerint à prima deſtructione: etiam poſtquàm fuerint repoſitæ in locis in quibus credentur ſaluari, ſeu cuſtodiri. Et ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat odium caſurum in diuites atque magnates & erunt guerræ, & diſſenſiones & prælia inter eos: & patientur eccleſiæ atque magnę domus religionum detrimentum. & erunt diuerſitates atq; controuerſiæ inter homines & altercationes & diſſenſiones in fide. Et ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis, ſignificat ablationem quorundam ex domeſticis regum Cometæ. atq; magnatum, & mutationem eorum de loco in locum, uel à regione in regionem: & ducētur quaſi capti uel deportati, ſeu ad cōfinia tranſmiſſi: & erit ablatio booorum eorum abſq; rehabitione, nec recuperabuntur ab eis uel per eos. Et ſi fuerit apparitio eius in partibus orientis, erit uelocius opus eius. Si autem fuerit in occidente, erit tardius opus eius.

♎

Et ſi fuerit caput in Libra, ſignificat quòd reges ac diuites & nobiles ſeu magnates exercebunt uires ſuas in ruſticos contra iuſtitiam, & maxime contra illos quibus dominabuntur & nitentur extorquere ab eis quod non debebunt: & accuſabunt & dicent eos offendiſſe ſibi de hoc quo non erunt culpabiles: & mentientur eos abſtuliſſe ſibi quod non abſtulerunt & hac de cauſa inuehent contra eos: & affligent eos pœnis in tantum, quòd illa de cauſa uenient in paupertatem & indigentiam, & deludent eos. At ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat mortalitatem ac detrimentum quadrupedum & erit ſiccitas atq; grauitas frigoris in temporibus ſuis, deſtruens meſſes in campis & herbas, atq; ſemina & ☋ arbores, ita quòd pauci fructus recolligētur ex eis. Et ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis, ſignificat latrones ac abſciſores uiarum, prędones qui palam extendent uires ſuas in homines, & deprædabuntur omoes quos poterunt: & erunt cogitationes hominum in timore, ne cadant in paupertatem: & expectabunt nocumenta & timebunt illa Cometæ. modo ex cauſa frigoris, modo ex cauſa caloris, & durabit hoc diu in cordibus eorum. Et ſi fuerit apparitio eius in partibus orientis, erit uelocius opus eius. Si autem fuerit in partibus occidentis, erit tardius.

♏

Et ſi fuerit caput in Scorpione, dixit Albumaſar, ſignificat bonum & gaudium in mediocribus hominibus: & malum ac triſtitiam in magnatibus, & ſignificat bella & guerras & uulnera: multiplicationem fornicationis cum deceptione. Dixit & caſum eorum in manus regis cum hoc quod eis accidet ex mœrore ac triſtitia. Et dixit, & ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat caſum febrium in ho-

mines & infirmitates accidentes in pectore:& multudinem catarrorum iu gutture cum gaudio, diuitum in eodem tempore & lætitiam eorum per multitudinem pacis, & mulntudinem bellorum & collectionem ſubſtantiarum & populationem domorum eorum.

Cometæ. Et ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis, ſignificat multitudinem guerræ atq; bellorum & rebellium regum: & mutationem militum inter eos:& inquiſitionẽ illius ab eis cum hoc quod non eſt in manibus eorum, nec ipſos poſſe: petent enim impoſſibilia. Et ſi fuerit apparitio eius in partibus orientis, erit uelocius opus eius. Si uero fuerit in partibus occidentis erit tardius.

♐

Et ſi fuerit caput in Sagittario, ſignificat afflictionem ruſticorum Babyloniæ à rege ſuo. & quòd grauabit eos iniurijs atq; tormentis & quòd impedientur omnia quadrupedia ipſorum, & ſpecialiter equi & alia animalia quibus utũtur bellatores atq; portatores armorũ: & eo fortius ſi fuerit in ultima medietate Sagittarij: & erunt impedimenta in inſtrumentis bellorũ atq; diminutiones: ſignificat etiam grauitatem aeris, atq; obſcuritatem cum corruptione multa, & grauabiẽ calor in temporibus ſuis.

☋ Et ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat deiectionem nobilium & magnatũ atq; ipſorũ malum eſſe. & exaltationem uilium atq; ignobiliũ: & eo fortius ſi fuerit in prima medietate Sagittarij, & cõtriſtabuntur ſapientes & ſcribæ atq; legum doctores & conſules ſeu conſiliarij, aut euenient eis impedimenta occulta quorum cauſa triſtabuntur. Et ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis, depreſſionem ſignificat prædictorum atq; tribulationem cadentem ſuper eos:& ſpecialiter ſcribarum: eorum annullationem cum amiſſione ſubſtantiæ cauſa occultationis. Et ſi apparuerit in parte orientis, erit uelocius opus eius. Si autem apparuerit in occidente, erit tardius opus eius.

♑

Et ſi fuerit Caput in Capricorno, ſignificat alacritatem atq; ſublimitatem, & gaudium diuitũ atq; magnatum, ſeu nobilium atq; ipſorum exaltationẽ & caſum uiliũ atq; ignobiliũ, qui à quibuſdã Caudæ appellanẽ.

☋ At ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat terræmotus nocibiles in quibuſdam partibus terræ & maxime meridianis.

Cometæ. Et ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis ſignificat fornicationem in temporibus illis in hominibus. Et ſi fuerit apparitio eius in oriente, erit citius opus eius. Si autem fuerit in occidente, erit tardius.

♒

Et ſi fuerit Caput in Aquario, ſignificat detrimentum religioſorum atq; fidei ſectatorum·& mortem quorundam ex eis, & iudicum atq; legis doctorũ.

☋ Et ſi fuerit ibi Cauda, dixit Albumaſar, ſignificat inquiſitionem regis contra dominos hæreditatum in hoc quod non debent·& ſeductionem eorum in cenſu:& iniurias atq; afflictiones quas exercebit cõtra eos cum captione eorum ac flagellatione.

Cometæ. Et ſi apparuerit ibi aliqua ex ſtellis cometis, ſignificat multitudinem guerræ & interfectiones atq; cruciatus in eodem tempore. Et ſi fuerit eius apparitio in parte orientis, erit uelocius opus eius. Si autem fuerit in occidente, erit tardius.

♓

Et ſi fuerit Caput iu Piſcibus, dixit Albumaſar, ſignificat nobilitatẽ nobiliũ, & prçuẽtionẽ uniuſcuiuſq; hominis in ordine pluſq̃ nõ fuerit unuſquiſq; homo ſecundum quantitatem ſuæ naturæ, & collectionem ſubſtantiarum.

☋ Et ſi fuerit ibi Cauda, ſignificat extentionem militum ſuper regem·& multitudinem diuitum & mutationem quàm plurimorum diuitum ab habitationibus eorum cauſa peccatorum, cum multitudine locutionis iu ſecta, & apparitionis nouitatũ. Et ſi apparuerit ibidem aliqua ex ſtellis cometis, erit bellum maximum ſuper affines:& iuterficient ſe inuicem:& inimicitiæ erunt in alteris:& arreptio manus eorum ad obediẽtiam. Si autem fuerit apparitio eius iu parte orientis, erit uelocius in hoc quod ſignificat. Et ſi fuerit in parte occidentis, erit tardius opus eius in hoc quod ſignificat.

Cometæ. Partem autem in qua ueniet illud, quod ſtella cometa, ſignificat cum uolueris aſpicere, erit Cauda illius in qua parte ſit: quia in eadem parte erit quod ſignificauerit ex tribulatione atq; peſtilentia. Hora uero in operibus reſiduis, quæ dicta ſunt, dixit Albumaſar, erit quando Sol uenerit ad ſignum quod fuerit ex ſubſtantia eorum, quæ dixi tibi, aut Planeta cuius natura eſt iu opere, ſicut natura euentus, qui apparuerit tibi futurus in eodem anno. Et dixit, ſcito hoc & conſidera illud, quia eſt ex ſecretis ſcientiæ aſtrorum & eius ueritatẽ. cuius operis præceptum eſt, ut occultetur, & non uideatur niſi apud te, ſecundum quòd expoſui tibi.

De ſtellis cometis. *Caput* CV.

Stellæ cometæ nouem. STellas autem cometas, dixit Ptolemæus eſſe nouem: quarum prima dicitur ueru: ſecunda cœnaculum: tertia partica: quarta miles: quinta dominus aſcunæ. ſexta matutina ſiue aurora. ſeptima argentum·octaua roſea: nona nigra. Et dixit quòd primæ quatuor harum aſſimilantur ſtellis & omnes ſignificãt bella & terrores & magnos euentus in mundo. Et dixit, & ex colore earum cognoſcetur malũ futurũ, & ex natura ſigni in quo prius apparuerint:& ſcieẽ quando malũ id erit ſi enim apparuerit in oriente uel ſeptẽtrione, & iuerit uerſus meridiẽ, erit cito:& ſi in occidente tardabiẽ.

Veru. Illa uero quæ dicitur ueru, eſt horribilis aſpectu, & uadit ꝓpe Solẽ, & apparet de die: quæ quãdo apparuerit, ſignificat mutationẽ ac diminutionẽ fructuũ, arborũ, & terrænaſcẽtium:& mortalitatẽ regũ & diuitũ & eorũ qui ſunt apud regno.

Cœnaculum. Quę uero diciẽ cœnaculũ, eſt quaſi ex colore Martis, & habet ſub ſe radiũ in modũ fumi ſubcinericei, quæ cũ apparuerit, ſignificat penuriã, nõ tamẽ excedentem modũ·ſed nõ famem, & ſignificat guerras de quibus intromittẽt ſe religioſi ultra quantitatem eis cõpetentem.

Partica. Quæ uero dicitur partica, habet radiũ groſſum, ac ſi poſt ſe particam traheret, & non eſt multum lucida·quę cum apparuerit, ſignificat ſiccitatem atq; aquarum paucitatem & paucitatẽ annonæ·quæ ſi fuerit iuncta cum aliquo ex Planetis, ſignificat alia ſecũdum naturam & diſpoſitionem cui iuncta fuerit corporaliter, ut ſi fuerit iuncta cum Saturno, erit mortalitas, & ut multũ in ſenibus & Iudæis & religioſis & induentibus ueſtes Saturninas. Si aũt fuerit iuncta cum Ioue, apparebunt eius ſignificata in regibus & magnatibus ſecundum bonum & malum: prout

ipſe

Ipſe fuerit diſpoſitus fortunatus & fortis uel Infortunatus & debilis. Si uero fuerit iuncta cum Marte, ſignificat guerras quàm plures: & mortalitates per gladium & ſanguinis effuſionem, & combuſtionem ignis cum Sole autem non poteſt apparere. At ſi fuerit iuncta cum Venere, ſignificat ſiccitatem & aquarum diminutionem magnam. Siquidem cum Mercurio, ſignificat mortem iuuenum & ſapientũ & ſcribarum. Si quidem cum Luna, ſignificat mortalitatem caſuram inter homines populares & alias uiles perſonas.

Miles. Illa uero quæ dicitur miles, eſt de natura Veneris & eſt magnus ad modum Lunæ & habet radium longum, & crines ſimiliter & fundit eos poſt ſe quę cum apparuerit, peragrat duodecim ſigna: & habet ſignificare nocumentum regum atq; nobilium & magnatum & quòd inſurgent homines in mundo qui uolent mutare leges & res antiquas, & ducere nouas: & eius peius ſignificatum apparebit ex parte uerſus quam extenderit caudam & crines.

Dominus Asconæ. Dominus uero Aſconæ, dicitur eſſe de conditione Mercurij, & color eius ceruleus & apparet paruus reſpectu aliorum cometarum: & habet caudam longam, & extendit radios in alterum, in modum alæ tenentis capita inferius reducentis illa ad unum locum. Quod quando apparuerit, ſignificat mortem regum, ſeu magnatum & nobilium qui ſunt apti regno & maxime uerſus partem in quam extenderit caudam ſiue radios, & ſignificat guerras. Et ego uidi apparuiſſe æra Arabum 663. anno in quo mortuus eſt Papa Alexander: & non multum poſt fuit interfectus rex Manfredus per quendam fratrem regis Franciæ nomine Carolum & iterum non multum poſt fuit interfectus per eundem Carolum Conradus in regno Apuliæ, & fuit æra Arabum 665. & multi duces & multi barones cum eo: & fuerunt multæ guerræ & diſſenſiones à tempore apparitionis illius cometæ. & diu durauerunt.

Matutina aurora. Illa uero quæ dicitur matutina ſiue aurora, eſt rubea: & habet caudam longam, minus tamen quàm dominus Aſconæ & eſt de natura Martis: habet enim eius ſignificata: quæ quãdo apparuerit ex parte orientis habens caput depreſſum inferius, guerras atq; combuſtiones ignis & peſtilentias & famem in terra Babyloniæ & in terris Arabũ & Phortorum: & in Ægypto ſiccitatem & paucitatem aquarum & extendetur hoc uſque ad partes occidentales.

Argentum. Illa uero quæ dicitur argẽtum, habet radium ad ſimilitudinem puriſſimi argenti, cuius claritas omnium ſtellarum claritatem excedit nocturnalium: quæ quando apparuerit Ioue in Piſcibus uel Cancro exiſtente ſignificat abundantiam frumenti & fructuum in partibus in quibus apparuerit. ſi uero fuerit Iupiter in Scorpione, fient: iſta tamen aliquid infra hoc.

Rosea. Illa uero quæ dicitur roſea, eſt magna & rotunda & conſpicitur in ea facies hominis, cuius color eſt inter colorem aureum & argenteum, quæ quando apparuerit, ſignificat mortẽ regum & magnatũ ac diuitũ & nobiliũ, & eorum qui apti ſunt regno, & euentũ magnarũ rerũ atq; ipſarum apparitionẽ, & cauſarũ rerũ antiquarũ: mutabunt tamen ad melius.

Nigra. Illa uero quæ dicit nigra, eſt de natura Saturni quaſi de ſimili colore cum eo, quæ cum apparuerit: ſignificat mortalitatẽ per mortem naturalẽ & mortẽ per gladiũ atq; decollationẽ.

Quid ſignificet caput draconis & cauda in unaquaq; domo, tam in reuolutionibus, quàm in natiuitatibus, ſeu quæſtionibus. Caput CVI.

☊ decreta in duodecim domibus.

DIctum eſt in præcedenti capitulo, quid ſignificant caput draconis & eius cauda in unoquoq; ſigno dicendum eſt in iſto quid ſignificant in unaquaq; domo. Vnde conſiderandũ eſt tibi, in unaquaq; reuolutione in qua domo fuerit inuentum quodlibet eorum. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit caput draconis in reuolutione aliqua uel natiuitate ſeu quęſtione. In primo, ſignificat augmentationem & fortitudinẽ atq; ſublimitatẽ in reuolutione illa, & hoc ſecundũ coniunctionẽ ſuam cum Planetis. Nam ſi fuerit caput iunctũ cum fortunis, ſignificat augmentũ boni. Si autem fuerit iũctum cum malo, ſignificat augmentationem mali, cum eius natura ſit augmẽtare Et ſi fuerit in ſecundo, ſignificat fortunã bonam in ſubſtãtia, & ipſius augmentationem idem ſignificat in natiuitate ſeu quæſtione ſi fuerit in ſecundo. Et ſi fuerit In tertio, ſignificat quòd natus erit expoſitor ſomniorum, & erit bonæ fidei & erunt itinera breuia, & in reuolutione illa utilia, & acquiſitiones atq; profectus ſimiliter & nato. Et ſi fuerit in quarto, fueritq; quarta domus Aries uel Leo uel Sagittarius uel Gemini aut Libra uel Aquarius ſignificat augmẽtum boni atq; profectum ex terris & uineis, & ex alijs rebus immobilibus. Si autem fuerit, quarta domus Taurus aut Virgo aut Capricornus uel Cãcer aut Scorpio uel Piſces, ſignificat damnũ & diminutionem proficui. Si fuerit in quinto, ſignificat fortunã filiorum & ex filijs atq; ipſorum augmẽtum & bonum atq; gaudium, & libertatem à rebus contrarijs atq; diſplicibilibus. Et ſi fuerit in ſexto, ſignificat augmentationem minorum animalium, quæ nõ equitantur, & ſeruorũ: & erunt infirmitates fortes atq; nocibiles. Et ſi fuerit in ſeptimo, ſignificat augmentationem ſociorũ, & bonum ex mulieribus: & augmẽtationem coitus & fortitudinem inimicorũ, tam nati ſeu quærẽtis quàm uniuerſitans. Et ſi fuerit in octauo, ſignificat bonum eſſe hominum ex eorum perſonis & in natiuitate atq; interrogatione fortitudinem nati, atq; interrogantis: & ſignificat ablationem mœroris atq; ipſius paucitatem. Et ſi fuerit in nono, fueritq; iunctum cum fortunis, ſignificat religionem & peregrinationes bonas & longa itinera utilia & proficua. Si autem fuerit iunctum cum malis, ſignificat contrarium eius quod dictum eſt Et ſi fuerit In decimo, ſignificat quòd ſtudebũt homines inquiſitionẽ rerum diuinarũ atq; occultarũ & ſcrutationem ueritatis dei altiſſimi: ſignificat etiã ſublimitatem & reuerentiã atq; uenerationem, & fortitudinem atq; fortunam in dignitatibus ſeu magiſterijs & honoribus. Et ſi fuerit in undecimo, dixit Albumaſar quòd non eſt In eo uirtus capiti ſeu caudæ boni uel mali. Et ſi fuerit in duodecimo, ſignificat augmentationem mali & paucitatem boni.

Quid ſignificet cauda in domibus. Cap. CVII.

☋ decreta in duodecim domibus

CVm fuerit cauda in primo, in reuolutiõe ſeu natiuitate ſiue quęſtiõe, ſignificat detrimẽtũ hominũ ac nati, & ſeparationẽ boni & eradicationẽ & pericula & tribulatiões. & ſi remãſerit filij

diues

diues poſt obitum patris, depauperabitur: & ſi remanſerit pauper perſeuerabit in ea. Et ſi fuerit in ſecundo, ſignificat diminutionem ſubſtantiarum omnium & paupertatem nati, & eius indigẽtiam atq; occupationem in malis, & eius caſum à ſtatu ſuo: & accidet ei hoc ex parte à qua non timebit, nec ſuſpicabitur. Et ſi fuerit in tertio, ſignificat detrimentum fratrum & ex fratribus & ſororibus & ex cauſa eorum & eorum grauitatem. Et ſi fuerit tertia domus ſignum maſculinũ, accidet hoc in fratribus. Et ſi fuerit fœmininum, accidet hoc in ſororibus: & forte ꝙ morientur ex eis cum eius natura ſit diminuere: uel accidet ei rixa ex fratribus, uel cum alijs ſuis conſanguineis minoribus ſe, uel cum amicis ſeu cõuicinis. Si autem fuerit in quarto, ſignificat paupertatẽ atq; indigentiam, inimicitatẽ & laborem quem ſuſtinebunt in inquiſitione rerum abſq; utilitate. Et ſi fuerit in quinto, ſignificat diminutionẽ fortunæ ac ipſius expulſionẽ & caſum rerum horribiliũ in filios: & ꝙ triſtabuntur illa de cauſa qui habuerint filios, & indigebunt: & ꝙ portabunt homines ſua ueſtimenta uetera. Et ſi fuerit in ſexto, ſignificat pigritiã ac debilitatem ſeruorũ, & ancillarum ac minorum animalium, ipſorumq; diminutionẽ. Et ſi fuerit natiuitas, nõ habebit natus fortunã in eis & diminutionem infirmitatũ. Et ſi fuerint infirmitates, erunt diminuentes atq; extenuantes & demacrantes ſeu exterminantes corpora infirmorũ. Et ſi fuerit in ſeptimo, ſignificat ꝙ non gaudebunt homines cum uxoribus ſuis, ut ſunt conſueti gaudere cum eis in alijs reuolutionibus: & erunt rixæ atq; cõtentiones inter eos, & accidet hoc magis in ruſticis & popularibus q̃ in alijs. Et ſi fuerit natiuitas, ſignificat ꝙ nõ gaudebit natus cum uxoribus, nec ex uxoribus, nec etiam ex alijs mulieribus, ſed habebit rixam atq; cõtentiones cum eis, niſi forte ex ſibi attinentibus, nec ex ſocijs: & ſignificat fortitudinem inimicorũ eius: idẽ dicas in reuolutionibus eius: nõ habebit tamen multos inimicos, licet aliquos. Et ſi fuerit in octauo, ſignificat perditionem rerum cauſa mortis: & ꝙ illi qui debuerint hæreditare bona mortuorũ, perdent ex eis multa: idẽ potes dicere ꝙ accidet nato. Et ſi fuerit in nono, ſignificat mutationẽ de loco ad locum nõ tamen exterminatã & diminutionem fidei atq; religionis, & lõga itinera nõ utilia, ſed dãnoſa potius q̃ lucroſa. Et ſi fuerit in decimo, ſignificat impedimentũ regum atq; nobiliũ ſeu magnatũ, & diminutionẽ honoris eorum ſeu dignitatũ. Et dixit Albumaſar, ſignificat depoſitionẽ & pericula, & peregrinationẽ ſiue caſum: idem ſignificat nato. Et ſi fuerit in undecimo, dixit Albumaſar ꝙ nullũ opus eſt ei in eo. Et ſi fuerit in duodecimo, ſignificat detrimentum animalium maiorum ac ipſorum diminutionem & inimicorũ & ꝙ pauci incarcerabunť in reuolutione illa. Et ſi fuerint incarcerati, euacuabunť carceres ex eis: idem accidet in natiuitatibus uel in earum reuolutionibus ſi fuerit Cauda in 12. Albumaſar uero dixit, ꝙ cum fuerit Cauda in 12. ſignificat paucitatẽ fortunæ, & paucitatem malorũ. Et dixit de ſignificationib⁹ Planetarũ atq; capitis & Caudæ in 12. domibus, cum fuerint in meliori eſſe, dic melius. Cum uero fuerint in malo eſſe uerte ſubſtãtiam, & dic econtrario pro bono, ſcilicet malũ & loquere audacter, & noli dubitare nec dimittes hæc quæ dixi tibi: nec proferes aliud & inuenies, ſi deus non reſtiterit.

Quid ſignificent ſtellæ fixæ in reuolutionibus annorum, atq; natiuitatibus & quid operentur in eis.

Caput CVIII.

Dicto de reuolutionibus annorũ, & de ſignificatis Planetarũ, & capitis draconis, & eius Caudæ quid ſignificẽt in unaquaq; domo & in unoquoq; ſigno. Reſtat nunc dicendũ de quibuſdã ſtellis fixis quæ reperiuntur in unoquoq; ſigno: quarũ quædam habent ſignificare graue malum atq; impedimentũ, quędam habent ſignificare bonum & eſt res in qua oportet multum ſollicitari, quoniam in eis & ex eis pendet multum de iudicijs reuolutionum atque natiuitatum & quæſtionum ac electionum: ipſę enim reuolutiones & natiuitates ac quæſtiones & ipſarum iudicia mutantur ex eis mutatione uehementi, longe fortius quàm ex Planetis: & in hoc multotiens decipiuntur multi ex probis Aſtrologis: quoniam non conſiderant eas in ſuis iudicijs, ſed ſolum Planetas & partes. Et hęc eſt cauſa quare ipſi aliquando decipiuntur, & cedit in eis contrarium eius quod iudicant tam in bono quàm in malo, & reprehenduntur & uilipenduntur cum non ſint reprehendendi ex ignorantia: uerumtamen nõ poſſum eos excuſare de pigritia uel negligentia, tu autem ſi bene conſideraueris ipſas in iudicijs tam reuolutionum quàm natiuitatũ ac quæſtionum, non errabis, ſi deus non reſtiterit. Stellæ fixæ in reuolutionibus.

Cum autem æquaueris ad unamquanque reuolutionem ſeu natiuitatem uel quæſtionem, & erexeris eius figuram, conſiderabis omnes domos à prima uſque ad duodecimam, & uidebis utrum inueniatur aliqua ex infra ſcriptis ſtellis fixis in gradu cuſpidis alicuius anguli & iudicabis bonũ uel malum ſecundum naturam illius quam in ea inueneris, ſecundum quod tibi narrabo, & eas tibi dixero ſicut quaſdam ex eis per dicta ſapientum percepi, & quaſdam ab experta ratione atque approbata inueni. Dixit Albumaſar, ſcito quòd in capite ♈
Arietis ſunt duæ ſtellæ: quarum una eſt in 15. gradu & 45. minuto. & altera in 14. gradu & 45. minuto, quæ ſunt de natura Martis & Saturni: & earum proprietas eſt nocere, & ſunt ex parte ſeptentrionis.
Altera uero eſt in 9 gradu Tauri & 55. minuto, quæ dicitur Pleiades. Et altera in 13. gradu eiuſdem & ♉ Pleiades.
ambæ ſunt ſeptentrionales. Et altera eſt in 14. gradu eius & 45. minuto, & illa dicitur diabolus. Et altera eſt in 15. eiuſdem quæ dicitur caput diaboli uel gorgonis. Et altera eſt in 19. gradu eius & 15. minuto quæ dicitur Aldebaran: & ſunt omnes de natura Martis: ſed Mercurius & Luna participant in
pleiadibus. Altera uero eſt in Geminis in 8. gradu quæ dicitur humerus canis, & eſt de natura Martis & Saturni. Et alia eſt in 10. gradu eius & 15. minuto quæ dicitur bellatrix & eſt de natura Martis. Alia eſt in 17. gradu eius & 55. minuto: & eius latitudo eſt in meridie. Altera eſt in 18. gradu eius & 52. minuto quæ dicitur malefica: & eſt de natura Solis & Martis & Saturni. ♊ Humerus canis.
Altera eſt in Cancro in ſecundo gradu eius & 3. minuto quæ dicitur camelus, & eſt de natura Saturni & Lunæ. Et altera eſt in 7. gradu eius & 55. minuto. Et altera eſt in 13. gradu eius de natura Solis & Lunæ quæ ♋ Camelus.

Potrai dir generalmente [illegible]
le stelle della natura di ♂ e ♄
così operano, e così negli altri segni
secondo la natura di quel Pianeta
che sono [illegible]

quæ dicitur occidens camelum. Et altera quæ dicitur pes canis in eodem gradu de natura Saturoi. Et altera in 17. gradu & 55. minuto quæ ſunt ambæ ſeptenirionales de natura Saturoi. ♌ Io Leone uero eſt una ſtella io 15 gradu & 55. minuto de natura Saturni. ♍ In Virgine autem ſunt duæ ſtellæ, quarum una eſt in 7. gradu & 11. minuto eiuſdem & eſt de natura Martis. Altera eſt in 15. gradu de natuta Saturni. ♎ In Libra uero eſt una ſtella in 26. gradu & eſt de natura Saturni. ♏ In Scorpione autem ſunt tres ſtellæ, quarum una eſt in primo gradu & 3. minuto ipſius. Et altera in 8. gradu & 7. minuto. Et altera in 9. gradu & omnes ſunt de oatura Martis. ♐ In Sagittario ſunt duæ ſtellæ paruę, quarum una eſt in 19. gradu & 2. miouto. Altera in 21. gradu & 1. minuto & ſunt de oatura Saturni. ♑ Io Capricoruo ſunt duæ ſtellæ, quarum una eſt in 27. gradu eius & 2. minuto quæ oominatur mala. Et altera eſt in 29. gradu eius & 5 minuto: & ambæ ſunt de natura Saturni. ♒ In Aquario eſt una ſtella in 9. gradu & 4. miouto de natura Martis & Saturni. ♓ In Piſce quidem eſt una ſtella in 4. gradu eius & 7. minuto, & eſt de natura Martis & Mercurij.

Pes canis.

De proprietate prædictarum ſtellarum in unaquaque domo. Caput CIX.

Stellarum decreta in duodecim domicilijs.

CVm uideris dominum anni ſeu reuolutioois uel oatiuitatis aut quæſtionis iunctum cum aliqua ſtellarum fixarum prędictarum in eodem gradu io reuolutioue anni muodi, ſcito quód malum & impedimentum cadet ſuper reges & diuites ſeu nobiles atq; magnates. Idem dicas de facto nan in natiuitatibus ac quæſtionibus ac io reuolutionibus natiuitatum, & cadent ſuper eos mœrores & triſtitiæ & cogitationes malignæ atq; infirmitates ex dolore capitis, & febres & mors. Et eo fortius ſi fuerit hoc in Ariete. Et quanto fuerit eorũ coniunctio minor uno gradu, taoto erit eius impedimentum maius uſq; dum peruenier coniunctio illa ad unum minutum. Et ſi fuerit eorum coniunctio in uno & eodem minuto, non ſolum ſignificabit eorum impedimentũ, ſed etiam ſignificabit eorum deſtructiooẽ atq; mortem. Illud idem accidet ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in gradu aſcendente reuolutionis & natiuitatis uel quæſtionis, deſcendendo uſq; ad unum minutum conditionibus ſupradictis. Et ſi fuerit aliqua ex prædictis ſtellis in gradu aſcendenns alicuius natiuitatis, erit natus ille infortunatus, malus tribulatus atq; laborioſus, & multarum ęgritudinũ: & nunquàm gaudebit in uita ſua & erunt infirmitates eius, ut plurimum ex dolore capitis: & eo fortius ſi fuerit aſcendens natiuitatis eius aſcendens anni, in quo fuerit aliqua ex ſtellis illis in aſcendente reuolutionis.

In prima.

At ſi ceciderit aliqua ex ſtellis illis in ſecuoda ab aſcendẽte reuolutionis: uel fuerit ſecundę dominus cum aliqua ex eis in eodem gradu, ſicut dictum eſt, ſignificat impedimentũ caſurum in ſubſtantia hominum, & earum diminutionem: & maxime diuitum atq; magnatum ſeu nobilium: & cadet io eoꝝ hebetatio mentis, & lamentabuntur de indigentia & paupertate & credent omnia ſibi deficere: & cadent illa de cauſa in triſtitiã & uituperium: & erunt infirmitates illius reuolutionis ex impedimento arteriarum colli atq; gutturis, ut ſunt reumata & catarrus ſiccus, & ſimilia: & eo fortius ſi fuerit hoc io Tauro. Et ſi fuerit aliqua ex prædictis ſtellis in natiuitate alicuius in ſecunda, uel fuerit eius aſcẽdens ſecunda ab aſcendẽte reuolutionis, uel fuerit dominus ſecundæ oatiuitatis iunctus cum aliqua illarum ſtellarum, ſignificat quód natus erit mali eſſe, pauper, pauci lucri, & perdet id quod lucrabitur: nec poterit ſua ſubſtantia accreſcere ex ſuo lucro, erit hebes, piger, pauci ingenij, & parũ reputabitur immo quaſi pro nihilo, reſpectu ſuæ ſubſtantiæ: & ſi fuerit diues, depauperabitur: & egredietur ſubſtantia eius de manibus ſuis, neſciens quomodo, etiam eo uolente & nitẽte ipſam retinere ſeu cuſtodire, ualeat, eritq; plurium ægritudinum: & ut multum erunt ægritudines eius ex auribus & gutture & collo & humeris: & eo fortius, ſi fuerit ſecunda domus Taurus. Et ſi ceciderit aliqua illarum ſtellarum in tertia ab aſcẽdente reuolutionis: uel fuerit dominus tertiæ cum aliqua ex ipſis in eodem gradu, ſicut dictum eſt de prima & ſecunda, ſignificat malũ ac impedimentũ domorũ orationis, & quod itinera breuia nõ erunt utilia in reuolutione illius: & quod erunt rixæ atq; cõtentiones inter fratres, & triſtabitur unus propter aliũ, abſq; cauſa, quare id eſſe debeat: & erunt in hominibus infirmitates graues atq; chronicæ: & erunt ut plurimum ex ſpatulis & humeris atq; brachijs: & eo fortius ſi fuerit hoc in Geminis. Et ſi fuerit aliqua prædictarũ ſtellarũ in oatiuitate alicuius, io tertia, uel fuerit eius aſcendens tertia ab aſcẽdeute reuolutionis, uel fuerit dñs tertiæ natiuitatis iunctus cum aliqua ex ſtellis illis, ſignificat quod erit natus malus fratribus ſuis: & eis qui præpoſuerint eũ ſibi, & qui reputabũt eum ſibi amicũ & cõſanguineis ſuis minoribus ſe & conuicinis: & erit affectans uidere malũ alienũ: & gaudebit cũ uiderit accidere alicui aduerſitatẽ uel impedimentũ, & erit intentus male facere, & cogitatio eius nõ eſt in bono: nec uidebit ſibi bonum uel utilitatẽ ex ſuis itineribus, & maxime breuibus: & ſi niſus fuerit peregrinari peregrinationibus prædictis, perdet in eis ſubſtantiã ſuã erit tamẽ ei magnũ perdere ſubſtantiã, ſolum ſi nõ perdiderit perſonã cum ea: & erit maxima pars ægritudinũ eius ex ſpatulis & brachijs. Et ſi fuerit aliqua prædictarũ ſtellarũ in quarta ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dñs quartę cum aliqua ipſarũ in eodẽ gradu, ſicut dictũ eſt de alijs domibus, ſignificat malum ac impedimentũ agricolarũ & meſſium atq; terræ naſcentium: & ſignificat etiam guerras inter ciuitates & uillas & inter alia habitacula et quód erunt inter patres & filios rixæ ſimiliter & altercationes atq; inuidiæ, & contriſtabuntur unus propter aliũ, & inuicẽ: & finis eorũ quæ fecerint homines uel quæ euenerint in anno illo, erit ad malũ. Et ſi aliquis emerit terrã, uel aliud prædium ſeu hæreditatem, nõ uidebit exinde quod credebat uel quod ſperabat uel intendebat: & erunt plures infirmitates hominum in pectoribus uel ex pulmonibus: & ex partibus adiacentibus eis: & eo fortius, ſi fuerit hoc in Cancro. Et ſi fuerit aliqua ex prædictis ſtellis in natiuitate alicuius in quarta, uel fuerit eius aſcendens quarta reuolutionis, uel fuerit dominus quartæ natiuitatis iũctus cum aliqua illarum ſtellarũ in eodẽ

gradu,

gradu, ſicut dictũ eſt de alijs, malum ſignificat pro ſuis parentibus:& quòd habebit eos odio: & finis omnium de quibus ſe intromiſerit erit malus: nec laudabuntur opera quæ ipſe fecerit, etiam ſi fuerint bona & laudanda:& erunt infirmitates eius, ut multum, ex pectore atque pulmone, & ex partibus adiacentibus illis. At ſi ceciderit aliqua prædictarũ ſtellarum in quinta ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dominus quintę in eodem gradu cum aliqua ipſarum, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat malum ac impedimentum quod cadet in filios, & odium quod habebunt parentes de ipſis, & ſignificat detrimentum ac diminutionem coitus in reuolutione illa:& quòd cadet diſcordia ſiue litigium ac impedimentum inter dilectos, & inter eos qui ſe prius diligebant: & inter quos erant domeſticitates cauſa donationum ac aliarum rerum delectabiliũ: & erunt ut multum infirmitates quæ accident hominibus in illa reuolutione in uentribus & ſtomachis eorum & in partibus prohibentibus cultum uenereum. Et ſi fuerit aliqua ex prędictis in quinta natiuitatis alicuius:uel fuerit aſcendens natiuitatis quinta illius reuolutionis:uel fuerit dñs quintæ natiuitatis iunctus cum aliqua illarum ſtellarum, ſicut dictum eſt aliàs, ſignificat ꝙ parentes illius nati habebunt eum odio, & hoc ſecundum ſubſtantiam ſigni quod fuerit quinta natiuitatis uel in quo fuerit dñs quintæ natiuitatis. hoc enim ſi fuerit ſignũ maſculinum odiet eum plus pater & mater minus. Et ſi fuerit ſignum fœmininũ, odiet eum plus mater & pater minus: nec ipſe natus erit obediens parentibus ſuis, nec erit perſeuerans in diligendo aliquem, qui diliget eum, nec etiam alios. Et ſi inceperit eſſe bonus, non perſeuerabit in bonitate ſua, nec erit fortunatus in filijs, ſi fuerit aliqua ex eis in quinta, nec in his quæ ſignificantur per quintam domũ:& forte ꝙ carebit penitus filijs:& erunt ut plurimum infirmitates eius ex pectore atq; ſtomacho, & ipſorũ de cauſa:& eo magis ſi quinta fuerit Leo. Si autẽ ceciderit aliqua prædictarũ ſtellarum in ſexta ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dñs ſextæ cum aliqua illarum in eodem gradu, ſicut dictũ eſt, de alijs domibus, ſignificat impedimentũ caſurum in quadrupedia & maxime minora. Et dixit Albumaſar, ſignificat hoc etiam in corpus regis & in eius ſeruos & ancillas:ſimiliter & in alios ſeruos: & in famulos & famulas: & in uiles, pauperes uel pſonas in ſubſtantia illius ſigni:& non erit lucrum uolentibus uti mercatione ſeruorũ uel animalium, & ſpecialiter minorum. Et dixit Albumaſar, & ei qui fugerit in eodem anno, inueniet impedimẽtum: & quidam eorum nõ reuertentur:& abundabunt infirmitates in hominibus:& erit maior pars eorũ ex ſuperfluitate choleræ abundantis in inteſtinis. Et ſi ceciderit aliqua earum in natiuitate alicuius in ſexta natiuitatis, uel fuerit aſcendens natiuitatis ſexta illius reuolutionis: uel fuerit dñs ſextæ natiuitatis iunctus cum aliqua illarum ſtellarũ in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs, ſignificat ꝙ natus ille non gaudebit ex ſeruis uel ancillis & famulis uel famulabus:nec erit fortunatus in eis:nec curabit habere ex eis aliquem, etiam ſi uſus fuerit eis:nec erit fortunatus in ipſis nec ex ipſis nec ex eis quæ ſignificantur per ſextam domũ, ſi fuerit aliqua illarum ſtellarum in ſexta natiuitatis ſuæ. Et dixit Albumaſar, & diliget ex pueritia ſua fugere à parentibus ſuis, nec uidebit bonum ex quadrupedibus, immo malũ & ex minoribus peius quàm ex alijs. morient enim penes eum ac in eius damnum: & erit maior pars infirmitatum ſuarum in inferioribus partibus corporis eius.& eo fortius, ſi ſexta fuerit Virgo. Et ſi fuerit aliqua illarum ſtellarũ in ſeptima, uel fuerit dñs ſeptimæ cum aliqua ipſarũ in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat multitudinem guerrarũ & bellatorũ ſuper regem illius regionis, uel maiorẽ magnatem eius, & erunt pugnæ atq; rixæ, ſimiliter & cõtentiones inter reges:& erũt deſidia & cõtentiones inter ſocios atq; participes, expellentq; plures homines uxores in reuolutione illa, & rixabunt cum eis, & ſignificat etiam ꝙ iraſcentur reges atq; magnates, cum ſuis ſubiectis, atq; cũ ſuis familiaribus, & cõtra eos & obdurabunt corda hominũ nec uigebit in eis pietas nec miſericordia, nec curabunt homines celebrare nuptias, nec erunt contenti contrahere matrimonia, recedentq; ab eis fides atq; legalitas. Et ſi acceperit aliquis ab alio rẽ aliquam mutuo, uel peruenerit ad eum res aliena, negabit ueritatem, nec uolet eam ſibi reſtituere, nec curabunt homines exercere ſuas artes nec ſuas ſcientias, nec ſua magiſteria. Et dixit Albumaſar, & erunt plures infirmitates hominum in ueſica & renibus & anchis atq; poſterioribus. Et ſi ceciderit aliqua de prædictis ſtellis in natiuitate alicuius in ſeptima, uel fuerit aſcendens natiuitatis ſeptima illius reuolutionis, uel fuerit dñs ſeptimæ natiuitatis iunctus cum aliqua illarum ſtellarũ, non gaudebit natus ex uxoribus uel ex alijs mulieribus: nec uidebit ex eis bonum, nec ex ſocijs, nec de participibus, nec de rebus quibus præfuerit, nec de aliqua re quæ ſignificatur per ſeptimam domũ:& ut plurimum perdet ſuas pugnas, & ſuas guerras, atq; ſuas lites ſeu contentiones, ſimiliter & alienas quibus præfuerit. Et ſi fuerit iuriſperitus, non erit fortunatus in ſuis aduocationibus. Et dixit Albumaſar, & erunt plures infirmitates eius ex gutture & ex renibus & cruribus atq; poſterioribus:& eo plus ſi ſeptima fuerit Libra. Si autẽ fuerit aliqua ex prædictis ſtellis in octaua, uel fuerit dñs octauæ reuolutionis cum aliqua prędictarũ in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat impedimentũ ac malum caſurum in illos qui conſueti ſunt ire huc & illuc damnificando aliquos per modũ latrocinij, & reuerſionem eorũ ad loca in quibus morari cõſueuerunt ex ſuis latrocinijs uel ex ſuis furtis:& ſignificat ablationem rerum aliquarũ regionis in qua reuolueris annum & poteſtatis ciuitatis illius uel cõmunis, ſi nõ præfuerit ei alius rex uel illius qui habuerit gerere rem cõmunis ſeu ciuitatis nec reinuenie amiſſum: & ſignificat caſum rixæ ſeu diſcordiæ inter eos qui hæreditauerũt bona mortuorũ nec cõcordabunt ſe inuicẽ: niſi forte per interpoſitionẽ aliorũ & ſignificat mortẽ uilium perſonarũ & eorum qui cogunt comedere panẽ doloris, ſcilicet alienũ indigentia cogente ſecundũ ſubſtantiã ſigni, quod fuerit octaua dom' uel in quo fuerit dñs octauę, ut ſi fuerit ſignũ maſculinũ, erit magis in maſculis. ſi aũt fuerit fœmininũ erit magis ĩ fœminis. Et ſi fuerit octaua ſignũ maſculinũ, & dñs octauę in ſigno maſculino, erit tantum in

tum in

tum in maſculis. Et ſi fuerit octaua ſignũ fœmininũ, & domin⁹ octauæ in ſigno fœminino, erit tantum in fœmininis. Et ſi unũ fuerit maſculinũ & alterum fœmininũ, erit in utroq; magis, tamen ſecundum ſubſtantiam octauæ quàm illius in quo fuerit dominus octauæ, eruntq; peſtilentiæ in ipſis. Et dixit Albumaſar, & multiplicabitur impedimentũ ſuper ſubſtantias contentorum regis maioris ex regibus climatis. Et dixit, & indigebunt auxilio regis maioris, ſcilicet Babyloniæ atq; Romanorum et Indorum. Et erunt plures infirmitates hominum ac mulierum in membris genitalibus & in uerendis, & circa partes adiacentes illis. Et ſi ceciderit aliqua illarum ſtellarum in natiuitate alicuius in octaua, uel aſcendens natiuitatis illius octaua reuolutionis, uel fuerit dominus octauæ iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu ſicut dictum eſt in alijs: dixit Albumaſar quòd nat⁹ ille erit uagus, profugus, non declinans ad manſionem, nec intrabit ſub tectum. Et dixit, & erit de illis qui recolligent inimicantes, & petunt eſſe cum dæmonibus & dilliget ſingularitatem, & non uidebit in ſemetipſo ꝙ diligetur pro labore ſuo, & peregrinatione ſua, & erit hoc plus in locis mortuorum & in loco cadauerum fœtidorum, nec gaudebit de his quæ ſignificantur per octauam domum. Et erunt plures infirmitates ex uerendis & circa uerenda & partes adiacentes illis. Et eo fortius ſi octaua fuerit Scorpio.

Et ſi fuerit aliqua prædictarum ſtellarum in nona, aut fuerit dominus nonæ reuolutionis cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat impedimentum & deſtructionem atque malum caſurum in epiſcopos ac in alios religioſos, & deum colentes, & maxime illos qui ſignificantur per Planetam peius diſpoſitum, ut ſi fuerit Iupiter cadet ſuper epiſcopos & ſimiles. Si fuerit Saturnus, cadet ſuper induentes aſpera indumenta & quanto fuerit religio magis potens ac magis famoſa, tanto magis cadet impedimentum ſuper cultores illius, & diminuentur ac deprimentur ſectæ ſeu religiones approbatæ ab eccleſia Romana, & etiam aliæ religiones hominum & cadet in eos hebetatio atque ſubuerſio & obliuio ſeruiciorum dei, & ipſius laudis, & recedent ab eo, & quidam eorum negabunt eum, & deſiſtent à mandatis eius, & cadet in eis dubitatio, & credent eſſe aliquid aliud melius, quàm illud quòd credunt uel ſeruant: & cadet etiam detrimentum ac triſtitia in peregrinantes peregrinationibus longinquis, eruntq; itinera longa, contraria itinerantibus, nec accidet eis exinde bonum, ſed cogitationes eorum erunt uanæ atque malæ finis: & inſurgent quidam & patefacient auſteritatem ſuam, & commachinabuntur interitum regis Babyloniç, tamen non poterunt perpetrare ſcelus excogitatum in anno illo, & diminuentur guerræ atque prælia. Et erunt plures infirmitates hominum iuxta fœmora & coxas. Et ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in natiuitate alicuius in nona, uel fuerit aſcendens natiuitatis nona illius reuolutionis, uel fuerit dominus nonæ natiuitatis iunctus cum aliqua illarum ſtellarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs: dixit Albumaſar, erit natus quaſi ſtupefactus in rebus ſuis, & in ſua cultura, nec congruet ei peregrinatio & mutatio. Et erunt plures infirmitates eius ex fœmoribus & coxis. Et eo plus ſi nona fuerit Sagittarius. At ſi fuerit aliqua prædictarum ſtellarum in decima, uel fuerit dominus decimæ reuolutionis iunctus cum aliqua earum, ſcilicet in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat deiectionem & malum ac impedimentum caſurũ in reges & diuites & nobiles atque magnates ſeu potentes in eos qui præponũtur alijs hominibus, eritq; in eis debilitas, cadetq; inter eos diſcordia & contentiò atq; mutua inuidia. & cadet impedimentum in ſubſtantias atque res eorum, & paucus erit eorum conqueſtus, & pauca pecunia tribuetur eis, niſi fortè illa quam extorſerint ab aliquibus per uiolentiam uel per alium reprehẽſibilem modum, nec reuerebuntur eos homines more ſolito ſeu debito, & depriment eorum dignitates atque magiſteria & regna, & eleuabuntur ruſtici ſeu populares, et calcitrabunt contra eos, & blaſphemabunt ac derident, & uilipendent eos, & mutabunt eorum nomina cum deriſione. Et nedum hæc facient eis, ſed ſi tranſiuerint magnates per uicos ſeu plateas, non erit adeò uilis de turba qui non derideat eos: & accident eis hæc per totam illam reuolutionẽ. Et erunt plures infirmitates hominum ex genubus et ex partibus adiacentibus illis. Et ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in natiuitate alicuius in decima, uel fuerit aſcendens natiuitatis decima reuolutionis illius: uel fuerit dominus decimæ natiuitatis iunctus cum aliqua earum in eodem gradu, ſicut eſt dictum in alijs, ſignificat utilitatem nati atque ipſius detectionem, eritq; deſpectus apud eos qui deberent ipſum exaltare, ſi poſſent, & ſpecialiter apud propinquos ſuos, & erit laborioſus in uita ſua, & parui lucri, minoris quàm expenſarum. nec lucrabitur in his de quibus habuerit fiduciam boni, & illud quod lucratus fuerit non conuertetur in eius utilitatem, niſi per accidens, & illud erit modicum. Et dixit Albumaſar, ſecundum naturam eius erit hoc quod dixi tibi. Et erunt plures infirmitates eius ex genubus & adiacentibus eis. Et eo magis ſi decima fuerit Capricornus. Si uero fuerit aliqua prædictarum ſtellarum in undecima, uel fuerit dominus undecimæ reuolutionis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat diſcordiam & anxietatem caſuram inter amicos: & nitetur unus ſuppeditare ſeu uilipendere alium & ſtudebit in eius læſionem atque nocumentum, & annichilabitur fiducia hominum, nec ſequentur quod intendent de rebus in quibus habuerunt ſpem & diminuent ſubſtantiæ regum ac diuitum ſeu magnatum, & detrimentum patientur: ſimiliter & milites regis illius regionis atque miniſtri eius & ipſius auxiliatores: nec habebunt bonam fidem erga eum, nec bonam uoluntatem, nec exercebunt arma in eius utilitatẽ, nec in eius auxilium, ſi indiguerit, ſed infideles exiſtent. Eruntq; plures infirmitates hominum ex cruribus & circa crura. Et ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in natiuitate alicuius in undecima, uel fuerit aſcendẽs natiuitatis undecima illius reuolutionis, uel fuerit dominus undecimæ nati-

uitatis iunctus cum aliqua earum in eodem gradu,
ſicut dictum eſt in alijs, ſignificat natum illum fu-
turum modicæ fiduciæ, ita quòd non credet ali-
quid poſſe proficere ſibi & uix aut nunquã accidet
ſibi aliquod bonum:& ſi acciderit ſibi, erit modi-
cum.& ſignificat eum odibilem atque uulgo deſpe
ctum,& erit tantæ uilitatis cordis, quòd non credet
ſe poſſe aliquod malum uel aliquod periculum con
trarium euitare nec erunt cogitationes eius in ali-
quo bono & gaudebit cum uiderit alienum malũ:
& erit intentio ſua malefacere, licet non poſſit illud
perficere non laudabit aliquem, nec laudabitur ab
aliquo. nec promouebitur ad aliquam dignitatem
ſecularem uel clericalem, niſi forte ad talem quæ re
dundabit in eius damnũ, ſiue contrarium. Eruntq́
infirmitates eius, ut multum ex cruribus. Et eo for-
tius, ſi undecima fuerit Aquarius. Si quidem ce-
ciderit aliqua prædictarũ in duodecima, uel fuerit
dominus duodecimæ iunctus cum aliqua ipſarum
in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs domibus,
ſignificat multitudinem latronum atq; abſciſorum
uiarum ſignificat etiam fraudem ſeruorum atque
ancillarum erga dominos ſuos:& caſum ac detri-
mentum diminutionem deiectorum atque uilium
perſonarum deficientur enim,& male erit eis & in
carceratis ſimiliter & euacuabuntur carceres cum
detrimento incarceratorum: & patientur maiora
quadrupedia detrimentum.& exaltabuntur reges
& nobiles ſeu diuites ac magnates & rationales ac
ſapientes:& eleuabuntur ſuper uulgus & popula-
res & ruſticos atque ignobiles & ſuper omnes qui
prius deriſerant eos in detrimentum atque depre-
henſionem illorum. Et erunt plures infirmitates
hominum ex pedibus. Et ſi ceciderit aliqua illa-
rum ſtellarum in natiuitate alicuius in duodecima,
uel fuerit aſcendens natiuitatis duodecima reuolu-
tionis illius, uel fuerit dominus duodecimæ natiui
tatis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu,
ſicut dictum eſt in alijs, ſignificat quòd natus ille
erit malus, callidus calliditate mala, laborioſus, in-
genioſus, ingenio fraudulẽto multarum anguſtia-
rum atq; ærumnarum: atque multorum inimico-
rum, habebunt quoque ipſum odio multi homi-
num, tam ſine cauſa quàm cum cauſa. Et dixit
Albumaſar, odiet enim eum omnis qui uiderit eũ à
pueritia ſua uſque ad ſenectutẽ ſuam. eruntq́ plu-
res infirmitates eius ex pedib⁹. Et eo forti⁹, ſi Piſcis
♃ fuerit duodecima domus. Et dixit Albumaſar,&
ſi aſpexerit Iupiter ex loco imaginis & proiecerit ra
dios ſuos ad ipſum gradum,& fuerit fortius in loco
♀ ſuo, ſignificat fortitudinem illarum ſtellarum. Et
ſi fuerit Venus in loco ſuo debilis, non operabitur
aliquid ex operibus ſuis quod appareat. Et dixit ſe
cundum quantitatẽ fortitudinis uel debilitatis Pla-
netæ, erit multitudo mali. Et ſi aſpexerit ex loco
inimicitatis & contrarietatis non repellet aliquid
ex malo maxime ſi fuerit debilis in loco ſuo ſed ni-
tetur ipſum malum repellere, tamen non repellet
aliquid ex eo. Et dixit, ſi autem aſpexerit in eo
malus in loco directionis, erit malũ & omne quod
dixi tibi ex rebus Planetarum,& feſtinabit opus ſu
um & ſequetur unum aliud. Et dixit,& ſi aſpe-
xerit ex loco inimicitiæ & contrarietatis, erit omne
quod dixi malum, & contrarietas ab initio euen-
tionis mali præoccupatio uſque in finem eius. Si
uero aſpexerit Sol ipſum locum, deteget ipſum ma ☉
lum,& apponere illud faciet. Et dixit,& omnis qui
nititur occultare hoc quod accidet, non poſſet illud
occultare. Et dixit, & erit hoc uniuerſale eidem ge-
nerationi & ciuitatibus. Et dixit, ſi aſpexerit Satur- ♄
nus, deſcendet tribulatio una poſt aliam. Et dixit,
ſi aſpexerit Mercurius erit hoc commixtum & co- ☿
loratum. Et dixit, ſi aſpexerit Luna, erit opus e- ☽
ius ſuper opus Solis. Et dixit, ſed erit min⁹ aliquan
tulum & celerius in omni quod operatur propter
celeritatem curſus eius. Et dixit,& ſcito quòd uni-
uerſa quæ dixi tibi, erunt in ciuitate quæ fuerit in
diuiſione eiuſdẽ ſigni. Et dixit, conſidera ergo hæc,
quia non errabis ſi deus uoluerit.

Quid ſignificent ſtellæ fixæ fortunatæ in natiuitati- bus & quæſtionibus atque reuolutionibus annorum. Caput CX.

Dicto de infortunijs quæ inferuntur à ſtel- *Stellæ fort. in ſignis.*
lis fixis,& in fortunantis in inferiora, dicen-
dum eſt nunc de fortunijs quæ conferunt
ſtellæ fixæ fortunatæ in eadem: ſicuti enim in uno
quoque ſigno reperiuntur aliquæ ſtellæ infortu-
natæ, ita in uno quoque ipſorum reperiuntur ali-
quæ ſtellæ fixæ fortunatæ, quæ ſunt contrariorum
ſcilicet fortuniorũ cauſæ. Scito igitur, quòd in de ♈
cimoquinto gradu Arietis et ſexto minuto eius, eſt
quædam ſtella de natura Iouis & Veneris, & eius
latitudo eſt meridionalis,& eius proprietas eſt pro-
deſſe atque iuuare. Alia uero eſt in uigeſimoſexto
gradu eius & primo minuto de natura Iouis. In ♉
Tauro eſt una ſtella in primo gradu eiuſdem & ter
tio minuto. Altera in octauo gradu eius ſeptimo
minuto. Tertia eſt in nono gradu eius & primo mi
nuto, quæ omnes ſunt de natura Veneris. In ♊
Gemini uero eſt una ſtella in decimonono gra-
du eius & ſecundo minuto. Et altera in uigeſimo-
primo gradu eius & tertio minuto quę ſunt de na-
tura Iouis & ſunt de magnitudine ſecunda. In ♋
Cancro eſt una ſtella quæ uocatur bona in uigeſi-
moſeptimo gradu eius & ſecundo minuto. Altera
in uigeſimonono gradu eius & quinto minuto,&
ſunt ambæ de natura Iouis,& operantur bonum.

In Leone eſt una ſtella de natura Iouis & Vene ♌
ris nono gradu eius & quarto minuto, & uocatur
beneuola. In Virgine eſt quædam ſtella in quar ♍
to gradu eius & ſeptimo minuto de natura Vene-
ris & Lunæ. In Libra eſt quædam ſtella de natura ♎
Iouis et Veneris in tertiodecimo gradu eius & qua
drageſimoquinto minuto. Et altera in quarto-
decimo gradu & quadrageſimoquinto minuto
de naturà prædicta, & ambæ meridionales ſunt &
iuuantes. Et in Scorpione eſt una ſtella in nono gra
du eius & quinquageſimoquinto minuto. Et alte-
ra eſt in tertiodecimo gradu eius & primo minuto.
Et altera in quartodecimo gradu eius & quadra-
geſimoquinto minuto. Et altera eſt in decimono-
no gradu eius,& quintodecimo minuto, quæ om-
nes ſunt meridionales de natura Iouis. In Sagitta- ♐
rio eſt una ſtella in decimo gradu eius & quintode
cimo

cimo minuto quæ dicitur pacifica, & eſt de natura Veneris. Altera uero eſt in decimoſeptimo gradu eius & quinquageſimoquinto minuto, et eſt ſeptentrionalis de natura Iouis. In Capricorno eſt una ſtella in ſecundo gradu eius & tertio minuto quæ dicitur bos, & eſt de natura Iouis. Et altera eſt in ſeptimo gradu eius & quinquageſimoquinto minuto. Et altera eſt in 17. gradu eius, & 55. minuto, quæ ambæ ſunt meridionales, & ſunt de natura Iouis. In Aquario eſt una ſtella in quintodecimo gradu eius et quinquageſimoquinto minuto, & eſt de natura Iouis. In Piſcibus eſt una ſtella in ſeptimo gradu eius & undecimo minuto, & eſt de natura ipſius Iouis.

De proprietate iſtarum ſtellarum in duodecim domibus. Caput CXI.

Stellarum proprietas in 12. domibus.

CVmq; uideris dominum anni ſeu reuolutionis uel natiuitatis aut quæſtionis iunctum cum aliqua prædictarũ ſtellarum in eodem gradu in reuolutione anni mundi, ſcias q; bonum atque fortunium eueniet regibus & diuitibus ſeu nobilibus atq; magnatibus. Idem dicas in natiuitatibus de factis natorum & in quæſtionibus ac natiuitatum reuolutionibus: & euenient eis gaudia & alacritates ac ſanitates, atque corporis incolumitates. Et quanto fuerit eorum cõiunctio minus uno gradu uſque ad unum minutum, tanto erit eorum ſtatus melior atque habilior. Et ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in gradu aſcendẽte natiuitatis alicuius, uel fuerit dominus natiuitatis iunctus cum aliqua earum in eodem gradu, erit natus ille fortunatus & bonus & ducet uitã ſuã in quiete & gaudio atque tranquillitate & omni bono ſtatu: & eo fortius, ſi fuerit aſcendens Aries. Et ſi ceciderit aliqua illarum ſtellarum in ſecunda ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dominus ſecundæ reuolutionis cum aliqua ex eis in eodẽ gradu, ſicut dictum eſt, ſignificat augmentationem rerum atque ſubſtantiarum hominum, & maxime diuitum atq; magnatũ ſeu nobiliũ: & eo fortius, ſi fuerit Taurus ſecunda domus. Et ſi ceciderit aliqua ex prædictis ſtellis in natiuitate alicuius in ſecunda, uel fuerit ei⁹ aſcendens ſecũda reuolutionis uel fuerit dominus ſecundæ natiuitatis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu (ſicut dictum eſt) in prima domo, ſignificat quòd natus erit boni eſſe boniq; ſtatus, diues, multiq; cenſus atque lucri: & retinebit acquiſita, ſuamq; ſubſtantiam: eritq; boni ingenij ac in ſuis negocijs ſollicitus, reputabiturq; inter alios homines: & audientur eius uerba, & reputabuntur: & eo magis ſi fuerit Taurus ſecunda domus. At ſi ceciderit aliqua illarum ſtellarum in tertia ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dominus tertiæ cũ aliqua ex ipſis in eodem gradu ſicut dictum eſt in alijs, ſignificat bonũ eſſe domorũ, orationis, & quòd itinera breuia ſunt competentia atque utilia itinerantibus, & quòd fratres bene inuicẽ ſe habebunt: & lætabitur unus frater propter alium. eruntq; in corporibus incolumitates, & ſani erunt et eo magis ſi Gemini fuerit tertia domus. Et ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in natiuitate alicuius in tertia, uel fuerit aſcendens natiuitatis tertia reuolutionis, uel fuerit dominus tertiæ natiuitatis iunctus cum aliqua de prædictis ſtellis, ſignificat quòd ille erit utilis atque beneuolus fratribus ſuis & ſuis cõſanguineis minoribus ſe, & conuicinis & eis qui præpoſuerint eum ſibi, uel qui reputabunt eũ ſibi amicũ nec affectabit uidere malum alienum, eritq; compatiens illis quibus mala euenerint: & erit intentio eius ut plurimum in benignitate & non in contrarium & erunt ſibi itinera ſua utilia, & maxime breuia, & erunt ſibi ſalua & ſalubria tam in rebus quàm in perſona & erit ſani corporis, & maxime circa ſpatulas & brachia & eo magis ſi fuerit Gemini tertia domus. At ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in quarta ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dominus quartæ cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat bonũ eſſe agricolarũ & meſſium atque terræ naſcentium: ſignificat etiam pacem atq; tranquillitatẽ in ciuitatib⁹ & inter ciuitates, & alia habitacula & patres bene ſe habebunt cum filijs & erga filios, & gaudebit atque lætabitur unus cum alio, & propter alterum & erit finis rerum inceptarum, quæ euenerint in anno illo ſeu in reuolutione illa ad bonum. Et ſi aliquis emerit terram uel aliud prædium ſeu hæreditatem aliquam, ſequetur exinde quod intendebat, & erunt plures hominũ ſani, & maxime circa pectus & pulmonem, & eo magis ſi fuerit Cancer quarta domus. Et ſi fuerit aliqua ex prædictis ſtellis in natiuitate alicuius in quarta, uel fuerit quarta illius reuolutionis aſcendens natiuitatis alicuius, uel fuerit dominus quartæ natiuitatis iunctus cum aliqua illarum ſtellarum in eodem gradu, ſignificat quòd natus ille ſit futurus bonus pro ſuis parentibus, ſcilicet patre, auo, ſocero, & alijs antiquioribus, & quòd diliget eos, & quòd ipſis erit obediens & fauorabilis: & erit finis eorum de quibus ſe intromiſerit laudandus: & laudabuntur eius opera, etiam ſi aliquando fecerit minus bene, tamen laudabitur ab hominibus, & erit ſanus corpore, & uigebit eius ſanitas maxime circa pectus & pulmonem, & inferiores partes pectoris. At ſi ceciderit aliqua dictarum ſtellarum in quinta ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dominus quintæ cum aliqua ipſarum, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat bonum atque fortunium quod accidet filijs: & dilectionem quam habebunt parentes eorum in eis: & ſignificat augmentum liciti coitus ac delectionem in eo in reuolutione illa: augmentabitur enim dilectio & bona uoluntas inter diligentes ſe inuicem & erunt domeſticitates atque donationes inter eos plures ſolito, & res delectabiles: & erit ſanitas in uentribus eorum & circa inferiores partes pectoris, et circa ſpinam & dorſum plus ſolito, & eo magis, ſi fuerit Leo quinta domus. Et ſi fuerit aliqua de prædictis ſtellis in quinta natiuitatis, uel aſcendens natiuitatis quinta illius reuolutionis, uel fuerit dominus quintæ natiuitatis iunctus cum aliqua illarum ſtellarum, ſignificat quòd parentes illius nati diligent eum, ſed magis diliget eum ille cuius natura fuerit ſignum quintæ domus, & erit obediens parentibus ſuis, nec prætermittet eorum mandata: & erit

diligens eum, & perſeuerabit in bono, eritq́; fortunatus in filijs & in his quæ ſignificantur per quintam domum, & erit ſani corporis & maxime circa pectus & ſtomachum & dorſum, & circa genitales partes: & eo magis ſi fuerit quinta domꝰ Leo. Si autem ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in ſexta ab aſcendente reuolutionis, uel fuerit dominus ſextæ cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs domibus, ſignificat augmentum & bonum uenturum in quadrupedia & maxime minora. Et dixit Albumaſar, ſignificat hoc etiam in regẽ et in eius ſeruos et ancillas: ſimiliter et in alios ſeruos & in famulos & in famulas: & bonus erit ſtatus uilium perſonarum ſecundum ſubſtantiam illius, ut ſi fuerit maſculinum uel fœmininum: eritq́; lucrum uolentibus uti mercatione ſeruorum uel minorum animalium eritq́; bene uolentibus aufugere, & minuentur infirmitates & maxime illæ quæ conſueuerunt euenire de cholera abundante in inteſtinis. At ſi ceciderit aliqua illarum ſtellarum in natiuitate alicuius in ſexta natiuitatis eiꝰ, uel fuerit aſcendens natiuitatis ſexta illius reuolutionis, uel fuerit dominus ſextæ natiuitatis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs, ſignificat quòd bene erit illi nato in ſeruis & ex ſeruis & ancillis & famulis & famulabus: & erit fortunatus in eis & in his quæ ſignificantur per ſextam domum morabiturq́; libenter cum ſuis parentibus & erit ſanus ut plurimum in inferioribus partibus ſui corporis: & eo fortius, ſi ſexta domus fuerit Virgo. Et ſi fuerit aliqua ſtellarum in ſeptima, uel fuerit dominus ſeptimæ cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat tranquillitatem & bonum atque diminutionem guerrarum & præliorum: & erit inter ſocios atque participes, & inter alios homines tranquillitas et quietudo eritq́; inter uiros & uxores bona uoluntas, & pauca rixa minus ſolito: & placabuntur reges atque magnates, & humiliabuntur ſuis ſubiectis, & ipſi obedient eis libentius ſoluo. & uigebit in hominibus pietas, & erunt intenti celebrare nuptias, & contrahere matrimonia: & uigebit in eis fides atque legalitas, & utentur ueritate aliquid plus ſolito, eruntq́; contenti exercere ſuas artes atque ſua magiſteria, uigebitq́; ſanitas in hominibus, & maxime circa ueſicam & renes & anchas atque poſteriora. Et ſi ceciderit aliqua de prædictis ſtellis in natiuitate alicuiꝰ in ſeptima, uel fuerit aſcendẽs natiuitatis ſeptima illius reuolutionis, uel fuerit dominus ſeptimæ natiuitatis cum aliqua ipſarum, gaudebit natus ex uxoribus & alijs mulieribus, & uidebit ex eis bonum & ex ſocijs & participibus, & de omnibus quæ ſignificantur per ſeptimam domum & obtinebit in ſuis litibus. Et ſi fuerit aduocatus ſeu iuriſperitus bene cedet ei in ſuis aduocationibus, & erit ſanitas in eius gutture atq́; renibus & cruribus et poſterioribus, & eo magis ſi ſeptima domus fuerit Libra. Si autem fuerit aliqua de prædictis in octaua, uel fuerit dominus octauæ reuolutionis cum aliqua ipſarū in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs domibus, ſignificat bonum eſſe uagantium, illorū ſcilicet qui conſueti ſunt ire huc & illuc, damnificantes alios per modum latrocinij, et mitigabitur aliquid de eorum malitia ſignificat etiam moram in locis in quibus conſueuerunt habitare plus ſolito, nec exercebunt quicquid mali poterunt ex ſuis latrocinijs: ſignificat etiam cuſtodiam regis illius regionis in qua reuoluis annum uel dominatoris ſeu poteſtatis illius loci uel illius qui habuerit gerere rem publicā: & ſi amiſerit aliquid de ſuis rebus, reinuenietur amiſſum: ſignificat etiam concordiam inter illos qui hæreditauerunt bona mortuorum: ſignificat etiam cuſtodiam uitæ uilium perſonarum ſecundum ſubſtantiam ſigni: nec erunt qui nitantur defraudare ſubſtantias regum maiorum, ſcilicet regis Romanorum & regis Babyloniæ atque regis Indorum: & erit ſanitas in hominibus ac mulieribus, & maxime circa partes genitales & circa uerenda & partes adiacentes illis. Et ſi ceciderit aliqua illarum ſtellarum in natiuitate alicuius in octaua, uel fuerit aſcendẽs natiuitatis octaua illius reuolutionis, uel fuerit dominus octauæ natiuitatis iunctus cum aliqua illarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs: ſignificat quòd natus erit de illis qui libenter aſſociantur hominibus, & qui fugiunt ſolitudinẽ, & qui libenter morantur cum bonis: & uidebit in perſona ſua quod uoluerit & gaudebit de his & in his quæ ſignificantur per octauam domum: & erit ſanus corpore, & maxime circa uerenda & partes adiacentes illis & eo magis ſi fuerit octaua domus Scorpio. Et ſi fuerit aliqua prædictarum ſtellarum in nona, aut fuerit dominus nonæ reuolutionis cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat gaudium & lætitiā & bonum ſtatum epiſcoporum & aliorum religioſorum, & deo ſeruientium, prout Planeta ſignificans eos fuerit melius diſpoſitus, ut ſi fuerit Iupiter, erit magis in epiſcopis & alijs clericis qui dicuntur ſeculares. Si fuerit Saturnus, erit hoc magis in religioſis induentibus aſpera indumenta, & fortius in induentibus nigriora, & in magis famoſis. & augmentabuntur ſectæ ſeu religiones approbatæ ab eccleſia Romana et erunt deo ſeruientes et laudantes eum: & erunt peregrinationes ſeu itinera longa utilia & proficua, & erunt ciues Babyloniæ obedientes regi ſuo: & erunt homines ſani & maxime circa fœmora & coxas, & eo magis ſi nona domus fuerit Sagittarius. Et ſi ceciderit aliqua prædictarū in natiuitate alicuius in nona, uel fuerit aſcendens natiuitatis nona illius reuolutionis: uel fuerit dominus nonæ natiuitatis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs, erit natus conſiderans res ſuas & eligens meliorem partem ſuper factis ſuis & etiam ſuper alienis: et erunt ei peregrinationes atque longa itinera utilia, & erit eius ſanitas uigens circa fœmora & coxas, & eo magis ſi nona domus fuerit Sagittarius. Et ſi ceciderit aliqua prędictarum ſtellarum in decima, uel fuerit dominus decimæ iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de de alijs domibus, ſignificat bonum ac augmentum boni uenturum regibus et magnatibus qui ſunt apti regno: eritq́; in eis fortitudo ad bonum: & erit inter eos quietudo atque ſecuritas, & bene erit eis. & reddetur eis cenſus abſque contentione & abſque impe-

dimento

dimento: & reuerebuntur eos homines, & exaltabuntur dignitates ac magiſteria, ſeu regna, & uigebit ſanitas in hominibus & maxime circa genua & partes adiacentes eis. Et ſi ceciderit aliqua prædictarum in natiuitate alicuius in decima, uel fuerit aſcendens natiuitatis decima illius reuolutionis, uel fuerit dominus decimæ natiuitatis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs, ſignificat bonitatem nati ac magnitudinem eius animi, ſuiq́ honoris augmentum, & honorabitur à ſuis & etiam ab alienis, & ducet uitam ſuam abſque magno labore, & uiuet quaſi in quiete: & erit homo lucri ſeu quæſtus, & illud quod lucratus fuerit conuertetur in ſuam utilitatem, & erit etiam ſanitas corporis eius, & maxime circa genua & circa partes adiacentes eis, & eo magis, ſi decima domus fuerit Capricornus. Si uero aliqua prædictarum ſtellarum fuerit in undecima, uel fuerit dominus undecimæ reuolutionis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de alijs domibus, ſignificat bonum atque fortunium uenturum inter amicos, & nitetur unus ſubleuare alium & exaltare: & ſtudebit unus in auxilium & iuuamen alterius: & augmentabuntur ſubſtantiæ regum ac diuitum ſeu magnatum, ſimiliter & milites regis illius regionis atque miniſtri eius & ipſius auxiliatores, habebunt bonam fidem atq́ bonam uoluntatem erga eum: & libenter exercebunt arma in eius utilitatem, & erunt ſibi fideles, eruntq́ homines ſani in cruribus & circa crura, & eo magis ſi fuerit undecima domus Aquarius. Et ſi ceciderit aliqua prædictarum ſtellarum in natiuitate alicuius in undecima, uel fuerit aſcendens natiuitatis undecima illius reuolutionis, uel fuerit dominus undecimæ natiuitatis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs: ſignificat quòd natus erit magnæ fiduciæ, ita quòd de omnibus de quibus ſe intromiſerit, ſperabit poſſe conſequi bonum atque utilitatem: & uix accidet ſibi contrarium de his quæ ſperauerit, & de quibus ſe intromiſerit: & erit dilectus à uulgo, eritq́ tantæ fiduciæ atque tantæ animoſitatis, quòd non credet aliquod malum uel aliquod contrarium ſibi poſſe aduenire: erunt cogitationes eius in bonum, & compatietur quibus ceſſerint aduerſa: & erit intentio ſua in bene faciendo· laudabitur enim ab alijs & laudabit eos. Et ſi affectauerit habere officia ſeu honores, promouebitur ad illos, eritq́ ſanitas eius uigens in cruribus, & circa crura, & eo magis ſi undecima domus fuerit Aquarius. Si uero ceciderit aliqua prædictarum in duodecima, uel fuerit dominus duodecimæ iunctus cum aliqua prædictarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt de omnibus alijs, ſignificat diminutionem latronum & abſciſorum uiarum, ac eorum detrimentum: ſignificat etiam obedientiam ſeruorum atque ancillarum erga dominos ſuos: & ſignificat bonum eſſe uillum perſonarum, & alleuationem incarceratorum, & ſaluabuntur quadrupedia maiora. Et ſignificat etiam quòd reges ſeu magnates atque nobiles bene ſe habebunt erga ruſticos ſeu populares. Et erit ſanitas in hominibus, & maxime in pedibus & circa pedes, & eo magis ſi fuerit duodecima domus Piſces. Et ſi ceciderit aliqua illarum ſtellarum in natiuitate alicuius in duodecima, uel fuerit aſcendens natiuitatis alicuius duodecima reuolutionis, uel fuerit dominus duodecimæ natiuitatis iunctus cum aliqua ipſarum in eodem gradu, ſicut dictum eſt in alijs, ſignificat quòd natus ille erit bonus, ingenioſus, ingenio bono & licito ac laudabili: laboris modici, & paucarum anguſtiarum & paucarum cogitationum & paucæ indigentiæ, paucorum inimicorum & maxime occultorũ, immo diligetur ab hominibus: puer iuuenis atque cum fuerit ſenex, & uigebit in eo ſanitas, & maxime in pedibus & circa pedes, & eo fortius ſi duodecima domus fuerit piſces. Et ſi Iupiter & ipſe boni eſſe aſpexerit gradum in quo fuerit tunc ſtella, uel fuerit ibi caput draconis, augmentabitur eorum fortunium. Si uero aſpexerit Saturnus, minuetur, uel ſi fuerit ibi cauda. Si uero aſpexerit Venus, parum augebit, quaſi inſenſibiliter: cæteri uero nihil operabuntur quod ſentiatur, tamen Sol ſi aſpexerit ipſum locum, faciet citius peruenire in actum illud quod ſignificauerit ſtella fixa. Et ſi aſpexerit Luna, feſtinabit iterum illud magis.

De uarietatibus conſuetudinum.

Cap. CXII.

ALbumaſar poſuit in ſuo libro reuolutionum hoc capitulum, quod non uidetur omittendum cum ſim in hoc eius ueſtigia ſecutus, licet ſim uſus longiore ſermone quàm fuerit ipſe. Et dixit quòd in circulo ſunt conſuedines quæ non aſſimilantur alijs conſuetudinibus. Dixit enim, in rege eſt conſuetudo quæ non aſſimilatur conſuetudini domeſticorum. & in domeſticis eſt conſuetudo quæ non aſſimilatur conſuetudini regum. Et in regno eſt conſuetudo quæ non aſſimilatur conſuetudini natiuitatum. Et in natiuitatibus eſt conſuetudo quæ non aſſimilatur conſuetudini interrogationum. Cõſuetudines

De impedimentis quæ immittit dominus ſigni aſcendentis reuolutionis, cum fuerit impeditus ſiue ſit dominus anni ſiue non.

Cap. CXIII.

CVm dominus aſcendentis reuolutionis anni mundi fuerit impeditus in hora reuolutionis, ſiue ſit ipſe dominus anni, ſiue non: quoniam ſi alius fuerit dominus anni, ipſe in his eſt eius particeps. & magis naturaliter accipiuntur ab eis iſta ſignificata, licet accipiantur à domino anni, fueritq́ impedimentum illud in aliquo angulorum, immittet tribulationem ſuper homines. Nam ſi fuerit combuſtus in decima, erit impedimentum cauſa regni uel cauſa æquipollenti regno. Et ſi fuerit in medio cœli, uel fuerit Sol alıàs dominus decimæ, ſignificat quòd occurret triſtitia hominibus ſeu diſtrictio à rege uel eius de cauſa. Si autem fuerit combuſtio in quarta, & hoc magis prope cuſpidem quàm prope finem quartæ, timetur in reuolutiõe eadem mortalitas, & hoc Impedimenta aſcendentis.

Qualiter ſciantur accidentia mala uel horribilia hora reuolutionis quæ uentura ſunt in anno illo.

Caput CXV.

Mala hora reuolut.

CVm uolueris ſcire accideotia grauia & horribilia quæ uentura ſunt in anno quem reuoluis: ſcito quòd accidentia eruot ſecundũ diſpoſitionẽ duarum infortunarũ Saturni, ſcilicet & Martis: qui ſi inuenti fuerint io circulo ſuperiori, hoc eſt in medietate ſeptentrionali, & illa exiſtente ſuper terrã: & eo forti⁹ ſi ipſi fuerint ſeptentrionales, ſignificant grauitatem & horribilia uentura in anno illo: & quanto ipſi magis fueriot eleuao ſuper terram & ſpecialiter Saturnus: taoto magis extendetur eorum ſignificatum ad longinquas & diuerſas regiones. Et dixit Albumaſar, ſcito ꝙ eſſe anni grauabitur cum fuerint duo mali in circulo alto, ubi eſt polus, io ipſis imaginibus, qui cum exierint ad finem circuli, redibunt & ſignificant deſtructiones. Cum ergo uideris illos duos malos in hora reuolutionis iu illa parte circuli ſuperiori: ſcias tunc quòd eſſe aooi ſeu reuolutionis grauabiť, & eruot accidentia grauia & horribilia. Et ſi fuerit unus in quarto aſpectu alteri⁹, erit deterius eſſe ipſorum ſignificabũt enim tunc ioſectionẽ in omni animato, & apparebũt tribulationes in omni ſubiecto quod fuerit in terra, & prolongabiť hoc & tardabit, & eo forti⁹ ſi fuerit tuoc Saturn⁹ in Virgine & Mars in Gemini, fueritq́ reuolutio nocturna & Mars cõmiſerit diſpoſitionẽ ſuam Saturno, & ipſe receperit eum: fueritq́ uterq; retrogradus, uel ſaltẽ unus eorum: ſed Saturnus maioris eſt nocumenti: quia tunc ſignificabit res excedentes modũ in malitia, tam in cõbuſtionibus quàm io interfectionib⁹, nec poterit Iupiter frangere malinã eorũ, niſi forte aliquis eorũ eſſet in Cancro in trino uel ſextili aſpectu Iouis, & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus: tunc enim poſſet frangere malinã ipſius quem aſpiceret uel ſaltẽ diminueret diminunõe ſenſibili. & ſignificabitur debilitatio eſſe regis illius regionis in qua reuoluis annũ, & aliorum magnatũ atq; diuitũ ſeu nobilium & petent reges ac magnates auxiliũ à popularibus. & minueť religio & auferet ab hominibus pietas: nec inuenietur in eis miſericordia. et prolongabiť hoc, donec unus eorũ ſcilicet Saturn⁹ uel Mars perueniat ad gradum qui erat cuſpis decimæ domus, hora reuolutionis: uel incipiet tunc & durabit etiam poſtea multũ, ad min⁹ per unum traoſitum Martis per zodiacũ. Si aũt fuerit tunc Saturn⁹ in Virgine, & cõmiſerit ei Mars diſpoſinonẽ de Geminis, ſicut dictũ eſt, & Luna cõmiſerit diſpoſitionem Saturno, & ipſa in Sagittario, ſignificabit tunc horribilia horribiliũ, peſtilentias peſtilentiarũ, & ſignificabit deſtructionẽ regnorũ atq; regũ, & tranſmutationẽ quorundam regnorũ à quibuſdam regibus ad quoſdã alios reges. Pręterea cum Luna commiſerit diſpoſitionẽ ſuam Saturno, ſi fuerit ei iuncta uel in eius quarto aſpectu uel oppoſinõe, & domious ſigni in quo ipſa fuerit, quãdo perfecta fuerit eius cõiunctio cum Saturno gradu per gradum, & minuto per minutũ fuerit impeditus, ſignificat multas diuerſitates impedimeotorũ uenturas in illa reuolutione. Et ſi fuerit Luna paſſa eclipſim in præuẽnooe proxime præterita, uel debuerit pati in præuentione proxime futura, prolongabiť ſignificatio mali tot menſib⁹ quot horis durauit eclipſis Lunæ. At ſi fuerit impedita pars fortunæ, & fuerit impeditus dominus ſigni in quo ipſa fuerit quando perficiť cõiunctio Lunæ cum Saturno ſiue per coniunctionẽ ſiue per aſpectum perficiať: illa perfectio cõiunctionis ſignificat tunc augmentũ impedimenti atq; deſtructionis. Et dixit Albumaſar, aſpice Solem, & eſſe eius, & aſpectũ eius ad malũ impedientem, & dominum mali quemadmodũ dixi tibi de Luna, & perfectionẽ ac dominũ perfectionis et fac eis participẽ partem fortunæ ac domitũ eius: & auxiliare per dignitates ſeptem Planetarũ qui auxiliantur & ſignificant tempus. Et dixit cum ſignificator fuerit in angulo, prolongabiť malũ & in cæteris abbreuiabiť. Aſpice etiam ſimiliter Solem, ſi fuerit paſſus eclipſim in præcedenti coniunctione, uel patietur in ſequẽti: quoniã prolongabiť ſignificatũ mali tot annis quot horis durauerit eclipſis eius. Et dixit, & domin⁹ curſus & perfectionis ſignificat ſecundum quod ſignificauerit ſignificator ex bono uel malo & ſimiliter domin⁹ aſcendentis & dominus domus diuiſionis cum receperit Lunã ex Saturno in loco optimo ex circulo in loco forti, ſignificat repulſionem mali nutu dei, & prohibitionẽ deſtructionis mali per fortunã ſuam. Et dixit, & ſimiliter io natiuitatib⁹ cum fuerit Luna ita in loco teſtificationis aſcendentis & auxilians, & fuerit domino aſcendentis fortunata & bona complexio, ſignificat prolixitatem uitæ & regni. Et dixit, & erit natus ſapiens et erit fortunat⁹. Et dixit, & fortunæ ſoluunt malũ pulſati cũ fuerit fortis & in loco oportuno, fueritq́ eius teſtimonium directe. Cum uero fuerit econtrario debilitabuntur & non perficient.

¶ De zamini Solis ſecundum Albumaſar.

Solis Zamini

DIxit Albumaſar ſtella cum fuerit ſub radijs Solis unita, & Mercurius proprie, erit ei fortitudo & regnum, niſi cum fuerit cum Saturno, cuius oatura contraria eſt naturæ Solis. Et cum fuerit inter Mercurium & Solem 15. gradus erit in loco laudabili, cum fuerit receptus.

¶ Qnando Planetæ exeunt de ſub radijs Solis ſecundum Albumaſar.

Planet. exeũt

DIxit Albumaſar, caue ut ſignificator ſit egreſſus de cõbuſtione aut aliquis Planeta et ne aſpiciat eum malus, quia tunc erit ut puer ſubulis. Si aſpexerit eum infortuna perdet eum & finiet. Et ſimiliter cum intrauerit in combuſtionẽ aut iunctus ei fuerit, erit ſenex decrepitus qui aliquem morbũ patitur.

¶ De eſſe Plaoetarum altiorum in reuolutione anni mundi & proprie de Saturno.

Eſſe Planetarum.

PRoſpicies eſſe Planetarum altiorum in reuolutione anni mundi, cum eum reuolueris, & uide ubi ceciderint ex circulo incipiẽs à Saturno, qui ſi ceciderit in gradu exaltationis ſuę, receperitq́ diſpoſitionem Veneris, erit ipſe diſpoſitor ac ſignificator rei magnæ ſignificabit enim rem magnã futuram in reuolutiõe illa, & principaliter in imperio Romano. Secundario uero in regno Babylooię, et

erit in detrimentum hominum & in eorum utilitatem. Et ſi ſic fuerit, licet rariſſime: tamen cum fuerit, erit ſignificatum maximum quaſi excedens modum in exaltatione atque augmento regni ſeu imperij, & erit res longius duratura: & illud poterit percipi ex ſubſtantia ſigni in quo fuerit Venus: & ex termino loci eius: quia ſi fuerit occidẽtalis à Sole directa fortunata ſcilicet atque fortis in termino fortunæ, libera ab impedimentis, nuper egreſſa de ſub radijs Solis, ſignificat tunc ſic debere euenire. uel ſi aſpexerit eum aliquis Planeta qui recipiat eum de duabus dignitatibus, & committat ſibi fortitudinem ſuam, & ille liber fortunatus & fortis ac bene diſpoſitus de quo nihil mali dicatur, erit ipſe particeps, ſi uero aliter fuerit, aliud erit ſignificatum tale ſcilicet quòd deus auertat illud. Videbis etiam ſi Iupiter ceciderit in gradu exaltationis ſuæ fueritq́ fortunatus atq; fortis, liber ab impedimentis: quoniam ſignificabit mutationes maximas uenturas in reuolutione illa in illo regno atque imperio, & ad bonum, & eo fortius, & completius, ſi aſpexerit eum Luna. & ipſa libera fortunata ſcilicet atque fortis & alius Planeta qui recipiat eum, & qui committat ei fortitudinem ſuam: & ipſe liber ab impedimentis, & erit ipſe particeps. Si uero aliter fuerit, non ſeruabit promiſſum, niſi ſecundum quòd ipſe fuerit diſpoſitus.

¶ De Marte.

DEinde aſpice Martem qui ſi ceciderit in gradu exaltationis ſuę, ſignificat mutationes magnas, ſed erunt infra prædictas quæ erunt de natura ipſius, ſicut ſunt guerræ, combuſtiones, ignes abſciſiones uiarum, effuſiones ſanguinis, & ſimilia niſi aſpexerit eum Saturnus à trino uel ſextili aſpectu, & ipſe fortunatus & fortis, liber ab impedimentis, ita quòd nullum malum dicatur de ipſo uel aſpexerit alius qui recipiat eum, & committat ſibi diſpoſitionem ſuam, & ipſe liber ab impedimentis, fortunatus atque fortis. quòd ſi aliter fuerit, augebitur malitia Martis & deterius accidet.

¶ De alijs Planetis.

DE Sole nihil dicendum eſt: quoniam impoſſibile eſt ipſum eſſe in gradu exaltationis ſuæ in aliqua reuolutione. De inferioribus non inueni aliquid dictũ per ſapientes antiquos, niſi quòd Albumaſar dixit de Mercurio, dicens Mercurium aſpicies in reuolutione: ſi fuerit in exaltatione ſua aliquis Planeta qui eum recipiat & recipiat ab eo diſpoſitionem ſuam, erit dominus eſſe ſignificationis ſuæ quod dixi nutu dei, quia ipſe conuenit in reuolutione annorum, & quartarum exaltationi ſuæ. Cum uero fuerit in exaltatione ſua Planeta, qui eum recipiat, erit ſimilis ei. Et dixit de eſſe malorum in coniunctione illius, qui eſt in exaltatione ſua in coniunctione malorum, & eorum aſpectibus, quis Planeta ſit in gradu exaltationis ſuę ſecundum quòd patefactum eſt. Et dixit, cum Luna fuerit pacificata Sol, & fortis fuerit in loco ſuo in reuolutione noctis, committit Sol dominationem ac regimen ſuum Lunæ.

Quid ſignificent Planetæ in reuolutione anni in qua debet fieri eclipſis Solis uel Lunæ.

Cap. CXVI.

QVando tu reuoluis annũ mundi, uide utrũ futura ſit eclipſis Solis uel Lunæ in anno illo: quoniã ſi nõ fuerit uentura eclipſis, nõ mutabit iudiciũ reuolutionis, ſed remanebit in ſuo eſſe: ſi autẽ fuerit uentura, uide in quo ſigno ſit aduentus eius: æquabis tunc Planetas & domos ad horam mediæ eclipſis: & aſpice tunc ſignum & dominum eius, & uide qualiter ſe habeat cum domino aſcẽdentis eclipſis: & qualiter ſe habeat cum domino anni, ſiue cum eius ſignificatore, & qualiter ſe habeat cum ſignificatore regis, & qualiter aſpiciat ſe cum eis, & cum alijs Planetis. Dixit Albumaſar quòd ſi aſpexerit eum obſcuratum tempore eclipſis aliquis Planeta qui fuerit impeditus: poſtea aſpexerit eum mali, grauabit illud quod ſignificat atq; multiplicabit impedimẽtũ: & eo grauius, ſi fuerit ſignificator regis dñs ſigni, in quo facta fuerit eclipſis: quoniã ſi ſic fuerit, & aſpexerit eum aliquis malorũ, & fuerit ille malus Mars, dubitabit de morte regis in reuolutione illa. Et ſi fuerit Saturnus, timebit ſuper eũ grauis infirmitas, uel aliud accidens ualde graue: & erit hoc cũ peruenerit Sol ad gradũ, qui erat cuſpis medij cœli hora mediæ eclipſis. Et ſi fuerit dñs anni dñs ſigni in quo fuerit uentura eclipſis, timebit de interitu populariũ & de ipſorũ magno impedimento, præter mortem & erit hoc cum peruenerit Sol ad gradum aſcendentẽ mediæ eclipſis: & hoc ſi fuerit aſcendens eclipſis Gemini aut Virgo uel Libra, ſeu prima medietas Sagittarij, uel Aquari⁹ ſecundũ genus perſonarũ quæ ſignificant per ſignum aſcendentis: & ſecundũ alia ſignificata ſignorũ, ſicut expoſui tibi ſupra in capitulo de impedimentis, quæ immittit dominus ſigni aſcendentis reuolutionis cum fuerit impeditus. Et durabunt hæc ſignificata ſecundũ numerũ quẽ diximus ſuperius, ſcilicet ſi fuerit eclipſis Lunę pro unaquaq; hora, ſignificat unus menſis. Si uero fuerit eclipſis Solis, ſignificat pro unaquaq; hora unus annus. Et dixit Albumaſar, poſt hæc aſpice parti ſuper quam metueris ex loco eclipſis & loco domini eius ſecundum ſubſtantiam utrorumq; ſignorum. Et dixit, & aſpice ſtellas uolantes quæ ſunt ſtellæ Iouis & apparent ſemper in loco Mercurij: ſi fuerit Mercurius in oriẽte uidebunt in oriente & ſi fuerit in occidente uidebunt in occidente et erit receſſus earum combuſtio Mercurij.

Planetæ quid in Eclipſi.

¶ De partibus Planetarum in eclipſi.

DIxit Albumaſar de partibus Planetarum in eclipſi, ſi fuerint in itinere inferiori, erit malum in parte Martis & Veneris, quæ ſunt meridies atq; ſeptentrio, & ſi fuerint in itinere ſuperiori, erit malum in parte Saturni & Lunæ ac Solis. Et dixit, poſt hoc aſpice in quali ſigno apparent, & quale ſit eſſe domini eiuſdem ſigni in loco eius, & qualis ſit aſpectus malorum & fortunarum ad dominum ſigni & manſionis: ſi fuerit in ſigno regũ & domin⁹ ſigni aſpexerit ex loco forti, ſignificat q; egredietur ex eadem parte qui contendat in regno ex domeſticis regis, & erit nominatus. Et dixit, & ſi fuerit in ſigno regni quemadmodum dixi, & dominus ſigni

non

non aſpexerit, erit ex filijs nobilium, & erit aptus regno. Et dixit, & ſimiliter iudica de omnibus ſignis. Et dixit, & ſcito ꝙ ſigna Solis ac Iouis & Martis ſignificant filios regum, & ſigna Saturni ſignificant nominatos in antiquis: & domus Lunæ infra domum Solis, & domus Mercurij infra domum Iouis, & domus Iouis infra domum Saturni, & quòd circuli eorum ſunt infra circulos quos dixi. Et dixit, Saturnus enim in Aquario eſt nominatus, & refertur ad ſapientes in Capricorno eſt malus. Et dixit, & manſiones in ortu ſuo non ſignificant niſi eſſe uulgi, & uniuerſaliter regum & magnatum. Vnde tu debes conſiderare ſignum aſcendens, ſeu manſionem, & ſecundum illud aſcendens & ſecundum eius Planetam iudicare de perſonis ſupradictis.

¶ Qualiter dignoſcatur hora.

ITem dixit Albumaſar, cognitio uero horæ in qua apparebit, hoc eſt ut numeres ex aſcendente eclipſis, aut ex loco eclipſis ad aſcendens mediæ eclipſis ad unumquodque ſignum & menſem. Et dixit, cumq́ iueris ad ipſum ſignum in quo fuerit aut aſcendens mediæ eclipſis, erit hoc abſque dubio ſiue bonum fuerit ſiue malum: aut fortaſſis apparebit ipſa res cum fuerit uelocior ad introitum Lunæ ad aſcendens, maxime in eclipſi quæ fuerit in dieb⁹. guerræ corruptio uel mutatio in tempore & aduerſitas.

Qualiter ſit procedendum ſuper ſignificatores regis & ruſticorum ſecundum Albumaſar.

Cap. CXVII.

Signiſicatores

DIxit Albumaſar, cum Solis ſignificatio eſt ſuper eſſe ruſticorum, & cognoueris eum, manifeſtabitur tibi ſignificator regis, & patefcet tibi quid accidat in regno eius in eodem anno. Et dixit, & ſcito ex receptione Planetarum ad inuicem per lumina eorum, & caſus ipſorum radiorum in duodecim domibus ex circulo, & quid ſit in ipſis ſignis ex climatibus atque ciuitatibus, ut pateſcat tibi eorum deſtructio, atque aptatio per radios malorum inimicantium, atque per radios contrariorum, & per radios malorum amicantium, & ſimiliter per radios fortunarum amicantium atque inimicantium, & die ſecundum amicitatem eorum atq; inimicitatem erga domos. Nam fortunæ cum pacificatæ fuerint domibus, ſignificant multitudinem bonorum, hoc eſt, cum aſpexerint loca à trino uel ſextili aſpectu, & cum fuerint inimicitates, ſignificant paucitatē boni, hoc eſt, cū aſpexerint à quarto uel ab oppoſitione. Et ſimiliter cum mali inimicati fuerint domibus, hoc eſt, cum aſpexerint à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, ſignificant multitudinem mali. Si autem pacificati fuerint domibus, hoc eſt, aſpexerint eas à trino uel ſextili aſpectu, ſignificant paucitatem mali. Et dixit, deinde aſpice quid ſit in unoquoque ſigno ex terris in oriente & occidente. Cumq́ fuerit ſignum impeditum in occidente, ſignificat impedimentū ex terris quæ ſunt in parte orientis & occidentis. Et ſi fuerit impedimentum in medio cœli, ſignificat impedimentum in terris quæ ſunt in oriente & occidēte, & proprie uerſus partes ſeptentrionis & meridiei, in parte ſcilicet Martis & Veneris, & in terra Æthiopum. Et dixit, & hoc eſt exemplar admirabile per quod contemplas reuolutionem anni, ſcilicet duodecim diebus remanentibus de menſe Ramadam, qui eſt menſis lunaris 9. anno Arabum 35. & peruenit annus ad Scorpionem, & fuit aſcendens Libra quindecim gradus terminus Iouis & Planetæ & radij eorum, ſecundum quòd ſunt in hac figura. Ramadam



Et dixit, quòd ſi fuerit reuolutio ſecundum Beneſaphar ſecundū unam horam æqualem & duodecim minuta ex initio noctis ſabbati quæ lucefcit in 18. prædicti menſis. Et ſi fuerit aſcendens per aſcenſiones Tolen libra quindecim gradus Planetę ſecundum quòd narrabo tibi. Nam Saturnus erat in Virgine uigintiſeptem gradus uigintinouem minuta. Iupiter in Capricorno octo gradus ſexdecim minuta. Mars in Leone tredecim gradus. Sol in Ariete primus gradus. Venus in Ariete uigintiocto gradus fere. Mercurius in Ariete nouendecim gradus trigintaquinq; minuta. Luna in Scorpione octodecim gradus & ſeptem minuta. Caput in Libra quindecim gradus, trigintatria minuta. Et cauda in Ariete quindecim gradus & trigintatria minuta peruenitq́ annus ad Scorpionem et anguli erecti, id eſt eadē ſigna erant per diuiſionē & per numerum in reuolutione anni Arabum trigintaquinque remanentibus duodecim diebus de menſe Ramadam eratq́ Sol in oppoſitione aſcendentis recedens, & erat reuolutio in nocte, & Luna erat in ſua deſcenſione in ſecundo ſigno erantq́ fortunæ abſentes ab ea, & iungebatur malis, & ipſa erat domina medij cœli, & Venus & Mercurius erant in oppoſitione aſcendentis, & Mars in 11. ſcilicet in Leone receptus, & Iupiter erat in quarta in deſcenſione ſua abſcindens lumen Solis à Marte, & Saturnus cadens in Virgine non receptus in duodecima domo & erat Mars dominus domus domini aſcendentis ſcilicet Arietis, in qua erat Venus, quę fuit domina aſcendētis, & domin⁹ dom⁹ Solis & Lunę, & domina anni ſignificatrix plebis, Venus quæ erat plus teſtimonio, & erat in angulo in oppoſitione domus ſuæ ueniens ab oriente ad angulū occidētis Beneſaphar

non

non recepta, & ſignificator regis erat Luna, quia reuolutio erat in nocte, & illius erat auctoritas, ipſáq; erat domina medij cœli & iungebat Saturno, qui erat cadens in duodecima domo, deinde iuncta eſt Marti & ipſe erat retrogradus in undecima. ſignificauit igitur coniunctio Lunæ cum Saturno qui erat cadens, deinde cum Marte, & ipſe retrogradus, quód rex eiuſdem climatis interficietur á ruſticis ſuis, eo quód Mars retrogradus ſignificauit eius interfectionem, & ipſe erat dominus domorum luminarium, & dominus domus domini aſcendentis, & propter caſum Lunæ ab angulis, ſignificauit quód interficeretur abſque contentione, & non expugnaret prædictos ſuos ciues. Et dixit, & propter locum Veneris & eius depoſitionem á ſuo ordine, & oppoſitionem & ipſa domina anni & ſignificatrix ruſticorum, ſignificat quód ruſtici poſt hoc tradentur guerris & inuolutioni belli atque contentioni in regno. Et dixit, & propter locum Lunæ á Saturno & radijs ſui ſextilis aſpectus, ſignificat quód hæc fient in prima quarta anni. Et á loco Solis qui eſt dominus undecimæ in quarto aſpectu Iouis, committens ſibi diſpoſitionem, ſignificat quód ille qui ſuccedet ei, erit iuſtus, & meliorabuntur ruſtici tempore ſuo. Et dixit, & propter lumen Martis in undecima ab aſcendente retrogradi, ſignificat quód diſperget domus theſaurorum regis poſt interfectionem eiuſdem per interfectionem ualidam & effuſionem ſanguinum. Et dixit, & propter præſentiam Martis in domo Solis ſignificat contentionem nobilium hominum ac regum eorum. Et dixit, erat igitur in aſcendente lumen oppoſitionis Solis & Mercurij ac Veneris & radij quarti aſpectus Iouis ſecundi & radij ſextilis aſpectus Martis primi, ſignificat hoc contentionem futuram in climate illorum ſignorum, & effuſionem ſanguinum et erit in parte Marmon & Sageſten & Aaſon guerra, & proficient pecora eorum & fertilis erit terra: infirmitates in pueris, & meliorabitur eſſe eorum negociatorum. Secundum, ab aſcendẽte erat Scorpio, & erat in eo Luna impedita, & radij trini aſpectus Solis ſecundi & radij ſextilis aſpectus Iouis ſecundi, & radij quarti aſpectus Martis primi, ac ſextilis aſpectus Saturni primi et hoc ſignificat effuſionem ſanguinis et guerras. Et initium horum erit in climate Arabum, poſt hoc mutabitur hoc, quia Luna eſt impedita extra ſignum in quo eſt, & poſt hoc magnificabitur hoc, & erit in eo effuſio multi ſanguinis, et grauabitur eſſe climatis Arabum, et mors pecorum eorum, & grauabitur frigus hyemis eorum, & hoc erit propter locũ Veneris ab aſcendente, & propter præſentiam eius in angulo, ſignificat quód non intrabit ſuper eos inimicus peregrinus, & erit in oriente & eius parte mors, & erit maxima pars in mulieribus. Tertium erat Sagittarius, & in eo erant radij trini aſpectus Mercurij ſecundi, & radij trini aſpectus Martis primi, & radij quarti aſpectus Saturni primi, et dominus eius Iupiter erat in ſua deſcenſione: ſignificat hoc infirmitates et grauitates quæ inuenient ciues primi climatis & ciues Hiſpaniæ: & multitudinem latronum & mortem beſtiarum, & multiplicabitur in terra, ut in Armenia ſuperiori, & plus morientur in hoc anno pueri. Quartum erat Capricornus, & erat in eo Iupiter & radij quarti aſpectus Solis ſecundi, & radij quarti aſpectus Veneris ſecundi, & lumen trini aſpectus Saturni primi, & lumen ſextilis aſpectus Lunæ primi: ſignificant hæc ſaluationem climatis in die, & bonitatem ſiue pulchritudinem eſſe eorũ: aptationem quoque eſſe regis eorum, & fœlicitatem terræ eorum, & quód adipiſcentur eos qui contendent cum eis, & multitudinem lucri eorum, & fertilitatem terræ ciuium Aſamiher & Almedebar, & ſecuritatem ciuium eorum uná cum largitate eorum atque abundantia uictus atque aptationem regis eorum. Quintum erat Aquarius, & nullus Planetarum erat in eo, ſed erat ibi lumen ſextilis aſpectus Solis ſecundi, & lumen ſextilis aſpectus Mercurij ſecundi, et lumen quarti aſpectus Lunæ primi, & lumen oppoſitionis Martis, & lumen ſextilis aſpectus Veneris ſecundi, quod habet ſignificare contentionem & bellum in parte Alcaphus, & in eius ruſticis, & guerram ac rebelliones & comeſtiones. Et dixit, & fortaſſis erit hoc in Ægypto & in Vrgen, & erit propter hanc occaſionem effuſio multi ſanguinis. Et dixit, et congregabuntur ad ipſas regiones peregrini multi. Sexta erat Piſcis, & nullus Planetarum erat in eo, ſed erat ibi lumen oppoſitionis Saturni, & lumen ſextilis aſpectus Iouis primi, & lumen trini aſpectus Lunæ primi. Et dixit, ſignificat locus oppoſitionis Saturni grauitatem frigoris Tabaribem, & in parte eius, & grauitatem quæ occurret regi eius in ea, & hoc propter locum Iouis & debilitatem eius in qua eſt: & malum eſſe ciuium earum, et præualebunt in rege ſuo, & reſoluentur inter ſe, & erunt diſſenſiones, et multiplicabuntur eorum pluuiæ eorumq́; profectus, & aptabuntur eorum pecora, & ſimiliter occurret partibus Indiæ & terræ Armeniæ de his quæ ſuccedunt ad Romaniam. Septimum erat Aries, & Sol in eo remotus ab angulo: Mercurius quoque ac Venus erant in eo, & lumen quarti aſpectus Iouis primi, & lumen trini aſpectus Martis ſecundi, qui eſt dominus ſecundi, & propter locum Veneris qui eſt in agulo, & trinum aſpectum Martis, qui eſt dominus ſecundæ domus, & eſt in Leone retrogradus, ſignificauit Sol de interitu regis Babyloniæ, & quód erit in climate Babyloniæ contentio & bellum, atque multorum ſanguinis effuſiones, & deſtructio regni eorum. Et erit initium horum in alio climate, & hoc propter locũ Martis, & propter locum Mercurij qui eſt dominus nonæ & lumen Iouis, qui eſt dominus domus tertiæ, ſignificat quód erit cum hoc perditio multorum hominum propter occaſionem horum bellorum. Et dixit, & erit religio & proficient pueri atque cameli & omne piloſum, & grauabitur eis calor. Et erit etiam quod dixi, in montibus & in Arabigem. Et octauum erat Taurus, et nullus Planetarum erat in eo, & dominus eius Venus erat cadens ab eo: lumen autem aſpectus Solis ſextilis primi, & lumen trini aſpectus Iouis primi, & lumen quarti aſpectus Martis ſecundi, qui eſt inimicus huius domus & lumen oppoſitionis Lunæ, quæ eſt domina exaltationis huius domus, ſignificat quód rex Antiħ et ciuitas Ortonę, quę dicunt fore continuę

Nueriæ

Nueriæ & Segeſten & Cabrus proprie, quia eſt in partibus occidentis, exient ſuper omnes inimicos qui ſunt prope eos, & inuenient ex eis grauitatem & multiplicabuntur latrones atque ſuperbi & contradictiones ibidem, & deſtruentur eorum meſſes, & dimittent ruſtici regem ſuum, & peribunt eorũ pecora, & erit ſecuritas eorum à rege & inuenient ex peregrinatione bonum. Et nonum erat Gemini, & nullus Planetarum erat in eo, ſed erat ibi lumen ſextilis aſpectus Mercurij primi, & lumẽ quarti aſpectus Saturni ſecundi, & lumen ſextilis aſpectus Martis ſecundi, commixtio luminis Mercurij qui eſt dominus nonæ, ſignificat quòd illi de Adaliam & Exanos, & partes eorum Thebut cõfortentur ſuper eos qui inimicantur eis, & qui fuerint ex oppoſitione eorum & inimici ſunt, & erit propter fortitudinem loci Mercurij ac receptionem eius, & propter commixtionem Martis cum Saturno, ſignificat multas infirmitates ac dolores in his regionibus, & morientur plures homines: & hoc erit ſpecialiter in iuuenibus. Et quia ſecundus quartus aſpectus Saturni eſt plus gradibus, ſignificat quòd acquieſcent regi ſuo & obedient ei. Et dixit, & erit quod diximꝰ in Iurgen & Acebiruraba inferiori & Alem ſuperiori atq; Amacil. Et decimum erat Cancer, & nullus Planetarum erat in eo, ſed erat ibi lumen trini aſpectus Lunę quę eſt domina domꝰ decimæ, & eſt impedita in ſua deſcenſione, & lumen ſextilis aſpectus Saturni ſecundi, & lumen quarti aſpectus Solis primi, & lumen quarti aſpectus Mercurij primi, & lumen ſextilis aſpectus Veneris primi. Et dixit, & ſignificat quod dixi ex malignitate domini domus & domini exaltationis cum hoc quod ſignificat quartus Solis, quòd rex climatis Alirat peribit & deſtruetur regnum eorum & commiſcebitur, & erit inter eos cõtentio in principibus eorum, & erit infirmitas in hominibus uniuerſaliter de frigore atque humiditate, & deſtruentur fructus eorum & grauabitur eſſe hominum & minuetur acquiſitio, & ſimiliter terra Balab & Allahara, id eſt duorum marium & Ægypti Emarij & Addul. Et undecimum erat Leo, & eſt in eo Mars retrogradus, & lumen trini aſpectus Solis primi, & lumen trini aſpectus Mercurij primi, & lumen ſextilis aſpectus Saturni ſecundi; & lumen quarti aſpectus Lunæ ſecundi, & lumen quarti aſpectus Veneris primi. Et dixit, & ſignificat locus Martis, & lumen quarti aſpectus Lunæ ſecundi, quæ eſt luminare noctis, & ſignificatrix regis quòd in climate Altoio & in Ærati erit bellum & effuſiones ſanguinis & detrimẽtum ex latronibus, & erit hunc in Albaſrah, & peribunt in eodem anno multi homines, & erit in regno contentio. Et erit propter lumen quarti aſpectus Lunæ ſecundi, intellige hoc.

Et duodecimum erat Virgo, & erat Saturnus retrogradus, & lumen trini aſpectus Veneris primi, & lumen trini aſpectus Iouis ſecundi ac ſextilis aſpectus Lunæ ſecundi, quod habet ſignificare infirmitates ex frigore & ſiccitate ſecundum naturam huius ſigni. Et dixit propter locum Mercurij liberabuntur nutu dei, & non deſtruentur: & non erit calori æſtatis eorum fortitudo intellige hoc.

¶ Qualiter aſpiciatur eſſe regis in anno illo.

Eſſe regis

FVit 10. huius figuræ Cancer & Luna quæ eſt eius domina, fuit ſignificatrix regis, & erat cadẽs in loco ſecundo. Et dixit, aſpeximus igitur utrum eſſet eius lumẽ in medio cœli qui eſt locus eius aut in aſcendente, & fuit lumen trini aſpectus eius in decimooctauo gradu & ſeptimo minuto Cancri: aſpeximus ergo cui cõmitteret diſpoſitionem ſuam in hoc loco, eratq; ei propius præ cæteris luminibus lumen quarti aſpectus Mercurij primi, & erat in decimonono gradu & fractione minuimus ex hoc lumen Lunæ, & remanſit unus gradus & fractio, diuiſimusq; hoc per quinquagintanouem minuta, & 18. ſecunda: & exiuit unus dies & fractio diſpoſuit Luna per lumen ſuum ex medio cœli unum diem & fractionem: & quia commiſſa eſt diſpoſitio Mercurio, qui erat dominus domus inimicorum, & dominus peregrinationis & fidei, ſignificat hoc triſtitiam regis in hac diſpoſitione per accuſationem religioſorum & fidei & ex dictis eorũ atque inimicis. Poſt hoc recipiet Mercurius diſpoſitionem à Luna per quartum aſpectũ eius primũ, & ipſe eſt dominus domus nonæ & duodecimæ eius radij ſunt ex eo in nona domo, ſignificat hoc omne opus quod ſperatur menſuræ bonæ accuſationis ex pœnitentijs & oratione & ieiunio, & inuenient nuptias in illa diſpoſitione. Deinde recipiet Saturnus diſpoſitionem per lumen ſui aſpectus ſextilis ſecundi, de lumine quarti aſpectus Mercurij primi, diſponetq; reſiduum ſigni in quo fuerit lumen eius in ſigno ſecundo ab eodem loco: & ipſe eſt dominus quarti ac quinti, quod eſt octauum à loco diſpoſitionis: ſignificauit igitur in diſpoſitione hac in hoc loco eo quod receperit lumen ex quarto aſpectu Mercurij, quòd euenient ei in his diebus ex parte occidentis cartulæ & rumores qui eum contriſtentur: & conturbabitur ſuper eis, & erit ei mali animi, & inuidebit in ciuibus operi ſui & in filijs ſuis quod eum contriſtet. Poſt hoc recipiet Sol diſpoſitionem à Saturno per lumẽ ſui trini aſpectus primi, & ipſe dominus ſecundæ domus ab aſcendente eſt quoque ſecundum à domo regis quod habet ſignificare extractionem ſumptus cauſa mulierum, & hoc fit propter locum Solis: & quia committit diſpoſitionem Veneri, & Venus recipit lumen ſui quarti aſpectus primi, & lumen trini aſpectus Solis primi, & Venus eſt domina aſcendentis, & eſt 10 eius oppoſitione: recipit igitur diſpoſitionem à Sole & remiſit eam ad Lunam, ſignificauitq; hoc introitũ ſiue inuolutiones in hac diſpoſitione & contentionem cum ruſticis cauſa regni, & nuptias filij ſui ex parte mulierum, & allocutionem earum per lumen quarti aſpectus ſecundi de quarto aſpectu Veneris, & ipſa eſt domina medij cœli, & eſt in ſecunda ab aſcendente quod habet ſignificare introitum regis in eodem anno & in eadem diſpoſitione, & uniuerſaliter in diſpoſitione Planetarum à medio cœli uſque ad locum abſciſionis per radios ſuos uſque ſeptuagintatres dies, & dimidiam & ſextam diei. Conſidera ergo per hoc, & utere in eo quod neceſſe tibi fuerit in reuolutione annorum mundi, cum

di, cum operatus fueris eum in diſpoſitione dierū per proiectionem radiorum ſecundum quod narraui ex domibus & dominis earum & receptione luminis ac miſſione eius ad raceptionem ex trino ſiue quarto aſpectu aut ex oppoſitione. Poſt hoc ſcito lumen receptionis & impulſionis & operare in luminibus malorum contrariorum atq; inimicantium, & in luminibus malorū concordantium uel pacificantium. Et dixit, & ſimiliter dic fortunis inimicantib⁹, cum inimicatæ fuerint domibus paucitatem boni & in luminibus malorum cum inimicati fuerint domib⁹, multitudinē mali, & cum pacificati fuerint paucitatem boni.

¶ Item de duabus partibus in reuolutione annorum mundi.

Melius diſpoſitus dicitur.

DIxit Albumaſar cum inueneris duas partes in uno loco aut in ſigno præualebunt illi quorum ſignificator fuerit melius diſpoſitus. Et ille dicetur melius diſpoſitus quantū eſt in hoc qui melius aſpexerit ſuam partem, uel fuerit ei corporaliter tunctus. Et dixit Albumaſar hoc eſt, ut iungatur pars domino ſuo in triplicitate aquarica, congruetq; præſentia eorum aut coniunctio in aliquo ſignorum triplicitatis à qua mutata eſt coniunctio, ut Gemini mutatur ab eo coniunctio conuenietq; eius præſentiam aut coniunctionem in circulo coniunctionis, aut in duabus alijs extra ipſam triplicitatem in Aquario: cum hoc igitur confortantur ciues huius triplicitatis. Et dixit, & cum fuerit Saturnus & fuerit coniunctio in Scorpione, confortabuntur. Si autem receperit diſpoſitionem Martis in Scorpione fueritq; in medio cœli & præfuerit anno: & Mars fuerit in aſcendente & præfuerit cum commiſſione diſpoſitionis ſuæ ad Saturnū in medio cœli in Scorpione, ſignificabit quòd peribit rex in parte orientis, & abibit regnum eius. Et ſi euenerit cum hoc ut ſit Venus in exaltatione ſua fortis, & coniunctio fuerit in Scorpione, ſignificat fortitudinē Arabum & eorum petitionem in regno.

¶ Aliud capitulum in reuolutione annorum mundi ſecundum Albumaſar.

CVm erexeris figuram reuolutionis alicuius annorum mundi, aſpice ſignificatorem ſeu dominum anni, qui ſignificator ruſticorum dicitur: & aſpice Solem atq; ſignificatorem regis: etiam uide ſi unus eorum ceciderit in oppoſitionem Martis, niſi forte Mars ſit ualde fortunatus, ita quòd non dicitur de ipſo aliquid mali, quod rariſſime conſueuit euenire: quoniam ſignificat bella & terrores atque ſanguinis effuſiones. Et ſi duo ex prædictis ſignificatoribus ceciderint in oppoſitione Martis ſignificabunt maius malum. Et dixit Albumaſar, remotio malorum ab angulo in tertium uel nonum, ſignificat guerram & paucitatem religionis tam regis quàm ruſticorum. Debes conſiderare Solem & eius eſſe, qui ſi fuerit bene diſpoſitus fortunatus ſcilicet atq; fortis, ſignificat bonam diſpoſitionem atq; aptationem terræ Babyloniç ac ipſius ciuium. Si autem fuerit impeditus, ſignificat malū eſſe ipſorū ac ipſorū detrimentū & eorū regis: ſignificat etiā Sol ſi fuerit ſolus impedit⁹ in ſecūda uel in ſexta aut in duodecima, uel fuerit impeditus alicubi ex coniunctione uel aſpectu ſiue oppoſitione alicuius malorum malum eſſe regis prædicti ſcilicet Babyloniæ. Videbis etiam diſpoſitionē Lunæ quòd ſi fuerit libera, fortunata ſcilicet atq; fortis, ſignificat fortitudinem Romanorū ac ipſorum regis, eorumq; inimicorum debilitatem. Si autem ſola fuerit impedita in quocunq; loco fuerit, ſed magis in domibus prædictis, ſignificat impedimentum ac eorum malum, & ipſorum regis & fortitudinem inimicorum eorum. Sed diceret aliquis, quare Sol ſignificat regem Babyloniæ, Luna quoque regem Romanorum: quoniam eſt maius regnum illud Romanorum quàm aliquod aliud, & Sol eſt maius luminare. Ad quod dicendum eſt, quòd Sol eſt luminare magis altum, nec eſt uniuerſaliter particeps rerū ſicut Luna: & regnū Babyloniæ fuit ante regnum Romanorum, nec eſt regnum uniuerſale, ob hoc fuit ſibi attributus pro ſuo ſignificatore Sol: Luna uero quoniā eſt luminare uniuerſale particeps omnis rei, fuit attributa pro ſignificatore regni ac regis Romanorum quoniam illud regnum eſt uniuerſale præ omnibus alijs regnis cui omnes reges & omnia regna tunc ſubiacebant & ſubijciebantur. Videbis etiam diſpoſitionem Saturni qui ſi fuerit bene diſpoſitus, & in coniunctione fortunarum, & maxime ab aſcendēte, fueritq; dominus anni liber ab impedimentis, non impediet nec erit tunc maleficus, & remouebitur per accidens impedimentum quod inferret in ſubiecta iſta inferiora per naturā, ſi fuerit impeditus. & fortius ſi fuerit in Scorpione, & Scorpio fuerit medium cœli: quia erit tunc aſcendens Aquarius, & ipſe erit dominus anni. ſignificat enim effuſionem ſanguinis & alias peſtilētias uenturas in reuolutione illa & uidetur quòd debeat incipere illud malum quando Saturnus perueniet ad ſuum terminum. Si autem aſpexerit eum Mars ab oppoſitiōe uel quarto aſpectu, augebit malum: ſed ſi fuerit aſpectus trinus uel ſextilis cum receptione, non tantum inferet, & minuetur malum. Proſpicies etiam Martē, & uidebis ſi ipſe ceciderit in Cancrum, qui eſt eius detrimentum atq; deſcenſio: quoniam ſi ſic fuerit, dixit Albumaſar, quia ſignificat quòd ciues climatis Alirat cadent in grauitatem ex actore, & ſimiliter in Sagittario. Et dixit quia hæc ſigna ſunt climatis eorum & quòd Mars eſt ſignificator ex actore, & dixit quòd Mars in aſcendente, ſignificat minutionem partis orientis in eodem anno. Et

Mars in aſcendente.

dixit quòd aptatio Veneris in Piſcibus uel in aliqua ſuarum domorum, ſignificat fertilitatem regionum Arabum & eorum ſecuritatem. Et dixit, & ſi ipſa commiſerit diſpoſitionem ex ſimili loco Planetæ qui eam recipiat in medio cœli, & ipſa in angulo non remota & recipiens, & fuerint luminaria in ſigno profectionis à Scorpione, contendent Arabes in regno & petent illud à ciuibus ſuis, eo quòd iuncta ſit Planetæ in medio cœli & ceciderat in bono loco, & eo melius ſi congrueret ſignum medij cœli naturæ eius. Et dixit, aptatio Veneris ſignificat aptationem Arabum in ſuis corporibus, & aptationem eorum uictus. Dixit ſi autem ceciderit in inimicitatem aſcendētis, ſignificat bella et mutationes in medio anno & in ignobilib⁹ et latronibus. Et dixit impedimentum domini aſcendentis in loco maligno in medio cœli, ſignificat grauitatem quæ occurret

ruſticis

ruſticis à ſuis dominatoribus. Et dixit caſus Planetæ in ſepnma ab aſcendente, quæ eſt locus Inimicitatis eius, ſignificat quòd rex contendet ſi fuerit ſignificatio Planetæ in loco eius ſuper regnum aut ſuper annum. Et dixit, & ſi fuerit pars prima in medio cœli in ſua dignitate, & ſecunda pars in quarto, ſignificat quòd abundabit bellum uniuerſale in terra. Videbis itidem ſi ceciderit aliquis malorum Planetarum in ſecundo ab aſcendente reuolutionis quoniam ſi ſic fuerit, & impedierit ille dominum ſecundi ex oppoſitione uel quarto aſpectu, ſignificat diminutionem ſubſtantiarum, & ipſarum diſperſionem ſeu expenſiones & ut multum in rebus non utilibus. Conſiderabis etiam malos Planetas, & uidebis ſi unus eorum fuerit oppoſitus alteri: quoniam ſi hoc fuerit, ſignificat euentum rei magnæ in mundo, in non longo tempore. Videbis ſimiliter utrum Mars reperitur combuſtus, niſi forte fuerit in zamini Solis & ipſe dominus ſigni decimæ domus atq; remotus ab angulo: quia ſi fuerit ita, ſignificat quòd egredietur unus de regno qui puniet illud, & erit finis huius rei per gladium. Et ſi commiſerit tunc Sol diſpoſitionem Saturno, fueritq; Saturnus ſignificator ruſticorum, fueritq; aſcẽdens Capricornus uel Aquarius, & ipſe aſpexerit aſcendens aſpectu amicitiæ, & fuerit in bono loco ab eo, & fuerit autoritas Lunæ: & ipſa commiſerit diſpoſitionem ſibi ab aſcendente, ſignificat quòd ruſtici cõmachinabuntur in interitum regis ſui, & timebitur ſuper eum ab eis mors in reuolutione illa. Et ſi fuerit Saturnus dominus anni, fueritq; Almutem medij cœli impeditus ab eo, non recipiẽs ipſum, ſed non fuerit teſtimonium in eſſe ruſticorũ Veneri atq; Lunæ & fuerit Saturnus in undecimo domino decimi, atq; Luna cuius eſt autoritas in aſcendente, efficiturq; Saturnus pius teſtimonij in eſſe ruſticorum. Et dixit Albumaſar & Mars ſi non aſpicit locum ſuum nec eſt receptus nec Luna ſimiliter, ſignificat Saturnus à loco Lunę quæ eſt luminare noctis quod ſignificauit res Solis: & per cõmiſſionem diſpoſitionis atq; fortitudinis ad Saturnum peribit in eo anno rex, & interficient eum ruſtici. Et dixit, & erit in hominibus paupertas ac tribulatio, & grauitas ſimiliter & guerra eritq; grauitas annonæ & erit in ſexto menſe, propterea quòd ſint inter eos ſex gradus. Et dixit, & proficient pecora in eodem anno: & modicum erit frigus hyemis eorum. Videbis etiam in hora reuolutionis ſi Saturnus fuerit ſignificator uulgi ſeu dominus anni ſiue Almutem ſuper aſcẽdens anni nec impedierit eum Mars: fuerintq; fortunæ in aſcendente & Mars cadens ab eis, atq; ab aſcendente: quoniam ſignificat aptationem rerum uulgi: & eo fortius ſi fuerit in angulo uel in alio bono loco ab aſcẽdente, receperitq; fortunas illas. Et dixit Albumaſar Planetæ humidi & aquatici in aſcendente ſignificant frigus anni in eadem ciuitate ſeu regione & locuſtas pecorũq; aptationem & ſimiliter cum deſcenderint fortunæ in aſcendente cum Sole. Et dixit præſentia caſus domini medij cœli in tertium cum Ioue ſignificat leuitatem regis & eius miſſionem apud dominationem.

INCIPIT PARS SECVNDA HVIVS TRACTATVS QVÆ EST DE proiectione partium & earum ſignificatis.

Quæ ſunt nobis primò conſideranda in reuolutionibus particularibus, & eſt capitulum comparatum ad totum opus. Caput I.

QVoniam annuente deo, ſit in his quæ præceſſerunt de reuolutionibus uniuerſalibus ſufficienter tractatum, licet longo ſermone, non tamen tædioſo: conueniens eſt, ne tractatui reuolutionum aliquid deeſſe uideatur de particularibus fore ulterius explicandum: ſuntq; uidenda opera noſtrorum antiquorum reuolutionibus particularibus, ſicut conſiderata ſunt in uniuerſalibus, ipſi enim conſiderauerunt rem utilem & conuenientem atq; opportunã ualde, & illud fuit Extractio partium ſuper rebus quibus utimur in reuolutionibus annorũ, & quæ perueniunt ad nos: & cadunt frequenter in opus aſtronomiæ: & ex quibus poſſunt uolentes in reuolutionibus ſequi utilitatem ualde magnam. Et dixit Albumaſar, quòd hoc fit duobus modis, unus ſcilicet cum unus Planeta iungitur alteri, uel cum ſeparatur ab eo per quantitatem ſenſibilem: quia tunc acquirit aliquam ſignificationẽ boni uel mali: quoniam aliud ſignificat Planeta quando uadit, quàm ſignificet cum eſt cum eo: & aliud quando recedit & fuerit ſeparatus ab eo: ſignificant enim Planetæ, quædam per naturam, quædam per accidens, quædam ſecundum magis, & quædam ſecundum minus; quædam ſecundum ęqualiter: quoniam ſi duo Planetæ habent æqualiter ſignificationẽ ſuper una & eadem re, fortior permittitur ille qui ſcilicet fuerit fortior natura ſeu potẽtia ſeu dignitate: uel fuerit unus diurnus & alter nocturnus, uel fuerit Almutem ſuper parte illa, uel fuerit unus ſignificans principium, alter uero finem: uel quocunq; alio modo fuerit fortior uel dignior, præfertur: ſicut uides in extractione partis patris, quam ſignificat Sol & Saturnus æqualiter: quoniam uterq; eorum habet ſignificare patres: tamen incipit à Sole in die quoniam eſt fortior quàm Saturnus in die ipſe enim ſignificat claritatem atq; ſplendorẽ, & gaudet in eis: Saturnus uero ſignificat obſcuritatem atq; tenebroſitatem, & gaudet in eis quæ ſunt contraria prædictis. Et ita intelligas de alijs ſicut ſuo tempore & loco dicetur. Alio modo ſcilicet ſecundo fit Extractio partium, ut ſi fuerint duo ſignificatores uel tres, qui ſignificãt rem unam, & fuerit uirtus unius æqualis uirtuti alterius: uel fuerit unus dignior altero uel fortior: dixit Albumaſar erit ſimilitudo in ſignificatione, & iſtis de cauſis fuit neceſſaria Extractio partium. Eſt enim Extractio partium ſcientia longitudinis quæ fit inter duos ſignificatores, qui naturaliter ſignificant unam rem: nec ſciretur bene per duos ſignificatores effectus partis niſi adduceretur tertius, ſcilicet ille qui naturaliter ſi-

Extractio partium.

Planetarum ſignificationes.

Significatores tres.

gnificac rem propter quam pars extrahitur: ex duobus enim ſignificatoribus ſignificantibus rem naturaliter dependet ſpacium longitudinis quæ eſt inter eos. & ille à quo incipit dicitur prim⁹ ſignificator illius rei. ſecũdus uero dicitur alter & iſti duo dicunt immobiles. Tertius ſignificator dicitur ille à quo incipit proiectio gradus diſtantiæ quæ eſt inter ſignificatores primos naturales, & eſt ille tertius dominus aſcẽdentis uel dominus alterius domus à qua incipit proiectio graduum diſtantiæ quæ eſt mobilis ſicut habebitur inferius in loco conuenienti. Et ob hoc dictum eſt, accipe quod eſt inter Planetam illum & illum, & adde deſuper gradum aſcendentis & proijce ab aſcendente uel à tali loco in talem locum. uel à tali Planeta ad talem, dans unicuiq; ſigno 30. gradus per gradus æquales: & ubi deficerit numerus, ibi erit pars illa. Et fuit hoc factum duobus modis, & tribus de cauſis: quarum una fuit ut ſciretur quid iudicandũ eſſet ſuper bono uel malo, quod ſignificaret per dñm ſigni in quo caderet pars illa ab aſcendente, uel ab alio loco à quo proijceret pars. Secunda uero cauſa fuit, quoniã aſcendens habet ſignificare corpora & inina omniũ rerum: proiectio autẽ ab aliquibus Planetis uel alijs locis fuit: quoniã illa eadem domus uel ille idem Planeta poterit eſſe eiuſdem generis ſeu complexionis cum loco partis. Et dixit Albumaſar, & quia aſcendens & domus circuli à quibus proijcitur lõgitudo quæ eſt inter duos ſignificatores naturales, mutatur in omni hora, nominatur ſignificator tertius mobilis ſignificatione. Vtũtur quoq; in partibus gradibus æqualibus, ideo quia Planetæ mouẽtur ſuper axem circuli ſignorũ, & aſcendens cõſideratur ſecundum gradum circuli ſignorũ gradus uero circuli ſignorum ſunt æquales. Et dixit Albumaſar, igitur aliquis Planeta eſt in ſigno illo & gradu illo: & aſcendens eſt ille uel ille gradus ex ſigno illo. Et dixit quòd totum dicitur per gradus æquales circuli ſignorũ. Et dixit gradus autem aſcenſionũ ſunt ex gradibus circuli circũdantis circulum ſignorũ, & ipſe mouet circulum ſignorũ & cæteros circulos. Et dixit Albumaſar antiqui Babyloniæ & Ægyptij & cæteri alij uſi ſunt 97. partibus prout in eorũ libris repertum eſt. Et ſunt tres modi proiectionum partium: quorum primus eſt proiectio ſeptẽ partium & ſeptem Planetarum. ſecundus uero continet partes duodecim domorum tertius continet partes cæterarum rerum de quibus non fit mentio ſiue commemoratio in duodecim domibus quæ ſunt partes neceſſariæ in quibuſdam locis tam in reuolutionibus quàm in natiuitatibus. Partes primi modi ſunt ſeptem: ſecundi 12. tertij 10. ſed primo de partibus ſeptem Planetarum eſt dicendum.

Proiectionum partium tres modi.

In partibus ſeptem Planetarum & earum ſignificationibus particularibus, & primo de parte Lunæ quæ dicitur pars fortunæ.

Caput II.

Extractio unde.

DIxit Albumaſar, ſcito quòd una pars non extrahitur niſi ex duobus ſignificatoribus ſignificãtibus naturaliter rem propter quã extrahitur pars. Nam cum duo Planetæ ſignificauerint naturaliter rem unam, cõcordauerintq; in diuturnitate uel in alijs qualitatibus, incipienda eſt extractio partis à fortiori ſecundum quod dictum eſt alias de Sole & Saturno, qui ſunt æquales in ſignificatione patris ac diuturnitate tamẽ incipitur extractio partis patris à Sole: quoniã eſt fortior propter rationẽ ſuperius aſſignatã. Et ſi fuerint æquales in ſignificatione prout dictũ eſt, fuerintq; unus diurnus & alter nocturnus, incipitur extractio partis in die à diurno propter diẽ præualentẽ nocti ac præponẽdam ei. In nocte uero incipit à nocturno propter æqualitatẽ eius in ſignificatione cũ diurno ſicut fit in extractione partis fortunæ, quæ extrahit à luminaribus, & luminaria prout dixerunt antiqui ſunt æqualis fortitudinis in fortuna. Sed quia Sol eſt fortuna diurna incipit à Sole in die: & quia Luna eſt nocturna incipit ab ea in nocte. Et præmittitur ac præponitur hæc pars in omnibus partibus ſicuti præponuntur luminaria omnibus alijs ſtellis & ita obtenebrat hæc pars omnes alias partes, quemadmodũ luminaria obtenebrant omnes alias ſtellas: & eſt ſimiliter Sol ſplẽdidior cæteris alijs ſtellis: & dicitur luminare diei, quoniã per eius ortum fit dies: & per eius occaſum remouetur, & fit nox: & ſignificat uitam naturalem & cætera quæ ſunt dicta in capitulo de ſignificatis eius: & Luna eſt luminare noctis & fortuna ſignificatrix corporum & omnium rerum prout alias dictum eſt in capitulo ſuo.



Et ponam tibi exemplum de extractione partis fortunæ: ponat enim quòd ſit Sol in 12. gradu Tauri & 5. minuto. & Luna ſit in 12. gradu Virginis & 5. minuto, & ſit res propter quam uis extrahere partẽ fortunæ in die: modo debes minuere locũ Solis à loco Lunæ & remanebũt ibi 4. ſigna & 5. gradus & 5. minuta ſigni aſcendentis, & incipe proijcere ab initio eiuſdẽ ſigni per gradus æquales dãdo unicuiq; ſigno 30. gradus & ubi finierit numerus, erit ibi hæc pars. Et in nocte econuerſo, ſcilicet minues locũ Lunæ de loco Solis & adde deſuper gradus ſigni aſcẽdentis & proijcies ab aſcẽdente, & ubi finiuerit numerus ibi erit pars fortunæ. Si aũt fuerint ambo luminaria in uno gradu, erit pars fortunę in gradu aſcendente & in ſimili minuto. Et hęc pars habet ſignificare uitam, corpus quoq; & animam eius, fortitudinem & fortunam atq; ſubſtantiam & profectum: diuitias quoq; atq; paupertates. aurũ etiam & argen-

argentum, grauitatem ſeu leuitatem ſort rerum ue natium: laudem etiam & bonam famã, & honores & ſublimitates, bonum atq; malum, præſens atque futurum, occultum ſeu manifeſtum, habetq; ſignificatum ſuper omni re. facit tamẽ plus pro diuitibus & magnatibus quàm pro alijs: facit tamen pro uno quoq; homine iuxta eſſe uniuſcuiuſque ipſorum. Et ſi fuerit hæc pars, & luminaria bene diſpoſita in natiuitatibus uel reuolutionibus, erit bonum notabiliter. Et ipſa dicitur pars Lunæ & eſt aſcendens Lunæ & ſignificat fortunium bonum.

Et dixit Albumaſar, quòd quando multiplicatur id quod abierit ex horis diei in partibus horarum eius, id eſt diei, & quòd exinde fuerit proiectũ fuerit à loco Lunæ per gradus æquales, cadet in locum fortunæ uel prope locum ipſum. Et ſi fuerit unus ſignificator fortior alio in loco partis incipiet pars à fortiori tam in die quàm in nocte. Si autem fuerit ſignificatio ex ſigno & eius domino, incipiet hoc magis à domino ſigni uſque in gradus ſigni: quoniam ſignificatio ſigni confortatur per ſignificationem Planetæ. Et ſi contigerit, quòd ſignum fortius fuerit in ſignificatione, incipiet à ſigno & aſcendens erit ei particeps uel alter locus circuli ad quem proferetur. Et hoc dicetur infra in reuolutione tractatus de partibus duodecim domorum & terræ naſcentium latius & manifeſtius & apertius, ſecundum quod accident unicuiq; ex illis partibus cum de ipſis tractabitur, ſi Deus permiſerit.

¶ De parte futurorum quæ dicitur pars Solis.

Pars Solis. POſt partem fortunæ quæ excedit omnes alias partes in fortitudine atq; fortuna: dicendum eſt ſubſequenter de parte futurorum quæ pars Solis dicitur, & ipſa immediate poſt partem fortunæ omnes alias partes excedit & omnibus præualet: licet quidam Aſtrologi parum uideantur curare de ipſa, quod mihi non uidetur congruum cum ipſa pro re ualde utili à ſapientibus reputetur & extrahitur: hæc pars in contrarium eius quod extrahitur pars fortunæ. ſicut enim pars fortunæ extrahitur in die à Sole in Lunam, & in nocte à Luna in Solem, ita pars futurorum extrahitur in die à Luna in Solem, & in nocte à Sole in Lunam, & additur deſuper quod aſcenderat de ſigno aſcendente, & proijcitur ab initio ſigni aſcendentis dando ſcilicet unicuiq; ſigno 30 gradus per gradus æquales, & ubi finierit numerus, ibi erit hæc pars. Præmittantur enim partes luminarium partibus aliorum Planetarũ: quoniam licet generentur per corruptionem generãda & corrumpantur corrumpenda, & corruptio fiat per motus Planetarum non apparent operationes quæ fiunt per alios Planetas ita manifeſte: nec ita ſimiliter ſicuti apparent quæ fiunt per luminaria.

Et ſcias quòd proprietas partis futurorum eſt ſignificare animam & corpus poſt partem fortunæ ac ipſorum eſſe & fidem & prophetiam, religionem & dei culturam & ſecreta & cogitationes & intentiones & res occultas & omne quod eſt abſens & curalitatem & largitatem & laudem & bonam famam & calorem & frigus. Et dixit Albumaſar, quòd ſignificata partis fortunæ ac partis futurorum magis apparent ſuper rem omnem tam abſentem & ſupra futuram quàm ſupra præſentem: patet etiam magis ſuper initia operum & ſuper reuolutiones annorum tam mundi quàm natiuitatum. Et dixit quòd ſignificata partis fortunæ apparent magis in die quam ſignificata partis futurorum: & ſignificata partis futurorum apparent magis in nocte quàm ſignificata partis fortunæ. Et quamuis mutationes & alterationes accidant temporibus per mutationem Planetarum à ſigno in ſignum, & fiant generationes & corruptiones, & uita fiat animalibus & cæteris uegetabilibus, & ex eadem ratione deficiant & corrumpantur generata: luminaria tamen præ cæteris Planetis manifeſtius atque ſenſibilius operantur in eis. Et illæ duæ partes tam in bono quàm in malo præ cæteris partibus operantur. & ſignificationes earum ſunt ſimiles ſignificationibus luminarium.

¶ De parte ponderoſa quæ dicitur pars Saturni.

Pars Saturni. PArs Saturni quam ſapientes partem põderoſam appellabant, propter res graues ac ponderoſas quæ per ipſam ſignificantur accipitur in die à Saturno in partem fortunæ: & in nocte econuerſo & proijcitur ab aſcendente dando unicuiq; ſigno 30. gradus ſecundum gradus æquales: & ubi ceciderit numerus ſuus atq; minuta, ibi erit hæc pars: Cuius ſignificata ſunt hęc ſignificat enim memoriam atq; profunditatem ingenij & conſilij & fidem atque religionem & continentiam in eis atq; conſtantiam & durabilitatem. Et habet ſignificare rem quæ perierat uel quæ errauerat aut quæ furata fuerat uel fugerat uel fuerat ſubmerſa in mare uel in flumen uel ceciderat in puteum uel in ſimilem locum, aut fuerat mortua: & ſignificat eſſe mortuorum, ſcilicet qua morte moriatur natus uel ſit moriturus: & ſignificat eſſe terrarum & meſſium aliorum & terræ naſcentiũ, & habet hæreditates maxime quæ emuntur: & ſignificat ædificia grauia & maxime quæ nõ multum eleuantur à terra & foſſiones & terrarum accumulationes & portationes earum in altum: & productiones aquarum & ſimilia: ſignificat etiam auaritiam & diſtrictionem miſerorum miſere uiuentium: & ſignificat laudem atq; uituperium: & ſignificat ſenectutem & ætatem ſeneſcere facientem & omnem rem uinctam atque incarceratam uel in carcere poſitam, & liberationem à carcere ſeu uinctione.

¶ De parte Iouis quæ dicitur pars beatitudinis.

Pars Iouis. PArs Iouis quam philoſophi partẽ beatitudinis atq; auxilij uocauerunt accipitur in die à parte futurorũ quæ habet ſignificare fortunam in Iouem qui habet ſignificare beatitudinem atq; auxilium: & in nocte econtra & proijcitur ab aſcendente. Et eius ſignificatum eſt ſuper honorem & adeptiones rerum, uictoriam & auxilium & beatitudinem atq; benignitatem. finem quoq; rerum laudabilẽ & petitionem fidei ac eius aptationem & quicquid eſt de eſſe ipſius atq; credulitatem in deo & ſtudiũ in omni opere bono & dilectionem eius ac iuſtitiæ iuſtitiæ iudicij inter homines: & ædificationes oratoriorũ, & ſignificat ſapientiam ac ſapientes & ſublimitatẽ ſapientum: fiduciam quoque ac ſpem & omnes res bonas quibus fruuntur homines, & participationem boni ad inuicem.

¶ De parte Martis quæ dicitur pars audaciæ.

Pars Martis. PArs Martis quæ ab antiquis dicitur pars audaciæ accipitur in die à Marte in partem fortunæ & in nocte econtra & proijcitur ab aſcendente. Cuius ſignificata ſunt hæc: quoniam habet ſignificare diſpoſitionem exercituum guerrarum ac præliorum & probitatem ac animi acuitatem & audaciam, fortitudinem quoque, anticipationem & magnitudinem cordis cum impetu & feſtinatione: habet etiam ſignificare laſciuias inceſtas ex caliditate atq; ſeductiones.

¶ De parte Veneris quæ dicitur pars amoris & concordiæ.

Pars Veneris. PArs Veneris quæ dicitur pars amoris atque concordiæ accipitur in die à parte fortunæ in partem futurorum: & in nocte econtra & proijcitur ab aſcendente. Cuius ſignificata ſunt hæc, quoniã habet ſignificare uoluptates, cupiditates ac deſiderium in rebus uenereis ac in earum cultum tam licitum quàm illicitum & in his quæ uenerei amant & in quibus delectantur & quæ animus deſiderat & coniugia & res uniuerſas quæ ſpectant ad coitus uoluntatem & lætitiam ex ludis & alacritates ac delectationes.

¶ De parte Mercurij quæ dicitur pars paupertatis & modici intellectus.

Pars Mercurij. PArs Mercurij quæ dicitur pars paupertatis & modici intellectus accipitur in die à parte futurorum in partem fortunæ: & in nocte econtra & proijcitur ab aſcendente. Et habet hæc ſignificare paupertatem & paruitatem ingenij atque intellectus, & ſignificat etiam bellum & timorem atque odium & contentiones & iniurias & iram in hora iniuriarum & inimicos: & ſignificat etiam negociationem & emptionem atq; uenditionem: cogitationes quoq; ac ingenia ſiue calliditates & ſcripturas ac numerum & petitionem Aſtronomiæ ac diuerſarũ ſcientiarum. Hic eſt modus extrahendi partes ſeptem Planetarum, & hæc quæ dicta ſunt in eis, ſunt earum ſignificata. Vnde ſi tu aliquando extraxeris partem aliquam ſuper aliquo prædictorum ſignificatorum, & proieceris eam in aliqua figura, iudica de ipſa, ſecundum quòd uideris de ipſius coniunctione uel eius domini cum Planetis uel eorum aſpectibus de bono ſeu malo. Nec uolo tibi inducere diuerſitates opinionum antiquorum: quoniam hæc eſt rectior uia quam ſeruauerunt reuerendiſſimi prædeceſſores noſtri Hermes Guellius Albumaſar, qui flos Latinorum licet ſtuduerit Athenis ubi ſtudium tunc uigebat, & ſimiliter eorum ſequaces. Alia uero ſignificata partium dicentur infra poſt hoc in proprijs locis & in proprijs capitulis ſi deus permiſerit.

De ſignificationibus partium duodecim domorum.
Caput III.

Partes 12. ſignorum. DIcto de ſignificationibus partium ſeptem Planetarum ac de ipſarum extractione dicẽdum eſt deinceps de ſignificatis partium duodecim domorum ſimiliter & de ipſarum extractione. Et ſunt ſuperius extractæ partes quæ in ſe ſunt utiliores & magis neceſſariæ. Et cum notatum fuit loco cuiuſlibet partis accipe à tali Planeta in talem uel à tali loco in talem, & proijce ab aſcẽdente: dico quòd addas ſemper id quod reſiduum fuerit inter utraq; loca ad illud quod eſt ab initio ſigni à quo proijcis, ſicut dictum eſt in opere partis fortunæ extrahendæ, ſecundum quòd & ipſi alias extraxerunt. Nec uidetur mihi quòd diuerſitates opinionum ſint hic recitandæ, ſed ſolum maiori utilitati mentem applicare: nõ enim ſunt fines omniũ ſingularitatum, quæ ſignificantur per unamquanque domum eidem ſed diuerſi: licet aliqui habeant ab eadem domo principium ſiue originem: & quidam alij ab alia, prout ſuper ſignificata mortis, quorum finis non erit idem: tamen omnia ſignificant mortem: moriuntur enim quidam ex infirmitatibus in lectis ſuis uel alibi alij ex infirmitatibus breuibus: alij ex longis: alij moriuntur ex aduentu ſubitaneo: alij ferro alij igne alij ſuffocantur: alij ſubmerguntur: alij ſuſpenduntur, & quaſi innumerabilibus modis moriuntur homines. Et licet non ſint eidem modi, quilibet tamen eorum eſt mors: ſic & de magiſterijs quæ ſignificantur per decimam domũ: quoniam aliud eſt magiſtratus, aliud regnum, aliud regimen, aliud ducatus, aliud comitatus, aliud aliquod fabrile & ſimilia. Et licet non ſint omnes eidem modi, tamen omnes habent originem à re ſignificante honorem ac dignitatem. Et ſic quælibet ſignificata cuiuſlibet domus unumquodq; ſecundum eſſe ſuum, & ſecundum naturã domus cuius ſignificatum ſcire neceſſe fuit. Et inueniẽtur plures aliæ partes quas eſſet longũ enarrare. tu autem conſiderabis eas, prout tibi uenerint ad manus ex induſtria tua. nec grauet te hoc quod tibi dico: & ſi non poſſint omnia pateſieri ſimul & ſemel quæ ſignificantur per domos: exponentur tibi alias tot & tanta quæ poterunt tibi ſufficere ad extractionem partiũ omnium domorum: quoniam ex quo aliquis probus uiderit partem ſignificatorum alicuius rei ſignificari per aliquam ex domibus circuli, poterit ex induſtria ſua ſans patenter cõprehendere quæ nondum fuerint ſibi expoſita.

De partibus primæ domus, id eſt aſcendentis & de ipſarum extractione & earum ſignificatis.
Caput IIII.

Partium primæ domus extractionem. NVnc de partibus 12. domorum extrahendis: & primum de prima domo, ſcilicet de aſcendente ac de ipſius partiũ ſignificatis, & de ipſarum extractione. Prima domus prout ſupra in capitulo 12. domorum dictum eſt, habet ſignificare uitam naturalem. Et ob hoc dico naturalem, quoniam propter caſum uel aliquod accidens ſæpe immo pluries fit uis naturæ, prout ſuperius dictum eſt in alio capitulo. Et ideo ab ipſa eſt conſiderãda pars uitæ ac ipſius extractio: per ipſam enim dignoſcitur qualitas uitæ nati, & quale ſit eius eſſe futurum. Et extrahitur à Ioue & Saturno propter eorum altitudinem atq; longinquam remotionem à terra: & propter eorum motum cęteris alijs Planetis tardiorem: & ob hoc data eſt eis uirtus ſuper rebus quarum longitudinem atq; durabilitatem affectamus. Et ex cauſa ſuperius dicta participat cũ eis aſcendens. Et accipitur hæc pars in die à Ioue in Saturnum: & in nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente.

dente. Et eſt hæc pars ſignificatrix uitæ naturalis, & ſignificat eſſe corporis & eius uictus, quæ ſi fuerit bene diſpoſita, ſignificat longitudinem uitæ ac ipſius continuitatem & incolumitatem corporis: animæq; alacritatem. Si autem fuerit impedita, ſignificat paucitatem uitæ ac ipſius breuitatem, & illius malum eſſe cum multitudine diuerſarum infirmitatum, & cum mœrore animę atq; ipſius triſtitia. Hoc idem ſignificabit ſuper eſſe hominum in reuolutionibus annorum, tam annorum natiuitatum quàm annorum mundi. Dicto de prima parte aſcēdentis quæ eſt pars uitæ, dicēdum eſt ſubſequenter de ſecunda parte ipſius quæ eſt pars Durabilitatis atq; ſtabilitatis. Et eſt pars fiduciæ aſcendentis. Cū enim ſic ita nobilius atq; dignius accidēs quàm ſit in hoc mundo, neceſſe fuit quòd per nobilius durabilitate atq; ſtabilitate perficeretur: & illud oportebat eſſe à corporis & animæ compactione ſeu complexione: & hoc non poterat fieri, niſi per fortiora ex corporibus ſupercœleſtibus: & illa ſunt luminaria quorum partes fortiores atq; fortunatiores cæteris inueniuntur, ſicut & luminaria ſunt fortiores fortunæ cæteris fortunis, ſecundum quòd eorum effectus fortius ac manifeſtius cęteris effectibus ſentiuntur, & ſignificant partes eorum corpus & animam, ſicuti ſignificāt ipſa luminaria. Nec poteſt durabilitas ſine corporis & animæ compactione in animalis fieri uel durare, & ſicuti per eorum complexionem ſiue copulationem fiunt & durant, ſic per eorum diſſolutionem ſiue ſeparationem corrumpuntur. Et hæc fuit cauſa quæ mouit ſapientes antiquorum ad extrahendum hanc partem: & numerauerunt eam à parte fortunæ tanquam à digniori hoc modo: pars durabilitatis quæ eſt pars fiduciæ aſcendentis accipitur in die à parte fortunæ in partem futurorum: & in nocte & econtra, & proijcitur ab aſcendente.

Durabilitate.

♀ Et dixit Albumaſar, hæc pars congruit parti Veneris: & ſumitur per hanc partem quædam alia quæ per alias partes non ſumitur. Et hæc pars ſignificat decorem nati ac ipſius deformitatem: ſimiliter & ſimilitudinem eius ad parentes ſuos. Cumq; fuerit hæc pars uel eius dominus bene diſpoſitus in natiuitate alicuius, erit natus pulcher corporis, pulchrę faciei atq; in omnibus partibus ſui corporis undiq; pulchritudine atq; ſanitate circumuentus, & extendetur ad ſucceſſores ſuos: & durabit hoc uſque dum aliquod infortunium reſtiterit eis & impedierit eos: & abundabit bonis: & eo magis ſi pars fortunæ & pars futurorum fuerint bene diſpoſitæ: & iterum magis ſi earum domini fuerint fortunati: tunc enim habebit ex omni eo quod optabit: erit tā in itineribus ſeu peregrinationib⁹ quàm in alijs locis multi & maximi quæſtus. Si autē fuerit hæc pars impedita, ſignificat deformitatem atq; turpem formam nati. eiusq; corpus male complexionatū, infirmitatibus circūuentum eritq; infortunatus, & omnia cedent in cōtrarium eorum ſecundum ſitum & diſpoſitionem partis prædictæ atq; ſignificatorum prædictorum. Et fortaſſis extendentur hæc in deſcēdentes ſuos uſq; dum aliqua fortuna inueniet eorū ſignificatores in aliqua natiuitate alicuius eorum.

Et dixit Albumaſar, ſi declinauerit ad ſignificatorē matris erit ſimilis atq; domeſticus matri. Et dixit ſi uolueris ſcire durabilitatem alicuius rei, ſiue ſit natiuitas ſiue interrogatio ſiue reuolutio: uel quocunq; alio modo uolueris ſcire durabilitatem eius ſiue ipſius defectum, ſiue res ſit nota ſiue ignota, ſiue manifeſta ſiue occulta. Aſpice hanc partem ſi aſpexerit eam dñs domus uel exaltationis uel duarum dignitatum aliarū ſigni in quo ipſa fuerit: uel fuerit cum dño aſcendentis illius anni uel cum aliquo ex dñis angulorū: & fuerit in angulo, ſignificat ſtabilitatem & durabilitatem rei: & eo maior & firmior cum eſt in prima uel in decima. Si aūt fuerit in cadenti, ſignificat eius remotionem atq; deſtructionē. Si autem fuerit in ſuccedenti: & eo fortius ſi fuerit in ſecunda uel octaua, ſignificat durabilitatē rei ſemper dubiā & timoroſam. Si aūt fuerit in angulo impedita, ſignificat durabilitatē cum triſtitia & horribilitatem. Sed ſi fuerit cum ea fortuna uel aſpexerit eā à trino uel ſextili aſpectu uel etiā à quarto cum receptione: nec illa fortuna fuerit impedita, erit durabilitas in domo, & licet cum timore ſeu ſuſpectione. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit in receſſione ſua fortunata, fruetur fortuna ſecundum receſſionē eius. Si autem fuerit impedita, erit malum & horribile ſecundum quantitatem receſſionis eius. Et ſi fuerit in reuolutione aliqua, ſicut dictum eſt de parte illa, erit hoc in hominibus ultra quàm eſſe conſueuerit, & erunt ſtabiliores & conſtantiores & firmiores ſolito. Dicto de prima & ſecunda parte aſcēdentis, dicendum eſt nunc de tertia parte ipſius quæ dicitur pars rationis & ſenſus. Et cū non poſſit uere homo eſſe abſq; ratione & ſenſu, conſiderauerunt ſapientes unde poſſent extrahere partem rationis & ſenſus. Cumq; uiderunt quod Mercurius eſſet naturaliter ſignificator utriuſq; cogitationis quoq; & locutionis & cognitionis. & Mars eſſet ſignificator caloris atq; motionis, extraxerunt ab illis duobus partem quā uocauerunt, partem rationis & ſenſus: poteſt etiā hæc pars dici cogitationis & locutionis quę accipitur in die à Mercurio in Martem & in nocte ecōtrario: & proijcitur ab aſcēdente. Et dixerunt quòd hæc pars habet ſignificare ſenſum & rationem: & ſignificat etiam ſcientiam & cogitationē atq; cognitionem & locutionem. Quod ſi fuerit hæc pars in natiuitate alicuius bene diſpoſita, fueritq; cum domino aſcendentis ipſa uel dñs domus in qua ipſa fuerit, uel aſpexerit eum dñs aſcēdentis in ſua dignitate: & aſpexerit tunc Mercurius partem & dñm aſcēdentis uel dñm partis à trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltem à quarto cum receptione: & ipſe fortunatus & fortis, nec impeditus, erit natus rationalis ſciens, loquēs, cogitans, atq; cognoſcens: & ſi aſpexerit tunc Mars aſcendens uel eius dñm uel dñm partis, erit natus ſapiens, ut dixi, & erit acuti ingenij leuiter addiſcēs & ea quæ didicerit bene retinēs nec erit obliuioſus.

Senſus & Rationis.

Et ſi fuerit in reuolutione aliqua, ſicut dictū eſt in natiuitatibus, erūt homines in reuolutione illa melioris ingenij ac melioris intellectus & melioris memoriæ, quàm conſueuerint. Dicto de prima, & ſecunda & tertia parte domus primæ, reſtat de quarta parte ipſius dicendum quæ dicitur pars Hylech: de qua non curauerunt multum antiquiores facere mentionem, quoniam ipſa eſt ita complexa cum alijs, quòd nulla ex eis poteſt eſſe ſine ipſa. ipſa uero ſine alijs bene poteſt eſſe. Habet enim ſe ad ipſas tanquam materia ad formā: & potuiſſent eam ſapien-

Hylech.

tes præmittere, ſi uoluiſſent, ſed dimiſerunt propter cauſam prædictam: ipſa enim eſt radix aliarũ, & accipitur in die ac nocte à gradu coniunctionis uel præuentionis quæ fuerit ante natiuitatem uel quæſitionem, ſeu reuolutionem in gradum Lunæ, & proijcitur ab aſcendente. Et dicitur hæc pars radix uitæ quia ipſa cõprehendit uniuerſaliter totum eſſe uitæ nati uel quærentis uel etiam reuolutionis: quæ ſi fuerit bene diſpoſita, ſignificat uniuerſaliter bonum eſſe uitæ nati, & aliorum ſuorum ſubiectorum: ſi autem fuerit male diſpoſita, ſignificat contrarium prædictorum.

De partibus ſecundæ domus & de ipſarum extractione & de earum ſignificatis.

Caput V.

2 POſtquàm dictũ eſt ſuperius de partibus primæ domus, dicendum eſt immediate de partibus ſecundæ domus, quæ domus ſubſtãtiæ dicitur quoniam primum quo indiget homo poſt natiuitatem, eſt ſubſtantia, & primo uita & ob hoc fuit data ſignificatio ſubſtantiæ ſecundę domui. Prima pars eius dicitur pars ſubſtantiæ quæ accipitur in die ac nocte à domino domus ſubſtantiæ uſq; in gradum domus ſubſtantiæ: & proijcitur ab aſcendente. Et ſignificat hæc pars ſuſtentationem uitæ hominum ac ipſorum quæſtum & cætera quibus utuntur homines ad ſuum uictum. Quæ ſi fuerit benę diſpoſita & bene locata, ſignificat bonum eſſe nati ac quærentis tam in uictu quàm in lucro & ſimilibus. Si autem fuerit impedita, ſignificat contrarium eorum quæ dicta ſunt. Et dixit Albumaſar, cęteras autem fortunæ ſpecies apparentes ex ſubſtantia, ſcilicet quæ theſaurizantur & ſeruantur, ſignificant cæteri ſignificatores ſubſtãtiæ & fortunæ. Idem accidet in reuolutionibus. Et pars paupertatis eſt de partibus Mercurij. Pars fœneratorum accipitur in die ac nocte à Saturno in Mercurium, & proijcitur ab aſcendente quæ ſi fuerit fortunata & bene diſpoſita, ſignificat lucrum atq; augmentum ſubſtantiæ cauſa fœneris atq; fœneratorum. Si aũt fuerit impedita & dñs ſubſtantiæ fuerit impeditus, ſignificat q natus perdet maximã partem ſuæ ſubſtantiæ cauſa fœneris atq; fœneratorũ, & ſimilibus: ſimiliter & quærens. Illud idẽ accidet in reuolutionibus: diſponent enim ſubſtãtiæ hominum ſecundũ diſpoſitionẽ prædictæ partis. Pars beatitudinis quæ alibi dicitur pars Iouis & dicitur pars triumphi atq; uictoriæ, accipitur in die à Saturno in Iouem & in nocte econtra & proijcitur ab aſcendente. Quarta pars ſecundæ domus quæ dicitur pars collectionis accipitur in die à Mercurio in Venerem & in nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente Et hæc pars habet ſignificare res perditas ſiue ſemi diſperſas, quas aliquando inuenit aliquis in itineribus in uijs, campis, littore maris, uel ripis, montibus uel fodiendo uel alio modo nõ excogitato, uel fuerit res quæ ceciderat uel fugerat ab aliquo uel fuerat oblitus eam uel alio ſimili modo receſſerat à dño ſuo uel exierat à manibus eius. Quæ pars ſi fuerit in angulo & aliquis dñorum alicuius dignitatũ ſigni, in quo ipſa fuerit, uel aliquod ex luminaribus fuerit ei iunctus, niſi ſit cõbuſta uel aſpexerit eam à trino uel ſextili aſpectu, perueniet ad manus nati ſeu quærentis de prædictis rebus, & erit fortunatus in eis: & inueniet res ſuas, ſi ceciderint ei uel fuerit eis oblitus uel fugerit ab eo, ut dictum eſt, de alienis. Et ſi fuerint ſignificatores partis boni eſſe in locis in quibus fuerint & in radice natiuitatis habebit ille inuẽtor ſeu reinuentor bonũ, & profectũ & utilitatẽ atq; fortuniũ de rebus quas ſic inuenerit. Si aũt fuerint prædicti ſignificatores male diſpoſiti, nõ congruet ei ſuũ inuenire, nec lucrabitur inde, ſed potius cedet in eius contrarium atq; damnum. Idẽ accidet hominibus in reuolutionib' cũ fuerit diſpoſita, ſic pars prædicta aut prędicti ſignificatores.

Substantiæ. *Mercaturæ.* *Victoriæ.* *Res perditæ.*

De partibus tertiæ domus & de ipſarum extractione ac de earum ſignificatis. Cap. VI.

TErtia domus partes habet tres. Prima eſt fratrum & accipitur in die ~~ac nocte~~ à Saturno in Iouem & proijcitur ab aſcendente. Et dñs domus huius partis ſignificat rem fratrum & concordiam eorum. Et ſi cadit hæc pars in ſignum multorũ filiorum, fratres erunt multi: & ſcitur numerus fratrum per numerũ qui eſt inter partẽ iſtam & dñm eius de ſignis dando unicuiq; ſigno unũ fratrẽ. Secunda pars de numero fratrũ accipit à Mercurio in Saturnũ & iungit, &c. & proijcitur ab aſcẽdente: & ſi cadit in ſignũ multorũ filiorũ erunt fratres & ſorores plures ſecundũ numerũ ſignorũ & Planetarũ, & forte peruenit numerus ad quantitatem annorũ Planetarũ uel mediorũ uel maiorũ: & Planetę aſpiciẽtes, augent annos ſuos. Et ſi hęc pars cadit in ſignũ paucorũ filiorũ, erunt pauci. Tertia pars eſt mortis fratrũ & ſororũ: hæc accipitur in die à Sole in gradũ medij cœli & augentur: & proijcit ab aſcendente & ſignificat cauſam mortis fratrũ & ſororũ: & cum peruenit hæc pars ad ſignificatores fratrum & ſororũ, uel econuerſo, ſecundum profectionem pro ſigno: & ſecundum directionem pro gradu, fratres & ſorores habebunt malum.

Res fratrum. *Fratres, ſorores.* *Mors.*

De partibus quartæ domus, & de ipſarum extractione ac de earum ſignificatis.

Caput VII.

NVnc eſt de partibus quartæ domus dicendum & primum de parte patris quæ accipitur in die à Sole in Saturnũ & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et ob hoc accipitur hæc pars ab illis duobus Planetis: quoniã Saturnus habet ſignificare antiquitatem & maſculinitatem, & Sol habet ſignificare calorem naturalem, qui eſt cauſa uitæ animaliũ: & patres ſunt antiquiores filijs, & ſunt cauſa filiorum. Si aũt contigerit Saturnum eſſe ſub radijs Solis, tunc pars patris accipitur in die à Sole in Iouem & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, quòd dñs domus patris ſignificat patris fortunã, & eius ſubſtantiã ac labores. Quod ſi fuerit pars boni eſſe, erit pater nobilis. Et ſi dñs eius fuerit boni eſſe, erit fortunatus ac lõgæ uitæ. Si autem fuerit impeditus aut male locatus, erit laborioſus, infortunatus ac paucæ uitæ. Et dixit dominus eius ſignificat regnũ nati eius honores atq; fortitudines. Secunda pars quartæ domus quæ dicitur pars mortis patris accipitur in die à Saturno in Iouem, & in nocte econtrario, 4

Pater. *Mors patris.*

trario,& projicitur ab aſcendente. Et ſignificat hæc pars cauſam mortis patrum,& quotiéſcunq; profectio anni peruenerit ad hanc partem, uel ad dominum eius ſignificat periculum & horribile patri: ſimiliter cum uenerit aliquis eorum ad ſignificatores patris. Tertia pars quartæ domus,quæ pars

Auorum. auorum dicitur accipitur in die à domino domus Solis in Saturnum & in nocte econtrario,& projicitur ab aſcendente. Quod ſi fuerit Sol in Leone,accipitur in die à primo gradu Leonis in Saturnum, & in nocte econtra & projicitur ab aſcendente. Et ſi fuerit in Capricorno uel in Aquario,accipitur in die à Sole in Saturnum & in nocte econtra & projicitur ab aſcẽdente. Nec cures tunc utrum Saturnus ſit ſub radijs Solis aut non. Hæc pars ſignificat res auorum. Vnde quandocunq; fuerit iuncta cum fortunis,inuenient bonum aui. Et quotieſcũq; iuncta

Cognationis. fuerit malis,inuenient pericula aui. Quarta pars quartæ domus quæ dicitur pars parẽtelæ uel cognationis ſeu generoſitatis, accipitur in die à Saturno in Martem & in nocte econtrario, & projicitur ab aſcendente & addũtur deſuper gradus quos perambulauerit Saturnus de ſigno in quo ipſe fuerit, & projicitur ab initio eiuſdem ſigni.& ubi ceciderit ibi erit hæc pars. Et dixit Albumaſar, poſt hoc aſpice ſi fuerit hæc pars in angulo & aſpexerit eam aliquis dominorũ dignitatum ſigni in quo ipſa fuerit:aut Sol aut dominus decimæ, aut aliquis dominorum angulorum aſpectu amicitiæ,erit natus nobilis progeniei uel honeſtæ parentelæ. Si autem fuerit pars cadens ab angulis & iuncta malis aut nullus dominorum dignitatũ ſigni in quo ipſa fuerit,uel dominorum angulorum aſpexerit eam,erit uilipendendus in parentela uel cognatione ſeu ge

Hæreditatũ. neroſitate ſua. Quinta pars quartæ domus quæ dicitur pars hæreditatum uel poſſeſſionum accipitur in die ac nocte à Saturno in Lunam & projicitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar,quòd hæc pars congruit parti regis uel regni, uel quale opus operabitur natus:quæ cum fuerit boni eſſe,ac bene locata,ſimiliter & dominus eius, fortunabitur natus cauſa hæreditatum & cauſa cultus terræ & ſementis,& acquiret ſubſtantiam. Si fuerit uero mali eſſe,ac male locata, ſignificat mœrores ac triſtitias & deiectiones ſeu malum & horribile cauſa prædictorum. Item habetur alia pars hæreditatum ſecundum ſapientes Perſarum,& eſt ſexta pars quartę domus & hęc pars accipitur in die à Mercurio in Iouem & in nocte ecõtrario,& projicitur ab aſcendente. Hæc pars nec conſideratur in regno, nec in magiſterio,nec in cultu terræ, nec in ſeminibus,ſed

Cultus terræ. ſolum in rebus quæ appellantur hæreditariæ. Septima pars quartæ domus quæ dicitur pars cultus terræ,accipitur in die ac nocte à Venere in Saturnũ & projicitur ab aſcendente quæ ſi fuerit fortunata, & dominus eius fuerit fortunat[us],habebit natus ſeu quærens bonũ & utile de cultu terræ, ſemente atq; plantatione eritq; fortunatus in eis ſimiliter accidet hominibus de prædictis uniuerſaliter in reuolutionibus annorũ mundi & natis in reuolutionibus natiuitatũ,ſi ſic fuerint diſpoſita prædicta. Si autẽ fuerint impediti,non accidet eis ex prædictis bonũ,ſed

Nobilitatis. ſequetur eis contrariũ. Octaua pars quartæ domus,ſecundum Alchabicium,quæ dicitur pars nobilitatis nati & eius de quo dubitatur, utrũ ſit quis filius patris cui attribuitur aut alterius, accipitur in die à gradu Solis in gradũ exaltationis ſuæ & projicitur ab aſcendente. Nona pars quartæ domus, Finium terræ.

quę dicitur pars finium rerum,accipitur in die à Saturno in dñm domus cõiunctionis,ſi fuerit cõiunctionalis uel in dñm domus præuentionis,ſi fuerit præuentionalis,& projicitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar,quòd ſi fuerint hæc pars & dñs eius in ſignis directæ aſcenſionis,uel fuerint alias fortunati,erit finis rerum nati uel quærentis bonus, uel laudabilis eſſe.ſi autem fuerint in ſignis tortuoſis, uel fuerint impediti,erunt fines earum mali. Et ſi fuerit unus ex eis in ſigno directo & alter in ſigno tortuoſo,erunt fines impliciti,nec ex toto boni,nec ex toto mali. Et dixit Albumaſar,poſt hoc reuertetur res ad hoc quod ſignificabit ſignum in quo fuerit dominus illius partis.

De partibus quintæ domus,& de ipſarum extractione & de earum ſignificatis. Cap. VIII.

HIc dicendum eſt de partibus 5 domus,& primum de parte filiorum quæ accipitur in die à Ioue in Saturnum & de nocte econtra,& 5

projicitur ab aſcendente. Per hanc enim partem ſignificatur utrum natus ſiue quærens ſit habiturus filios an non. Et dixit Albumaſar,quòd ſi hæc pars uel eius dominus fuerit in ſigno multorum filiorum,habebit hic multos filios.& ſi fuerit in ſigno paucorum filiorum paucos habebit filios. Et ſi fuerit in ſigno ſterili,non habebit filios. Si autem ſignificauerit hæc pars filios, fueritq; fortunata & boni eſſe, uiuent filij. Si autem fuerit impedita, ſignificat quòd non uiuent. Et dixit,ſignificat etiam uniuerſale eſſe filiorum & qualiter ſe habebunt erga patrem & qualiter unus diliget uel odiet alium. Et dixit,quòd accipitur quod fuerit de ſignis inter hanc partem,& dominum eius:& ponitur unicuique ſigno filius. Et dixit,ſi autem fuerit inter eos ſignum commune multiplicabitur,numerus eiuſdem ſigni quoniam ponentur ei duo filij,ubi prius ponebatur unus. Et dixit,& ſi fuerit Planeta inter eos,numerabitur ei unus filius, ſicut dictum eſt de fratribus ſupra. Secunda pars quintæ domus quæ ſignificat horam in qua debet eſſe filius, & numerũ filiorum & utrum maſculi an fœminæ,accipitur in die ac nocte à Marte in Iouẽ,& projicitur ab aſcendente & hoc ideo, quoniam effectus filiorum ſignificantur per Iouem propter caliditatem & humiditatem naturæ temperatam & cauſam incrementi & ſignificationem Martis ſuper calorem & propter eius motum & delectationem & concupiſcentiam coitus naturalem uel qui fit magis in uiris. Et quia nõ poteſt fieri filius niſi per coitum uirorum & mulierum & per calorem naturalem atq; humiditatem illi connexam, hæc ſiunt cauſa extractionis huius partis ab eis. Et dixit Hermes ſi prima pars & cæteri ſignificatores filiorum ſignificauerint nato ſiue quærenti filios,quòd hæc pars ſignificat numerum eorum.& cum hoc quando peruenerit Iupiter ad hanc partẽ ſiue locũ eius per corpus uel per aſpectũ trinũ uel ſextilẽ:& eo forti[us] ſi fuerit cũ receptiõe: qa ſi coiuerit,tũc ſignificat q[uod] gignet filiũ in eadẽ ho

Filiorum. Maſcul. fœm.

ra ſi tamen ætas permiſerit. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit in ſigno maſculino, erunt plures filij eius maſculi: & ſi fuerit in ſigno fœminino, erunt plures fœminæ. Et dixit, ſi autem ſignificauerint ſignificatores nato ſeu quærenti multitudinem filiorum, aſpice hanc partem & dominum eius in quo ſigno ſit: quoniam hoc ſignificat quòd erunt ei filij ſecundum numerum annorum minorum domini partis aut mediorum uel maiorũ. Et dixit, & fortaſſis augebunt ei aſpicientes ſecundum numerũ anno-

Maſculi. rum eorum. Tertia pars quintæ domus, quæ ſignificat filios maſculos, accipitur in die ac nocte à Luna in Iouem & proijcitur ab aſcẽdente. Alchabitius dixit, quòd accipitur in die à domino domus Lunæ in Lunam & in nocte ecõtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et extrahitur hæc pars ſic, quoniam Luna ſignificat iuuentutẽ ac minorem ætatem quę ex quo generat, eſt fortior in generando quàm ſenilis uel etiam collecta: & operationes naturæ debent eſſe nobiliores in ętate illa ſeu potentiores quàm in alijs propter proximitatem natiuitatis. Præterea generare maſculos, eſt nobilius quàm generare fœminas: quoniam maſculi ſunt agentes: fœminæ uero patientes: & actio eſt nobilior ac dignior paſſione: & Iupiter eſt ſignificator effectus filiorum & creationis atq; incrementi eorum & maxime maſculinorum: ideo numerauerunt ſapientes ab eis hanc par-

Theophilus. tem. Theophilus uero & quidam alij ſapientes Perſidi uiſi ſunt uelle aliud dicere. Sed Albumaſar habuit dictum Hermetis pro autentiori. Dixerunt ſimiliter illi quòd hęc pars auxiliabatur fortunæ nati, quemadmodum & pars fortunæ: nec hoc impugnatur à ſapientibus illius tẽporis. Quarta pars

Eſſe fil. quintæ domus quæ ſignificat eſſe filiarum ſecundũ Alchabicium accipitur in die ac nocte à Luna in Venerem, & proijcitur ab aſcendente. Quinta pars

Concept. quintæ domus per quam ſcitur utrum cõceptus ſit maſculus aut fœmina accipitur in die à domino domus Lunæ & in nocte econuerſo, & proijcitur ab aſcendente. Et ſi ceciderit in ſigno maſculino, tunc natus aut ille de quo quæritur, erit maſculus. Si in ſigno fœminino, erit fœmina.

De partibus ſextæ domus & de ipſarum extractione & earum ſignificatis. Caput IX.

6 Vitiorum. NArratio partium ſextæ domus, & primum de parte infirmitatum & accidentium atq; uitiorum inſeparabilium, quæ accipitur in die à Saturno in Martem & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Secunda pars ſextæ do-

Infirmit. mus quæ dicitur pars infirmitatũ tam ſeparabilium q̃ inſeparabilium, accipitur in die ac nocte à Mercurio in Martem & proijcitur ab aſcendente. Ter-

Seruorum. tia pars ſextæ domus quæ dicitur pars ſeruorum ſecundum Alchabicium, & ſecundum Theophilum accipitur in die à Mercurio in Lunam & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. ſecundum uero Hermetem cuius ſententia fuit habita pro autentiori à ſapiẽtibus, accipitur in die ac nocte à Mercurio in Lunam, & proijcitur ab aſcendente. Et hoc ideo, quoniam ipſe & alij ſapiẽtes illis temporibus conſiderauerunt ſeruos & ancillas, & ut plurimum miniſtros & pediſſequas & legatos eſſe non bene fideles, & cito mutabiles, & hoc ad contrarium dominorum ſuorum potius q̃ ad eorum utilitatem attribuerunt omnia hæc & alias res ueloces ac uelocis mutationis iſtis Planetis leuioribus. Et ob hoc extraxerunt hanc partem ab eis: quæ ſi fuerit fortunata & boni eſſe, ſimiliter & eius dominus, ſignificat natum ſeu quærentem habiturum bonum ex prædictis partis ſignificans. Si autem fuerint impediti, ſignificat contrarium. Et ſi fuerit pars boni eſſe, & eius dominus fuerit impeditus, uel ecõtra, ſignificat quòd habebit ex eis bonum, deinde accidet illi contrarium. Et ſi fuerit hæc pars in ſigno multorum filiorum, habebit illic multos ſeruos, ac multas ancillas, ſeu alios ſeruitores. Et ſi fuerit in ſigno paucorum filiorum, paucos habebit ſeruitores. Si autem fuerit in ſigno ſterili, carebit penitus eis. Et hoc idẽ accidet in reuolutionibus de prædictis partibus illis qui habuerint eos. Theophilus, & quidã alij dixerũt quòd hæc pars accipitur à Mercurio in partem fortunæ. Albumaſar magis laudauit dictum

Hermetis. Quarta pars ſextæ domus, quæ dici- Captiuorum.
tur pars captiuorum ac uinctorum, accipitur In die à domino domus Solis in Solem, & in nocte à dño domus Lunę in Lunam, & proijcitur ab aſcẽdente, quæ ſi ceciderit in bonum locum ab aſcendente, & fuerit cum aliqua fortunarũ, liberabit quærens ſiue captus à captione illa. At ſi ceciderit in locum malignum, & cum malis, ſignificat capto ſeu uincto malum & horribile & forte ſignificat mortẽ capti: maxime ſi dominus decimæ aſpexerit. Et dixit Albumaſar, ſi aũt fuerit in domo ſua Sol in die, aut Luna in nocte, unus ex eis erit ſignificator. Et dixit poſt hoc, aſpice illum ex eis qui fuerit ſignificator in quali loco fuerit ex circulo & à quo ſeparetur uel cui iũgatur, & operare ſecundum hoc. Idem intelligas in reuolutionibus.

De partibus ſeptimæ domus, & de ipſarum extractione ac de ipſarum ſignificatis. Caput X.

SErmo de partibus ſeptimæ domus, & primo 7
de parte cõiugij uirorum, quę accipitur in die Coniugiorũ.
ac nocte à Saturno in Venerẽ, & proijcitur ab aſcendente. & extraxerunt eã Hermes & alij ſapientes ab iſtis duobus Planetis: quoniã Saturnus habet ſignificare antiquitatẽ & res durabiles, & coniugiũ debet eſſe de rebus durabilibus: & habet etiã Saturnus ſignificationẽ ſuper maſculinitatẽ & Venus habet ſignificationẽ ſuper fœminitatẽ. & maſculinitas debet præcedere fœminitatem per naturã maſculinitatis & actionis. Quæ pars ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita, ſignificat coniugiũ aptum ac bene fortunatũ & quòd proficiet natus ſeu quærẽs: & bonũ ſequetur ex matrimonio illo: & ſignificat etiam q; cõtrahet matrimoniũ cum pulchra muliere, atq; decenti. Si aũt fuerit impedita, ſignificat q; cõiugium erit malum atq; nocibile & q; ſequetur ex eo damnũ & periculũ atq; inquietudinẽ cum aduerſitatibus. Videbis etiã ſi Iupiter peruenerit ad partem iſtã uel aſpexerit eam aſpectu laudabili: quoniam tunc erit coniugiũ laudabile, ſi fuerit ea hora conſummatũ.

Et dixit Albumaſar, cum fuerit hæc pars cum domino ſigni in quo fuerit uel aſpexerit eam Sol & Luna & dominum eius aſpectu forti & laudabili, ſignificat

ſignificat quòd iungetur natus ſiue quærens cum aliqua de ſua parentela. Hoc idem intelligas de coniugijs quæ facta fuerint in reuolutionibus quando pars prædicta uel eius dominus fuerit ita diſpoſitus, ſicut dictum eſt.

Vuellius.

Dixit Albumaſar, ſecunda pars coniugij uirorum, quam narrauit Vuellius, accipitur in die ac nocte à Sole in Venerem & proijcitur ab aſcendente.

Calliditatis.

Tertia pars ſeptimæ domus eſt pars caliditatis & ingenij uirorum erga mulieres, & eſt ſimilis parti coniugij uirorum ſecundũ Vuellium.

Coitus.

Quarta pars ſeptimæ domus, eſt pars coitus uirorum cum mulieribus: & eſt ſimilis parti coniugij uirorum Vuellij.

Luxuriæ.

Quinta pars ſeptimæ domus quæ dicitur pars Luxuriæ atque fornicationis uirorum, accipitur in die ac nocte à Venere in Saturnum, & proijcitur ab aſcendente quæ ſi fuerit in bono loco, erit coniugium laudabile, & quòd uiro ſuccedet quam uoluerit ex mulieribus. Si autem fueſit male locata, erit coniugium uituperabile, nec poterit ex eis unã ſuccedere. Et dixit Albumaſar, ſi autem fuerit in ſigno ſignificante coitum impedita, erit uir multi coitus, laſciuus, & fornicator. Si autem fuerit fortunata, erit uir multi coitus: & eius coitus erit ex parte laudabili. Et dixit in ſignificatione partis laſciuiæ & fornicationis uirorum, ſi ceciderit dominus partis nuptiarum uirorum quam narrauit Hermes cum parte Vuellij, aut fuerit dominus partis huius aſpiciens partem nuptiarum uirorum, fornicabitur cum muliere antequàm coniungatur ei per modum matrimonij, & diuulgabitur res poſtquàm erit fornicator.

Coniug. mul.

Pars ſexta ſeptimæ domus, quæ dicitur pars coniugij mulierum, dixit Hermes, quòd eſt ſimilis cauſæ coniugij uirorum, & accipitur in die ac nocte à Venere in Saturnum & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, quòd hæc pars congr. [illegible] parti cultus terræ. Vuellius uero accipiebat eam in die ac nocte à Sole in Martem, & proiciebat ab aſcendente. Hermes tamen fuit autentior eo. Si fuerit hæc pars & dominus eius bene diſpoſiti ac boni eſſe, ſignificabunt fortunam mulierum per coniugium. Si uero fuerint impediti, ſignificabunt mœrores & triſtitias & afflictiones ſeu tribulationes quas inueniet cauſa coniugij, & erit mulier laſciua. Item accipiebat eam Vuellius alio modo, & melius, accipiebat enim eum in die ac nocte à Luna in Martem, & proiciebat ab aſcendente: & iſte modus magis placuit Albumaſar: & hæc eſt pars ſeptima.

Ingenij mul.

Octaua pars ſeptimæ domus, dicitur pars ingenij atque calliditatis mulierum erga uiros. dixit Hermes quòd eſt ſimilis parti coniugij mulierum.

Voluptatis.

Nona pars ſeptimæ domus quæ dicitur pars uoluptatis & delectationis, accipitur in die ac nocte à Venere in gradum & minutum ſeptimæ domus, & proijcitur ab aſcendente.

Laſciuiæ mul.

Decima pars ſeptimæ domus, quæ dicitur pars laſciuiæ mulierũ ac turpitudinis earum, dixit Vuellius eſt ſimilis parti coniugij mulierum, quæ accipitur in die à Venere in Saturnum & proijcitur ab aſcendente. Quæ cum fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita, placebit mulieri coniugium ſuum & laudabit illud. Si uero fuerit mali eſſe, ac male diſpoſita, diſplicebit ei coniugium ſuum, & blaſphemabit illud, & triſtabitur & affligetur cauſa illius, & nitetur in calliditatem & ingenij deceptionem uirorum. Et ſi fuerit hæc pars boni eſſe ac bene locata aut fuerit in ſignis calliditatis & ingenij quæ ſunt Leo, Sagittarius, Capricornus, & Piſces, ſeducet mulier quem uoluerit ex uiris. Si uero fuerit extra ſignum calliditatis & ingenij, aut fuerit alias male locata, non poterit ſeducere aliquem ex eis. Et in ſignificatione partis coniunctionis & coitus eorum. Et ſi fuerit in ſigno ſignificante coitum impedita, erit turpis fornicatrix, mala laſciua. Si uero fortunata in ſigno ſignificante coitum, erit multæ uoluptatis in coitu ex parte tamen conuenienti. Et in ſignificatione partis laſciuiæ mulierum & turpitudinis earum. Et dixit Albumaſar, ſi fuerit pars coniugij mulierum quam narrauit Hermes, cum hac parte quam narrauit Vuellius, & dominus huius partis ſi fuerit cum parte coniugij, fornicabitur cum uiro, poſtea coniungetur ei.

Religionis.

Vndecima pars ſeptimæ domus, quæ dicitur pars religionis & honeſtatis mulieris, accipitur in die ac nocte à Luna in Venerem & proijcitur ab aſcendente. Et dixit hæc pars eſt filiarum, quæ ſi ceciderit in ſigno fixo, uel in aſpectu alicuius ex dominis dignitatum ſigni in quo ipſa fuerit uel alicuius fortunæ, mulier erit honeſta ac religioſa, etiam ſi ſit concupiſcens coitum. Si uero aſpexerint eam mali ſine receptione, fueritque in ſigno mobili, erit mulier nimiæ uoluptatis in cauſa coitus, dans ſe uiris ac inuitans eos ad coitum, & pro uili precio: eritque omnimode fornicatrix.

Virorum & mul.

Duodecima pars ſeptimæ domus, quæ dicitur pars coniugij uirorum & mulierum ſecundum Hermetem: accipitur à Venere in gradum & minutum anguli nuptiarum, id eſt ſeptimi, & proijcitur ab aſcendente. quæ ſi fuerit iuncta fortunis, nubet mulier. & dicetur de ſuo coniugio bonũ. Si autem fuerit mali eſſe ac male locata, & iuncta malis, uel aſpexerint eam abſque receptione perfecta, diuulgabitur eius coniugium, & cadet in opprobrium genitum. Si uero fuerit dominus ſigni in quo fuerit pars in loco maligno & Venus ſub radijs Solis, uel impedita à Saturno, non nubet mulier in perpetuum, ſed turpi modo ducet uitam ſuam.

Horæ coniug.

Tertiadecima pars ſeptimæ domus, quæ dicitur horæ coniugij, accipitur in die ac nocte à Sole in Lunam, & proijcitur ab aſcendente quam ſi aſpexerit Iupiter aſpectu laudabili, uel iungatur ei corporaliter, & ipſi boni eſſe, & fuerit pro uiro, nubet uir mulieri pulchræ & honeſtæ & placibili atque deſiderabili. Et dixit Albumaſar, exercetur autem hæc pars ſic, quoniam cum natiuitas hominis ſignificauerit quòd nubet, erit cauſa huius rei hoc: quia unum luminarium eſt calidum, maſculinum: alterum eſt humidum, fœmininum. Et dixit per cõiunctionem autem caloris & maſculinitatis cum humiditate ac fœminitate, accidit uniuerſa generatio in hoc mundo & ob hoc fuit hæc pars ſic nominata.

Facilitatis coniug.

Quartadecima pars ſeptimæ domus, quæ dicitur pars ingenij atque facilitatis cõiugij, accipitur in die ac nocte à Sole in Lunam, & proijcitur à gradu atque minuto Veneris quæ ſi ceciderit in ſigno calliditatis, fueritque boni eſſe, fortunata & fortis, ac bene diſpoſita, ſignificat quòd perficietur ei qui affectauerit coniugiũ cum facilitate, ſecundũ quod excogitauerat. Si aũt fuerit impedita & mali eſſe, erit eius coniugiũ cum duritia & afflictione. & uix unquã poterit

terit peruenire ad id quod intẽderat. Quintadecima pars ſeptimæ domus, quæ dicitur pars ſocerorum, accipitur in die ac nocte à Saturno in Venerem, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, quód hæc pars congruit parti coniugij uirorum quam tractauit Hermes: quæ ſi fuerit fortunata & fortis ac bene diſpoſita & congrua domino domus in qua fuerit, erit ille congruus atque benignus parentibus atque conſanguineis uxorum ſuarum magis quàm ſuis proprijs. Si uero fuerit impedita, erit eis inimicus.

Soccrorum.

Sextadecima pars ſeptimæ domus quæ dicitur pars contendentium atq; cõtentionum, accipitur in die à Marte in Iouem & in nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, quód ſi fuerit pars hæc in aſcendente aut cum domino eius in aliquo angulorum erit natus multæ contentioni deditus. Quæ ſi fuerit fortunata, ſequetur ex contentione malum & horribile. At ſi ceciderit hæc pars cum domino ſeptimæ in aſcendente, erit de his qui contendunt coram regibus & iudicibus.

Contendentium,

De partibus octauæ domus, & de ipſarum extractione ac de earum ſignificatis.
Caput XI.

8 DIcendum eſt in hoc capitulo de partibus octauæ domus & ſunt quinq; partes & primum de parte mortis quæ extrahitur à tribus ſignificatoribus, ipſa enim accipitur in die ac nocte à Luna in gradum octauæ domus & augetur deſuper illud quod perambulauerit Saturnus de ſigno in quo eſt, & proijcitur ab initio eiuſdẽ ſigni. Et ob hoc extrahitur ſic, quoniã Luna eſt ſignificatrix corporũ. & domus octaua eſt ſignificatrix mortis quæ habet deſtruere corpora, & Saturnus habet ſignificationẽ ſuper fine rerum, & ſuper mœrore atq; triſtitia & planctu & lamentatione & anguſtia & diſſolutione ac deſtructione, quæ omnia ſequuntur ex morte. Hac de cauſa fuerit data ſignificatio ſuper facto mortis iſtis tribus ſignificatoribus. Quod ſi hæc pars & dominus eius fuerint liberi & boni eſſe, ac bene diſpoſiti ſiue locati morietur natus in lecto ſuo morte naturali. Si autem fuerint impediti & non aſpexerint eos fortunæ uel ad minus alterum eorum natus morte turpiſſima morietur. Quod ſi fuerint dicti ſignificatores in aliqua reuolutione, ita male diſpoſiti, ut dictum eſt, morientur multi tali morte in reuolutione illa.

Extractio.
Mortis.

Secunda pars octauæ domus, quæ dicitur pars Planetæ interficientis, accipitur in die à domino aſcẽdentis in Lunam, & in nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente. Extrahitur hæc pars in hunc modum: quoniã dominus aſcendentis habet ſignificare animam & Luna corpus, licet aliquando alterum pro altero ponatur: dum anima complectitur corpori ſignificat temperamentum & permanent dum concordes ſunt ſimul: cum autem fuerint diuerſi, peribit corpus ſic licet anima remaneat. Et ob hoc fuit hæc pars ſic extracta per ſapientes. Et dixit Albumaſar, quód ſi Luna ſola aſpexerit ipſam partẽ, & ipſa fuerit in ſigno membrorum abſciſorum impedita uel dominus ſigni in quo fuerit pars: aut domini ſignorum in quibus fuerint impedierint ſe inuicem, morietur patiendo. Si autem non fuerint impediti, nec impedierint ſe inuicem, mutilabitur ſecundum membrũ deputatum ſigno, in quo fuerit tunc Luna, ſed non morietur inde.

Interficientis.

Tertia pars octauæ domus, quæ dicitur pars anni in quo timet nato mors uel afflictio aut deſtructio, aut impedimentũ aut põderoſa grauitas, accipit in die à Saturno in dñm domus cõiunctionis uel præuentionis, quæ fuerit ante natiuitatem uel quæſtionem ſeu reuolutionem, & proijcitur ab aſcendente. Et ideo extrahitur hæc pars ſic: quoniam Saturnus eſt ſignificator frigoris & mortis, atque finis & afflictionis quæ faciunt ad deſtructionem: & gradus coniunctionis uel præuentionis ſimiliter: ideo numerauerunt hanc partem ab illis duobus locis. Et dixit Albumaſar, hæc pars conueniens eſt parti finis rerum. Et dixit cum hęc pars & dominus eius fuerint cum domino aſcendentis impediti, erit natus multarum infirmitatũ & afflictionum in corpore atq; ſubſtantia & multoties appropinquabit perditioni corporis & amiſſioni ſubſtantiæ. Et quandocunque peruenerit annus ad hanc partem: peruenerit pars per profectiones per quas datur ad unumquemq; annum ſignum unum: aut per directionem quæ fit per gradus aſcenſionum ad aſcendens uel dominum eius, inueniet natus pericula in corpore & membris ſuis ex infirmitatibus & inueniet anguſtiam & horribilia in ſubſtantia timebit quoq; mortem ex diuerſis partibus.

Deſtructionis

Quarta pars octauæ domus quæ dicitur pars loci ponderoſi, accipitur in die à Saturno in Martem & in nocte econtrario, & additur deſuper quód perambulauerat Mercurius de ſigno in quo fuerit, & proijcitur ab initio eiuſdem ſigni. Et dixit Albumaſar, quód hæc pars eſt ſimilis parti parentelæ. Et dixit, quód ſi fuerit hæc pars & dominus aſcendentis impediti in natiuitate alicuius, erit ei infirmitas inſeparabilis quæ dicitur Azemena in mẽbro deputato illi ſigno in quo ipſa pars eſt: & erit infortunatus in omnibus ſuis negocijs: eritq; occupatus & ſollicitans ſe in eis, nec poteſt ea perducere ad bonum finem. Et quocunq; fuerit ſi perduxerit illa ſiue ad bonum ſiue ad malum tardabunt ei & uix poterit illud facere. Et dixit Albumaſar, cum peruenerit annus ab aſcendente ad hanc partem uel peruenerit pars ad aſcendens, uel ad dominum eius per profectiones quibus datur unicuiq; anno ſignum unũ, uel per directionem ſignificatorum, occupabũtur nato res eius in anno illo & tardabitur ei quicquid ſperauerit ex operibus ſuis. inuenietq; ipſum illa de cauſa mœrores & triſtitiæ atque afflictiones: & nihil incipiet in eodem anno quod perficietur ei ad proſperitatem: ſed potius ad damnũ inuenietq; infirmitates in mẽbro deputato illi ſigno in quo peruenerit annus reuolutionis ad hãc partẽ. Et ſi aſpexerint eam mali, inuenient eũ anguſtiæ atq; perditio.

Loci ponderoſa.
Azemena

Quinta pars octauæ domus quæ dicitur pars occupationis & grauitatis atq; deſtructionis accipitur in die à Saturno in Mercuriũ & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et ſi contigerit dñm aſcendentis fore cum hac parte in radice natiuitatis impeditũ: ſignificat quód natus erit toto tempore uitæ ſuæ in malo atq; grauitate. Et ſi fuerit operatus aliquid de quo habuerit ſpem boni, inueniet ex eo grauitatẽ & malum,

Occupationis.

malum, nec ſequetur quod intendit. Et ſi peruenerit annus profectionis aliquando ad eos, uel ad aliquem eorum, ſcilicet annus qui habetur ſecundū ſucceſſionem ſignorū dando unicuiq; ſigno annū: uel per gradus directionis ſicut in tractatu natiuitatū dicetur, quādo dirigeſ gradus per terminos ad aliqua loca, & peruenerit directio ad partem illam, inueniet natus malū de quo nō liberabitur in reuolutione illa. Et ſi fuerit liberatus ab illo, cadet in alterum, forte nō minus graue illo. Et ſi aſpexerint fortunæ locum ex locis fortibus, alleuiabunt malum, ſed non tollent illud penitus.

De partibus nonæ domus, & de ipſarum ſignificatis & de ipſarum extractione.

Caput XII.

9 IN iſto capitulo dicendum eſt de partibus nonę domus quæ ſunt ſeptem partes: & primum de parte peregrinationis quæ accipitur in die ac nocte à dño noni ſigni in gradum nonę domus, & proijcitur ab aſcendēte. *Peregrinationis.* Et ſignificat hæc pars & eius dñs peregrinationē nati ac interrogantis: quæ ſi fuerint boni eſſe ac bene diſpoſita: ſignificat eius peregrinationes utiles ac proficuas. Idem intelligas in reuolutionibus annorum. ſi autem male, dic contrariū. Secunda pars nonæ domus quæ dicitur pars *Itineris.* itineris ac peregrinationis, in aqua accipitur in die à Saturno in 15. gradū Cancri, & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcēdente. Quod ſi ceciderit hęc pars in ſignis aquaticis cum fortunis, uidebit natus ex itineribus maris & eorū exercitio bonum & utilitatem atq; profectū: lucrum quoq; ſimiliter & ſalutem. Et dixit quidam ex antiquis, ſi fuerit Saturnus in 15. gradu Cancri, quòd ipſe gradus aſcēdens & Saturni gradus erunt tunc ſignificatores, aſpice ergo eos & eſſe ipſorum, aſpectū quoq; Planetarū *Religionis.* & operare ſecundū eos. Tertia pars nonæ dom⁹, quæ dicitur pars religionis, accipitur in die à Luna in Mercurium & in nocte econtrario & proijcitur ab aſcendente. Et ſi ceciderit hęc pars & eius dñs in aſcendente, uel cum eius dño uel cum Almutem ſuper ipſo, erit natus religioſus. Et ſi aſpexerint ſignificatores partis partem ac dñm aſcendētis, erit ſimiliter. Si aūt fuerit pars impedita, nihil fiet ex prædi- *Orationis, Rationis.* ctis, ſed erit eorum contrariū. Quarta pars nonæ domus quæ dicitur pars orationis & profunditatis conſilij, accipitur in die à Saturno in Lunā & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Hæc quidem pars ſignificat rationē & cōſiderationē & ſcrutinium rerū profundarū: profunditatē quoq; conſiliorū laudabilium & inuentionē etiam ſapiētiæ, eo fortius ſi fuerit Saturnus in die ſuper terrā, & iterum magis ſi fuerit orientalis aſpiciens partē & recipiens eam, uel Luna ex optimo loco ab aſcenden *Sapientiæ, patientiæ.* te. Quinta pars nonę domus quæ dicitur pars ſapientiæ atq; patientiæ, accipitur in die à Saturno in Iouem & in nocte econtrario, & proijcitur à Mercurio. Et accipitur ſic, hac de cauſa, quoniam cum Saturnus habeat ſignificare ſtabilitatem, philoſophiam, ac profunditatem in rebus & ſcrutationem in locutione & prolixitatem cogitationum & Iupiter habeat ſapiētiam & patientiam atq; rationem: & Mercurius habeat ſignificare ſcripturā & ſapientiam atq; experimenta rerum, ita fuit ab eis extrahenda: quam ſi aſpexerint Saturnus & Iupiter, uel iuncti fuerint ei, receperintq; ipſam ambo uel alter eorum, erit natus ſapiens, patiēs, atq; rationalis. Et ſi aſpexerit eam Mercurius uel iunctus fuerit ei, erit ſapiens acuti atq; profundi ingenij, maximus rerū profundarum expertor ſiue ſcrutator: eritq; uelox in inuentione omnium inuenibilium. Sexta pars *Hiſtoriarum, fabularum.* nonæ domus quæ dicitur pars hiſtoriarum & ſcientiæ, rumorum ac fabularū, accipitur in die à Sole in Iouem & in nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, hæc pars cōuenit parti patris. Et dixit, cum fuerit Saturnus ſub radijs: ſi ceciderit hęc pars in angulo in aſpectu Mercurij & Veneris, aſpexeritq; eam dominus aſcendentis, erit natus retinens hiſtorias antiquas, & rumores hominum: & erit inuentor fabularum & pulchrarum narrationum, quibus delectantur auditores & rident, & gaudent ex eis. Et dixit Albumaſar, ſi autem aliter fuerit, erit econtrario. Septima pars no- *Rumorum.* næ domus, quæ dicitur pars rumorum, utrum ſint ueri uel falſi, accipitur in die ac nocte à Mercurio in Lunam, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, hæc pars eſt ſimilis parti ſeruorū. Quæ ſi fuerit in angulo aut in ſigno fixo uel directæ aſcenſionis, erunt rumores ueri: & eo magis ſi Luna fuerit iuncta Planetæ ueridico: & iterum uerius ſi cum hoc fuerit in primo uel ſecundo uel quinto uel nono Planeta ueridicus: ſi uero aliter fuerit, erit econtrario.

De partibus decimæ domus, & de ſignificatis ipſarum & de earum extractione.

Caput XIII.

IN capitulo iſto eſt faciendus ſermo de partibus 10 decimæ domus & primum de parte nobilitatis *Nobilitatis.* quæ accipitur in die à Sole in 19. gradu Arietis, qui eſt gradus exaltationis ſuæ. & in nocte à Luna in 3. gradu Tauri, qui eſt gradus exaltationis ſuæ, & proijcitur ab aſcendente. Et extrahitur hac de cauſa pars iſta, ſic quoniam Sol qui eſt luminare diei in die fit ſignificator uitæ nati & eius durabilitatis, & ſignificat animam & honorem ac ſublimitatē quoque & regnum atq; uictoriam. & Luna eſt luminare noctis, & ſignificat in nocte id quod Sol ſignificat in die: & ob hoc dicta eſt pars nobilitans: quia ipſa extrahitur à luminaribus quæ ſunt nobiliora corpora, & à gradibus exaltationū eorū. Per hanc enim partem ſcitur nobilitas ac generoſitas nati: & *Legitima natio.* utrum ſit filius illius cuius dicitur an non: ſciturq; per ipſam eius honor & eius exaltatio ac eius regnum: eiusq; ſublimitas atq; uictoria. Quæ pars ſi ceciderit in bonum locum, ſicut eſt decima domus, uel fuerit cum fortunis bene locatis ac boni eſſe, ſignificat quòd perueniet natus ad honorem & nobilitatem atque exaltationem atque diuitias & diuulgationem bonæ famæ: unuſquiſque in ſuo gradu, ut ſi fuerit de illis qui ſunt apti regno perueniet ad illud. Et ſi fuerit de alijs perueniet ad honores atque dignitates ſibi conuenientes, & etiam tranſcendet. Hoc idem accidet ſi fuerit hæc pars in reuolutione alicuius ita diſpoſita. Quod ſi ceciderit hæc pars in gradibus prædictis, & fuerit natiuitas diurna, dixit Albumaſar, quòd erit ſignificatio illorū graduū, ſicut ſignificatio grad⁹ aſcēdētis.

Quod

Quod ſi huius partis ſignificatores aſpexerint eam, & fuerint in bonis complexionibus cum ea, erit natus filius illius cui attribuitur: ſi autem fuerit econtrario, nõ erit ſuus.

Regni. Secunda pars decimæ domus quæ dicit pars regni, accipitur in die à Marte in Lunam & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar hæc pars & dominus eius ſi fuerint boni eſſe, fuerintq́ complexi cum domino decimæ & aſcendentis, erit natus rex uel dux, & erit cum diuitibus qui recipient uerba eius & audient ea.

Regum. Tertia pars decimæ domus dicitur pars regni, atq; regum & diſpoſitorũ, & accipitur in die à Mercurio in Martem, & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et fuit pars iſta extracta ab eis, quoniam ſignificatio dandi, accipiendi, ſcribendi, prohibendi res conſulatus cõſequendi, legendi epiſtolas, mittendi, & miſſas recipiendi & pecunias numerandi & perſpicacitatis ingenij, eſt data Mercurio. Et ſignificatio timoris & terroris eſt data Marti, ideo numerata fuit hæc pars ab ipſis: quæ cũ fuerint ipſa & dominus eius bene diſpoſiti & boni eſſe, ac bene locati cum domino aſcendentis, erit natus boni ingenij, docibilis, ac rationabilis, & accidẽt ei conſulatus ſi fuerit aptus ad hoc: eritq́; ſcriba regum uel collector, ſeu cuſtos cenſus eorum uel ſubſtantiarũ regum maiorum. Et ſi fuerit aptus regno uel imperio, adipiſcetur illud, & tranſibit fama ſui ſtatus in altum, & extendetur uſq; ad fines terrarũ, & ſublimabit quoſdam, & exaltabit eos ultra modum; & deponet quoſdam potentes & deprimet illos: & diſcurrent milites & res hominum per manus eius.

Victoriæ auxilij. Quarta pars decimæ domus quæ dicitur pars regni & uictoriæ atq; auxilij, accipitur in die à Sole in Saturnum, & in nocte econtra: & proijcitur ab aſcẽdente. Et dixit Albumaſar, hæc pars congruit parti patrum cum nõ fuerit Saturnus ſub radijs Solis: quæ cum fuerit bene diſpoſita ac boni eſſe, & maxime cum domino decimæ domus, & cũ domino aſcendentis: ſignificat nato regnum ſi fuerit de illis qui ſunt apti regno. ſignificat etiam honorem & exaltationem unicuiq; ſecũdum eſſe ſuum, & ultra extendetur & præponetur & præualebit illis de ſuo genere. Dixit Albumaſar, ſi fuerit in ſigno in quo dominus aſcendentis uel dominus decimæ habuerit dignitatem, ſignificabit nato uictoriam de illis qui contenderint cum eo: idem accidet in reuolutionibus, ſi fuerit hæc pars ita diſpoſita.

Celeritatis. Quinta pars decimæ domus quæ dicitur pars illorum qui repente ſublimantur, accipitur in die à Saturno in partem fortunæ & in nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar hæc pars ſimilis eſt parti Saturni: quæ ſi fuerit in natiuitate alicuius uel quæſtione in loco aliquo optimo ab aſcendente & à fortunis, ſublimabitur ille repente. Et ſi fuerit dominus aſcendentis cum ea uel aſpexerit eam aſpectu amicitiæ ac de loco laudabili, & ipſe bene diſpoſitus, augebitur eius ſublimitas ex improuiſo: adipiſceturq́; regnum citiſſime, atq; in breuiſſimo tempore, ita quòd homines mirabuntur inde. Et dixit Albumaſar, aſpicies autem hanc partem cum ſciueris quòd homo ſublimabitur, & acquiret regnum & honorem. Et dixit, ſi uero fuerit hæc pars impedita, inueniet natus malum ſiue quærens, & impedimentum & horribile ac depreſſionem repente. Idem intelligas in reuolutionibus: quoniam ſi fuerit illa pars boni eſſe ac bene diſpoſita, acquiret natus & alij ſubito bonum in reuolutione illa: & ſi fuerit impedita impedientur ſimiliter.

Nobilitatis. Sexta pars decimæ domus, quæ dicitur pars nobilium, & eorum qui non ſunt inter homines ſiue honoratorum accipitur in die ac nocte à Mercurio in Solem, & proijcitur ab aſcẽdente quæ cum fuerit ipſa & dominus eius boni eſſe ac bene diſpoſiti, erit natus nobilis & apud reges & nobiles & diuites atq; magnates honoratus. Et dixit Albumaſar, & ſi fuerit cum Planeta qui habeat magnam dignitatem in medio cœli, erit ei principatus quo nominabitur quemadmodum nominatur tribus ciuitatis inter ciues ſuos: ſi autem fuerit econtrario contrarium accidet. idem intelligas in reuolutionibus.

Militum. Septima pars decimæ domus quæ dicitur pars militum & miniſtrorum dixit Albumaſar accipitur in die à Marte in Saturnum & in nocte econtrario: & proijcitur ab aſcendente. Et dixit, ſi hæc pars & dominus eius fuerint commixti domino aſcendentis, erit natus ſequẽs regem uel erit ex militibus uel miniſtris eius.

Operum. Octaua pars decimæ domus, quæ dicitur pars regum & quid operis agat natus, accipitur in die ac nocte à Saturno in Lunam, & proijcitur ab aſcendente: & hoc ideo quoniam Saturnus habet ſignificare laborem aduerſitatem neceſſitatẽ, paupertatem & uniuerſa opera laborioſa, ut magiſteria domorũ, foſſionum, operationes ferri & eius extractionem de minera, & cætera odioſa & tædioſa opera, cum ipſe ſit ſignificator laboris & afflictionis & eſt ſignificator diuitum quorum diuitię ſunt graues atq; ponderoſæ & Luna habet ſignificare labores & celeritatem in rebus propter uelocitatem ſui motus & eſt ſignificatrix uulgi, hac de cauſa numerauerunt ſapientes hanc partem ab eis. Et dixit Albumaſar, hæc pars ſignificat regnum & honorem & magnificentiam: & quale opus operetur natus quod faciat magis pro eo: & quod magiſterium exercebit & utrum acquirat ex magiſterio ſuo uel regno aut non. Et dixit, & ſi fuerit in Geminis uel in Virgine aut in ſignis artium uel magiſteriorum, ſublimabitur per opera manuum quę neceſſaria ſunt diuitibus quibus ornantur: & erit cum diuitibus & magnatibus cauſa ſuæ peritię atq; ſui ingenij. Et ſi fuerit commixta pars ſignificatoribus ſubſtantiæ, acquiret de magiſterio ſuo magnam quantitatem ſubſtantiæ. Et dixit, ſi fuerit econtrario, erit in magiſterio ſuo pauper & infortunatus, uix acquiret uictum diei ſui: non poterit tamen fatigari: & ſi non fuerit fatigatus, morietur fame: nõ enim erit aliquis qui offerat ei eſculentum. Idem intelligas in reuolutionibus, ſunt enim aliquando anni in quibus fortunati non lucrantur & illud eſt quando pars illa eſt male diſpoſita in reuolutione. Et ſunt aliquando anni in quibus infortunati lucrantur aliquid: & illud eſt quando pars illa eſt bene diſpoſita.

Negociatorũ. Nona pars decimæ domus, quæ dicitur pars negociatorum & operantiũ manibus ſuis, accipitur in die à Mercurio in Venerem & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar hæc pars eſt ſimilis parti collectionis. Hæc pars ſignificat homines ingenioſos & artifices in ſuis magiſterijs, ſcilicet Veneris & Mercurialib⁹,

ſicuti

ſicuti eſt ſcire operari aurum, argentum, lapides pre
cioſos, & ſimilia: & qui nnuerunt negociari, emere
ſcilicet & uendere huiuſmodi merces precinſas &
electas, ut ſunt margaritæ, anonli & ſimilia: & qui
nnuerunt facere ueſtimenta pulchra & nrnare illa:
& maxime quæ ſpectant ad mnlieres: & pingere &
ſcribere & facere mnnetas & ſculpere ſigilla & ſimi
lia quæ pertinent ad naturam Mercurij & Veneris.
Quod ſi fuerit hæc pars & dominus eius boni eſſe,
ac bene diſpoſiti, fuerintq; commixti dominn aſcen
dentis per coniunctionem aut trinum uel ſextilem
aſpectum, ſublimabitur natus ſeu quærens ex ope-
ribus & negociationibus manuũ ſuarũ. operabitur
enim ipſis pulchra inſtrumẽta & pulchras nperatio
nes, quæ decent nobiles & diuites atq; magnates. Si
autem fuerit contrarium, non intromittat ſe de his
quoniam accidet ei contrarium. Quod ſi fuerit hęc
pars & dominus eius in reuolutione aliqua bene
diſpoſiti, tam natiuitatum quàm mundi, lucrabun-
tur prædicti autores ex prædictis negocijs. ſi autem
Negotij. fuerit cnntrarium, contrarium eueniet. Decima
pars decimę domus, quæ dicitur pars negocij emen
di atq; uendendi, accipitur in die à parte futurorum
in partem fortunæ in nocte econtra, & proijcitur
ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, hæc pars ſi-
milis eſt parti Mercurij. Et dixit hæ partes quę ſunt
negocij cum fuerint in aſpectibus Mercurij rece-
ptæ, erit natus peritus in negocijs: habebitq; ſcien-
tiam emendi atque uendendi: quæ cum fuerint for
tunatæ ac bene diſpoſitæ proficient ei, & lucrabi-
tur ex eis & earum de cauſa. Si autem fuit mali eſſe,
ac male diſpoſita, licet ſciat eas, non intromittat ſe
de ipſis, quoniam erit in eius contrarium. Idem in-
telligendũ eſt in reuolutnnibus tam mundi quàm
Rei. natiuitatum. Vndecima pars decimæ domus,
quæ dicitur pars nperis & rei quæ neceſſe eſt ut om
nino fiat, accipitur in die à Snle in Iouem, & in no
cte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et di
xit Albumaſar, quòd cum Saturnus fuerit ſub ra-
dijs hæc pars eſt ſimilis parti patrum. Et dixit cum
fuerit hæc pars cum dnmino aſcendentis, erit natus
inſignis in nperibus ſuis, quoniam ſciet illa melius
quàm alij, & anhelabit & anguſtiabitur in omni re
quam facere unlet, & ipſam intendet feſtinanter
perficere, & ſemper dubitabit ne nnn perficiatur
dnnec uiderit eam cnmpletam. Vnde cum uoluerit
aliquis aliquid operari: uolueritq; ſcire quid inde
futurum ſit, aſpice hanc partem, quæ ſi fuerit boni
eſſe, & maxime ſi fuerit cum fortunis, proficiet ſibi
ſi fecerit eam, & maxime ſi accelerauerit eam facere.
Si autem fuerit cum malis uel alias impedita, inue-
niet malum & detrimentum ac horribile, ſi fecerit
eam illa de cauſa, & quãto magis acceleranerit eam
facere, tanto deterius ac horribilius accidet [illegible] ex ea.
Et ualęt hoc non ſolum in natiuitatibus, uerum
etiam ualet in quęſtionibus ac reunlutionibus, tam
Matrum. mundi quàm natiuitatum. Duodecima pars
decimæ domus, quæ dicitur pars matrum, accipi-
tur in die à Venere in Lunam, & in nocte econtra-
rio, & proijcitur ab aſcendente. Et ſignificat hæc
pars eſſe matrum. Quæ ſi fuerit boni eſſe ac bene
diſpoſita, ſignificat bonum eſſe matrum. Et ſi fue-
rit in natiuitate, in aſpectu domini aſcendentis tri-
no uel ſextili, ſignificat quòd mater diliget filium.
Et ſi dominus decimæ receperit eum, ſcilicet nec do
minus aſcendentis receperit dnminum decimæ uel
Lunam, ſignificat ꝙ mater diliget filiũ: ipſe autem
matrem nõ ſic. Et ſi dñs aſcendentis receperit dñm
decimæ, nec ipſe eum neq; Lunã, ſignificat ꝙ filius
diliget matrem plus q̃ ipſa eum: ſi ambo ſe inuicem
receperint, ambo ſe inuicem diligent, ſi neuter rece-
perit alium, neuter diliget aliũ. Idem eſt dicendũ in
quæſtinnibus atq; reunlutionibus ꝙ in natiuitati- Reuolutio. Quæſtio. Natiuitas.
bus. Et poſuerunt ſapientes partẽ matris in 10. qm̃
eſt nppoſita 4. quæ habet ſignificare patrẽ. Deci
materria pars decimæ domus, quæ dicitur pars ſi-
gnificans utrũ ſit cauſa regni an nnn, accipit in die
ac nocte à Sole in gradũ medij cœli & proijcitur à
gradu Iouis. Decimaquarta pars decimæ dnmus,
quæ dicitur pars mortis matris accipitur in die à Ve
nere in Saturnum & in nocte econtrario, & proij-
citur ab aſcendente.

De partibus undecimæ domus & de ipſarum extractio-
ne & de ipſarum ſignificatis. *Caput* XIIII.

Dicendum eſt in hoc capitulo de partibus 11. 11
domus. & primum de parte excellẽtiæ atq; Excellentiæ.
nnbilitatis. Dixit Albumaſar, quòd acci
pitur in die à parte fortunæ in partem futurnrũ, &
in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et
dixit ꝙ hæc pars ſimilis eſt parti ſtabilitatis & dura-
tionis & parti Veneris. Et fuit hæc pars ſic extracta,
qm̃ cum ipſa eſſet nobilis & ſtabilis ac utilis ualde,
oportebat ꝙ ipſa extraheretur de duabus nobiliori
bus ac excellẽtioribus partibus alijs, quæ ſunt pars
fortunę ac pars futurorũ. Quę cum fuerit boni eſſe
ac bene diſpoſita, fueritq; cum fortunis bene locata:
& eo melius ſi fuerit in 10. uel in 11. nec impedierit
eam aliquis malorũ, erit natus excellens alins homi
nes, & nobilis & fortunatus, & durabit eius fortu-
na, eritq; laudabilis & boni eſſe. Et dixit Albuma
ſar, & erit de illis quibus indigẽt hnmines propter
fortunã eius, & quem homines reuerebũtur, & erit
quaſi princeps in tribubus. Et dixit & manebit no-
men eius per ſecula multis annis, & ex omni opere
quod operatus fuerit uidebit bnnum & gaudiũ, &
quod ſibi placebit. Si aũt fuerit econtrario, contrariũ
accidet ei. Hoc idem intelligas in quæſtinnibus ge-
neralibus, & etiã in alijs poteſt habere locũ: ſimili-
ter & in reuolutionibus. Et cum hæc pars fuerit ita
diſpnſita, accidet unicuiq; bonũ uel contrariũ ſecuo
dum eſſe ſuum. Secunda pars 11. domus quæ dici Dilectionis
tur pars ſignificãs qualiter diligetur natus ſeu quæ nati.
rens ab hominibus uel qualiter odient eum dixit Al
bumaſar, accipitur in die à parte fortunæ in partem
futurorũ, & in nncte econtra, & proijcitur ab aſcen
dente. Et dixit, & hæc pars ſimilis eſt parti Veneris.
Quod ſi ceciderit hæc pars in domum uel exaltatio
nem uel triplicitatẽ alicuius fortunę aſpexeritq; illa
fortuna partem nec fuerit impedita ab aliquo malo
rum, erit dilectus ab hnminibus & amabilis illis, &
dulcis atq; placabilis in oculis eorũ. Si uero ceciderit
cum malis uel in eorũ malis aſpectibus, erit odibi-
lis ac ponderoſus apud homines, nec quaſi unlent
eum uidere: & ut multũ quicquid ipſe fecerit uel di
xerit diſplicebit hominibus, etiam dicendo & facien
dn bonũ. Tertia pars 11. dnmus, quæ dicitur pars Nati honorat.
nati inter homines & honorari apud eos, & per quę
eorum res atq; negocia perficiũtur, accipitur in die

à parte fortunæ, in Solem & in nocte econtra, &
proijcitur ab aſcendente. Quæ ſi fuerit bene locata,
recepta ſcilicet à Sole, Ioue aut Venere, Mercurio
atq; Luna exiſtentibus fortunis uel aſpexerint eam,
& dominum aſcendentis à trino uel ſextili aſpectu,
honorabitur natus ſeu quærẽs, tam à magnatibus
quàm à popularibus, & diligent eum, & recurrent
ad ipſum pro ſuis factis, & dabũt ei in manus eius
multas res, & multa negocia, ad perficiendum ſeu
diffiniendum, & confident ualde de ipſo. Quar
Felicitatis. ta pars 11. domus quæ dicitur pars felicitatis & pro
fectus, accipitur in die à parte fortunæ in Iouem, &
in nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente. Quæ
ſi fuerit cum domino aſcendẽtis, uel aſpexerit eam
à trino uel ſextili aſpectu, uel ſaltem à quarto cum
receptione, nec fuerit alias impedita, ſignificat quòd
natus erit felix & proficiens in omnibus rebus, &
adipiſcetur uniuerſa quæ ſunt neceſſaria ſibi, ex re-
bus temporalibus, & perficientur non ſolum res
eius, ſed etiam res aliorum per manus eius, ſecun-
dum quòd uoluerit. Quòd ſi cum hoc aſpexerint
eam fortunæ, adipiſcetur quicquid uoluerit cum le
uitate, ita quòd quaſi nihil uidebitur ei deficere ex
his quæ uoluerit. Et dixit Albumaſar & fortaſſis
quòd acquiret aliquid plus illo quod uoluerit leui
ter. Si uero nõ fuerit cum domino aſcendentis, nec
aſpexerit eam aſpexerintq; eã mali, erit econtrario.
Idem accidet in quæſtionibus atq; in reuolutioni
Concupiſcentiæ. bus. Quinta pars 11. domus quæ dicitur pars cõ-
cupiſcentiæ atq; ſtudij ſeu appetitus in amore ſeculi
atq; rerum temporalium, accipitur in die à parte for
tunæ in partem futurorum & in nocte econtra, &
proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, hæc
pars eſt ſimilis parti Veneris. Quæ ſi fuerit in opti-
mo loco in natiuitate ſeu quæſtione uel reuolutio-
ne, uincet ille ſuas concupiſcentias, & ſua deſideria.
Et dixit, ſi uero fuerit in malo loco, uincent eum cõ
cupiſcentiæ ſuæ & erit ſtudens atq; appetens mun
dum, & eius dilectionẽ, & amittet quicquid habue-
Fiduciæ ſpei. rit in eo. Sexta pars 11. domus quæ dicitur pars fi
duciæ & ſpei, accipitur in die à Saturno in Venerẽ
& in nocte econtra, & proijcitur ab aſceodẽte. Quę
ſi fuerit in natiuitate alicuius ſeu interrogatione, ip
ſa & eius dominus in optimo loco fortunato, ſcili-
cet atq; forti adipiſcetur natus ſeu quærens omne
quod ſperauerit, & in quo habuerit fiduciã. Si autẽ
fuerint mali eſſe & male locati, non adipiſcetur ex
eo quod ſperauerit, quòd ſibi proficiat ſenſibiliter.
Idem accidet in reuolutionibus. Nam ſi ipſi fuerint
boni eſſe ac bene locati, adipiſcẽtur homines de his
quæ uoluerint in reuolutione illa ſatis. ſi autem fue
Amicorum. rint impediti econtrario. Septima pars 11. domus
quæ dicitur pars amicorũ accipitur in die ac nocte
à Luna in Mercurium, & proijcitur ab aſcendente.
Et accipitur hæc pars ſic quoniã Mercurius eſt uerſi
pellis diuerſarum ſcilicet ſignificationũ: in quibuſ-
dam enim temporibus ſignificat maſculinitatẽ, in
quibuſdam fœminitatem: & ita in quibuſdam uelo
citatem: in quibuſdam tarditatem: in quibuſdam
caliditatem in quibuſdam frigiditatem in quibuſ-
dam fortunium in quibuſdam infortunium: & ſem
per inclinatur ad naturam illius cui iungitur Luna
ſimiliter facit illud idem propter ſuum uelocem mo
tum, & cito mutabilem, unde quia uoluntates ho-
minum cum amicis cito mutantur, nec permanent
diu in eodem eſſe, ideo ſapientes extraxerunt partẽ
amicorũ ab illis duobus Planetis, quoniã ſunt uelo
ciores ac mutabiliores cæteris. Quę pars cum fuerit
boni eſſe ac bene diſpoſita, eiusq; dñs fuerit bene di
ſpoſitus & in ſignis mobilibus, erit natus ſeu quę-
rens multorũ amicorum. Quod ſi fuerint fortunati
proderunt ei amici & ipſe illis, & fruentur bonis ad
inuicẽ. Et ſi fuerint recepti, erit laudabilis apud eos
dilectus ab eis. Si uero fuerit econtrario, contra-
rium iudicabis. Octaua pars undecimæ domus Concordiæ.
quæ dicitur pars cõcordiæ amicorum, & etiã uiri &
uxoris ac eorum diſcordiæ: accipitur in die ac nocte
à parte futurorũ in Mercurium & proijcitur ab aſcẽ
dente. Hæc pars eſt de difficilioribus quæ ſint inter
alias partes ad cõprehendendum: quoniã oportet
ſcire natiuitatem nati & illorum qui ponuntur pro
eius amicis aut uiri & uxoris & uidere ſi pars ceci-
derit in aſcẽdente natiuitatis nati uel cum eius dño
abſq; impedimento infortunarũ uel fuerit in ſigno
quod fuit aſcendens natiuitatis illorũ: uel fuerit in
11. uel iuncta cum eius dño uel iuncta cum dño a-
ſcendentis & eo boni eſſe ac bene diſpoſito exiſtẽte
& in aſpectu fortunarũ & in bono loco ab aſcẽden
te, nec impedito ab aliquo malorũ: uel fuerit in exal
tatione alicuius Planetarũ: uel ut ait Albumaſar fue
rit in ſignis concordantibus, quoniã ſi ſic fuerit, di-
ligent ſe inuicem cum amicis ſuis & cum uxore ſua.
At ſi fuerit in ſigno deſcẽſionis alicuius eorũ uel in
ſigno caſus eius uel in oppoſitione aſcendentis aut
in ſignis cõtrarijs, erunt adinuicẽ inimici. Nona Fertilitatis.
pars 11. domus quæ dicitur pars fertilitatis & abun-
dãtiæ boni in domo, accipitur in die ac nocte à Lu-
na in Mercuriũ & proijcitur ab aſcendente. Et di
xit Albumaſar, hæc pars ſimilis eſt parti amicorũ. Et
dixit quæ ſi fuerit ipſa & eius dñs in bona cõplexio
ne à parte fortunæ & à dño aſcendentis, erit natus
ſeu quærens largus in domo cum omni fertilitate:
& ſi fuerit aliter, erit contrarium. Quod ſi fuerit ita
diſpoſita in reuolutione, accidet illud idem. Deci
ma pars 11. domus quæ dicitur pars probitatis ani- Probitatis.
mi, accipitur in die à Mercurio in Solẽ & in nocte
econtrario & proijcitur ab aſceodente. Quæ ſi ceci-
derit in bonũ locum cum aliqua ex fortunis, & ma
xime cum Ioue, uel aſpexerit eam Iupiter aut Sol à
trino uel ſextili aſpectu, erit natus ſeu quęrẽs ſuauis
ac leuis & patientis animi. Et dixit Albumaſar, ſi
ceciderit hæc pars & dñs eius in ſignis probitatis,
erit probi animi & ſi ceciderit cum malis aut in ſi-
gnis cõtrarijs probitati, erit cõtrario. Idẽ intelligas
in reuolutionibus. Vndecima pars 11. domus quæ Laudis.
dicit pars laudis & gratitudinis, accipitur in die à Io
ue in Venerẽ & in nocte ecõtrario, & proijcitur ab
aſcẽdente. Vnde ſi fuerit boni eſſe ipſa & eius dñs,
ac bene diſpoſiti aſpexerintq; eos fortunæ uel con-
iuncti fuerint eis, & maxime Iupiter erit, natus ſeu
quærens laudabilis, gratus ſuper omni eo ad quod
poſitus fuerit & laudabitur ex operibus ſuis & be-
neficiabitur inde. Si autẽ fuerint male diſpoſiti uel
aſpexerint eos mali, nõ laudabitur ex ſuis operib9,
nec ex ſuis ſeruitijs, & nedum nõ laudabitur nec be
neficiabitur ex ſeruitijs quæ fecerit, ſed etiã non refe
rentur ei grates ex eis & poſſibile erit q; ex ſeruitijs
quæ fecerit loco muneris inferatur ei uituperiũ, &
acquiret

acquiret inde malliuolentiam Idem accidet homini
bus in reuolutionibus ſi hæc pars & eius dominus
Neceſſitatis. fuerint ita diſpoſiti, ut dictum eſt. Duodecima
pars 12.domus quæ dicitur pars neceſſitatis & dile-
ctionis rerum,ſecundum Perſas accipitur in die ac
in nocte à Venere in domū fratrum, & proijcitur
ab aſcendente. ſecundū uero Ægyptios accipitur in
die à Marte in domū fratrū,& proijci ab aſcēdente.

De partibus duodecimæ domus,& de ipſarum extractione ac de ipſarum ſignificatis. Caput XV.

FAcienda eſt mentio in capitulo iſto de parti-
12 Inimici. bus 12.domus,& primum de parte inimicorū
occultorum quę accipitur in die ac nocte à Sa
turno in Martem & proijcitur ab aſcendente. Se
cunda pars 12.domus ſecundum Hermetem accipi
tur in die ac nocte à domino domus inimicorū, &
in gradus domus inimicorum,& proijcitur ab aſcē
dente. Et dixit Albumaſar,quòd hæ partes utręq;
debēt exerceri,quòd ſi ſint in oppoſitione uel quar
to aſpectu dominorū ſuorum,uel dñi aſcendentis,
erit natus ſeu quærens multorum inimicorū:ſi autē
fuerint ambæ liberæ ab earum dño, & cum dño a-
ſcendentis,non habebit inimicos de leui. Idem acci
det in reuolutionibus:quoniā ſi fuerint male diſpo
ſitæ,ut dictum eſt,inimicabūtur homines inuicem
in illa reuolutione. Tertia pars 12.domus quæ di
Laboris. citur pars laboris & afflictionis accipitur in die ac
nocte à parte futurorū in partem fortunæ,& in no
cte econtrario & proijcitur ab aſcendente. Et di-
xit Albumaſar,quòd hæc pars eſt ſimilis parti Mer
curij,quę ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita ipſa,&
eius dñs,ſignificat ꝙ natus ſiue quærens,erit fortu
natus in ſuis laboribus & lucrabitur ex eis,eruntq;
ſibi proficui. Si autē fuerit corporaliter iuncta cum
dño aſcendentis ſine receptione, aut fuerit in eius
oppoſitione uel quarto aſpectu,erit laborioſus to-
to tempore uitæ ſuæ: nec proderunt ei ſui labores,
nec gaudebit ex ſuis bonis nec lucrabitur ex eis nec
ſua fortuna erit ſibi proficua.

In commemoratione quarundam partium ſecundum Albumaſar,de quibus non eſt ſuperius facta mentio quæ dicitur quinta differentia. Caput XVI.

Differentia quinta. IN capitulo iſto eſt facienda mentio de quibuſ-
dam alijs partibus quæ non ſunt ſuperius di-
ſtincte nominatæ quæ ſunt 10. partes ſecundū
Albumaſar quæ cadunt multum in opere magiſtrō
rum huius ſcientiæ cū uolunt iudicare ſuper aliqua
natiuitate uel quęſtione uniuerſali,ſeu aliqua reuo
Ylem. lutione. Quarum prima dicitur pars Ylem, & eſt
res quam ualde obſeruabant antiqui ſapientes hu-
ius ſcientiæ,& inuenerunt eam ueridicam:quæ acci
pitur ſi fuerit natiuitas, ſiue quæſtio ſeu reuolutio
coniunctionalis à gradu coniunctionis:ſi uero fue
rit præuentionalis à gradu præuētionis tam in die
quàm in nocte in Lunam,& proijcitur ab aſcēden-
te. Et dixit Albumaſar,quòd hæc pars dirigitur
quemadmodum dirigitur Ylem. Cumq; peruene-
rit directio eius ſiue profectio ad fortunas, ſignifi-
cat bonum:cum uero peruenerit ad malos,ſignifi-
cat malum atq; impedimentum & periculum natō
ſiue quærenti,uel illi cui reuolutio ſit anni, uel etiā
ſi fuerit reuolutio uniuerſalis. Et hæc eſt cauſa qua-
re aliquando multi decipiuntur probi uiri:quoniā
uident quandoq; deuenire multa contraria quę nō
deberent ſecundum Ylem deuenire ipſi enim conſi
derauerunt ſolum Ylem:de parte Ylem non curāt:
tu autem non negligas hoc,ſed ſemper dirige partē
Ylem tam in natiuitatibus q̃ in quęſtionibus atq; in
reuolutionibus,& nō errabis:ipſa enim habet pro-
pria ſignificata præter alia quæ ſunt magnæ effica-
ciæ. Secunda pars 5 differentiæ quæ dicitur pars
macrorum corporū,accipitur in die à parte fortunæ Macrorum corporum.
in Martem & in nocte econtrario, & proijcitur ab
aſcendente. Et dixit Albumaſar, hęc pars cum fue
rit cum dñō aſcendentis, aut cum Planeta cui ſit in
aſcendente uel in Alcocoden aliqua dignitas,& fue
rit Planeta in dignitate ſua, uel in ſigno humido,
erit natus magnorū membrorū. Et dixit,& ſi fuerit
aliter & fuerit cum Mercurio uel Marte,aut præfue
rint ei iſti Planetæ,erit natꝰ macer in corpore. Ter
tia pars 5.differentiæ quæ dicit̃ pars militiæ & auda Militiæ.
ciæ,accipitur in die à Saturno in Lunā & in nocte
econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit
Albumaſar,hæc pars eſt ſimilis parti rationis ac pro
funditatis conſilij & parti regis,& quid operis agat
natus. Quæ cum fuerit in ſextili aſpectu Martis aut
Iouis in ſignis animalium,ſignificat ꝙ natus ſit au
dax,& miles & procurator animaliū,& erit gladia-
tor ludens cum haſtis,armis,atq; gladijs. Quarta Audaciæ.
pars quintę differentiæ,quæ dicitur pars audacię &
fortitudinis atq; dominij,accipitur in die à domino
aſcendentis in Lunā & in nocte econtrario,& pro-
ijcitur ab aſcendente,quæ cū fuerit in ſextili aſpectu
Martis aut Iouis, aut in domibus malorū recepta in
ſignis fortibus,ſignificat ꝙ dñs eius ſit animoſus &
fortis in corpore ſuo. Quinta pars 5.differentiæ Calliditatis.
quæ dicit̃ pars calliditatis & ingenij & acuitatis &
diſciplinæ omniū artiū & memoriæ ac ſimiliū,acci-
pitur in die à Mercurio in partem futurorū & in no
cte econtra,& proijcitur ab aſcendente. Et ideo accē
perunt ſapiētes ita hanc partē,quoniā hæc omnia ſi
gnificantur per Mercuriū,& ſunt ei attributa,& re-
feruntur ad animā,& pars futurorū,ſignificat eſſe
animæ & omnia hæc procedunt autoritate animæ.
Quæ ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita, fueritq; in
natiuitate ſeu quæſtione cum Mercurio, & ipſe bo-
ni eſſe ſignificat,& natus erit callidus calliditate bō
na,acuti ingenij,docibilis,multarū artiū actus,ad
addiſcendū omnia quæ uoluerit & in quibꝰ ſtudue
rit cū minori labore q̃ alij,eritq; bene retinens quæ
didicerit,& proficient ei omnia hæc. At ſi fuerint in
fortunati ac mali diſpoſiti,erit aptus addiſcere, ſed
nō erunt ei utilia,immo inueniet malū atq; horribi
le cauſa prædictorū. Si uero fuerit Mercurius iūctus
Marti per cōiunctionem uel aſpectū,fueritq; Marti
aliquod teſtimoniū in loco in quo ceciderit pars,ſi
gnificat natū ſeu quærentē futurū latronē,atq; furē
ualde ſubtilē,& ꝙ ſciet aperire hoſtia & ſeras per cal
liditatē atq; ſubtilitatē ingenij ſine claue. Si aūt fue-
rit aſpectꝰ trinus uel ſextilis cū receptione, ſciet face
re omnia,ſed nō operabit̃ illud in mala parte. Idē
accidet in reuolutionibꝰ:cū enim fuerit hæc pars ita
diſpoſita,ut dictū eſt,accidēt prædicta plus in reuo

lutione illa quàm cõſueuerunt in alijs temporibus.

Inquiſitionis. Sexta pars quintæ differentiæ quæ dicitur pars inquiſitionis rei,& utrum perficiatur res uniuerſaliter uel deſtruatur uel differatur aut ad effectum producatur, accipitur in die ac nocte à Saturno in Martem,& proijcitur à Mercurio. Extrahitur hæc pars ab his tribus Planetis eo quòd mali habeant ſignificationem ſuper deſtructionem, qui licet aliquando impediant per quartum aſpectum uel oppoſitionẽ, tamen aliquando perficiunt rem licet forte cum tarditate atq; durina: ſed mali cũ impedierint deſtruũt rem: & ſi non deſtruxerint tardabunt eam uſq; ad deſperationem & quia Mercurius habet participationẽ in rebus, ideo proijcitur hæc pars ab eo. Quæ ſi fuerit boni eſſe, ac bene diſpoſita, libera à malis, à Marte ſcilicet in die & à Saturno in nocte, ſignificat effectum rei. Et ſi fuerit impedita ab aliquo eorum, ut dictum eſt, ſignificat eius deſtructionem,& non perficietur. Et ſi fuerit perfecta, non durabit.¶

Et dixit Albumaſar, hæc pars exercetur in rebus ignotis,& quarum genus ignoratur. Si autem fuerit res nota, conſidera utrum ſit uel ſubſtantia uel coniugium uel quæuis alia res, aſpicietur ipſa res de loco ſuo,& auxiliabitur hæc pars ſignificatori ſignificanti eam.

Neceſſitatis. Septima pars quintæ differentiæ, quę dicitur pars neceſſitatis & dilationis rerum, accipitur in die ac in nocte ſecundum Ægyptios à Marte in gradus domus fratrum, & proijcitur ab aſcendente.& habet hæc pars ſignificare pigritiã ac inertiam nati. Quod ſi fuerit hæc pars in reuolutione ita diſpoſita, ſignificat quòd homines erunt tales in reuolutione illa. Octaua pars quintæ differentiæ quæ & ipſa ac prædicta, dicitur pars neceſſitatis & dilationis rerum, accipitur in die ac nocte ſecundum Perſas à parte dilationis in Mercurium, & proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar, exercentur hæ partes utræq;. Quæ ſi ſint boni eſſe, ac bene diſpoſitę ſignificat natum ſemi ſollicitum ad ſua negotia peragenda. Si autẽ fuerint male diſpoſitæ, iunctæ cum malis, uel aliqua earũ: uel eius dñs cum aliquo malorũ & ſpecialiter cũ Saturno: uel fuerit ipſa & dñs eius cum dño aſcendentis, ſignificat q natus erit piger & iners,& uix mouebit ad aliquid agendũ,& maxime ad ea quę neceſſaria ſibi fuerint niſi forte neceſſitate cogẽte ipſum: nec ſpõte faciet aliqd de his quæ homines operant ſpe utilitatis: nec patietur cor ſuũ intromittere ſe de aliquibus mercationibus, uel alijs rebus lucratiuis timore ne amittat illa de cauſa: nec credet ſe poſſe aliquid lucrari aliunde,& uix aut nunq̃ credet ſe poſſe uel ſcire uiuere. Et dixit Albumaſar, ſi dñs illius mali impedierit dñm domus ſubſtantiæ deſtruet natus ſubſtãtiam ſuã, & neſciet quomodo, uel damnificabit in ea multũ ſecundũ eſſe ipſius. Idẽ accidet in quæſtionibus ac in reuolutionibus. Nã ſi fuerit pars illa ſicut dictũ eſt, erunt homines in anno illo ſeu reuolutione illa pigriores ac timidiores ſolito.

Retributionis. Nona pars quintæ differẽtiæ, quæ dicit pars retributionis accipitur in die à Marte in Solẽ & in nocte ecõtrario & proijcietur ab aſcendente. Quæ ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita in angulo,& maxime in prima uel decima uel in ſuccedentibus angulorum, & maxime in 11. uel 5. cum dño aſcendentis in aliqua ſuarũ dignitatũ, ſignificat q natus retribuet libẽter eis qui bene fecerint ei uel aliquod habile ſeruitiũ ſibi exhibuerint. Si aũt fuerit mali eſſe in cadentibus ab angulis,& maxime in 6. uel 12: nec cum dño aſcẽdentis nec in aliqua eius dignitatũ, ſignificat q recipiet aliquid gratis ab aliquo nec retribuet bene facta ſibi. Idem dicas in reuolutionibus, ſi fuerit ita locata pars quoniam ita ſeruabunt homines in ea reuolutione. Idem intelligas in quæſtionibus.

Veritatis. Decima pars quintæ differentiæ quæ dicitur pars ueritatis atq; bonarũ operationum, accipitur in die à Mercurio in Martem & in nocte ecõtrario,& proijcitur ab aſcendente. Et dixit Albumaſar hęc pars ſimilis eſt parti rationis & ſenſus. Quæ ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita fortunata atq; fortis in angulo, ſignificat q natus ſeu quærens erit obſeruãs ueritatẽ,& ſtudens in bonis operibus, & abhorrẽs cõtraria his,& accident illi utilitas & profectus illa de cauſa. Si aũt fuerit hęc pars in angulo fueritq; impedita, erit exercẽs atq; obſeruans ueritatẽ,& bona opera,& ſequetur inde damnum & malũ. Et ſi fuerit extra dignitates dñi aſcendentis, erit ſciens bona ſed non exercens ea. Quæ ſi fuerit in reuolutionibus, ita diſpoſita, erunt homines in reuolutionibus illis ita diſpoſiti,& ita operantes. Et dixit Albumaſar hæ ſunt partes diuulgatæ quas narrauerũt antiqui: & iſtæ exercẽtur in natiuitatib9 & in locis multis ex reuolutionib9 annorũ atq; interrogationibus unaquæq; ſcilicet ex eis in locis in quibus ſunt neceſſariæ. Et dixit,& ſcito q in pluribus rebus ex ſignificationibus 12. domorũ & interrogationũ atq; initiorũ & reuolutionũ annorũ ſunt partes de quibus non fecimus hic mentionem: quia de illis partibus neceſſe eſt ut narremus in alijs libris. Et dixit quod aũt diximus de ſignificationibus partium in hoc libro ſunt collectiones ſcrutatione, quia loca harum partium ex ſignis in quibus ſunt & cõiunctiones Planetarum cum eis uel aſpectus eorum erga eas mutant multum ex ſignificationibus earum in bonum uel malum. Et dixit, narrabimus ſcrutationes ſignificationum earum in locis ſuis ex ſignis in omni libro ſecundum quòd neceſſe fuerit.

In ſcientia quarundam partium extraordinariarum de quibus ſuperius non eſt facta mentio.

Caput XVII.

Extraordinariæ partes. IN iſto capitulo uidendũ eſt de quibuſdam partibus extraordinarijs de quibus non eſt facta mẽtio in partibus 7. Planetarũ, nec in partibus 12. domorũ: nec in cõmemoratione 10. partiũ quintę differentiæ.& ſunt partes ualde utiles & in quibus magis poteſt proficere uolens eſſe intentus lucro eſt reuolutionũ. Per has enim partes poteris perpendere uilitatem ſeu charistiam ſiue mediocritatem pretij quorundã terræ naſcentium, & aliquorũ aliorũ ad quæ ut plurimum neceſſe eſt ut recurrant homines pro ſuo uictu atq; pro ſuis neceſſitatib9, ut ſunt frumẽtum, uinum, oleum,& ſimilia.

Vilitas. Poteris etiam uidere utrum ex eis abundantia ſit futura ſiue paucitas. Poteris itidem ſcire quare accidat quòd res aliquando abundat & eſt cara,& aliquando uilis. Et aliquando non abundat, immo eſt ex eis in quantitate pauca,& eſt uilis.& aliquando eſt cara.

Charitas. Abundantiã ipſius ſignificãt aſpectus fortunarũ ad eam uel ad eius dñm nec nõ & ad Lunã, uel earũ cõiunctio corporalis: & eo magis ſi fortuna quę aſpexerit

partem

partem uel eius dominum uel Lunam fuerit domina domus in qua ceciderit pars. Paucitatem ſeu penuriam ex ipſis ſignificat aſpectus infortunarũ ad eam & coniunctio corporalis. Cariſtiam ſeu uilitatem rei poteris perpendere per locum domini domus uel exaltationis uel ſignificatoris in quam ipſa ceciderit. Qui ſi fuerit in domo uel in exaltatione ſua, uel fuerit aliàs fortunatus & fortis, uel fuerit in angulo: & eo grauius ſi fuerit in 10. ſignificat grauitatem precij rei illius. Si autem unus fuerit fortunatus alter infortunatus parum mutabitur eſſe illius rei: ſed dominus exaltationis eſt infra dominũ domus: dominus autem termini & dominus triplicitatis addunt uel diminuunt aliquid. Si autem fuerit in 12. in caſu ſuo uel in deſcenſione ſua uel in cadenti ab angulo: & eo fortius ſi fuerit in 12. uel fuerit combuſtus, ſignificat uilitatem & paruitatem precij illius rei. Et quantumcunq; fuerint ſignificatores debiliores, tanto magis ſignificant maiorem uilitatem rei ac ipſius precij paruitatem. Si autem fuerit in ſuccedenti angulum, niſi aliud impediat, nec multum grauabitur, nec multum alleuiabitur. At ſi omnes ſignificatores fuerint fortunati, & fortes, grauabitur res illa, & excedet modum in precio: & eo fortius, ſi ſint in 10. ut dixi. Si uero fuerint infortunati & debiles ac male diſpoſiti, ſignificant ultimatam uilitatem rei ac ipſius precij paruitatem. Et ſemper ſit tibi curæ conſiderare rem uniuſcuiuſque ſignificatorum, quoniam quilibet ex eis ponit & priuat ſecundum eſſe ſuum. Significatores ſunt, dominus domus exaltationis: dominus termini: dominus triplicitatis Planetarum à quibus extrahitur pars & Planeta qui eſt dominus domus à qua tu incipis proijcere partem. In domino autem faciei eſt pauca uis, ita quòd non multum eſt curandum de ipſo, dominus tamen domus in qua ceciderit pars, eſt cæteris præponendus, & ſecundum ipſum magis iudicandum, licet alij addant & diminuant, ſicut dictum eſt: & eo fortius, ſi ipſe fuerit de illis Planetis à quibus extrahitur pars, quoniam ipſa confortatur exinde multum.

Significatores

In quo eſt exemplum modi extractionis partium aliquarum. Caput XVIII.

Frumenti.

NVnc ponam tibi exemplum unius partium pro omnibus alijs partibus extraordinarijs: & incipiam à parte frumenti. Vnde cum uolueris ſcire ſtatum frumenti in aliqua reuolutione, utrum ſcilicet uileſcat uel careſcat, uel mediocri precio habeatur, minue locum Solis de loco Martis: & adde deſuper gradum atq; minutum ſigni aſcendentis & quod collectum fuerit proijce ab initio ſigni aſcendentis, dando unicuiq; ſigno 30. gradus per gradus æquales, & ubi finitus fuerit numerus ibi erit pars frumenti. Cõſiderabis ergo dominum illius ſigni qualiter ſit diſpoſitus: quoniam quantumcunq; ipſe melius fuerit diſpoſitus, tanto magis frumentum erit carius, & quantumcunque ipſe fuerit deterius diſpoſitus, tanto magis erit uilius & ualebit min⁹. Videbis etiã alios ſignificatores quos nominaui tibi qualiter ſint diſpoſiti: quoniã illi qui fuerint bene diſpoſiti, facient ad augmentationem precij & ad paucitatẽ rei: & illi qui fuerint male diſpoſiti, facient ad uilitatẽ precij ac ad proprius abundantiam. Et ſecundum hoc iudicabis de cæteris de quolibet ſcilicet in ſuo loco & in ſuo eſſe, ſaluis aſpectibus ſupradictis, & Luna uel de quouis alio cuius partẽ quæris. Quod ſi fuerit ſignificator partis frumenti uel cuiuſcunq; alterius rei, ſcilicet dñs domus in quã ipſa ceciderit impeditus, & mali eſſe ac male diſpoſitus, & fortuna fortunata & fortis, & Luna aſpexerit partem, ſignificat quòd abundabit frumẽtum uel quoduis aliud cuius partem quæris, & erit uile. Si autem aſpexerit eam malus, nõ abundabit, ſed erit de ipſo, parum tamen erit uile. Et ſi eius ſignificator fuerit fortunatus & fortis, ac bene diſpoſitus, & aſpexerit eam malus, ſignificat quòd frumentum uel quod uis aliud cuius partem quæris, erit carum & paucum. At ſi aſpexerit eum fortuna, ſignificat quòd abundabit: nihilominus tamen erit carum. Hoc idem intelligas de omnibus, & ſingulis alijs partibus.

¶ De parte ordei.

Legumina.

CVm uolueris ſcire utrum ordeum ſit uile uel carum futurum in reuolutione quam quęris, uel qualis ſit ei ſtatus, minue locũ Lunæ de loco Iouis & quod remanſerit, adde gradibus & minutis ſigns aſcendentis, & proijce ab aſcendente, & ubi finitus fuerit numerus, ibi erit pars hordei: de qua ſecundum eſſe domini illius ſigni conditionibus prædictis indicabis.

¶ De parte fabarum.

CVm uolueris ſcire utrum fabæ ſint uiles aut caræ futuræ in reuolutione quam quæris an nõ, minue locum Saturni de loco Martis & adde reſiduo gradus aſcendentis, & proijce ab aſcendente dando 30. gradus unicuiq; ſigno ſecundũ gradus æquales, & ubi finitus fuerit numerus, ibi erit pars fabarum: iudicabis tunc ut dictum eſt de alijs.

¶ De parte ceparum.

PArtem ceparum & partem robelliæ inuenies ibidem ideo non oportet te facere de ipſis aliam regulam.

¶ De parte lentium.

CVm uolueris ſcire qualis erit ſtatus lentium minue locum Martis de loco Saturni, & adde reſiduo gradus ſigni aſcendentis, & proijce ab aſcẽdente & ubi finitus erit numerus, ibi erit pars illa, iudicabis ſecundum ipſam ut dictum eſt de alijs.

¶ De parte riſi.

PArtem riſi accipies à Ioue in Saturnum & proijcies ab aſcendente & ubi ceciderit numerus, ibi erit pars riſi, iudicabis de ipſa ut dictum eſt de alijs.

¶ De parte ſiſami.

PArs ſiſami accipitur à Saturno in Iouẽ, & proijcitur ab aſcendente: & eſt ſemen ad modum ſeminis lini, ſed eſt album & utuntur eo medici in quibuſdam antidotis.

¶ De parte zuchari.

PArs zuchari accipitur minuendo locum Mercurij de loco Veneris, & quod remanſerit adde illi gradus ſecundum ſigni aſcendentis, & proijce ab aſcendente, & ubi finietur numerus, ibi erit pars zuchari, quam intueberis ut dictum eſt de alijs.

¶ De parte dactilorum.

SI uolueris ſcire forum dactilorum minue locum Solis de loco Veneris, & adde reſiduo gradus ſi-

uel quartæ utrum in parte orientali, uel meridionali uel occidentali, uel ſeptentrionali uel in ſignis orientalibus, quæ ſunt Aries & eius triplicitas: uel meridianis quæ ſunt Taurus & eius triplicitas: uel occidentalibus quæ ſunt Gemini & eius triplicitas: uel ſeptentrionalibus quæ ſunt Cancer & eius triplicitas.

¶ De tempore quando hæc erunt.

Parapera. AD ſciendum uero tempus in quo debent accidere ſignificata partium prædictarum & in qua quarta illud ſignificatum adueniat, aſpice partem quam uolueris: quæ ſi ceciderit in aſcendente uel inter aſcendens & quartam, accidet eius ſignificatum in prima quarta illius reuolutionis anni, ſiue illius temporis in quo debet accidere illud ſignificatum. Si autem fuerit in quarta uel inter quartam & ſeptimam, accidet in ſecunda quarta. Si uero fuerit in ſeptima uel inter ſeptimam & decimam, accidet in tertia quarta. At ſi fuerit in decima uel inter decimam & aſcendens, accidet in ultima quarta illius temporis: & prout fuerit magis prope angulum, accidet uelocius: prout uero fuerit magis remota ab ipſo accidet tardius.

De numero ſignificatorum quarumlibet partium. Caput ultimum.

QVælibet pars habet duos ſignificatores ad minus naturaliter, licet ſint ex eis aliquæ quæ ſunt aliquando contentæ uno ſignificatore tantum, ſicut eſt pars ſubſtantię cum ipſa ceciderit in ſecunda & ſicut eſt pars itineris cum ipſa ceciderit in nona. Et quædam partes ſunt quæ habent tres ſignificatores, duos à quibus extrahitur pars: & unum ex domo in quam ipſa ceciderit, quæ non fuit alicuius illorum duorum. Et aliquæ partes ſunt quæ habent quatuor ſignificatores, duos à quibus extrahitur pars: & tertium ad quem peruenitur. & quartum à quo incipit proijcere. Et confortatur pars quæ eſt contenta uno ſignificatore, cum aſpexerit eam ſignificator eius. Pars uero quæ habet duos ſignificatores, confortatur cum aſpexerint eam uterq; ſui ſignificatores, & maiorem ſpem dant perficiendi quod pars intendit: tamen dominus domus in quam ceciderit pars, erit dignior. Si uero fuerint parti tres ſignificatores, & duo aſpexerint eam: tertius uero non aſpexerit, non erit tanta fortitudo partis in perficiendo quod pars intenderit. At ſi unus tantum aſpexerit, & duo non aſpexerint, erit iterum eius fortitudo minor ad id. Si quidem nullus ex eis aſpexerit, erit iterum minor & cum grauitate atque duritia in reuolutione fiet quod de re factum fuerit. Idem dicas ſi fuerint ſignificatores ſalui ſecundum eorum ſaluationem. At ſi fuerint impediti, dicas ſecundum eorum impedimentum. Nam ſi fuerint omnes impediti, uix aut nunquam apparebit ſignificatum illius partis. Et ſi aſpexerint ſignificatores partem aſpectu laudabili, uidebit ille qui ſperauerit id quod intendit inde. Si autem aſpexerint cum inimicitate, accidet ei malum, & contrarietas illa de cauſa. Poſſet eſſe quòd nullus ex Planetis habentibus partem in parte aſpiceret eam, & alius qui naturaliter ſignificat id quod ſignificat pars, aſpiciat eam, tunc fieret inde aliquid licet non ex toto: ut ſi Iupiter aſpiceret partem ſubſtantiæ qui naturaliter habet ſignificare ſubſtantiam, nec alij ſignificatores aſpicerent eam: uel aſpiceret Venus partem coniugij. nec alij ſignificatores aſpicerent eam, ſignificaret aliqualem effectum rei. uel eſſet ſcienna de parte ſeruorum ſeu famulorum, & non aſpiceret aliquis ſignificator partem, ſed aſpiceret eam Mercurius, qui naturaliter habet ſignificare ſeruos & famulos: ſed erit hoc infra ſignificatum ſignificatoris partis: & erit illud occaſione cuiuſdam qui intromittet ſe de re illa ſorte irrequiſitus. Et ſi ille aſpiciens partem habuerit dignitatem aliquam in domo in qua fuerit, accidet hoc ex parte qua ſperabat intendens uel alicuius ſui noti. Si autem fuerit peregrinus, accidet hoc ei neſciens unde. Et ſi fuerit Planeta aſpiciens partem infortunatus non recipiens partem: uel fuerit impeditus erunt in eo motiones & rumores, & non perficitur aliquod de hoc quod ſignificauit pars.

Et dixit Albumaſar poſt hoc aſpice infortunatum, ſi fuerit in angulo aut in ſuccedenti angulum, & fuerit directus, erit deſtructio ſiue impedimentum poſtquàm putabitur perfectum. Quod ſi fuerit Saturnus illud infortunans, erit impedimentum ♄ alicuius ſui longæuioris. Si autem fuerit Iupiter, erit cauſa religioſorum uel iudicum & aliorum ingredientium inter eos. Si uero fuerit Mars erit aliqua contentio cauſa eius. Si quidem fuerit Sol erit cauſa regis uel diuitum. At ſi fuerit Venus erit cauſa mulierum. Sed ſi fuerit Mercurius & ipſe impeditus, erit cauſa alicuius negociationis. Et ſi fuerit Luna & ipſa fuerit aucta lumine & numero, erit cauſa quòd res ſit augmentata. Et ſi fuerit minuta lumine, erit cauſa quòd res ſit deteriorata & diminuta. Dixit Alchabinus, pars quæ dicitur regni atque imperij quæ exercetur in reuolutione annorum mundi accipitur à Marte in Lunam, & proijcitur ab aſcendente coniunctionis quæ ſignificauit mutationem regni. Idem intelligas in ſectis, quia quodammodo ſunt regimen & dominium: ſecundum uero alios accipitur à gradu aſcendentis coniunctionis & proijcitur à gradu aſcendentis reuolutionis: ſecundum autem quoſdam alios accipitur à gradu Solis in gradum medij cœli reuolutionis, & proijcitur à gradu Iouis: & hæc ſententia uidetur mihi magis conueniens. Pars temporis eleuationis regni quæ habet ſignificare ipſius durabilitatem, accipitur hora eius eleuationis ſiue intronizationis in die à Sole in decimumquintum gradum ſigni Leonis, & proijcitur à gradu Lunæ: in nocte uero accipitur à gradu Lunæ uſque in decimum gradum ſigni Cancri, & proijcitur à gradu Solis. Eſt & alia pars regni ſiue imperij quæ accipitur hora ipſius eleuationis in die à Sole in Saturnum, & in nocte econtrario. & proijcitur ab aſcendente reuolutionis anni in quo eleuatus eſt rex ſiue imperator & quiuis alius ad laicalem dignitatem promotus. Et dixit Alchabitius, quòd ſi fuerit Iupiter in ſigno communi, & fuerit reuolutio diurna: fueritq; Iupiter cadens ab angulis, accipitur à Saturno in Iouem, & adduntur triginta gradus, & proijcitur ab aſcendente reuolutionis anni in quo ſurrexit rex. Si uero fuerint inuicem oppoſiti fuerintq; ambo ca-

Margin notes (right column): ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☾ (beside Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna); Significatores partium. (left column); Durabilitas regni. (right column)

dentes ab aſcendente, tunc accipitur medietas graduum qui fuerint inter eos, & proijcitur ab aſcendente. Quòd ſi fuerit Iupiter in Cancro & fuerit reuolutio nocturna, accipitur hæc pars à Ioue in Saturnum, & proijcitur ab aſcendente. Dixit Alchabitius, prima ex partibus quibus perpenditur durabilitas regni per eius eleuationem, eſt ut aſpicias horã eleuationis regni, quo peruenit profectio anni à coniunctione triplicitatis quæ ſignificauit regnum ſiue ſectam ex numero quo datur omnibus 30. gradibus annus, & omnibus duobus gradibus & 30. minutis menſis unus. Et cum ſciueris in quo ſigno uel gradu fuerit, hoc ſerua. illud quia hic erit locus à quo æquabis primam partem: & cum uolueris aptare eam, aptabis aſcendens reuolutionis anni in quo ſurrexit rex ſiue ipſe electus: poſt hoc accipe à Planeta orientali à Sole ex Saturno uel Ioue ipſo anno uſque ad gradum æquationis partis primæ quem ſeruaſti: & proijce ab aſcendente reuolutionis, & quo peruenerit ipſe erit locus partis primæ.

Pars uero ſecunda eſt, ut aſpicias à coniunctione in qua ſurrexerit regnum ſiue imperium ad quod ſignum ſiue ad quem gradum perueniat profectio anni ex numero quo datur omnibus 30. gradibus annus in menſe & in die in quo ſurrexerit rex, & ipſe eſt locus æquationis partis ſecundæ: ſerua quoq; eum: poſt hoc accipe à Planeta orientali à Sole à Saturno, ſcilicet atq; Ioue uſque ad locum æquationis partis ſecundæ, quam ſeruaſti, & proijce illud ab aſcendente reuolutionis, & quo peruenerit ipſe, eſt locus partis ſecundæ. Hæ ſunt partes quæ ſignificant fortitudinem regis & eius durabilitatem.

GVIDONIS BONATI FOROLIVIENSIS, ASTRONOMIÆ PARS QVINTA.

De Natiuitatibus & earum accidentibus, & alijs quæ ad ipſas natiuitates uniuerſaliter & particulariter ſpectare uidentur.

Proœmium.

Natiuitates, Reuolutiões. CVm ferè tota intentio Aſtrologiæ principaliter circa duo uideatur, ſcilicet circa natiuitates, & circa reuolutiones: primordialiter tamen circa natiuitates: circa uero alia ſecundario, uidetur mihi cõueniens ac ualde oportunum intentione fida totoq; mentis affectu, id quod mihi diuina præſtitit bonitas, iuxta illud quod mea paruula ſcientia pandere poterit, ad ſtudentium utilitatem fideliter explicare: noſtrorumq; prædeceſſorum ueſtigia proſequi, iuxta poſſe Ptolemæi, ſcilicet ac Albumaſar, Hermetis, Ahomar, Alboali, Alchindi, Yergis, Dorothij, & aliorum qui ad noſtram utilitatem in hoc opere uniuerſaliter atque particulariter ſtuduerunt.

Excuſatio quare delatus eſt iſte tractatus uſque nunc. Caput primum.

NOn miretur aliquis ex ſtudere uolentibus, nec inſurgat quiſquam inuidus neq; maledicus uel detractor, ſi tractatus natiuitatũ poſtponitur alijs tractatibus ſupradictis: licet natiuitates cuncta præcedant in alijs tractatibus accidentia nominata: quoniam licet natiuitas accidentia nati cuncta præcedat tamen cunctorum ſcibilium grauius ac fortius reperitur: Ideoq; cunctis alijs præfatis ſcibilibus fuit ipſius tractatus merito poſtponendus: non enim poteſt ſciri à rudibus non ab introducẽdis uel quodammodo introductis ſeu exuberatis, nec ab aliquibus alijs niſi à ſapientibus atq; prouectis: & ob hoc poſtponitur aliquibus tractatibus: quoniam illi poſſunt ſciri à minus ſcientibus hic autem non ſic: nullum enim ens à luminari circulo contentum tractatu natiuitatum fortius reperitur. per natiuitates enim oportet quòd ſciantur omnia accidentia nati quæ ab hora natiuitatis uſque in finem uitæ ſuæ ſibi debeant naturaliter euenire: ſimiliter & quid de ipſo poſt mortem ſuam dicatur.

Quòd ad eſſe uniuſcuiuſque hominis duo principaliter requiruntur. Caput II.

QVoniam ad eſſe uniuſculuſque hominis duo principaliter requiruntur: primum ſcilicet atq; ſecundum, crede fore conueniens in hoc capitulo, ſcilicet primum de primo: ſecundo de ſecundo unumquodque & in quibus ualeat licet aliàs aliquid de his tetigerim, & in quo differant facere mentionem, ut ex his quæ dicentur rectius percipiatur ordo, cum à deo ſit: quoniam quicquid à deo eſt, ordinatum eſt.

PARS PRIMA.

EST igitur initium primi principij caſus ſeminis in matricem, ex quo non ſubito ſed in tempore generatur fœtus. Principium primum, Semen.
Vnde ſi habeatur hora illa quod in paucis uenire conſueuit, ſcietur per illud principium quod de illo concepto uſq; ad horã ipſius exitus ab utero materno ſit futurum: & erũt accidentia illius cõcepti ſecundum diſpoſitionem, & ſecundum eſſe ſtellarum circundantium quæ ſignifi-

gnificabunt accidētia corporis uſq; dum animetur, & corporis & animæ poſtquàm anima fuerit infuſa immediate uſq; dum in utero ſteterit: quoniā ex quo ſemen inijcitur in matricem, accidit ei locatio in ipſa, uariatio, dilatatio, incrementum, membrorum compoſitio ipſorumq; naturalis diuiſio: & ſimilibus ſimilium nutrimentalis adaptatio de quibus non poſſet haberi certitudo, ſicut poteſt de natiuitate. Natiuitas nanque omnino eſt finis intra: uero cauſa eſt finis extra: operatio uero eſt finis tam intra quàm extra. Principium enim natiuitatis eſt certum, alia uacillant: quoniam ſi caſus ſeminis in matricem eſſet perfectum principium, uideretur iam quòd principiū natiuitatis eſſet ſuperfluum: poteſt tamen caſus ſeminis dici principiū imperfectum, ſimiliter & alia quæ ſunt ante natiuitatem. Veruntamen poteſt haberi de ipſis ſcientia per quæſtionem pro quam uidetur negociū innouari, ſicut innouatur cauſa poſt ſententiā per appellationem. Et licet dicāt quidam ficticij atq; detrahere nitentes ꝙ caſus ſeminis in matricem ſit principium ad omnia accidētia nati uſq; in finē uitæ ſuæ quod eſt manifeſte contra omnem ueritatem, & falſitati conſonum, quòd ſemen hominis appellatur nō eſt ita, ut dicunt: nulla enim pars integra ſeu integralis poteſt proficere aliquā rem ſine alterius iuuamento: imperfectio enim non facit ad nobilitatem: una enim forma non poteſt eſſe in diuerſis materijs, numero eorum quæ habent ad inuicem cōnexionem unum poteſt tolli ſine alio antequàm cōnectantur: caſus nanq; ſeminis eſt uelut iter ad accidentia naſcendi: infuſio eſt uelut ianua: natiuitas eſt tāquàm introitus ad ipſa. Eſt autē ſuperfluū, ut quod poteſt haberi per unum uel fieri per unum, fiat per plura: non enim eſt de intentione naturæ quæ ſemper ad melius eſt intenta, impedire uel implicare ſeipſam.

¶ De ſecundo principio.

Principium ſecundi. ALiud principium ſcilicet ſecundum, reſpicit accidentia nati ab hora natiuitatis illius uſq; in finem uitæ ſuæ. Vnd in hoc differunt iſta duo principia: quoniam Primum reſpicit accidentia concepti ab hora caſus ſperinatis uſque ad horam natiuitatis, & in iſta hora expirat diſpoſitio ipſius. Secundum uero quod efficacius & uerius & nobilius primo in toto eſſe nati, licet cauſetur tanquam forma cauſatur à materia. & ob hoc nobilius conſi-

Nati hora. deratur ab hora partus uſque in finem uitæ ſuæ. Vnde neceſſaria eſt hora natiuitatis ad omnia & ſingulæ quæ nato uentura ſunt haberi: quoniam principium dicitur eſſe certiſſimum: & natiuitas dicitur eſſe tale principiū quod cuncta nati accidentia futura comprehendit, quod in aliquo aliorū nō accidit. Et eſt principiū perfectū cui quantū ad membrorū numeri compoſitionem nihil deeſt quoniam in natiuitate requiritur idemptitas & certitudo, & una & eadem cauſa ideo non diuerſitas: in alijs inuenitur diuerſitas cauſarū: & ideo diuerſitas effectuum diuerſificantur enim effectus, & multiplicantur ſecundū quod diuerſificantur & multiplicantur cauſæ. Ad concepti enim in utero complementum, aggregantur plura, necnō & diuerſa in unū antequā naſcatur: ſed aggregata per ſolā natiuitatē conſeruantur, quod eſt proprie de intentione naturæ, quę quantum eſt in ſe & ex ſua intentione, digniora ſemper & meliora præponere intendit: & perfectio facit ad nobilitatem: quoniā dum conceptus manet in utero, eſt in motu & qđ eſt in motu, nō eſt in termino, ſiue in fine, ſed eſt in uia ſcilicet in operatiōe imperfecti, quę eſt cōiuncta motui: cum autē eſt in termino, eſt in perfectione nā terminus ſiue perfectio, & uia ſiue motus, cōtrariantur ſibi inuicē: unde perfectio tollit motū. Conceptus enim eſt in utero, eſt in uia donec abrumpantur cotilidones ordine naturali: & tunc eſt in termino: quoniam eſt iam perfectus ſiue completus, & deſinit eſſe in uia concepti. Tunc incipit aliud principium ſcilicet ſecundū quod eſt uita hominis, in qua creſcit, augmētatur, diminuitur ac deficit: nec poteſt dici perfectus puer antequam animetur anima rationali, cū ipſa ſit prima perfectio: & ſcientia & uirtus ſint ſecūda. In natiuitate uero uterque poteſt inueniri, licet forte non undique nec omnimode beata. In caſu autē ſeminis nulla perfectio inuenitur. caſus uero ſeminis eſt res imperfecta cui plura deſunt, & ex imperfecto nō poteſt uere dici perfectum: quoniā aliquid ſibi deeſt. Et uocatur hoc principiū eſſe hominis, eo Eſſe hominis.
quod natus incipit tūc uti quinq; ſenſib⁹ corporeis naturalibus, quibus dū eſſet in utero libere uti non poterat, & ſentit illius dilatatio manifeſte, atq; incrementū & etiā quibuſdā alijs accidētibus utitur, quibus non utebat, ut eſt loqui, ridere, flere, & ſimilia.
Iuuatur etiā eſſe nati uirtute ſtellarū habentiū uim Stellæ iuuant natum.
hora natiuitatis in qualitatibus eius, licet uideatur forte quibuſdā ocioſis quod ſtellę nō iuuēt aliquid in faciēdo natū, quod eſt multū à ueritate remotū. Iuuant enim ſtellæ conceptū in perficiendo ipſum: & poſt perfectionē educendo ipſū ſaluiferū ab utero materno. Et ſicut iuuerunt eum in formando poſt caſum in utero ante ortum. ita iuuant eum in nutriendo poſt natiuitatem. Et cum rei ueritas ita ſe habeat, neceſſe eſt ubi hora exitus infantis ab utero ſtellarum eſſe ut corporis & animæ ipſius nati qualitatem percipias obſeruare, ut per dominos triplicitatis aſcēdentis nutritionem per dominos uero terminorum directionem & per hoc uitæ ſtatum ac omnia ipſius eſſe uſq; dum uixerit, poſſis ei ſecundum ueritatem naturalis inceſſus pronoſticari atq; ad ea de quibus fecerit mētionem de diuerſitatibus natiuitatū & faciam infra ſuo loco & tempore, diſſimilibuſq; accidentibus naturali atq; ueritatis calle peruenire. Qualecunq; fuerit eſſe ſtellarum hora natiuitatis atq; ipſarum diſpoſitiones, talia erunt omnia eſſe nati ab ipſius natiuitate uſq; in finem uitæ ſuæ. Quoniam eſſe ſtellarum ac ipſarum diſpoſitiones quoad eſſe nati ac eius diſpoſitiōes ſunt uelut cōtinens: & eſſe nati ac eius diſpoſitiones ſunt ſicut contentum: & contentum mutatur à continente. Vnde diſpoſitio ſtellarum mutat diſpoſitiones nati & trahit eas ad ſuum eſſe, niſi forte liberū arbitriū contra operetur. Sunt enim ille diuerſitates atque diſſimilitudines plurimæ, ita quòd uidentur quodammodo infinitæ quæ omnes ex plurium ſtellarū habent ratione implicita prouenire: quarum perſcrutatio ad naturalem potius quàm ad Aſtrologū uidetur pertinere. ideoq; naturalibus relinquendū: licet Aſtrologus non poſſit hoc tam ſicco pede tranſire, quin de ipſis faciat aliquam mentionem, quoniam de leui ſua intentio exprimi plenarie non

poſſet:

poſſet: de multis quorum tibi ſuo loco & tempore loquar.

Qualiter perſcrutetur eſſe nati.
Caput III.

Eſſe nati inquirere.

NVnc tibi uidendum eſt per quem modum ſecundum unamquanq; ſpeciem pronoſticationis eſſe nati poſſit perſcrutari atq; manifeſte deprehendi, & uires ſtellarum ſuper his narrari poſſint, naturaliq; calle prout ad mathematicũ pertinet, accidentia nati ueraciter comprehendi: & ſecundum figuram quantitatis ad eius quod intendimus, tã particulariter q̃ uniuerſaliter ueritatis cognitionẽ peruenire. Et cũ particularia in uniuerſalibus particulariter ſint ſecundũ eiſe utriuſq;, de his poſterius ſuo loco & tempore uidebitur, nec uidet hic oportunum quòd de quibuſlibet locis figuræ ſermo diſtinctus habeatur: ſed de dignitatum dominis & quis eorum in hac re præualeat, ordine debito, quod ad ipſos pertinet, quodq; proprium eſt ipſorum compendioſe dicatur atq; iuxta circumuolutionem Alachir quod eſt agẽtis cœli ſtellarum quàm ſignificantium uirtutes natiuitatum accidentia naturali ordine iunctatim ac pedetentim ſecundum ſucceſſiua ſignificata domorum differantur: ſubtiliq; inueſtigatione cuncta quæ nato ſunt uentura, in toto tempore uitæ ſuæ ab hora natiuitatis uſque in eius diem nouiſſimum certius ſciri poſſit. Quæ autem ſint prius in ſupradictis inueſtiganda accidentibus, uidetur mihi cõuenientius in horum accidentium inquiſitione primum inueſtigationis gradus aſcendentis natiuitatis ponere documentũ: deinde ordinatim cætera ſicut decet.

Alachir.

De inueſtigatione gradus aſcendentis ignoti.
Caput III.

Gradus aſcendentis qui.

VT in releuatione cuiuſdam dubij quod ſæpiſſime accidere cõſueuit, mens tua quieſcat de intentione incerti gradus natiuitatis alicuius prout de ipſo certificari poſſumus, conueniẽs eſt ut tibi ſicut ſuperius memini me dixiſſe iuxta ſapientum antiquorum regulas, necnõ & quod mihi addendum uidebitur capitulum ponere ſpeciale ut de gradu cuiuſlibet ſigni aſcendentis cuiuſcunq; natiuitatis poſſis ueraciter certificari. Et cum natiuitas ſit primum accidens quod euenit concepto poſt ipſius cõplementum ac coitudonis abruptionem, neceſſe tibi eſt de ipſius aſcendentis gradu reddi certũ, ut omnem errorem uitare poſſis: & natum etiã de omnibus ſuis accidentibus toto tempore uitæ ſuæ certificare. Et nolo te ſcire inuentionem huius rei ſubtiliſſime fore inquiſitionis etiam pluſquàm in libris ſapientum antiquorum ſcriptum reperiatur: non quòd ignoraſſent, ſed reliquerunt illud induſtriæ ſapientium.

¶ Quid eſt gradus aſcendentis natiuitatis.

EST autem gradus aſcendentis natiuitatis, gradus ſigni qui eſt in linea orientali, cum abruptio cotilidone puer naſcitur: nec dicitur ſtatim natus cum incipit apparere ab utero materno, nec naſci cum eſt penitus egreſſus ab eo: ſed dicitur naſci cum iam duæ partes ab eo apparuerint, & reſidua tertia remanſerit in occulto, naturaliter ſine tractu temporis egrediendo. Et ſi ſtatim cum eius pars ultima egreditur poſueris aſcendens, nõ cadet in opere tuo multum ſenſibilis error nec ſenſibiliter impediens. Si autem impedimentũ aliquod ſuperuenerit quod impediat naturalem modum naſcendi duabus partibus tranſactis, & tertia remanente ad egrediendũ, quod ex magna tui arbitrij poteris induſtria deprehendere habebis quæſitum: nam gradus qui tunc fuerit in linea oriẽtali dicitur aſcendens natiuitatis illi⁹, ſeruatis tamẽ prædictis de infantis apparitiõe.

¶ Modus inueniendi gradum prædictum.

CVius rei modus inuentionis prout noſtrorum prædeceſſorum mouet autoritas, talis eſt. Accipies enim horam exitus infantis ab utero materno prout melius & certius quiueris cum aſtrolabio uel quocunq; alio inſtrumento ad hoc apto, ſicuti eſt quadrans aut horologium, uel quodcunq; aliud inſtrumentum per quod horæ diſcernuntur, ſed cum aſtrolabio poteris melius certificari, quàm cum aliquo aliorum: nec tamen cum hoc toto poteris ad unguem certificari ſine ſcrupulo. unde ad omnem ſcrupulum dubietatis remouendum, & ut certa & cõſtructiua de hoc ratio habeatur, atq; ad unguem de prædictis poſſis ex quo habueris horam natiuitatis quam proximiorem poteris per te uel per alterius inſtigationem uel obſtetricum uel ſimilium certificari, & ratio certa & examinata tibi poſſit exhiberi, ęquabis Planetas ad illam horam non bene certam, & eorum loca uerificabis, atq; 12. cuſpides, & eriges figuram ſecundum aſcenſiones regionis in qua fueris, & accipies tunc gradum coniunctionis illi natiuitati proximioris ſi natiuitas fuerit coniunctionalis, uel gradum præuentionis, ſi natiuitas fuerit præuentionalis gradum, ſcilicet luminaris illius quod hora præuentionis fuerit ſupra terram. Deinde aſpicies Almutem in gradu illo per domum uel per exaltationem uel terminum ſeu triplicitatem uel affinitatem Solis in figura quam erexeris ſuper hoc. Quod ſi omnes prędicti ſignificatores fuerint impotentes, impediti atque infortunati uteris tunc domino faciei.

Verificatio figuræ erectæ.

¶ Documentum inuentionis prædicti gradus.

CVius rei documentum eſt hoc, uidebis ſi dominus domus aſpexerit gradum quæſitum coniunctionis, ſcilicet aut præuentionis uel præſentialiter in eo fuerit: quoniam præferendus erit dominus domus omnibus alijs ſignificatoribus. Quod ſi hoc non fuerit & aſpexerit eum dominus exaltationis, præferetur domino domus & cæteris alijs ſignificatoribus. Sed ſi neuter illorum aſpexerit, nec in eo fuerit, & aſpexerit dñs triplicitatis uel in eo fuerit, cõſiderabis illũ. Siquidem ipſe nõ aſpexerit dñm termini prædictis conditionibus obſeruabis. nec tamen ſecundum hoc iudices, niſi primo ipſorũ omnium uideris fortitudines: quoniã illum qui plures habuerit fortitudines in gradu prædicto niſi contra operetur aſpectus alterius, obſeruare debebis. Si aũt omnes prędicti Planetę uel plures ex eis aſpexerint æqualiter gradũ prædictũ, ille qui plures dignitates ſeu fortitudines in eo habuerit, dicetur ſignificator: & ſi in diuerſis gradibus uel minutis ac numero differentibus fuerint, accipies illum cuius numerus

Fortitudo.

graduum

graduum in ſigno in quo eſt magis propinquus fuerit gradui anguli, ſi in angulo fuerit: uel magis propinquus Soli, ſi orientalis fuerit. Quod ſi non ſic fuerit, uide quis illorum fuerit propinquior gradui termini in quo fuerit, primo uel ultimo ipſumq; illis prępones. At ſi omnes fuerint ęquales in fortitudine atq; dignitate, præpones illũ qui fuerit propior aſpectu uel pręſentia. Deinde proſpicies ipſum Almutem ſuper gradum coniunctionis uel præuentionis, cui ex gradibus cuſpidis alicuius angulorũ propior fuerint, aſcendentis ſcilicet aut decimæ uel 7. ſiue 4. Quod ſi fuerit gradus Planetę Almutem propior gradui cuſpidis aſcendentis, ꝗ̃ gradui alicuius aliorũ angulorũ. & fuerit numerus graduũ quos ipſe perambulauerit de ſigno in quo ipſum inueneris æqualis numero graduũ ſigni aſcendentis inuenti ad natiuitatem ambiguã quod prius inueneras per cõſiderationem tuam uel per alterius inſtructionẽ, ipſe erit aſcẽdens quæſitũ. Si aũt diuerſi fuerint, abijce tũc gradũ illũ aſcendẽtis ambiguũ, & pone aſcendens ſimile numero graduũ Planetæ Almutem ſuper gradum coniunctionis uel pręuentionis: & ſecundum illum conſtitue cęteras domos. Si aũt fuerit propior cuſpidi decimæ domus, pone illum gradũ 10. domus & ſecundũ illum cõſtitue angulos & cæteras domos. Item de 7. & 4. idem dabis iudiciũ. Deinde inuenies per ſubtiliſſimã tuam inquiſitionem qua hora & quo minuto horæ fuerit aſcẽdens, ille gradus quem ſic examinaſti, uel fuerit gradus cuſpidis alicuius angulorũ, decimæ ſcilicet
Nadir.
aut eius Nadir, aut Nadir aſcendentis: quoniã illa erit hora illius natiuitatis examinata: & ad illã debes æquare Planetas, & conſtituere domos ſecundũ aſcenſiones regionis in qua fuerit illa natiuitas: & hoc erit ipſius aſcendens naturale: hoc dico, ſi tu inceperis ab aſcendente. Si uero inceperis à gradu 10. domus, incipies ab initio Capricorni & ſecundum circulum directum operaberis reducẽdo ſemper in gradus æquales aſcendentis: aut inuenies ſecundum circulum regionis incipiendo ab initio Arietis uſq; in gradum quæſitũ. Gradum autem coniunctionis habes ex gradu in quo fuerit cõiunctio luminariũ. Gradum uero præuentionis non ſic leuiter poteris inuenire. Nam Ptolemęo teſte, oportebit te ſcire gradum illius luminaris quod fuerit ſupra terram hora præuẽtionis: quoniam ille erit gradus quæſitus. Si autem unum luminarium fuerit in gradu orientali: & aliud in gradu occidentali, gradus orientalis præfertur, & erit præuennonis gradus. Papien-
Papienſis.
ſis uero dixit, quòd gradus in quo erat Luna hora caſus ſeminis in matrice, erit gradus aſcendentis natiuitatis, & econuerſo.

In narratione partitionis natiuitatum & quorundam ipſorum accidentium.

Caput V.

Reuerendiſſimus ille prædeceſſor noſter Ptolemæus uolens accidentia natiuitatũ ſecundum naturalem inceſſum partiri, talem modum partiendi ſumpſit. Dixit nanq;, quòd quicunque naturaliter ea partiri uoluerit, inueniet quod
Accidentia …
pertinet ad illud opus exercendũ. Dixit enim quòd quædam accidentia ſunt quæ contingunt ante partum, & etiam poſt partũ. Ante partum, ſicut eſt ſermocinari de fratribus, eo quod poſſibile eſt quòd quidam ſint nati ante ipſum partum ex eiſdem parentibus, & quidam ſunt naſcituri poſt ipſum: & quædam quæ in ipſa hora partus eueniunt: & iſta non ſunt unum & idem, ſed diuerſa. Et dixit quòd accidentia quæ contingunt nato in hora partus quę aſtrologus ſcire intendit, ſunt multa & diuerſa, ut loqui de maribus & fœminis: & utrum geminos uel plures pariet mulier parturiens an non: & de formis mõſtruoſis, & de his qui non creuerunt. Et dixit de accidentibus uero quæ poſt partum eueniunt, ſunt ſermocinari de uita de qua datur regula duobus modis. uno ſecundum quantitatem alio ſecundum qualitatem. Quantitas nanq; non uariatur niſi ſecundum quòd ipſa datur ab Ylem & Alcocoden: aut enim eſt longa uel breuis aut mediocris. Qualitas uero uariatur ſecundum diſpoſitiones atq; directiones dominorum, terminorum figuræ natiuitatis multis modis, nam quędam eſt bona, quædam mala, quædam leuis, quædam laborioſa, quædam larga, quædam parca, quædã miſera, quædam auara, quædam in bono, quædam in malo, quædam caſta, quædam religioſa, quædam inceſta ſiue luxurioſa, quædam eſt in furando atq; deprædando, quædam in lucrando & conſeruando: quædam in diſſipando & deuaſtando, quædam in dominando, quædam in ſeruiendo, quædam in laude, quædam in uituperio, & multis alijs modis quaſi non numerabilibus, ſecũdum diuerſa hominum accidentia uariãtur qualitates uitæ natorum, prout ex diuerſitatibus diuerſorum motuum corporum ſupercœleſtium concidunt & uſibus hominum & eorum arbitrijs, ſicut infra ſuo loco & tempore ſufficienter dicetur. Deinde loqui de forma & figuratione nati, deinde de infirmitatibus atq; impedimẽtis corpori contingentibus, deinde de qualitatibus animæ atq; de ipſius accidentibus, deinde de fortunis & infortunis nati, ſimiliter de regno ac exaltatione ipſiusq; ſublimitate, deinde de ipſius operationibus, deinde de ipſius coniugio & de mora facienda cum coniuge, deinde quid ex filijs ei contingat ac de ipſius familiaritate cum hominibus & de amicis ac de ipſius peregrinationibus: ultimo iudicare modum mortis illius. Et quidam ex ſapiẽtibus ſecuti ſunt eius ueſtigia. Ego autem non tanquàm contrario inceſſu, licet diuerſo, ad eundem tamen finem tendẽrem, iuxta domorum ſucceſſionem & earum ſignificata incipiens à prima uſq; ad duodecimam de omnibus, ut plurimum, quæ ad natiuitatis accidentia pertinent faciam tibi mentionem, ut natiuitatum leuius reddatur opus & facilius ualeas conſequi quod intendis.

Quantitas.

Qualitas nati.

De cauſatione morarum natorum in uteris maternis.

Caput VI.

Cauſantur moræ conceptorum in uteris maternis à diſpoſitionibus corporum ſupercœleſtium ſecundum earum tres principales diuerſitates, quæ ſunt maior, media, & minor: quibus ſubalternantur quædam aliæ mediæ inter iſtas. Nam ſi uideris Lunam in ſuperiori parte ſui epicycli: euntem ab oriente in occidentem

Tres diuerſitates ſeminis caſus.

in hora

in hora caſus ſeminis in matricem uel hora quęſtionis factæ poſt conceptionem, ſignificatur quòd

Maior.

mora infantis in utero materno eſt maior quæ conſtat ex 283. diebus ab hora, ſcilicet caſus ſeminis uſq; ad horam partus. Si autem inueneris eam in parte inferiori epicycli euntem ab occidente in orientē, ſignificat quòd erat mora media quæ conſtat ex 273.

Media.

diebus. & hoc ſi Luna diſtiterit in quæſtione à gradu in quo ipſa erat hora caſus ſeminis, uel à gradu qui erat tunc aſcendens 90. gradibus tantum. Si autē plus uel minus diſtiterit, ſignificat quòd motus circulares non erunt perfectu, & tunc erat quædam alia mora media inter iſtas, ſcilicet inter maiorē & mediam. Et ſi Luna fuerit in gradu aſcendenns ca-

Minor.

ſus ſeminis, tūc ſignificatur quòd erat mora minor quæ conſtat ex 258. diebus. Quod ſi fuerit ſupra terram, diſtans ab oriente uel ab occidente plus 5. gradibus, erit quædam alia mora in utero media inter iſtas, inter mediam ſcilicet & minorē. At ſi fuerit Luna recte in oppoſitione gradus aſcendentis hora caſus ſeminis, poteris tunc errare uno menſe. Vnde dixit Haiy, quòd ad uitandum illum errorē debes accipere gradus qui fuerint inter gradum occidentem & gradum Lunę & duplicare ipſos & diuidere per 24. & quot exierunt erunt dies, & quot remanſerint infra, 24. erunt horę. quoniā Luna peragit unum gradum in duabus horis æqualibus ſecūdum mediū curſum. Adde ergo iſtos dies & iſtas horas, horis moræ minoris, & quod collectum fuerit, erit mora quæſita: tunc minues hanc moram de diebus natiuitatis, & habebis quod intendis. Si uero fuerit biſextus, adde tunc 5. horas & 59. minuta & cum eo quod tibi deuenit intra tabulas, & æqua Lunam: nam gradus in quo tunc ipſam inueneris, erit locus in quo ipſa erat hora caſus ſeminis. Vide ergo quis gradus erit tunc aſcēdens: quoniam illud fuit aſcendens hora caſus ſeminis. Quod ſi fuerit Luna ſub terra tendens ab oriente ad occidētem, tunc accipies quod fuerit inter gradum aſcendentem & Lunam ex gradibus & minutis, & diuide per 24. ut dictum eſt, & adde moræ mediæ, minuens quod collectum fuerit de diebus & horis natiuitatis & cū hoc quod remanſerit intra tabulas & æqua Lunam ad horam illam & ſecundū locū in quo ipſam tunc inueneris inuenies aſcendens caſus ſeminis, ut dictū eſt ſupra.

¶ De narratione quatuor differentiarum ſeu diuerſitatum natiuitatum.

Differentiæ quatuor.

Dictum eſt ſupra quòd differentiæ ſeu diuerſitates natiuitatum ſunt 4. nunc de unaquaq; ipſarum ſingulariter facienda eſt mentio. Nam ut antiqui ſapientes teſtantur, Prima illarum erit abortiuorum, qui quaſi mortui uel ſemimortui naſcuntur, uel quorum uita non elongatur tantum quòd aſſumant aliquod nutrimentū. Secunda uero eſt illorum qui aſſumunt nutrimentum, ſed nō durat in eis uita tantum, quòd ſequantur inde aliquam ſenſibilem utilitatem. Tertia nanq; illorum eſt, qui aſſumunt nutrimētum & uiuunt per menſem uel annos, ſed non tranſcendunt annos pueritiæ. & ſi tranſcenderint eos, non tamen perueniunt ad uitam longinquam. Quarta ſiquidem eſt, quorundam qui aſſumunt nutrimentum, & durat in eis uita, donec perueniant ad iuuentutem: & aliquando perueniunt ad ſenectutem. Et huic ſubalternatur alia illorum, ſcilicet qui perueniunt ad decrepitam & moriuntur ex ſenio: licet paucis hoc accidat, quorum auus meus fuit unus quem ego uidi mori abſq; occaſione manifeſta, niſi quòd ſpiritus uitales receſſerūt, cadauere derelicto. habebat enim 120. annos, de quibus omnibus ordine conuenienti puto fore uidendum. Et licet dixerim ſuperius me aperiturum alias in tractatu iſto, & oſtenſurum uires meas, uolo te tamen ſane intelligere uerbum meum. Eſt enim natiuitatū negocium ualde altum atq; ſubtiliſſimum, egens inquiſitione: unde non aſſumam ſtilum altiſſimum ne forte impediat: nec omnino humilem, ne illum forte uilipendas: ſed mediocrem ut melius ualeas conſequi quod intendis: nec extimes me nō obſeruaſſe tibi promiſſum.

PARS SECVNDA.

Qualiter ſit uidendum de quatuor differentijs natiuitatum ordinatim. Caput I.

Facta ſuperius mentione quòd diffinitiones natiuitatum ſunt 4. ſecundum earum 4. diuerſitates in parte prima huius tractatus quæ pręcedit hanc cui ſubalternatur iſta, reſtat nunc de ipſis omnibus in hac ſecunda parte dicere ordinatim: & prius de illis quorum uita non durat in eis tantum quòd aſſumant aliquod nutrimentum. Cuius rei ſcientia eſt ut aſpicias gradum aſcendentis cuiuſuis

Quatuor conſideranda in natiuitatibus.

natiuitatis ac eius dominum. dominos quoq; triplicitatis gradus aſcendentis & cæteros angulos & eorum dominos, gradum etiam cuiuſq; luminaris & eorum dominos. Et dixit Aboali, quòd aſpicias dominos triplicitatis Solis, ſimiliter & Iouem atq; Venerem & Planetas diurnos ac nocturnos, ſecūdum quòd natiuitas fuerit diurna uel nocturna. Aſpicias etiam partem fortunæ ac ipſius dominum: ſimiliter & dominum coniunctionis ſeu præuentionis, quæ fuerit ante ipſam natiuitatem. deinde aſpicies Planetā qui fuerit prę cęteris fortior in locis prędictis, uel in aliquibus eorū: & uidebis utrū ipſe ſit unus tantū uel fuerint duo ſiue tres: qui ſi fuerit tantum unus, fueritq; cadens ab aſcendēte uel ab angulis tantū & fuerit ſecū aliquis maiorū in eodē gradu impediens eū, uel fuerit impeditus gradus aſcendēs, ita ſcilicet ut ſit in eo aliquis maiorū nō habens ibi dignitatē. uel aſpexerit eum 4. aſpectu uel ab oppoſitione, ſignificat quòd morietur natus anteq̄ aſſumat aliquod nutrimentū. Illud idem dicas, ſi gradus in quibus fuerint luminaria fuerint impediti. Ptolemæus uero uiſus eſt ſenſiſſe aliquod diuerſum ab eo quod alij ſapientes ſenſerunt, licet nō contrariū. Viſum enim eſt ei quòd cum fuerit impeditū luminare cuius eſt autoritas & gradus aſcēdentis: receſſerūtq; dñi graduum in quibus luminaria fuerint ab angulis, nō guſtabit natus aliquid donec moriatur. Et dixit quòd erit hora huius rei cū luminaria peruenerint ad malū. Alij aūt antiqui dixerunt quòd cum omnes tres dñi triplicitatis receſſerint ab angulis: receſſerintq; luminaria & eorum dñi. & receſſerit cōiunctio uel præuentio & eius dñs, tunc natus non guſtabit aliquid donec moriatur. aut ipſe natus non erit homo aut erit de illis partibus qui naſcuntur cum aliquibus, non naturalibus ſignis, ſicuti ſunt illi qui habent

bent plura membra quàm debeant, uel carent eis, uel habēt ea tranſpoſita, prout ego uidi quàm plures, quorum quidam carebant brachijs, quidam etiam manibus, quidam pedibus, quidam cruribus, quidam habebant genua retro, quidam carebāt oculis: & uidi quendam qui habebat tria brachia, & alium qui habebat coxam & crus loco brachij, & alium qui non habebat anum: & fuit quidam fatu° cyrurgicus laicus qui uoluit facere ipſum ei, et ita fatuus fuit quòd perforauit eum inferius cum quodam ferro, & ita occidit eum. Et fuit ſimiliter tempore meo quoddam monſtrum quòd ab umbilico ſuperius erat duo homines, & exinde tantū unus: & quidā habebat unū caput, & abinde infra erant duo corpora. Vel erit ille natus de illis qui naſcunt cum aliquo bruto, ſicut aliquando fit: ut cum ſimia uel muſipula uel ſimilibus, uel pariat mulier rem monſtruoſam, uel ſit ipſe natus animal brutum. Quod ſi fuerit ſic, & prædicti ſignificatores cadētes omnes ſicut dictum eſt, & aliquis malorum impedierit dominū aſcendentis, aut Luna uel Almutē ſuper locis prædictis, uel fuerit ipſe malus Almutem, erit ipſum animal ſilueſtre rigidū, nolens aſſociari alijs, & maxime hominibus ſicuti eſt lupus & ſimilia. Si uero præfuerint boni & mali, & maxime ſi fuerit Mercurio in his locis aliqua dignitas, erit de illis quæ aſſociantur hominibus, ut ait Aomar, ſicuti ſunt canes & ſimilia. Et dixit mihi mater mea, quæ uidebatur mulier ſatis ueridica, quòd tempore ſuo quædam mulier peperit gattum.

¶ De ſecunda differentia ſeu diffinitione.

SEcunda differentia ſeu diffinitio, eſt ut aſpicias gradum aſcendentem & cæteros angulos & eorum dominos: gradus etiam luminarium et eorum dominos, & dominos triplicitatis eorum, ſecundū
Natiuitates. quòd natiuitas fuerit diurna uel nocturna. dominos etiam triplicitatis gradus aſcendētis, & partem fortunæ atque coniunctionem uel præuentionem quæ fuerit ante ipſam natiuitatem, & dominos triplicitatis in quibus ipſæ ceciderint Iouem quoque ac Venerem: & uideas Planetam qui fuerit fortior in his locis præ multitudine dignitatum, qui dici
Almudebit. tur Almudebit, ſi fuerit cadēs ab angulis, & aliquis malorum præfuerit eis, & fuerit inter Almutem & malum aliqua longitudo, ſignificat quòd natus aſſumat ſibi aliquod nutriens, & uiuat donec ille Almutam perueniat ad malum uel ipſe ad eum per corpus ſuum uel per aſpectum, quòd primo ſibi acciderit gradu per gradum, tunc enim ſignificat ꝙ peribit natus poſt tot dies uel tot menſes uel tot annos. Si fuerit malus impeditus in angulo, & in ſigno fixo, erunt anni ſecundum quantitatem graduum diſtantiæ quæ fuerit inter Almutem & malum. Si autem fuerit in ſuccedenti & in ſigno communi erunt menſes. Si uero in cadenti & in ſigno mobili, erunt dies. At ſi fuerit in angulo & in ſigno communi, minuet ſextam partem illorum annorū. Si uero fuerit in ſuccedēti, & ſigno mobili, minuet quartam partem illorum menſium. Et ſi fuerit in cadenti in ſigno mobili, minuet tertiam partem illorum dierum. Quod ſi fuerit fortuna in loco mali, & fuerit in cadenti in ſigno communi, prolongat dies illos pro ſexta parte. Si autem fuerit in cadenti & in ſigno fixo, prolongat eos pro quarta parte. At ſi fuerit in cadenti in ſigno mobili, prolōgat eos pro tertia parte. Idem dicas de gradu aſcendente, ſimiliter & de gradu in quo fuerit tunc Luna, ſi iungatur cum malo. Et ſi omnia iſta uel plura eorum ceciderint ab angulis, guſtabit etiam cibum, ſed nō nutrietur. Si autem fuerit aliquis dominorum triplicitatis aſcendentis in cuſpide anguli aſcendentis uel decimæ uel undecimæ uel quintæ uel fuerit ibi Iupiter aut Venus, & fuerit liber ab impedimentis & à malis, ſignificat nutritionem, ſed non determinatam, utrum ſcilicet ſit futura longa aut breuis, niſi ſecundum alia teſtimonia quæ ſignificant nutritionem. Et ſi fuerint prædicti ſignificatores impediti, aſpice dominos triplicitatis partis fortunæ, & iudica ſecundum eſſe ipſorum, & ſecundum ꝙ Sol aſpexerit partem. Idem dicas de dominis triplicitatis cōiunctionis uel præuentionis. Poteris etiam dicere ſimile, ſi Luna fuerit obſeſſa à duobus malis, quorum unus ſit in primo, & alius in ſeptimo, quoniam erit eius uita breuis.

¶ Quando fient iſta.

AD ſciendū uero tempus & horam quando iſta fieri debeant, dirigendus eſt gradus aſcendentis ad corpus mali impedientis, uel ad eius quartū aſpectum, uel ad eius oppoſitionem, dando ſcilicet uni gradui diem uel menſem uel annum, ſecundū quod ſignificauerint dies uel menſes uel annos. Et ſi tunc tranſierit natus unum annum, conſiderabis poſtea ſecundum profectiones, dando ſcilicet omnibus 30. gradibus unum annum ſecundum gradus æquales duobus gradibus & 10. minutis menſem & omnibus 5. minutis diem, & omnibus ferè 12. ſecundis horam, & cum finitus fuerit numerus, tunc peribit natus. Et dixit Aomar, aſpice etiam Infantium accidentia.
in hora illa ad quaſdam fortunas ſi ſint in angulis uel in optimis locis à dignitatibus ſuis, uel Planetam qui fuerit dignior in gradu aſcendentis ac partis fortunæ, quia hoc ſignificat ſecundum quantitatem ſuæ fortitudinis atque debilitatis, quòd perueniet uita nati ad annos uel menſes uel dies, ſecundum quantitatem donationis illius Planetæ ex annis ſuis minoribus. Et dixit, fortaſſis erunt dies ſecundum quòd putat Dorothius. Cum ceciderint domini triplicitatis aſcendentis, primus ſcilicet & ſecundus atque tertius, ſignificat quòd natus non nutrietur. Et maxime ſi fuerit Saturnus in natiuitatibus nocturnis in angulo, et Mars in diurnis. Et erit hora mortis illius quando profectio alicuius alterius anni peruenerit ad angulos, quia malus cum fuerit in angulo, quando ueniet annus ad aliquem angulorum, quòd ſit ibi lumen quarti aſpectus mali, & ſi non fuerit natus ille mortuus in primo anno, tunc agit quod ſuum eſt. Et dixit, & putatur in libro ſimilitudinum, quoniam Almutem ſi fuerint 2. et unus eorum fuerit impeditus, morietur natus, & non poterit alter ſufficere. Similiter ſi fuerint 3. & unus eorum fuerit impeditus, licet alij duo ſint fortes, quòd durabit natus, ſed non prolongabitur eius uita. Etiam ſi fuerint 4. & unus fuerit impeditus, uel duo, & alij fuerint utiles, remanebit iterum puer plus, ſed nō prolongabitur eius uita. Si autem fuerint impediti 3. licet alius ſit fortis non uiuet natus, niſi fortuna fortis aſpexerit ſignificatorem illius natiuitatis, & eo fortius, ſi Luna fuerit impedi

ta & non recepta: ſi autem fuerit libera & recepta, ſignificat prolongationem uitæ reſpectu ſuæ breuitatis.

¶ De differentia tertia ſeu diffinitione.

Natus non habens Ylem.

TErtia uero differentia ſeu diffinitio eſt, ut nato non ſit Ylem neq; Alcocodē ex natiuitate ſua, ſed ſint dominus aſcendentis & luminaria & domini domorum in quibus ipſi fuerint liberi ab impedimentis prædictis ſcilicet retrogradatione: combuſtione coporali malorum coniunctione, & eorum quarto aſpectu atque oppoſitione & dominis domorum in quibus fuerint mali etiam ſi fuerint cadentes ab angulis uel ab aſcendēte uel fuerint in angulis impediti, ſignificat moram nati in mundo & eius nutritionem, ſed non prolongabitur uita ipſius· & uix aut nunquam fiet quòd prolongetur ultra 12. annos, ſed morietur prius ſecundum quantitatem graduum qui fuerint inter dominum aſcēdētis & angulū à quo ceciderint. Et dixit Tiberiadis cum fuerit natiuitas ſecundum quòd diximus differemus loqui de tali natiuitate donec perueniat aſcendens ad unum orbem ſcilicet 12. annorum ad unumquodque ſcilicet ſignum annum unum & hoc propter caſum ſignificatorū. Et dixit, nam quotiens peruenerit orbis aſcendentis ad corpora malorum uel quartum aſpectum uel oppoſitionē alicuius eorū, timebitur de ipſo donec aſcendens percurrat unum orbem. Et dixit, cūq; tranſierit unum orbem, dirigem⁹ ei ab aſcendente ad unūquēq; gradum annū unum per aſcenſiones regionis in qua fuerit natiuitas illa, quouſq; perueniat ad malos, ut dictum eſt in alia differentia.

¶ De quarta differentia ſeu diffinitione.

Natus habens Ylem.

QVarta quidem differentia ſeu diffinitio eſt ut ſit nato Ylem & Alcocoden & prædicti ſignificatores ſcilicet gradus aſcendens & eius dominus & dominus triplicitatis gradus aſcendentis, & cæterorum angulorum & eorum domini & gradus luminarium & eorum domini: & Iupiter ac Venus & domini domorum in quibus ipſi fuerint. & Planetæ diurni atque nocturni, ſecundum quòd natiuitas fuerit diurna uel nocturna, & pars fortunæ ac ipſius dominus ſimiliter & dominus coniunctionis uel præuentionis quæ fuerit ante natiuitatem, & Planeta qui fuerit Almutem in his locis ſint liberi.

¶ De inuentione Ylem.

Inuenire Ylē

CVius rei inuentio eſt, ut quæras eam in natiuitatibus diurnis à Sole: quem ſi inueneris in primo uel 11. uel 10. erit aptus accipere Ylem ab eo ſiue ſit in ſigno maſculino ſiue fœminino. Si uero fuerit extra hæc loca in 7. aut 8. aut 9. & in ſigno maſculino ponendus eſt pro Ylem. Et dixit Aomar & ſcito quòd Sol uel cætera loca quæ exercentur pro Ylem, non poterunt eſſe Ylem niſi aſpexerint eam domini domorum aut exaltationum ſiue triplicitatum uel terminorum aut facierum, ſecundum quod uiſum eſt Aboali de dominis facierū. Si autem non aſpexerint domini alicuius illarum dignitatū, non erit Sol aptus Ylem neque dominus illius dignitatis. Similiter de Luna in die ac nocte & de parte fortunæ & de gradu aſcendente & de gradu etiam coniunctionis ſeu præuentionis pronunciabis. Iterum ſi Sol nō fuerit aptus eſſe Ylem, accipies Ylem à Luna, quam ſi inueneris in angulo aut in ſuccedenti & in ſigno fœminino et aliquis dominorum alicuius quatuor dignitatum prædictarum aſpexerit eam, apta eſt ad hoc ut ſit Ylem. Et ſi natiuitas fuerit præuentionalis, tunc eſt Ylem à parte fortunæ perquirendum. Si autem fuerit coiunctionalis quære ipſam à gradu aſcendente, qui ſignificabit eam, ſi aſpexrint eum uel Lunam aliquis prædictorum ſignificatorum, & præponetur parti fortunæ cum ſic fuerit. Si autem non aſpexerit eum aliquis eorum non ſignificabit Ylem. Quod ſi non fuerit tunc gradus aſcendens cum Ylem, partem fortunæ reſpicies, quæ ſi fuerit cum Ylem, uel cum gradu aſcendentis natiuitatis, erit Ylem, ſin aūt, nō. Quod ſi neuter illorū poterit eſſe Ylem, quære tunc ipſam à gradu coniunctionis, ſi natiuitas fuerit coniunctionalis, uel à gradu præuētionis, ſi fuerit præuentionalis. Aomar tamen uiſus eſt uelle quòd quæratur à gradu in quo fuerit Luna hora præuentionis in iſto caſu. Quod ſi iterum non aſpexerit aliquis prædictorum ſignificatorum gradus prædictorū, fruſtrabitur tunc Ylem, eritq; natus paruæ uitæ. Et ſi aſpexerit aliquis eorum gradum illum, ipſe Alcocoden ac dator annorum dicetur. At ſi omnes prædicti ſignificatores aſpexerint gradum prædictum, ſcilicet dominus domus, & dominus exaltationis, & dominus termini ac dominus triplicitatis, ille qui fuerit propior gradui per aſpectū uel per coniunctionem erit Alcocoden ſiue dator annorum, ſiue ante fuerit ille aſpectus ſiue retro. Si autem omnes aſpexerint æqualiter, ille dicetur Alcocodē, qui fuerit fortior in loco ſuo, & habuerit æqualem dignitatem, ſcilicet unam tantum. Si autem habuerit aliquis eorum plures dignitates quàm alij, dicetur fortior cæteris, eritq; omnibus præponendus, dummodo gradum prædictum aſpiciat, etiam ſi fuerit minor diſtantia inter gradū Ylem & alium ex prædictis ſignificatoribus qui non habuerit niſi unam dignitatem in gradu Ylem. — *Alcocoden.*

¶ De certificatione annorum nati & eius uita.

POſtquam uero ſic feceris & certificatus fueris de Ylem & alcocodē, poteris de annis nati ac de ipſius uita certificari. & de ipſius uita utrum ſcilicet ſit futura lōga uel breuis, ſalubris uel periculoſa, & de ipſius accidentibus bonis ſeu malis: ac de ipſius proſperitatibus: necnon & de aduerſitatibus ſuis poteris certificari. Ylem enim ſignificat radicem uitæ· alcocoden uero numerum annorum eius: quoniam ſtatus uitæ accipitur ab Ylem· datio uero annorum accipitur ab alcocoden ſed tamen neuter illorum ſufficit ad dandum uitam nato ſine altero, ſicut enim uir ſolus non ſufficit ad generandum, ſic nec mulier ſola ſufficit ad concipiendum ſeu gignendum: unus enim ſine alio gignere non poteſt: Ylem enim dat uitam formaliter, alcocodē dat eam effectiue. — *Ylem, quid. Alcocoden, quid.*

¶ Iterum de certificatione annorum nati.

CVm autem perceperis annos nati & eorum numerum, conſiderabis diſpoſitionē Ylem et Alcocoden, & uidebis quot anni ſint attributi nato. Videbis etiam ſi dentur ei anni per alcocodē an per alium, ſicut accidit aliquando: quia ſi dantur per Al

cocoden

cocoden, erit planũ quid facere debeas. Si uero dentur ei per alium, uidebis utrum ſint æquales anni Alcocoden minoribus aut medijs ſeu maioribus ſiue maximis quód pauciſſimis deuenit ad hoc aut parum minores. Et uidebis in quo illorum annorum Ylem perueniat, ad corpora malorum uel ad loca in quibus erant in natiuitate, uel ad eorũ quartum aſpectum uel oppoſitionẽ: uel ad caudam draconis, uel ad gradum in quo ipſa erat in natiuitate, uel ad aſpectum quartum loci in quo erat Luna in natiuitate uel ad eius oppoſitionem, dando ſcilicet unicuiq; gradui ſecundum gradum illius regionis unum annum, & aliqua ex fortunis non proiecerit radios ſuos ad terminũ in quo peruenerit Ylem ad malum impedientem, ſignificat quód morietur natus eó anno uel mẽſe uel die ea ſcilicet hora qua perficietur aduentus Ylem ad loca prædicta ſeu ad aliquem eorum. At ſi nõ fuerint anni prædicti æquales annis Alcocoden nec eis cõſimiles, & peruenerit Ylem ad malum impedientem, ut dictum eſt, uel ad loca prædicta ſine aſpectu alicuius fortunarum, grauabitur natus fortiſſimo impedimento, ita quód quaſi deſperabitur de ipſo ne periclitetur: & ipſe idem timebit ne pereat ultimo tamen euadet, niſi periclitetur forté per errorẽ, ſed ſi fortuna proiecerit radios ad ipſam Ylem grauabitur natus tunc ſed non erit de ipſo tunc ita dubitandum.

De diuerſitate opinionum quæ eſt de Ylem. Cap. II.

FVit autem inter ſapientes diuerſitas in Ylem, licet non contrarietas, quoniam Ptolemæo uiſum eſt quód Ylem non quæraẽ in octaua, eo quód aſcendens non habet in eo aliquod iuuamentũ, & eſt locus tenebroſus nec aſpicit illud. In nona aũt ſecus eſt, quoniam eſt de triplicitate aſcendentis ac de ipſius genere: & quia Sol gaudet in ea, & eſt ipſius fundamentũ. Quód ſi fuerit Sol in natiuitate alicuius in nona, & ipſe alias bene diſpoſitus, erit natus bonæ uitæ, ſimiliter & honeſtæ ac bonæ durabilitatis. Dorothio uero uiſum eſt, quód non ſit quærenda Ylem ab octaua, nec á ſeptima, niſi ſit in ſignis maſculinis. Et dixit, quód ſi Sol fuerit in his duabus domibus, non ſit aptus eſſe Ylem in ſignis fœmininis: quoniã eius fortitudó debilitatur in eis, & effœminatur. Et eſt ſibi uiſum quód Sol ſit Ylem in natiuitatibus nocturnis in locis oppoſitis iſtis ſignis maſculinis, Sed Ptolemæus nõ fecit mentionem de ſexu ſignorum, quare uidetur mihi conueniens quód tu ſerues ſententiam Dorothij, ſi potes, eſt enim ſecurius: ſin autem ſententia Ptolemæi non eſt abijcienda. Si autem non fuerit Sol in natiuitatibus diurnis in ſignis maſculinis in prædictis locis, non erit aptus eſſe Ylem, tunc oportebit te quærere Ylem á Luna quam ſi inueneris in aliquo angulorũ uel ſuccedentium, erit apta eſſe Ylem: nec curabis de ſexu ſignorum, utrum ſcilicet ſint maſculina uel fœminina, erit tamen in natiuitatibus mulierum melior in ſigno fœminino, in natiuitatibus uirorũ in ſigno maſculino. Et in hoc cõcordauerũt omnes, quód Luna ſit apta eſſe Ylem in tertia, eo ꝙ ipſe gaudet in ea, & eſt eius fundamentum, de nona autem fuit inter eos diuerſitas. Viſum eſt enim Dorothio non eſſe certum Lunam poſſe in hoc loco eſſe Ylem eo quód ipſa ſit tunc impedita. Ptolemæo uero uiſum eſt quód ipſa poſſit eſſe Ylem in nona, ſed oportet eam eſſe in ſigno fœminino. Et dixit Aomar, quód ſi Luna non fuerit in his locis, & fuerit natiuitas coniunctionalis, quæretur Ylem ex gradu aſcendentis natiuitatis. Si uero fuerit præuentionalis quæretur á parte fortunæ quód aſcendens Lunæ dicitur: poſtponeſq; tunc gradũ aſcendentis. Et præpoſuerunt ſapientes partem fortunæ in præuentione, quoniã Luna eſt tunc in complemento totius ſui luminis ex parte quam uidemus de ipſa, & præeſt toti nocti. In natiuitatib⁹ autem coniunctionalibus, incipiendum eſt ab aſcendente. quoniam Luna tunc eſt priuata toto ſuo lumine. At ſi quæratur Ylem á parte fortunæ, ſignificaueritq; illam, & fuerit in angulis aut in ſuccedentibus angulorum, non curabis utrum ſit in ſigno maſculino ſeu fœminino. Quod ſi quæſieris eam ab aſcendente natiuitatis, nec fuerit impeditum aſcendens, licet non ſit ibi pars fortunæ, tamen erit Ylem. Et dixit Aomar, non curabis utrum ſit cadens ab angulis an non, quoniam ipſum aſcendens erit angulus. Et dixit non eſt in eo aliquid quærendum quod timetur de eſſe aliorum locorũ Ylem, ex profectu ſcilicet aut in profectu Poſſibile enim ut ſint prædicta loca in locis profectus uel improfectus: aſcendens enim nõ deſinit eſſe in profectu. Et dixit, ſi uero Sol uel Luna uel pars fortunæ uel aſcendens non cõuenerint Ylem; aſpice coniunctionem uel præuentionem quæ fuerit ante natiuitatem, & quam earum aſpexerit Sol aut Luna uel dominus aſcendentis ſiue alia ex fortunis, & fuerit in angulo uel ſuccedenti angulo erit Ylem· nec curabis utrum ſit ſignum maſculinũ uel fœmininum.

¶ De ſcientia Alcocoden.

Alcochoden, Diuiſor.

CVmq; ſciueris Ylem & uolueris ſcire Alcocoden, qui dicitur diuiſor, cõſiderabis dictos quatuor ſignificatores, ſcilicet dominum domus in qua fuerit Ylem, dominum exaltationis, dominum termini, ac dominum triplicitatis, et quem eorum inueneris magis aptum, pone ipſum Alcocoden, incipiens á domino termini, quem ſi inueneris proijcientem radios ſuos ad ipſum terminũ pone ipſum pro Alcocoden. Quod ſi non ſic inueneris, aſpice tunc dominum domus & operare per ipſum, ſicut feciſti per dominum termini, deinde per dominũ exaltationis, poſtmodum per dominũ triplicitatis. Quod ſi neutrum inueneris ad hoc aptum, uteris ultimo domino faciei, licet eius ſignificatum ſit debile. Et hoc intelligas, ſi eorum dignitas fuerit eadem, & æqualis ſcilicet uniuſcuiuſq; eorum. Si autem omnes aſpexerint æqualiter, & aliquis eorũ habuerit plures dignitates una: ille qui habuerit duas, præponetur alteri habenti tantum unam: & qui habuerit tres, præponetur habenti duas & dicetur fortior. Si autem fuerint omnes æqualiter fortes ex dignitatibus ſeu teſtimonijs præponetur ille qui fuerit in angulo uel in ſuccedenti. Si uero fuerint omnes in angulo uel in ſuccedenti, dicetur fortior ille qui fuerit magis propinquus cuſpidi anguli, uel ſuccedentis. Si uero fuerint æquales in fortitudine ac dignitate in loco Ylem, & fuerint æqualiter in angulo uel ſuccedenti præferetur ille qui fuerit in ſua di-

Significatores

Fortis

gnitate alteri qui fuerit peregrinus uel in ſua minori dignitate quàm ille. At ſi omnes fuerint æqualiter æquales in omnibus ſupradictis fortitudinibus, præferetur ille qui fuerit oriẽtalis. Et ſi omnes fuerint oriẽtales, præferet ille qui fuerit magis propinquus Soli, dũmodo non ſit combuſtus tam ortu coſmico quàm eliaco. Et ſi Sol fuerit in linea orientali, præponetur cæteris ſignificatorib⁹. Et ſi fuerit aliquis ex Planetis in aſcendente, uel in decima, non diſtans à linea cuſpidis, plus tribus gradibus ante: uel plus quinque retro, fac ipſum participem cum Ylem, ſiue habeat ibi dignitatem ſiue non, ſed ſi habuerit ibi dignitatẽ, erit fortior aliquo qui fuerit extra prædicta loca, licet eorum dignitas ſit æqualis: & ne dum ſi fuerit æqualis, immo ſi abſens habuerit unam dignitatem, uel etiam duas plures eo, ille tamen qui fuerit præſens, erit fortior in locis prædictis, ut dixi. Si autem non habuerit ibi dignitatem, erit eius participatio debilis, ac parum proficiens. Et ſi aliquis trium Planetarum fuerit orientalis, & fuerit in zamini Solis uel ante ſtationem ſuam ſecundam, uel poſt ipſam per ſpacium quod ipſe poſſit ambulare ſeptem diebus, & habuerit aliquam dignitatem in loco Ylem, fueritq; alias bene diſpoſitus, poterit requiri, ab eo Ylem et Alcocoden, niſi dominus termini gradus Ylem contra operetur. Et uiſum eſt Ptolemæo quòd aſpectus ſit una fortitudo Planetæ in Ylem & Alcocodẽ & quòd Planeta qui habuerit tres dignitates, licet nõ aſpiciat ſit fortior illo qui habuerit tantum unam & aſpexerit: nec tamẽ contradicit alijs philoſophis qui dixerunt quòd qui habuerit unam, erit fortior ſi affuerit in locis prædictis, quoniam ipſe intellexit de aſpicientibus & non de præſentibus in illis locis. Et dixit quòd ille Planeta eſt dignior, ut præſit qui habuerit plures dignitates in aſcendente, atque in locis luminarium, & in parte fortunæ uel in gradu coniunctionis, ſeu præuentionis quæ fuerit ante natiuitatem. Et dixit quòd ſi fuerit aliquis Planeta qui habuerit dignitatem in tribus uel quatuor locis uel ſaltem in duobus, conſtituemus eum Almutem ſuper natiuitatem.

Orientales.

Dignitates.

¶ De ſcientia annorum nati.

POſt hoc aſpiciemus locum ipſius Almutem ad ſciendum annos nati: qui ſi fuerit orientalis & in angulo, & cum hoc fuerit in ſuo Aym, ut Planeta maſculinus in ſigno maſculino, et ſuper terram, & fœmininus in ſigno fœminino & ſub terra. & fuerit in aliqua ex ſuis dignitatib⁹ ſupradictis quæ ſunt domus, exaltatio, triplicitas, & facies, ut quibus uidetur de facie, fueritq; in aſcendente uel in decima & in ſuo Aym, dabit tunc annos ſuos maiores. Et dixit Abolialy quòd ſi Sol fuerit Ylem, & fuerit in Ariete uel Leone, nec aſpexerit eum aliquis de dominis quinque dignitatum ſui ipſe erit Ylem & Alcocoden. Similiter erit de Luna cum ipſa fuerit in Tauro uel Cancro conditionibus prædictis. Et dixit Ptolemæus, ſi autem fuerit orientalis & in ſuccedenti angulũ, & maxime in undecimo, & in aliqua ex ſuis dignitatibus prædictis, fueritq; liber ab impedimentis, dabit tunc annos medios. Quòd ſi fuerit in cadentibus, licet ſit alias liber, dabit tunc annos ſuos minores. Si uero fuerit cadens, & fuerit alias impeditus, ſcilicet retrogradus, aut in oppoſitione alicuius ſuarum domorum, uel exaltationis ſuæ, uel fuerit pereregrinus, aut obſeſſus à duobus malis, dabit tunc loco illorum annorum menſes uel fortè dabit loco menſiũ hebdomadas. At ſi fuerit cum aliquo ex prædictis impedimentis combuſtus, ſignificabit, & dabit loco illorum annorum horas: uel ad plus ſignificabit dies. Aboali æqui parauit omnes angulos in dando annos maiores, & omnia ſuccedentia in dando annos medios: cadentia uero in dando annos minores.

Aym.

Abohali.

¶ Quando Planetæ augent annos.

POſtquam uero cognoueris Alcocoden qui dator annorum dicitur, uide utrum aſpiciatur ab aliquo ex Planetis uel fuerit ei corporaliter iunctus. Videbis etiam utrum ſit fortuna ille cui ipſe iungitur uel qui eum aſpexerit, & quo aſpectu aſpiciat eum, quoniam ſi aſpexerit eum à trino uel ſextili aſpectu, & fuerit fortuna & illa fortuna fuerit fortunata & fortis, augebit ei annos ſuos minores, & tot menſes quot fuerint eius anni medij. Si autem non receperint eum, conditionibus tamen prædictis, augebit ei annos ſuos minores: & inſuper tot dies quot ſunt anni eius maiores. Idem dicas ſi receperit eum à quarto aſpectu uel oppoſitione. Si autem fuerit illa fortuna impedita, augebit ei ſecundum numerum annorum ſuorum minorum menſes.

Alcochoden dator annorũ

¶ Quando Planetæ minuent annos.

SI uero fuerit malus ille qui eum aſpexerit, & aſpexerit eum à quarto aſpectu uel ab oppoſitione uel corporaliter ei iunctus fuerit, minuet ei de annis ſuis ſecundum numerum annorum ſuorum minorum. Si autem fuerit fortunatus & fortis, minuet ei tantum ſecundum tres partes annorũ ſuorum minorũ. Et Mars eſt maioris nocumenti quàm alius ex malis. Mercurius quidem conuertibilis eſt: quoniam ſi fuerit cum augentibus, auget annos nati ſecundum numerum annorum ſuorum minorum. Si uero fuerit cum minuentibus minuet totidem.

¶ De capite draconis & eius cauda.

CAput uero draconis dixit Alchindi quãdo fuerit cum Alcocoden per duodecim gradus ante uel poſt, quòd minuit quartam partem annorum, quod tamen nõ probaui, quòd meminerim: de cauda uero ſic. Et nocet plus quando fuerit cum Luna quàm cum alio ex ſignificatoribus. Variantur etiam aliter anni nati, & dantur ex uirtute natiuitatis alicuius proprijs filijs poſterioris eorum qui uixerit, ſicut uariantur anni per reuolutiones poſt natiuitates: & de hoc tu inuenies dictũ infrà in capitulo de patre.

¶ De directione graduum ad Planetas ad ſciendum accidentia nati.

EX quo inueneris numerum annorum uitę nati, qui ſignificantur per Alcocoden et uolueris ſcire de accidentibus nati, ac de ipſius eſſe, dirige Ylem ipſius ad radios malorum ex quarto aſpectu, & oppoſitione, & ex eorum coniunctione corporali in uno ſigno, & ex trino etiam uel ſextili aſpectu ipſorum, & dabis unicuiq; gradui diſtantiæ quæ fuerit inter eos uſque ad complementum coniunctio

nis

nis eorum minuto per minutum ſecũdum gradus illius regionis annum unum. Et omnibus quinq; minutis menſem:& omni minuto ſex dies,& omnibus decem ſecundis unum diem:& omnibus uigintiquinque tertijs unam horam. Et uide quando Ylem peruenerit ad radios malorum,uel ad gradus in quibus erant mali hora natiuitatis,uel eorum radij,quoniam ſi fuerit tunc ſignificator Ylem,uel Alcocoden male diſpoſitus,grauabuntur accidentia nati,& horribilia fient. Quod ſi peruenerit Ylem ad aliquem malorum,ſiue ad aliquem ex prædictis locis timendis,nec proiecerit aliqua ex fortunis radios ſuos ad ipſum locum,fueritq; annus ille ultimus annorum nati,qui dati ſunt ei per Alcocoden, morietur natus in illo anno,& in menſe,& in illo die:& in illa hora tali morte,qualem ſignificauit ei dator annorum in natiuitate ſua,ſi uixerit uſque dum debuerit,hoc eſt quòd non ſit præuẽtus morte accidentali,ſicut pluries accidit,& eo fortius & certius & infallibilius,ſi malus ille impedierit dominum aſcendentis natiuitatis,& dominum aſcendentis reuolutionis illius anni,ac dominum profectionis eiuſdem,uel impedierit ipſe & alius malus omnes prædictos ſignificatores,nec erit ibi niſi unum remedium,hoc eſt,ſi fuerit ille malus in maiore latitudine,ſiue in minori quàm ſit Ylem,ita q; non obuient ſibi inuicẽ recto diametro, ita quòd ſit deuiatio unius ab altero plus uno gradu:niſi eſſet forte diuino miraculo,ſed ſi deuiatio eorum fuerit,ut dixi,non morieẽ niſi forte culpa errantium, uel fiat uis naturæ,periclitabitur tamen periculo ſimili morti. Exercebis etiam ſtellas fixas quæ fuerint de natura illius mali impedientis in ſuis latitudinibus,ſicuti exerces malum impedientem. Et non facias directionem tuam,niſi primo aſpexeris latitudines Planetarum atque ſtellarum fixarum,ut dixi. In alijs autem annis,cum peruenerit Ylem ad loca prædicta ſine proiectione radiorum alicuius fortunæ grauabitur eſſe nati,& accident ei contraria horribilia,non tamen periculoſa. At ſi fortuna proijciat radios ſuos ad locum illum,non impedietur natus impedimento graui. Et quotienſcumque peruenerit Ylem ad fortunas,uel ad loca in quibus erant, uel ad loca in quibus erant eorum radij hora natiuitatis,alicuius abſq; proiectione radiorũ alicuius mali,totiens accidẽt ei proſpera et etiam placibilia. Si autem proiecerit malus radios ſuos ad eum,minuet de bonitate illa,non tamen multum minuet, tamen ſecundum magis & minus iuxta illud quòd ipſe fuerit diſpoſitus,Similiter quotiens peruenerit Ylem ad malos uel ad loca in quibus erant mali, uel eorum radij hora natiuitatis abſq; proiectione radiorum alicuius fortunæ,totiens accident ei contraria & horribilia , & aggrauabitur eius eſſe. Quòd ſi fortuna proiecerit radios ſuos ad loca prędicta , minuet de malitia illius mali , ſecundum quòd ipſa fuerit diſpoſita. Quod ſi peruenerit Ylem ad malum impedientem hora natiuitatis, uel ad eius quemcunque aſpectum,nec receperit eum ipſe malus receptione perfecta:fueritq; ipſe malus impeditus,ſignificat mortem nati in anno illo prout aliàs dicitur.

Gradus ad Planetas.

Quod omnes Planetæ ſunt datores annorum,ſed non ſunt omnes conſeruatores eorum ſimpliciter, immo ſunt quandoque interfectores,quidam naturaliter,quidam per accidens, ſimiliter caput & cauda.

Cap. III.

PLanetæ omnes ſunt datores annorum, ſecundum tamen ordinem diuerſum,& etiam caput & cauda draconis,ſed nõ ſunt omnes cuſtodes ſeu conſeruatores eorum ſimpliciter,imo ſunt quidam ex eis naturaliter interfectores,uidelicet Saturnus & Mars,& Caput & Cauda draconis. Et etiam quidam alij interfectores præter prædictos,licet non naturaliter,ſed potius per accidens, & ſunt 13.ita quòd interfectores omnes ſunt 17.ſcilicet prædicti quatuor naturaliter,& illi 13.quidam per accidens,quidam per tempora,quidã per locorum poſitionem. Nam Sol interficit per coniunctionem corporalem,& per aſpectum quartum,& per oppoſitionem. Luna ſimiliter interficit per coniunctionem corporalẽ cum Sole,ſiue ipſa fuerit Ylem ſiue non,niſi eſſet in zamini Solis,& cum fuerit in eius quarto aſpectu uel in eius oppoſitione. Interficit etiam Luna cum peruenerit ad gradum aſcendentis natiuitatis ſine aſpectu fortunæ, ſi ipſa fuerit Ylem in natiuitate, fueritq; ille gradus aſcendentis alicuius reuolutionis, tunc peribit natus, quoniam eius eſt inimicari aſcendenti, propter utriuſque naturæ diuerſitatem. Aſcendens enim amicatur Soli,& eſt de natura caloris atque diei Et Luna inimicatur aſcendenti,& amicatur eius Nadir ſcilicet ſeptimæ, & eſt de natura frigiditatis atque noctis.& inimicatur unus eorum alteri,& contrariantur inuicem. Caput uero draconis & eius cauda interficiunt propter eorum ſtricturam in ſectione circulorum, quando Ylem iungitur alicui eorum in natiuitate uel reuolutione,niſi fortunæ tunc aſpexerint gradum Ylem . Et illud idem intelligas de gradu qui erat duodecimæ domus, ſcilicet hora natiuitatis,uel ſextæ,uel octauæ. Similiter faciunt cor Tauri & cor Scorpionis propter ſuperfluam abundantiam caloris in eis uincentis. Mercurius uero cum fuerit corporaliter iunctus alicui malorum uel in quarto ipſius aſpectu,uel in eius oppoſitione abſque receptione perfecta,uel ſine aſpectu alicuius fortunæ,fueritq; in gradu qui erat aſcendens hora natiuitatis, uel fuerit iunctus ipſe Ylem, uel fuerit in quarto ipſius aſpectu uel fuerit in eius oppoſitione interficit,cum fortunis uero non . Interficit etiam Ylem ſi iũgatur cum gradu Nadir aſcendentis natiuitatis . Illud idem poteris dicere de Luna ſi iungatur cum illo gradu, & quòd plus eſt ſi Planeta cuius gradum duxeris ad Ylem hora natiuitatis fuerit male diſpoſitus, interficit . Interficiunt etiam quidam alij gradus quos ad Ylem duxeris,ſi fuerint male diſpoſiti. Vnde dixit Aomar, & cum perfecta fuerit directio in fine ſigni cum dimidio annorum Alcocoden minorum uel mediorum aut maiorum interficit . Et dixit. & cum mutatur diſpoſitio ab Ylem ex termino mali in terminum mali,in ipſo introitu ipſius mali interficit . Et dixit, & ſcito quòd Ptolemæo uidebatur ut Luna ſemper dirigatur ad radios malorum & fortuna-

☉ ♂ ☾ interficiunt.

Zamini.

Nadir

rum ad ſciendum eſſe corporis in ſanitate uel infirmitate & eſſe matris. Et pars fortunæ ad ſciendum acquiſitiones nati, ſcilicet eius diuitias uel paupertates. Et Sol ad ſciendum eſſe patris uel regni. Medium cœli ad ſciendum eſſe regni ac magiſterij eius. Et dixit, quòd uidebatur ſibi quòd directio gradus medij cœli eſſet per aſcenſiones circuli directi. Rurſum ipſi & uniuerſis alijs uiſum eſt, ut dirigatur ad ſciendum eſſe eius ex gradu aſcendentis ſecundum diuiſiones terminorũ ad radios fortunarum atque malorum: ut ſi diuiſor atque diſpoſitor fuerit fortuna, ſignificabit in diuiſione ſeu diſpoſitione ſanitatem atque incolumitatem corporis, & eius bonum eſſe, cuiuſcunq; conditionis ipſe fuerit, & erit maioris ac melioris eſſe, meliorisq; complexionis quàm fuerint ſui anteceſſores. Et accidet hoc tamen in regibus atque diuitibus & magnatibus magis quàm in paruis atq; pauperibus, ſeu uilibus ac mediocribus. Et eo melius atque fortius, ſi radij alicuius fortunæ affuerint: & quantumcunque illa fortuna fuerit melioris eſſe, tanto erit eius eſſe melius. Si autem diuiſor ſiue diſpoſitor fuerit infortuna, fuerítq; diuiſio inuenta in radijs alicuius infortunæ, ſignificat malum eſſe nati in illa diuiſione ſeu diſpoſitione ſignificat etiam infirmitates & diſcraſiam complexionis ſui corporis, ſecundum naturam illius mali, & ſecundum eius diſpoſitionem, & quantumcunque fuerit deterioris eſſe, tantum erit eius diſpoſitio grauior in tempore illo, & eo deterius ſi radij alterius mali affuerint. Quod ſi diuiſor ſeu diſpoſitor fuerit malus, & radij fuerint fortunæ, uel fuerit diuiſor fortuna, & radij fuerint mali, erit eſſe nati mediocre, hoc eſt, erit natus quandoque ſanus quandoq; infirmus, quandoque diues, quandoque pauper, quandoq; abundans, quandoque indigens, quandoque amittens, quandoque acquirens, quandoq; aptans res ſuas, quandoque deuaſtans ſeu dilapidans eas, quandoque auarus in non tenendis, quandoque largus in non expendendis. Si autem illa fortuna fuerit impedita, declinabit eſſe ſuum ad latus aduerſitatis, plus quàm ad latus proſperitatis. Si uero ille malus fuerit bene diſpoſitus, declinabit eſſe ſuũ plus ad latus proſperitatis quàm aduerſitatis.

In ſcientia directionis radiorum Planetarum ad Ylem. Caput IIII.

CVm uolueris dirigere gradum alicuius Planetæ ad Ylem, ut ſcias uitam nati & eius eſſe in toto tempore uitæ ſuæ ac eius diſpoſitionem cum accidentibus ſuis: uide utrum Sol ſit Ylem aut Luna, uel quiuis alius ex Planetis uel gradibus: quoniam oportet te intueri diſpoſitionẽ radiorum Planetarum ac ipſorum proiectionem ad Ylem, & aſpicere ad locum Planetę uel gradum qui fuerit Ylem, & uidere in quo loco ſeu in quo gradu fuerit ipſe per gradus æquales & eorum minuta: & cum hoc feceris, uide quis ex Planetis proijciat radios ſuos ad ipſum per quemcunq; aſpectũ fuerit, ſiue per oppoſitionem per gradus æquales ac ipſorum minuta, & reduc eos in gradus æquales per aſcenſiones regionis, & illi dicuntur radij illius Planetæ. tunc debemus aſpicere in quo gradu illius ſigni ipſe fuerit, & reducere ipſos in gradus aſcenſionum, & ille dicetur gradus corporis illius Planetæ. Inuenies etiam aſcendens & cæteras domus per gradus aſcenſionum illius regionis: & ſecundum hunc modum operati ſunt multi antiquorum, & maxime illi qui ſunt ſecuti ueſtigia Dorothij, qui fuit unus de paucis probioribus, qui ad hoc opere ſtuduerunt: nec tamen fuit hoc contrarium opinioni Ptolemæi, licet forte uideatur aliquid diuerſum ab ea, ſed fuit leuior modus, & ob hoc fuerunt multi ex antiquis ſecuti ueſtigia illa. Cuius rei exemplum tale eſt, ponatur quòd Ylem ſit in decimoſeptimo gradu Leonis, & Planeta cuius directionem facere intendis, ſit in uigeſimooctauo gradu Piſcium, eſt dirigendus decimuſſeptimus gradus Leonis in quo eſt Ylẽ in uigeſimũoctauũ Virginis ad radios Planetæ prædicti ſiue fortuna fuerit, ſiue malus, dummodo fortuna illa ſit tunc interficiens, quòd accidit aliquando, tunc minues aſcenſiones quæ ſunt in directo gradus Ylem de aſcenſionibus quæ ſunt in directo uigeſimioctaui gradus Virginis, ubi eſt oppoſitio Planetæ interficientis, et gradus qui remanſerint tot erunt anni nati abſolute qui ſunt 41. Similiter uidebis ſi aliquis de addentibus annos addit, uel ſi aliquis de minuentibus diminuit aliquid illis annis, & ſecundum illud iudicabis numerum annorum uitæ nati, de quibus dicam ubi inferius cum de directione Planetarum ſecundum terminos tractabitur. Aomar uero dixit, quòd Ptolemæus utebatur alio modo, ſed tamen non erat contrarius huic, licet uideretur ab eo diuerſus, uidebatur fortè aliquibus grauior. Dico enim quòd intentio Ptolemæi fuit ſecundum diſpoſitionem dominorum terminorum, & ſecundũ diuiſionem diſpoſitionis eorum in eis. Dixit enim, quòd uniuerſi radij congeruntur in cuſpide terræ, & fiunt una res: & quòd eſt nobis neceſſe ſcire diuerſitatem radiorum ſecundum ſitum loci, incipiẽs operari radios per longitudinem Planetarũ ab angulis per aſcenſiones ciuitatis in qua fuerimus, & per aſcenſiones circuli directi. Et cum ita feceris & ordinaueris loca Planetarum, diriges Ylem & gradum aſcendentem ſecundum has longitudines, ut dictum eſt. Et cum uideris directionem peruenire ad fortunas, iudica bonũ. Et cum uideris eam peruenire ad malos, indica contrarium, ſecundum quod uideris eſſe ipſorum, & eorum fortitudines uel debilitates ac ipſorũ fortunia uel infortunia, & hoc ſi fuerit Ylem à decima uſque in ſeptimam, iuxta ſucceſſionem ſignorum. Si uero fuerit inter ſeptimam et decimam, fient iſta retrorſum, ſcilicet contra ſucceſſionem ſignorum, minuendo ſcilicet aſcenſiones gradus Ylem de aſcenſionibus gradus mali, ſi fuerit in locis prædictis ad quem direxeris, licet quidam uidentur uelle aliud. Et de capite draconis illud idem intelligas, hoc eſt, ſi direxeris Ylem ad caput qualiſcunq; Ylẽ fuerit, ſiue gradus aſcendentis, uel grad⁹ Lunæ uel alius, diriges retrorſum ſcilicet cõtra ſuceſſionẽ ſignorũ minuẽdo aſcendẽs grad⁹ capitis de aſcenſionib⁹ grad⁹ Ylẽ. Ad caudã uero diriges iuxta ſucceſſionem ſignorũ, ſicut dixi tibi ſuprà. & ſecundum numerum graduum diſtantiæ dabis annos. Cumq; peruenerit Ylem ad gradum occidentalem, uel ad gradum mali qui erat inter deci

mam

mam & ſeptimam ad quem direxiſti gradus Ylem, tunc mo[illegible]etur natus niſi fortuna fortis tunc aſpexerit gra[illegible]m illum à trino uel ſextili aſpectu, & cum rec[illegible]pt[illegible]one, quia tunc non interficiet, ſed periclitabitur natus periculo ſimili morti. & ſi non rexerit ſe, tunc regimine debito morietur, licet error ſit modicus.

De numero malorum & fortunarum.
Caput V.

Mali Planetæ A Ntiqui ſapientes dixerunt malos eſſe quatuor, mihi autem uidetur quòd poſſent dici ſeptem, quia licet dixiſſent eos quatuor, non tamen uidentur excluſiſſe alios. Vnde dico ꝙ poſſunt eſſe ſeptē: duo ſcilicet naturaliter ut Saturnus & Mars, duo uero accidentaliter ut Sol & Mercurius, unus per infortunium ut Luna, duo iterum localiter, ut caput draconis & eius cauda. Sol ſcilicet cum fuerit iunctus cum Marte corporaliter uel in eius oppoſitiōe, uel in eius quarto aſpectu ſine receptione perfecta. Et Mercuri⁹ cum fuerit combuſtus uel in eorū aſpectib⁹ prædictis cū receptiōe uel ſine receptione. Et Luna cū fuerit infortunata, ut dictū eſt in capitulo de impedimētis Lunę. Et dixit Tiberiadis, cum congregati fuerint hi ſuper Venerē abſque aſpectu fortunæ, tunc natus erit ſpadus. Quod ſi dominus triplicitatis Veneris primus fuerit fortis, proficiet ei hoc: ſin autem erit cum hoc quod paſſus fuerit laborioſus, indigens cibi uentris ſui omnibus diebus uitæ ſuæ. Caput uero Draconis cum fuerit cum malis, & ſimiliter cauda cum fuerit cum

Fortunæ 8. bonis. Fortunæ uero ſunt octo, ſcilicet quatuor naturaliter, ut Iupiter, Sol, Venus & Luna· duæ accidentaliter ut Mercurius cum fuerit eis, uel alicui eorum corporaliter iunctus, uel in eorum trino uel ſextili aſpectu cum receptione, uel ſine receptione, uel in quarto aſpectu uel oppoſitiōe cum receptione perfecta, & ſi non impedierit eum aliqua ex infortunis ſine receptione. Et Mars & Saturnus cum ambo fuerint effecti uniti per corpus, quod eſt quā do fuerint ambo in eodem minuto, in domo uel in exaltatione alicuius eorū, uel in duabus de ſuis minoribus dignitatibus, uel etiam ſi fuerint inter eos quinq; minuta uel minus: Marte tamē eunte ad Saturnum, in alijs tamē locis non efficiuntur fortuna niſi fuerint recepti à fortuna, ſed deliteſcit eorū ma-

Duæ infortunæ. litia. Et ob hoc dictum eſt quòd duæ infortunæ ſimul iunctę faciunt unam fortunam, duo uero localiter, ut caput cum fortunis augmentando, et cauda cum malis diminuendo. Et dicuntur fortunæ, quoniam adiuuant opera uirtutum & operationes etiam naturæ. Et ob hoc dicti ſunt Iupiter & Venus

Quare fortunæ. fortunæ: quoniam ſemper hoc faciunt quilibet eorum iuxta ſuum poſſe. Et Saturnus & Mars ſunt dicti infortunæ naturaliter: quoniam quiſq; ipſorum per ſuam naturam ſemper nititur nocere & impedire opera uirtutum ac operationum naturæ. Alij uero ſe habent ad utrumque. Et ſcias quòd dicitur ab inuidis & ignorantibus, quòd omnia bona exteriora ſunt bona fortunæ, ſed ipſi inuident, quia ignorant quod alij ſciunt, nec diligunt ſcientes, nec ſcientiam: quoniam nihil diligitur, niſi cognitum.

De ſcientia uitæ nati, eiuſq; eſſe ſecundum dominos terminorum. *Caput* VI.

A D ſciendum uero eſſe uitæ nati, & eius diſpoſitionem ſecundum diuiſionem terminorum Planetarum, oportet quòd primo conſideres proiectiones radiorum Planetarum, deinde diriges Ylem atque gradum ipſius, ſicut dictū eſt ſupra, quod adhuc tibi repilogo. Cum enim uolueris dirigere Ylem ad aliquem Planetarum, uel ad eius radios, conſiderabis quot gradus diſtantiæ fuerint inter eos ſecundum aſcenſiones regionis natiuitatis illius per circulum obliquū, et dabis unicuique gradui unum annum, & omnibus quinque minutis unum menſem, & omni minuto ſex dies ſecundum hunc modum. Incipies enim à primo minuto Arietis tam in Ylem quàm in gradu Planetæ ſeu radij eius ad quem direxeris, & minues minorem de maiori, & illud quod reſiduum fuerit, erit diſtantia ſeu longitudo quæ fuerit inter eos, dabis tunc unicuique gradui annum, & ſic de alijs ſicut dixi tibi nunc. Et dixit Aomar quòd ſemper dirigas gradum aſcendentis in natiuitatibus ut ſcire poſſis eſſe uitæ nati, quoniam ipſe eſt diuiſor qui dicitur Algebutar. Cuius operis licet ab antiquis breuiter illud acceperim, tale documentum tibi trado, uidelicet ut uideas gradum aſcendentem ac eius minutum cuius termini fuerit, et quot gradus de ipſo termino ad aſcendendū ſuperfuerint per circulum obliquum, quoniam ille Planeta qui fuerit dominus illius termini, diſponet uitam nati à die atque hora natiuitatis ſuæ uſque ad tot annos & tot dies & tot horas, quot fuerint illi gradus & eorum minuta & ſecunda. Deinde minues aſcenſiones ultimi gradus illius termini de aſcenſionibus ultimi gradus termini ſequentis & eius minuta, & dabis unicuiq; gradui eius quod ſuperfuerit unū annū et omnibus quinq; minutis unum menſem, & omni minuto ſex dies, & dominus illius termini diſponet uitam nati ſecundum quòd eius fuerit eſſe, ac eius diſpoſitio tot annis, tot menſibus & tot diebus. Deinde minues aſcenſiones ultimi gradus ſecundi termini de aſcenſionibus ultimi gradus tertij termini, & dabis unicuique gradui reſidui quod ſuperfuerit unum annum & cætera, ut dictum eſt ſupra. Nam dominus illius termini diſponet uitam nati tot annis, tot menſibus et tot diebus, & ita facies de termino in terminum uſque in finem ſignorum, prout uita nati durauerit, & ſemper conſiderabis eſſe illius Planetæ cuius fuerit terminus, quoniam ſecundum quòd fuerit eius eſſe bonum aut malum ſeu mediocre, ita diſponetur uita nati, niſi aliud impediat. Quod ſi ſuperuenerit illud opus directionis ad finem Piſcis, incipies à principio Arietis & fac ſicut dixi.

Algebutar.

¶ Cum diuiſio fuerit cum aliqua fortuna.

C Vm aūt inueneris diuiſionem illam ad quam direxeris cum aliqua fortunarum uel in eius radijs abſque aſpectu, uel præſentia alicuius infortunæ, fueritq; Algebutar ſeu diuiſor fortuna, erit natus in illis annis in bono eſſe atque laudabili, & in tranquillitate atque bonitate uitæ ſuæ, rerumq; ſimiliter incremento, & durabit hoc donec perueniet gradus directionis ad infortunam uel eius gradum, Si autem malus aſpexerit, diminuet de bo-

nitate illa ſecundum quod eius malitia fuerit, niſi gradus illi fuerint eius dignitas. Si uero habuerit ibi dignitatem, minus impediet.

¶ Cum diuiſio fuerit cum aliqua infortuna.

ET ſi fuerit hoc cum aliqua ex infortunis abſque aſpectu fortunæ, fueritq́ diuiſor illorum annorum infortuna, erit natus in illis annis in malo eſſe atq; deteſtabili: & erit in anguſtijs & mœroribus et tribulationibus atq; triſtitijs, inuenietq́ ipſum mala, rerumq́ diminutio & penuria. Si autem aſpexerit fortuna, diminuet de malitia illa ſecundum quod eius bonitas fuerit. Et ſi fuerint illi gradus eius dignitas, magis proficiet.

¶ Quando fuerit dignitas plurium Planetarum.

SI autem plures Planetæ habuerint ibi dignitatē aſpexerintq́ locum illum, erit dignior in diſpoſitione temporis illius qui habuerit ibi plures dignitates ſeu fortitudines. Si uero unus habuerit unam dignitatem, & aſpexerit, & alius habuerit plures, & non aſpexerit, erit uterque particeps & dignus diſpoſitione & quilibet eorum diſponet uitam nati ſecundum eſſe ſuum bonum ſcilicet aut malum, prout ſuprà dictum eſt.

PARS TERTIA DE FORMA ET FIGVRA CORPORIS NATI; SIMILITER ET de ipſius accidentibus uniuerſaliter atq; particulariter, ac de animæ qualitatibus & de adiacentibus ad ea.

DIctum eſt ſuperius in his quæ præceſſerunt partem iſtam de diffinitionibus ſeu differentijs natiuitatum ac ipſarum adiacentibus: & quot anni quotue ſpacium uitæ unicuique natorum attribuatur, conuenit in iſta tertia parte de accidentibus atq; forma & figura corporis nati tam particulariter quàm uniuerſaliter ac de animæ qualitatibus ſiue accidentibus facere mentionem.

De forma & figura nati. Caput I.

COnſiderabis itaque cum hoc ſcire uolueris in natiuitate alicuius aſcendens, ac eius dominum, & uidebis quis Planetarum fuerit Almuten in eo, & ſecundum formam atque figuram quam ipſe attribuit, & ſecundū figuram quam attribuit ſignum aſcendens nati formam uniuerſaliter futuram miniſtrabis, quoniam actio naturalis eſt ſecundum neceſſitatem formæ. De ſignificato tamen Planetæ ad ſignum & ſigni ad Planetam proportionabiliter coniecturando: addita etiam de ſuorum antecedentium eſſentia, quoniam ex ſimilibus cauſis ſimiles producuntur effectus. Et poterit durare hoc uſque ad ſeptimam ſuorum deſcendentium generationem, & quilibet deſcendens poterit aliquid de ſua eſſentia ſuis deſcendentibus dare uſque ad ſuam ſeptimam generationem, ſecundum tamen magis & minus tam in uno quàm in altero ſuorum indiuiduorum: quoniam perſona procedit ab alia perſona: ipſa enim eſt indiuidua rationalis naturæ ſubſtantia. Illud idem eſſe in ſpecie hominis eſſe poteſt: nec uidetur diſſonum quòd indiuidua ſpecierum traherent ſimilitudinem ſiue habitudinem uel complexionē à matribus potius quàm ab alijs de ſuis parentibus, cum nutriantur ex humoribus maternis in uteris earum, licet membra organizentur ex ſemine paterno: eſt enim neceſſarium quòd ſequitur neceſſitatē materiei. Et quia ueritas formarum ſeu figurarum omnium mundi, duorum, humanæ ſpeciei, non poteſt ſimpliciter dici ſeu deſcribi, niſi fortè ſermone longiſſimo legenti tædium generanti, oportet quod tu ex induſtria ſimiliter & diſcretione tua conſideres admixtionē ſignificatorum, tam Planetarum quàm ſignorum, atque locorum circuli competentium ad formam & figuram nato attribuendam. Omne quidem quod inſtituitur ad hoc inſtituitur ut faciat quod eſt ſibi ab inſtitutore datum. non enim inuenies aliquem ita ſimpliciter Saturninū uel Iouinum uel Mercurialem uel Solarem aut Venereum ſeu Martialem uel Lunarem, qui ſit expers ſignificationis omnium aliorum Planetarum, ita quòd nullus habeat partem in illo. Etiam & ſignum interponit aliquas ſuas partes, nec nō & loci poſitio in circulo ſignorum, & ut ſuprà nunc tetigi eſſentia parentelæ. Vnde Ouidius, ſæpe ſolet filius eſſe ſimilis patri.

Forma nati.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Conſidera ergo Planetam Almutem in hora natiuitatis illius cuius accidentia ſcire uolueris, ac ipſius natiuitatis gradum aſcendentem: & ab illo qui tunc fuerit dominator, accipies ſignificationem formæ atque figuræ corporis nati. Et uidetur mihi conueniens prius de forma corporis nati, propter ſui ſpiſſitudinē quàm de animæ qualitatibus facere mentionem, occaſione quorundam accidentiū quæ in ipſius coadunitione apparent, quæ naturaliter animæ qualitates præcedūt. Qualitates autem animæ non ita maniſeſte apparent, ſicut qualitates corporis, ſed percipiuntur ea quę poſt ipſius creationem ac natiuitatem paulatim ac pedetentim à ſtellis acquiſiuit quæ corpus complexionauerunt quę apparere uidemus.

De his quæ ſunt extra corpus quæ non ſunt de ipſius ſubſtantia nec de ſubſtantia animæ. Cap. II.

ALia uero extra corpus exiſtentia, ut eſt ditari, nubere, gignere, atq; ſimilia longo tempore poſt prædicta contingere conſueuerunt, quæ omnia ex hora natiuitatis ac ipſius aſcendente naturaliter ſciri poſſunt & debent, ſed per accidens uel per conſuetudinem aliquando naturæ detrahi conſueuit. Vnde oportet nos ad hoc ut ea ſciamus & ſtellas quæ in eo ſunt aut illud aſpiciunt ſimiliter & eſſe Lunæ rectè conſiderare, prout infrà de uno quoque particulariter ſuo loco dicetur. Operationes enim naturæ multis modis diuerſificantur. nam ipſæ diuerſificantur ex Planetis & ſtellis fixis, ex conſuetudinibus, ex nutrimēto & ex regionum ſitibus, ex conuerſationibus & ſimilibus: quæ

Naturæ operationes mutantur.

quæ omnia ſi poſſibile foret, eſſet utile ſcire. Melius etiam poſſumus ſcire unumquodq; ſcibilium, cum eius cauſam cognoſcimus: actus namq; cognitionis eſt in ipſa cognitiõe cogniti, ſeu cognoſcibilis: omni enim corpori commixto debetur locus ſecundum perſonam & diſpoſitionẽ operantis: quoniã perfectio rei aſſumitur ab eius totalitate, quia operatio eſt nobilior actione quę ſequitur agentẽ. Vnde per actiones corporum ſupercœleſtiũ fiunt eorum nobiliores effectus ſiue operationes. Stellæ namq; regulant cuncta inferiora corruptibilia, unamquamq; ſcilicet naturam: quoniã operationes ſtellarum ſecundum rationem ſunt eædem: ſecundum oparationes uero ſunt diuerſæ: quoniam formæ & figuræ corporum natorum comprehenduntur ex natura figurarum aſcendentis, & ex Planetis & ex eorum coniunctione cum alijs, & ex ſignis & ex ſtellis fixis in his locis exiſtentibus.

De forma & figura corporis nati & primum de illa quam attribuit Saturnus. Cap. III.

♄ ſignificator nati. CVm Saturnus fuerit ſignificator natiuitatis ſolus ſine alterius iuuamento ſiue admixtione, fueritq; orientalis in mundo & à Sole, dixit Ptolemæus, quòd erit natus temperatæ magnitudinis, mediocriſq; groſſitudinis, mellini coloris: pili eius erunt nigri, ſed erunt in pectore eius ſpiſſi: capilli criſpi ſuper ipſius complexione uincet frigiditas & humiditas. Si autem fuerit occidentalis in mundo, & à Sole, erit macilentus, ſubniger, parui corporis, planos & raros habẽs capillos, aptæ coadunationis ſuorum membrorũ: oculi eius erunt nigri, & in ipſius complexione uincet ſiccitas. Et dixit Dorothius, ſignificat ualde piloſum hominẽ, corpore iunctis ſupercilijs. Et dixit Adila, Saturnus dat hominẽ eſſe fuſcum, raros in barba faciens pilos, colorem habebit glaucum, pectus aliquando ſubtile, capillos aſperos et incultos, ragadias ſiue fiſſuras habentem in calcaneis.

¶ De participatione Iouis cum Saturno.

♃ cum ♄ ET ſi fuerit Iupiter participatus cum Saturno, ſignificat hominem habentem faciem nõ uere albam, cuius color erit caſtaneolus, ſiue oliuini cum laudabili tamen decentia oculi eius erunt ſubnigri, mediocris quantitatis, decentes tamen, ſtatura ipſius erit plus quàm mediocris, eritq; ſemicaluus, aliqui dentium ipſius non uere albi, capilli ſemicriſpi & caſtaneo colore, pili eius non prorſus nigri, eruntq; inter raros & ſpiſſos, & hoc ſi uterque ipſorum fuerit orientalis. Si autem unus fuerit orientalis & alter occidentalis, erunt aliquid infra hoc. Si uero uterque fuerit occidentalis erit multum infra hoc.

¶ De participatione Martis cum Saturno.

♂ cum ♄ SI uero Mars fuerit particeps cum Saturno, ſignificat hominem non bene rectum, ſemigroſſum, cuius color erit ſubniger, participans quadam nondecenti rubedine: habebit aliquando aliquas indecentes paleſtras in facie, pili eius ſemirari, capilli nõ multum nigri, immo erunt participantes quadam rubedine obſcura.

¶ De participatione Solis cum Saturno.

☉ cum ♄ QVod ſi Sol fuerit particeps cum Saturno, ſignificat hominem habentem ſtaturam mediocrem, declinantẽ potius ad latus maioritatis quàm ad latus minoritatis, cuius color erit quaſi æmulus, ita q; uidebitur quaſi poſſe participare cum omni alio colore, potius tamen cum ſubnigro, eritq; decenno ris ſtaturæ quàm cum aliquo aliorum Planetarum, eritq; ſemicarnoſus habens oculos ſemigroſſos, barbamq; ſemiplenam, capillos caſtaneolos ſiue mellinos inter ſemicriſpos & extenſos. Et addet Sol aliquid in pinguedine corporis nati atq; pulchritudine, & in ipſius forma præ cæteris Planetis. Præterea cum Sol fuerit orientalis in mundo, & etiam alij Planetæ cum fuerint orientales in mundo, uel à Sole, fuerintq; participantes cum Saturno addũt aliquid in magnitudine corporis nati. Et ſi fuerint in ſtatione ſua prima, iuuant corpora natorum in faciendo ea fortiora & uigoroſiora quàm in alijs temporibus. Si uero tranſiuerint ſtationem primam, contemperabuntur prædicta, et minora fient ſecundum quod magis ipſi remoti fuerint ab ea, & appropinquauerit ſtationi ſecundæ, facient corpora natorum debiliora. At cum in combuſtione ceciderint, detrahent pulchritudini atq; formæ corporum natorum, & facient ea grauia & impedita ſimiliter atque miſera. Et loca etiam & gradus in quo fuerint ſignificatores ſeu natorum diſpoſitores, & Luna, faciunt ad diſpoſitionem formæ atque figuræ corporis cuiuſlibet nati, atque ad ipſius complexionem ſecundum naturam & complexionem ſignorum in quibus fuerint illa loca uel illi gradus. Cum uero non fuerit ſignificatori nati latitudo in hora natiuitatis, ita quòd ipſe ſit in gradu ſui Zenzahar uel in eius oppoſito, ſignificat quòd natus erit macilentus. Si autem fuerit latitudo magna, erit pinguis. Si uero fuerit inter magnam & paruam, erit carnoſus, & leuis inceſſus ac leuiter baiulans cum illa carnoſitate. Et ſi fuerit inter latitudinem maiorem & mediam, erit addens in carnoſitate uſque ad pinguedinem, ſecundum appropinquationem latitudinis maiori, & remotionem à media. Et ſi fuerit inter latitudinem mediam & minorem, erit diminuens in carnoſitate ſecundum remotionem ab ea & appropinquationem ad Zenzahar, donec perueniat ad macilentiã. Zenzahar. Et eo fortius accident iſta, ſi aſcendens fuerit in fine ſigni uel circa, & dominus decimæ domus fuerit occidentalis. Et ſi dominus aſcendentis, & alij ſignificatores fuerint in longitudine propiori, facient ad pinguedinem. Et ſi fuerint in longitudine longiori, facient ad macilentiam. Si autem fuerit latitudo illa meridiana, hoc eſt, quòd ſit ſignificator à puncto ſui Zenzahar uſque ad eius oppoſitum, ex parte meridiei, qui ſunt centum ſeptuagintanouem gradus uel infra, erit natus leuis inceſſus, ut teſtatur Haly, & erit eius leuitas ſecundum magis & minus, prout latitudo eius fuerit maior aut minor uel media: quoniam illa pars eſt calida & ſicca, qua cauſa cuncta quę perficiunt in ea eſt alleuians. Si aũt fuerit ſeptentrionalis ſcilicet à cauda ipſius uſque ad Zenzahar, ita q; ſit illa diſtantia 179. gradus, uel infra, erit ponderoſus atq; grauis in ſuo inceſſu, et grauis motus: quoniã hæc pars eſt plurimę frigidi-

frigiditatis atq; humiditatis, qua cuncta quæ in ea
perficientur habet aggrauare, & hoc ſecundum ma
gis & minus, prout eius latitudo fuerit maior aut
minor. Et ſcias quòd ſtatio prima et retrogradatio,
faciunt ad impinguandum. Statio uero ſecunda &
directio, faciunt ad demacrandum. Nec lateat te quòd
parentela præcedentium multum facit ad pingue-
dinem & ad macredinē nati, aliquando immo plu
ries prout ipſa præceſſerit, & ad carnoſitatem ſimi-
liter.

¶ De participatione Veneris cum
Saturno.

♀ cum ♄ SI autem Venus fuerit particeps cum Saturno, ſi-
gnificat natum habiturum talem corporis for-
mam, ſcilicet quòd eius calor erit quaſi ſubniger ſi-
ue mellinus uel oliuineus decens tamen, eruntq; ca
pilli ſui nec uere glauci nec uere caſtaneoli: facies e-
ius quaſi rotunda, maxillæ mediocres, oculi ſui lau
dabuntur pulchritudine à maiori parte uidentium
eos. nigredo ipſorum maior quàm cum Saturnus
☿ cum ♄ fuerit ſignificator ſolus, competenter habens capil-
los, eritq; ſemicarnoſus ut plurimum.

¶ De participatione Mercurij cum
Saturno.

ET ſi Mercurius fuerit particeps, ſignificat quòd
natus erit ſubnigri coloris habens frontem ſe-
mileuatam, faciem ſemilongam, naſumq; ſimiliter,
oculos ſemidecentes, declinantes potius ad nigredi
nem quàm ad alium colorē, barbam nigram & ra-
ſam, digitos ſemilongos eritq; cōuenientis ſtaturę.

¶ De participatione Lunæ cum
Saturno.

☾ cum ♄ SIquidem Luna fuerit particeps cum Saturno, ſi-
gnificat quòd natus dicetur habere colorē album:
tamen eius albedo nō erit clara neq; uera, erit quo-
dammodo nebula infecta cum aliquali admixtiōe
rubedinis, eritq; habens pulchra ſupercilia, oculos
nigros, faciem rotundam, pulchrā ſtaturam, ſatisq;
decentem, eritq; aptæ coadunationis ſuorum mem
brorum. Hoc intelligas ſemper in unoquoq; præ
dictorum Planetarum, ſi quilibet eorum fuerit be-
ne diſpoſitus. Si autem fuerint male diſpoſiti, erunt
omnia iſta multum infra hoc quod dictum eſt, ſe-
cundum quantitatem impedimenti uniuſcuiuſq;
ipſorū. Et ſignificabit quòd natus erit difformis,
ineptus, fœtidus, horribilis & uilis apparitionis, &
inordinatæ ſuorum membrorum compoſitionis
atq; coadunationis. Et quantumcunq; fuerit Satur-
nus uel qui cum eo participauerit uel loca prædicta
ſiue in poſterū dicenda, tanto magis augebitur in
difformitate atq; ineptitudine formæ ſimiliter & fi-
guræ corporis nati. Item dixerunt ſapientes, quòd
adiuuat Luna formam nati & eius figuram in tem
pere complexionali, & faciet eum macilentiorem
quàm faciet Saturnus cum ipſe fuerit ſignificator
ſolus, & eo magis cum ipſa ſeparetur per coniun-
ctionem ab aliquo, uel per aſpectum, ſeu per con-
iunctionem magis, & iungitur Saturno, & hoc ſe-
cundum magis & minus, prout de ſuo corpo-
re fuerit illuminatum uel eius elongatio
fuerit maior ab eo uſq; dum tranſeat
proiectionem radiorum e-
ius ſuper radios
ſuos.

*De hoc quod quartæ circuli ſignorum operantur in
diſpoſitione formæ & figuræ corporis na
ti, & primo de prima quarta.*
Cap. IIII.

ETiam et quartæ circuli ſignorum operantur, De quartis.
& faciunt ad diſpoſitionem formæ atq; figu
ræ corporis cuiuſlibet nati. Nam prima quar I
ta illa quæ à principio Arietis uſq; in finem Gemi-
norum, quæ dicitur uernalis, facit ad bonitatem at-
que meliorationem formæ corporis cuiuſlibet nati.
Vnde cum Luna & omnes alij ſignificatores hora
natiuitatis fuerint in illa quarta, adiuuabunt for-
mam & figuram illius nati augmentando pulchri
tudinem corporis eius, atq; conuenientiam ſuæ ſta
turæ, ipſiusq; bonitatem, & decentiam ſuorum ocu
lorum, dabuntq; ſibi conuenientem carnoſitatem,
in cuius complexione teſte Ptolemæo uincet calidi-
tas & humiditas. Si autem quidam ex eis tantum in
ea fuerint, operabuntur prædicta, ſecundum quòd
de ipſis in ea inueniuntur. Qui uero in alijs quartis
fuerint, operabuntur ſecundum naturam illarum
quartarum in quibus permanſerint.

¶ De quarta ſecunda ſcilicet æſtiuali.

SEcunda uero quarta illa ſcilicet quæ à principio II
Cancri eſt uſq; in finem Virginis, facit ad bonita
tem & ad meliorationem formæ atq; figuræ corpo
ris cuiuſlibet nati. Vnde cum Luna & omnes alij ſi
gnificatores hora natiuitatis fuerint in illa quarta,
iuuabunt formam & figuram corporis illius nati,
dando illi temperatam corporis qualitatem, atq; ſta
turæ mediocritatem, & quantitatem & competentē
carnoſitatem, oculorumq; magnitudinem non ta-
men indecentem, capillorum ſpiſſitudinem atq; cri
ſpitudinem. In cuius complexione teſte Ptolemæo
uincet caliditas & ſiccitas. Si autem quidam ex eis
tantum fuerint in ea, operabuntur prædicta prout
de natura ipſorum fuerit. Qui uero fuerint in alijs
quartis, operabuntur prædicta ſecundū naturam
quartarum in quibus inueniuntur.

¶ De tertia quarta ſcilicet autumnali.

TErtia uero quarta illa ſcilicet quæ eſt à princi- III
pio Libræ uſq; in finem Sagittarij quæ dicitur
autumnalis, facit ad bonitatem atq; meliorationē
formæ atque figuræ corporis cuiuſlibet nati. Vnde
cum Luna & omnes alij ſignificatores hora natiui
tatis alicuius fuerint in illa quarta, iuuabunt formā
& figuram corporis illius nati, dando ei colorem
mellinum, ſtaturam aliquid inter mediocrem et ma
cilentā, ſpatulas amplas, aliquid plus quàm opor-
tet: non tamen excedentes modum, oculos ſuæ for-
mæ decentes, capillorumq; mediocritatē. In cuius
complexione frigiditas & ſiccitas præualebunt. Si
autem quidam ex eis tantum in ea reperiantur, ope
rabuntur prædicta prout de ipſorum natura proceſ
ſerit. Qui aūt in alijs quartis extiterint operabun-
tur ſecundum naturam quartarum in quibus eos
reperies.

¶ De quarta ultima ſcilicet hyemali.

VLtima ſiquidē quarta illa ſcilicet quæ eſt ab ini- IIII
tio Capricorni uſq; in finem Piſcium, quæ dici-
tur hyemalis, facit ad bonitatem atq; meliorationē
formæ, nec non & figuræ corporis cuiuſlibet nati.
Vnde cum Luna & omnes alij ſignificatores hora
nati-

natiuitatis alicuius fuerint in illa quarta, iuuabunt formam & figuram corporis illius nati, dando illi colorem uergentem in nigredinem, & decentem atque temperatam, corporis qualitatem & quantitatem, planos atque raros capillos, aptamq; ſuorum membrorum coadunationem, cuius complexioni frigiditas atque humiditas dominabitur. Si autem quidam ex eis tantum in ea permanſerint, operabuntur prædicta prout de ipſorum natura proceſſerit. Qui uero in alijs quartis inueniuntur operabuntur ſecundum naturam quartarum in quibus inueniuntur.

De alijs iuuamentis formarum atq; figurarum corporum natorum præter iuuamenta quartarum. Caput V.

Particulares operationes.

ITerum ait Ptolemæus quòd ſunt quædam alia iuuamenta quæ habent particulariter iuuare prædicta ſecundum loca & ſitus in quibus fuerint inuenta: & illa ſunt ſigna quæ humanis figuris aſſimilantur, ut Gemini, Virgo, Libra, prima medietas Sagittarij, & Aquarius: faciunt enim ad corporum natorum conformationem & etiam ad aptam membrorum coadunationem. Vnde ſi Luna & alij ſignificatores hora natiuitatis alicui⁹ fuerint in eis, iuuabunt omnia iſta, & facient corpora natorum ad ea exercenda magis conuenientia magisq; apta. Illa uero ſigna quæ non aſſimulant formę humanæ ut ſunt Aries, Taurus, Leo, Scorpio & ultima pars Sagittarij, Capricornus, & Piſcis faciũt ad bonitatem corporum natorum: reddũt enim membra quæ deputata ſunt illis ſignis in quibus fuerint Luna, & ſignificatores fortiora et temperatiora magisq; ad actus eis deputatos prodiuiora & conuenientiora.

¶ Quæ adiuuant particulariter ſecundum magnitudinem.

ITem in ſignis ſunt quæ adiuuant particulariter formã & figuram corporis cuiuſlibet nati, atque ipſius membra in faciendo ipſa magna, ut Taurus, Leo & Virgo: quoniam ipſorum formæ ſunt magnæ in cœlo, ſed Taurus & Leo adiuuant ea in faciendo ipſa fortia ſimiliter.

¶ Quæ adiuuant ſecundum paruitatem.

QVædam namq; faciunt ad corporum atq; membrorum paruitatem, ut Cancer, Capricornus et Piſcis: quoniam eorum formæ in cœlo paruæ reperiuntur, ſunt tamen à poſteriori parte minores ꝙ ab anteriori parte. Præterea prima pars Arietis, & prima pars Tauri ac prima Leonis adiuuant membra natorum in faciendo ipſa prodiuiora, magisq; apta in pinguedine ſuſcipienda. Vltima tamen medietas cuiuſlibet eorum ad maciem ſuſcipiendam corpora natorũ inclinat. Prima uero medietas Geminorum & prima Scorpionis ac prima Sagittarij ad maciem ſuſcipiendam corpora natorum abilitant. Eorum uero ultimæ partes ad pinguedinem ſuſcipiendam coadaptãt. Iterum Virgo, Libra & Sagittarius, corpora natorum ad temperatam corporis complexionem & bonam, aptamq; membrorũ coadunationem proculdubio parant. Taurus uero & Scorpio atq; Piſcis illa impediunt & à temperie relaxant, licet forte illa relaxatio non ſit exterminata. Conueniens namq; uideretur quòd tu ex induſtria tua cuncta prædicta ſecundum magis & minus ſecundum appropinquationem ſignificatorũ ad loca prædicta uel eorum ab eis remotionem, ſecundum quòd ipſi fuerint fortes uel debiles fortunati uel infortunati, ut uerius & certius atq; ſecurius de accidentibus cuiuſlibet nati ſecundum eſſe ſuæ natiuitatis iudicare poſſis, ſi interiùs cuncta in mente tua rectè atq; deliberate percipias.

De forma & figura nati quam attribuit Iupiter. Caput VI.

♃ ſignificator natiuitatis.

CVm autem Iupiter fuerit ſignificator natiuitatis ſolus, & ipſe orientalis in mundo & à Sole, uel altero eorum, ſignificat quòd natus erit albi coloris, conuenientis, & moderatę ſtaturæ atq; magnitudinis mediocris, habens capillos albos, conuenientes atq; decentes oculi eius erunt mediocres, nec multum magni nec multum parui, in cuius complexione caliditas & humiditas præualebunt. Si quidem fuerit occidentalis, non erit eius albedo ſic apta, ſicut cum fuerit orientalis: capillos habebit planos, eritq; caluus, oculos mediocres, ſtaturam mediocrem, in cuius complexione uincet humiditas.

¶ De participatione Martis cum Ioue.

♂ cũ ♃

QVod ſi Mars fuerit particeps, erit in eius colore aliquantula rubedo admixta, habebitq; oculos aliquantulum groſſiores quàm cum Iupiter fuerit ſignificator ſolus. Quod ſi fuerit Mars orientalis, habebit in pede dextro ſignum. Si uero fuerit occidentalis, habebit illud in ſiniſtro, raro fallit hoc.

¶ De participatione Solis cum Ioue.

☉ cum ♃

AT uero ſi Sol fuerit particeps cum Ioue, ſignificat quòd detrahatur aliquid albedini eius, erit tamen decentior quàm cum Iupiter fuerit ſolus ſignificator: eritq; ſtatura ipſius aliquid minus, mediocri conueniens tamen atque decens, capilli eius habebunt aliquid criſpitudinis, eiusq; oculi habebunt aliquid croccitans.

¶ De participatione Veneris cum Ioue.

♀ cum ♃

SI autem Venus fuerit particeps cum Ioue, ſignificat quòd natus habebit colorem declinantem ad nigredinem: uerumtamen decentem potius ꝙ ad alium colorem declinantem, capillos pulchros quaſi mellinos, non tamen erunt determinati colorisſent enim eorum color æmulus, pulchram habebit ſtaturam, faciem ſemirotundam, maxillas non magnas ſed decentes, pulchros oculos, præter hoc quòd eorum nigredo erit aliquid maior debito, nec tamen erit indecens, faciem decentem atq; pulchrã, eritq; ſemicaluus.

¶ De participatione Mercurij cum Ioue.

☿ cũ ♃

SI enim Mercurius fuerit particeps cum Ioue, ſignificat quòd natus habebit colorem parum diſcrepantem à primo, frontem ſemileuatam, faciem ſemilongã, naſumq; ſimiliter, oculos decentes non ex toto nigros, barbam nigram & raram, digitos ſemilongos, corpus ſemigracile, ſtaturam mediocrẽ, labia ſubtilia.

¶ De participatione Lunæ cum Ioue.

☾ cum ♃

SI quidem Luna fuerit particeps cum Ioue, ſignificat hominem non uere album cum quadam non uera rubedine, ſupercilia decentia, oculos

non uere nigros unum aliquando maiorem altero, uel uicioſum faciem rotundam ſtaturam mediocrem.

¶ De participatione Saturni cum Ioue.

♄ cum ♃ ET ſi Saturnus reperiatur eſſe particeps cum Ioue, ſignificat natum habiturum colorem aliquid pulchriorem quàm ſit mellinus: mergentem oculos in terram eundo per uiam: pedes recuruos & iungit eos cum uadit: oculos non magnos: iuncta quoque ſupercilia: cutem non decentem quaſi ſiccam: labia groſſa: uenas apparentes: barbam non ſpiſſam: capillos aſperos & incultos.

¶ Cum Iupiter fuerit impeditus, quam formam tribuit nato.

ET ſi fuerit Iupiter in natiuitate impeditus, fueritq́ infortunatus ac male eſſe ac male diſpoſitus, ſignificat contrarium eorum quæ dicta ſunt. Quod ſi fuerit ſimiliter impeditus ille qui fuerit cum eo particeps, erit iterum maior defectus in forma & figura corporis nati: maiorq́ difformitas. & quanto impedimentum fuerit maius, tanto nati difformitas augmentabitur: & multa contraria deuenient, prout dictum eſt ſupra in capitulo Saturni.

De forma & figura corporis nati quam attribuit Mars. *Caput* VII.

♂ *ſignificator nati.* CVm uero Mars fuerit ſignificator natiuitatis ſolus, & ipſe orientalis in mundo ſcilicet quòd ſit ſupra terrã & à Sole, hoc eſt quòd oriatur mane ante ipſum uel altero eorum, ſignificat quòd natus erit coloris non nindi eritq́ participans quadam albedine non bene clara & quadam rubedine non uera. Et dixit Ptholemæus quòd erit bonæ quantitatis ſui corporis, & idoneæ carnoſitatis: oculi eius erunt uarij: capilli ſpiſſi & mediocres: in cuius complexione caliditas & ſiccitas præualebunt.

¶ Cum fuerit Mars occidentalis.

ET ſi occidentalis extiterit, ſignificat quòd natus erit rubei coloris: moderatæ ſtaturę: paruos habens oculos: capillos planos & raros, cum quadam tamen flauedine. in cuius complexione dominatur ſiccitas. Et dixit Meſala quòd ſignificat de formis & figuris hominem illum qui habet colorem rubeum, capillos rubeos, faciem rotundam, oculos groſſos, aſpectum horribilem, ſignum ſeu maculam in pede. Dorothius uero dixit de aſpectu illud idem. Sacerdos aũt dixit, Mars dat homini curuum habere corpus, ipſumq́ ſemibrunũ, ita ꝙ nec uere rubeũ, nec uere nigrum, ſicuti habent illi qui nimium morantur ad Solem, uel diutius per calorem uadunt, & aliquando habet marcialis grana rubea in facie, & ut plurimum raros gerens pilos in barba, ueluti ſpadus.

¶ De participatione Solis cum Marte.

☉ cũ ♂ QVod ſi Sol cum Marte fuerit particeps ſignificat hominẽ habentẽ colorẽ non uere albũ, nec uere rubeũ, nec uere brunũ, quaſi quodam modo non uere rubeo colore tectum, ſemicaluũ atq́ ſemigroſſum, ſtaturam declinantem ad pulchritudinẽ atque decentiam, capillos declinantes ad glaucedinem potius quàm ad alium colorem, oculos non uere nigros.

¶ De participatione Veneris cum Marte.

SI quidem Venus fuerit particeps cum Marte, ſignificat hominem habentem colorem ſemirubeum cum quadam decenti albedine, ſtaturam mediocrem atq́ pulchram, capillos multos atque decentes, faciem ſemirotundã, maxillas mediocres, oculos decentes, erit nigredo eorum maior quàm oporteat, non tamẽ indecens, bene carnoſum, ita ꝙ poterit dici ſemigraſſus: facies ipſius erit alacris. ☿ cum ♂

¶ De participatione Mercurij cum Marte.

SI uero Mercurius fuerit particeps cum Marte ſignificat hominem habentem corpus ſemigracile, ſtaturam mediocrem, colorem declinantẽ potius ad colorem Martis quàm ad alium, niſi coniunctio aliorum Planetarum contra operetur, barbam pulchram licet raram atq́ paruam, labia ſubtilia, ſimiliter & naſum.

¶ De participatione Lunæ cum Marte.

CVm uero Luna fuerit particeps cum Marte, ſignificat hominem habentem pulchrum colorem atque album, cum quadam mixtione ſemirubedinis, oculos ſemigroſſos, pulchra ſupercilia, faciem quaſi rotundam, ſtaturam decentem. ☾ cum ♂

¶ De participatione Saturni cum Marte.

POrro ſi Saturnus fuerit particeps cum Marte, ſignificat hominem ſemigroſſum, non bene rectum, habentem colorem indecentem, participantem quadam rubedine cum nigredine admixta, habentem aliquando aliquas non decentes maculas in facie, pilos ſemiraros, capillos inter nigros et quadam rubedine obſcura infectos.

¶ De participatione Iouis cum Marte.

SI autem Iupiter fuerit particeps, ſignificat hominem habentem colorẽ aliquantulum rubentem, oculos ſemigroſſos: habentem in aliquo pedum ſignum. Omnia hæc dico ſi Mars & eius particeps fuerint bene diſpoſiti ac boni eſſe. Si autem fuerint mali eſſe ac male diſpoſiti, dic contrarium ſicut dictum eſt ſupra in capitulis aliorum. ♃ cũ ♂

Forma & figura corporis nati quam attribuit Sol. *Caput* VIII.

CVm autem Sol fuerit ſignificator natiuitatis ſolus, & ipſe orientalis in mundo, ſignificat hominem habentem colorem inter croceum & quaſi nigrum, tectum quodam rubore uel æmulum. Et ſecundum quoſdam ſignificat colorẽ album, ſtaturam mediocrẽ, & aliquando declinantem ad latus maioritatis potius quàm ad minoritatem, ſtaturam pulchram atque decentem, caluum etiam. Et dixit dorothius, ſi uis ſcire figuram Solis & Lunæ, ſcito quòd erit ſicut figura Planetarũ qui fuerint cum eis. Et dixit, cũ fuerit Sol in natiuitate alicuius in aſcendẽte, erit in facie nati ſignum, capillos habebit inter croceos et participantes quodam rubore, oculos aliquantulum croceos. Si uero fuerit occidentalis in mundo, ſignificat hominem habentem ſtaturam plus quàm mediocrem, colorẽ æmulũ, capilloſq́ flauos & extenſos & aliquando aliquantulum criſpos. ☉ *ſignificator.*

¶ De participatione Veneris cum Sole.

QVod ſi Venus fuerit particeps cum Sole & ipſa bene diſpoſita, ſignificat hominem habentem ſtaturam ♀ cum ☉

ſtaturam mediocrem atq; pulchram:colorem commixtum ex albedine atq; rubedine, ſemiclara & decenti:capillos multos atq; conuenientes, uidebitur in anteriori parte uelle participare quadam caluicie:non tamen erit uere caluus: faciem quaſi rotundam & lętam·maxillas nõ magnas:pulcros oculos: carnoſum ita quod poterit dici quaſi pinguis.

¶De participatione Mercurij cum Sole.

☿ cum ☉ SI uero Mercurius fuerit particeps cũ Sole, & ipſe bene diſpoſitus, ſignificat hominẽ habentem colorem mellinum: participabitq; color eius cum colore qui ſignificabitur per Planetã aſpicientem eũ, uel qui fuerit corporaliter cum eo iunctus:pulcram habentem barbam, non tamen magnam nec nimis ſpiſſam·oculos ſemigroſſos atq; decentes.

¶De participatione Lunæ cum Sole.

☽ cum ☉ ET ſi Luna fuerit particeps cum Sole ipſaq; boni eſſe, ſignificat hominem habentem colorem pulcrum atq; decentem cum quadam albedine ſemiclara, & cum aliquali rubedinis amixtione: pulcros ocnlos & pulcra ſupercilia:faciem rotundam.

¶De participatione Saturni cum Sole.

♄ cum ☉ QVod ſi Saturnus fuerit parnceps cũ Sole per bonum eſſe, ſignificat hominem habentem ſtaturam mediocrẽ, atq; cõpetenter decentem:colorẽ mellinum: oculos ſemigroſſos: ſemicarnoſum:capillos caſtaneolos ſiue mellinos & quodãmodo criſpos.

¶De participatione Iouis cum Sole.

♃ cum ☉ SI quidẽ Iupiter fuerit particeps cũ Sole, ſignificat hominem habentẽ colorẽ mellinũ ſiue olinineũ ſiue caſtaneolũ, quod quaſi idem eſt cũ aliquali albedine admixtũ ſatisq; decenrẽ: ſtaturã ſatis conuenientẽ: oculos aliquantulum croceos, capillos quodammodo in criſpitudine uergentes.

¶De participatione Martis cum Sole.

♂ cum ☉ SI autẽ Mars fuerit particeps cũ Sole, ſignificat hominem habentem nigredinem, ſed in rubedine uergentem, parum diſtantem ab emulo colore: ſtaturam iuxta mediocrẽ ipſamq; decentem: ſemigroſſos capillos quaſi glaucos:ſemigroſſos oculos.

De forma & figura corporis nati quam attribuit Venus. Caput IX.

♀ Significaturẽ CVmq; Venus fuerit ſignificatrix natiuitatis ſola, & ipſa orienralis in mũdo, & à ſole, ſignificat hominem habentẽ colorẽ, ut Ptolemæus ait, pulcrum & decentẽ, magis quã ſit color quẽ attribuit Iupiter.eritq; facies ipſius mollis & cõpta magis aſſimilans faciei muliebri quã uirili: ſtaturã habebit pulcrã atq; decentẽ. oculos ſubnigros ſimiliter decentes. Et dixit Meſſahala, quod ſignificat de figuris hominũ, hominẽ album trahentẽ ad aliqualẽ nigredinis obumbrationẽ: & exinde uidebiẗ magis decẽs habentẽ pulcram ſtaturã: pulcros oculos, quorũ nigredo aliquid maior quàm in alijs reperiatur, tamẽ decens:pulcros capillos: faciem rotundam, nõ tamẽ magnam, neq; maxillas. Et dixit Dorothius, quòd ſignificat hominẽ habentem pulcrã faciem:pulcros oculos quorum nigredo erit plus quã oporteat.multos capillos & pulc. [illegible] craſſum, albũ, rubore cõfectũ.in cuius cõplexione temperata uincit humiditas. At ſi occidentalis extiterit, erunt ſignificata ipſius infra prædicta: in eius complexione frigiditas præualebit.

¶De participatione Mercurij cum Venere.

☿ cum ♀ QVod ſi Mercurius fuerit particeps cũ Venere, & ipſe bene diſpoſitus, ſignificat hominẽ pulcrũ atq; decentẽ:pulcrũ habentẽ colorẽ: habentẽ frontẽ aliquid eleuatã.faciẽ longã naſumq; ſimiliter: & aliquando ſubrilẽ:pulcros oculos non ex toto nigros: longosq; digitos. Et dixit Sacerdos, gracile habentem corpus:ſtaturã mediocrẽ: pulcrã barbã ſed rarã nec paruam:labia gerentem aliquando ſubtilia.

¶De participatione Lunę cum Venere.

☽ cum ♀ SI quidẽ Luna fuerit particeps cum Venere, & ipſa bene diſpoſita, ſignificat hominẽ habentẽ colorem pulcrũ, ex albedine atq; rubore permixtũ: oculos ſeminigros:ſupercilia, pulcra & placibilia:& pulcram ſtaturã & mediocrẽ, tamen faciẽ rotundã:habentem aliquando alterum oculorum aliquid maiorem altero, uel forte uicioſum.

¶De participatione Saturni cum Venere.

♄ cum ♀ QVod ſi Saturnus fuerit particeps cũ Venere, ſignificat hominẽ habentẽ colorem mellinũ uel ſubnigrũ cũ cõuenienti tñ decentia ipſius caloris: capillos inter glaucos & mellinos:& habebit ex eis in cõpetẽti quãtitate atq; decenti, faciẽ ſemirotundã:maxillas mediocres:oculos pulcros quorũ nigredo erit conuenientis magnitudinis:eritq; ſemicarnoſus.

¶De participatione Iouis cum Venere.

♃ cum ♀ ET ſi fuerit Iupiter particeps cũ Venere, ſignificat hominẽ habentẽ colorẽ ſubnigrũ atq; decentẽ:capillos pulcros:erũt enim coloris ęmuli: ſtaturã pulcram atq; pulcritudine beatã. Eſt eñ pulcritudo cõuenientia partiũ cũ quadã coloris ſuauitate: faciẽ ſemirotundã: maxillas mediocres atq; decentes pulcros oculos: uidebiẗ tñ nigredo ipſorũ eſſe aliquid maior quã oporteat:nõ tñ detrahet hoc pulcritudini eorũ: faciem magnã pulcrã: eritq; ſemicarnoſus.

¶De participatione Martis cum Venere.

♂ cum ♀ SI aũt Mars fuerit particeps cum Venere, ſignificat hominẽ habentem colorẽ cõuenientem ex quadã albedine atq; rubedine cõmixtũ·ſtaturã pulcrã atq; mediocrem:capillos multos atq; decentes: maxillas mediocres:faciem ſemirotundã.pulcros oculos, ſuperabundabit aliquid eorũ nigredo, licet non dedeceat ſemigroſſum, faciem habentem alacrem.

¶ De participatione Solis cum Venere.

☉ cum ♀ SI uero ſol fuerit particeps cũ Venere, ſignificat hominem habentem colorem pulcrũ cõmixtũ cũ rubedine atq; albedine, nõ uere clara, ſtaturã mediocrem atq; pulcrã, capillos pulcros atq; decentes:faciẽ lętam, quaſi ſemirotundam, ſemipinguem, pulcros oculos.

De forma & figura corporis nati, quam attribuit Mercurius. Caput X.

☿ Significator CVm aũt Mercurius fuerit ſignificator natiuitatis ſolus, & ipſe orientalis in mundo uel à Sole, & alias bene diſpoſitus, ſignificat hominem habentem colorem mellinũ ſeu caſtaneolũ ſeu oliuineũ: mẽbra ſatis apta ſimul coadunata·oculos paruos, capillos mediocres tam in quãtitate quàm in colore, in cõplexione eius præualebit caliditas. Quòd fuerit occidentalis in mundo ſcilicet uel à ſole, ſignificat hominem habentem colorem croceum cum quadam ſubnigredinis admixtione: macilentum: habentem uocem exilem:oculos cauos quorum pupilla erit caprina declinans ad quã

dam rubedinem, in cuius complexione dominabitur ſiccitas.

¶De participatione Lunæ cum Mercurio.

☾ cum ☿ SEd ſi Luna fuerit particeps cum Mercurio & ipſa orientalis in mundo, & à Sole, aliaſq; bene diſpoſita, ſignificat hominẽ habentem colorem pulchrũ in quo albedo cũ rubedine mixta præualebit, ſuper cilia pulchra & beniuola: oculos nõ ex toto nigros, faciem rotundã atq; decentẽ, ſtaturã cõuenientem & pulchrã. Si uero fuerit occidentalis, erunt eius ſignificata infra hoc: & eo magis, ſi Luna fuerit impedita.

¶De participatione Saturni cum Mercurio.

♄ cum ☿ SI quidem Saturnus fuerit particeps cũ Mercurio & orientalis, ſignificat hominẽ habentẽ colorem quaſi ſubnigrũ frontẽ aliqd eleuatã: faciem mediocrem, ſimiliter & naſum, oculos ſemidecentes, uergentes in nigredinẽ, barbã rarã atq; nigrã, digitos mediocres, ſtaturam cõuenientem. Si uero fuerit occidentalis erunt eius ſignificata infra prædicta.

¶De participatione Iouis cum Mercurio.

♃ cum ☿ QVod ſi Iupiter fuerit particeps cum Mercurio & ipſe orientalis, ſignificat hominẽ habentem colorem declinantem ad quandã decẽtem nigredinẽ, capillos æmulos, faciem ſemirotundã, maxillas mediocres atq; cõuenientes, pulchros oculos, in qbus nigredo præualebit, faciem conuenientem atq; pulchram, decẽtem ſtaturã, eritq; ſemicarnoſus. Quòd ſi fuerit occidentalis, erunt ſignificata prædicta infra hoc.

¶De participatione Martis cum Mercurio.

♀ cum ☿ ET ſi Mars fuerit particeps, & ipſe oriẽtalis, ſignificat hominem habentẽ colorem determinatũ potius ad quandã rubedinem nõ uerã, cũ admixtione cuiuſdam nõ ueræ albedinis, quã ad aliũ colorem, barbam raram atq; paruam non tamen indecentem, labia ſubtilia & naſum ſimiliter, ſtaturam mediocrem, corpus ſæpe gracile.

¶De participatione Solis cum Mercurio.

☉ cum ☿ SI quidem Sol fuerit particeps cũ Mercurio, & ipſe orientalis in mundo, ſignificat hominem habentem colorem uelut mellinum, barbam mediocrem atq; pulchram, licet raram, oculos decentes, atque ſemigroſſos. Si autem fuerit occidentalis in mundo erunt omnia eius ſignificata infra prædicta.

¶De participatione Veneris cum Mercurio.

♀ cum ☿ ET ſi Venus fuerit particeps cum Mercurio, & ipſa orientalis in mundo, uel à Sole, ſignificat hominem habentem colorem pulchrum atque decentem: faciem longam, naſum ſimiliter longum atq; ſubtilem: frontem eleuatam, pulchros oculos non ex toto nigros, digitos longos, ſtaturam pulchram atq; decentem. Et dixit Sacerdos, corpus gracile, ſtaturam mediocrem pulchram barbam ſed raram nec tamen paruam labia gerentem aliquando ſubtilia. Et ſi Venus fuerit occidentalis, erunt omnia ſignificata infrà prædicta.

De forma & figura quam attribuit Luna nato. Cap. XI.

☾ Significatrix natiui. SI uero Luna fuerit ſignificatrix natiuitatis ſola, & ipſa orientalis in mundo, uel à ſole ac alias bene diſpoſita, ſignificat hominem habentem colorem album, cõmixtum cum roſeo rubore, uergentem in macilentiam, ſupercilia beniuola, oculos non ex toto magnos, faciem rotundam, ſtaturam ex toto pulchram.

¶De participatione Saturni cum Luna.

♄ cum ☾ QVod ſi fuerit Saturnus particeps cum Luna, ipſiq; bene diſpoſiti, ſignificat hominem habentem colorem uergentem in albedinem, non tamen ueram, habebitq; albedo illa commixtionem rubedinis cuiuſdam, pulchra ſupercilia, nigros oculos, faciem rotundã appropinquantem macilentiæ, ſtaturam cõuenientem, aptam ſuorum membrorum coadunationem. Si autem fuerint male diſpoſiti, ſignificant contrarium eorum quæ dicta ſunt, erit nanq; natus ille uilis apparitionis, nec eius membra coadunabuntur apte, & quanto plus ipſi uel alter eorum fuerint infortunati, tanto magis erit natus ineptus atque difformis & uilis atque horrendus.

¶De participatione Iouis cum Luna.

♃ cum ☾ SI autẽ Iupiter fuerit particeps cum Luna, ſignificat hominem habentem colorem non uere albũ, cũ aliqua clara rubedinis admixtiõe, ſupercilia pulchra oculos ſeminigros, faciem rotundam, ſtaturam conuenientem, alterum oculorum aliquando uicioſum.

¶De participatione Martis cum Luna.

♀ cum ☾ SI uero Mars fuerit particeps cum Luna, ſignificat hominem habentẽ pulchrum colorem. pulchra ſupercilia, oculos ſemigroſſos in nigredinem quodammodo uergentes, ſtaturam conuenientem, faciem ſemirotundam.

¶De participatione Solis cum Luna.

☉ cum ☾ SEd ſi Sol fuerit particeps cum Luna, ſignificat hominem habentem colorem decentem cum quadam conuenienti albedine atque rubedine, pulchra ſupercilia, pulchroſq; oculos, faciem rotundam.

¶De participatione Veneris cum Luna.

☿ cum ☾ POrrò ſi Venus fuerit particeps cum Luna, ſignificat hominem habentem colorem ex albedine atq; rubedine confectum, & pulchrum ualde, ſupercilia decentia, oculos non uere nigros, ſtaturam mediocrem atque pulchram, faciem rotundam, oculos competentes, licet non ex toto æquales.

¶De participatione Mercurij cum Luna.

VLtimo ſi fuerit Mercurius particeps cũ Luna & ipſe bene diſpoſitus, ſignificat hominẽ habentẽ colorem cõmixtum ex albedine atq; rubedine conuenienti, pulchra ſupercilia, oculos ſeminigros, faciem rotundam cum decenti conuenientia, ſtaturam decentem atq; pulchritudine uallatam. Omnia hæc quæ dicta ſunt de formis & figuris quas Planetæ attribuunt natis, intelligas in utroque ſexu fore communia. Intelligas enim talia debere cõtingere qualia alias dicta ſunt, ſi Planetæ fuerint fortunati atque bene diſpoſiti, ſi uero contrarium fuerit, ſecundum quantitatem contrarietatis contrarium iudicabis. Conſideratis omnibus & ſingugulis quę dicta ſunt de Planetis atq; alijs ſicut tibi ſupra tetigi, tuaq; diſcretione coniecturando ſuis partibus interpoſitis cum auxilio redemptoris noſtri Ieſu Chriſti. Scias etiam quoddam aliud, quod impedit aliquando curſum natiuitatum naturalem, à quo tibi multum cauere oportet, uidelicet quod mutantur in natiuitatibus filiorum anni natorum Nota.

torum quaſi ſecundum quod mutantur in reuolutionibus annorum prout infra tangetur cum tractabitur de re patrum.

¶ De prima domo.
De *qualitatibus ſeu accidentibus animæ nati.*
Caput I.

Qualitates animæ.

FActa in præcedentibus mentione de forma & figura corporis nati ac de eius accidentibus, dicendum puto de ipſius nati animæ qualitatibus ſiue accidentibus ſubſequenter, atque de ipſis ſcribere iuxta poſſe. De rationalitate prius tanquam de digniori atq; nobiliori, de ſenſibili uero atque uegetabili ſubſequenter. *Mercur. rationes.* Dicendũ igitur quod id quòd proprie ad rationem & intellectum pertinet per Mercurium percipietur: quod autem eſt uegetationis atque ſenſibilitatis per luminare cuius fuerit auctoritas. Et ſi fuerit natiuitas diurna per Solem tantum, ſi uero nocturna fuerit, per Lunam atq; per Planetam cum quo ipſa iungitur, & qui ſe cum Alithirat uel etiam contrarietatem uel Alitiſal *Alithirat. Alitiſal.* ſiue coniunctionem ſeu applicationem habuerit, ueraciter deprehendetur, non tamen ad ipſius cognitionem uno ſolo tramite poſſumus peruenire, ſed diuerſis. Sunt enim ſex modi, quorum primus eſt conſideratio eſſe Lunę atq; Mercurij. Secundus eſt conſideratio ſignorũ in quibus ipſi fuerint, uno ſcilicet aut pluribus. Tertius eſt conſideratio dominorum illorum ſignorum. Quartus eſt coniunctio Planetarum in figura hora natiuitatis. Quintus quid ſit propriũ ſignificatũ uniuſcuiſq; Planetarũ, q fuerit particeps natiuitatis figurę illius quã Aſtrologus cõſiderare intẽdit. *Significatores. Signa. Anguli.* Sextus eſt cõſideratio angulorũ ac eorum dominorũ quoniam prædicti ſignificatores ſimiliter ſigna in quibus fuerint qualitates animæ necnõ & accidẽtia, multũ auxiliantur & iuuant. Vnde cõſiderandi ſunt ſignificatores, & conſideranda ſunt ſigna, in quibus ipſi fuerint, ſimiliter & anguli. Nam cum ipſi fuerint in ſignis fixis, ſcilicet ſignificatores & anguli, facient hæc accidentia, ſiue has qualitates in animam deuenire, quoniam faciunt eam beniuolam, rectam, legalem, non fallacem, non de leui ſe mutantẽ, ſtabilem, multa incommoda, multosq; labores ſuſtinentem, ac multa ſtudia, intelligibilem ac ingenioſam, ueram atq; rigidã, & ſuas uoluntates perficientem, multum à malicijs mundam, & à uoluptatibus ſe optime defendentem. Collectricem rerum quas uiderit uel audiuerit, atq; uerborum tam uiliũ quàm precioſorum nihil aut parum de ipſis relinquentem atq; memoriæ commendantem, in rebus utilibus inuidam, & maxime in ſcientijs, nollet enim in eis ab alijs ſuperari, amatricẽ honoris atq; rerum de quibus laudes acquiruntur, & in bona parte, contentioſam in rebus licitis, tranſgredientem aliarum animarum ingenia, difficilime de propoſito ad propoſitum ſe mutantem.

¶ De tribus Planetis ſuperioribus.

CVm tres Planetæ ſuperiores fuerint orientales à Sole, uel à domino aſcendentis, uel fuerint in aſcendente, uel in eius angulis, uel in Almuguea Solis uel Lunæ uel domini aſcendentis, faciunt animam liberalem atq; ad libertatem idoneam, atrocem atq; de ſuo proprio conſilio confidentem, largam & apertam, exaltatam & ſuas cogitationes in aperto proferentem, non tamen multum indiſcrete.

¶ De ſtellis ſignificantibus.

ET cum ſtellæ ſignificatrices in ſua ſtatione prima fuerint, ipſæq; fortunatæ atq; fortes exiſtentes, & eo magis ſi circa decimæ domus cuſpidem inueniantur, animam nati cogitatricem atque bonorum diſpenſatricem, bonæq; memoriæ, bonæq; capacitatis: boniq; intellectus, ſtabilem, quietam atque immobilem, magnanimem, inconuertibilem, infallacem atq; legalem, cognoſcentem, operum amatricem, ſomniorum ueracem expoſitricem, atq; in talibus & ſimilibus ualde peritam, futurum eſſe nunciabunt.

¶ De tribus inferioribus planetis.

TRes uero inferiores cum in locis prædictis remanſerint, & ipſi occidẽtales directi & fortes, & in natiuitatibus nocturnis proprie, licet in diurnis aliquid infra hoc facient, animam nati debilem leuiter ſe de propoſito ad propoſitum mutantem, puſillanimem atque infortunatam, falſam, ad cognoſcendum ſiue intelligendum tardam atq; lentam, timidam atq; pauidam, magnam tempeſtatem falſitatis amatricem, libenterq; ſolitarie commorantem. Ptolemæus uero uiſus eſt dicere quòd cum tres ſuperiores fuerint in oppoſitione Solis, ſcilicet in medio retrogradationis, tũc occultantur in principio diei. Cum autem fuerint uniti cum Sole, tunc occultantur in principio noctis, iſtud eſt uerum, & tunc fiunt debiliores quàm eſſe poſſunt, faciuntq; animam uilem atq; paucæ bonitatis. Et cum ſunt orientales, uel in ſtatione ſua prima, ſunt fortes, & faciunt animam fortem. Et cum ſunt retrogradi, ſunt debiles, & faciunt eam inertem. Et cum ſunt in ſtatione ſua ſecunda, faciunt eam mediocrem. Cum autem fuerint directi atq; orientales, ſunt fortiores, & faciunt animam fortem & habilem ad fortitudines exercendas.

¶ De Venere & Mercurio.

DE Venere & Mercurio dixit, quòd cum ſunt in ſtatione ſua prima & natiuitas fuerit diurna: uel fuerint in ſtatione ſua ſecunda, & natiuitas fuerit nocturna: tunc ſunt mediocres, & faciunt animam mediocrem nec bonam nec malam, aptam tamen inclinari tam ad bonum quàm ad malum.

Abohali uiſus eſt dicere quod cum ſunt in ſtatione ſua prima, & natiuitas fuerit nocturna, uel in ſtatione ſecunda, & natiuitas fuerit diurna, ſunt fortiſſimi, & faciunt animam fortem. Et cum fuerint in medio directionis, ſunt debiles, & faciunt animam debilem, agilem atque de propoſito ad propoſitum leuiter ſe mutantem, puſillanimem atque infortunatam, & puſillanimitatem amantem & ſolitarie libenter morantem.

¶ De tribus ſuperioribus.

CVm autem prædictæ tres ſtellæ ſuperiores fuerint in ſtatione ſua ſecunda, fuerintq; in decima circa cuſpidem ipſius. Venus uero & Mercurius cum retrogradi Solis radios ſubintrauerint, uel ſub eis fuerint, fueritq; natiuitas diurna, uel cum directi prædictos radios ſubintrauerint, uel ſub eis ex

rliterint, fueritq́ natiuitas diurna, facient animam nan puram, ſeniatam, manſuetam, ſed non erit perfectæ memoriæ, laborem uitantem atq; fugientem: eritq́ ia juiſitrix rerum ſecretarum, occultorumq́ ſubtiliſſima inueſtigatrix, & maxime ſcientiarũ: ut nigromantiæ magicæ, aliarumq́ profundarum ſcientiarum atq; occultorum, ualebit etiam in aliquibus mirabilibus atq; ſubtilibus, ut ſunt iudicia ſtellarum & ſomniorum expoſitiones & his ſimilia.

¶ De ſignis communibus.

CVm aũt fuerint aſcendẽs atq; prædicti ſignificatores in ſignis cõmunibus, propter eorũ multiformitatem atq; mutationẽ facient animã multiformem, tardam atq; grauem ad actus debite uix cognoſcendam, leuiter amantem, leuiterq́ ab amore diſcedentem, inſtabilem, doloſam, nunc hoc, nunc illa uolentem, in paucis bene perſeuerantem, eritq́ habilis ad muſicæ ſcientiam habendam, leuiter de rebus tam bonis quàm malis pœnitentem, eritq́ tamen perſpicacis intellectus.

¶ De ſignis mobilibus.

SI quidem fuerint in ſignis mobilibus, facient hominem libenter in ciuitatibus commorantem, & alijs ſe aſſociantem propter illorum ſignorum mobilitatem, faciunt eam amantem res uniuerſitatum atque collegiorum, ſimiliter laudem affectantem, faciuntq́ ipſam diuinorũ cogitatricem, eritq́ laudabilis ingenij, & ad ea quæ debuerit apta ſe mouere rerum inueſtigatricem, & quaſi omnibus indifferenter liberalem bonæq́ opinionis, ac in iudicijs ſtellarum prouidum & perſpicacem.

¶ De ſtellis animam natorum diſponentibus.

COnſiderandi ſunt iterum Luna & Mercurius utrum ſint in locis prædictis uel in ſuis proprijs dignitatibus, uel illi in quorum domibus uel exaltationibus uel terminis uel triplicitatibus ipſi fuerint, uel fuerint in ſuis Aym, quoniam faciunt tunc animam nati largam, apertam. Cuius proprietates erũt liberę, proſperæ ac bene ualentes, nec hoc poterit fruſtrari, niſi contra naturam aliquid hoc infringat. Et eo magis, ſi unus & idem ſignificator uerit dominus locorum in quibus Luna & Mercurius fuerint, uel aſſocietur illis, uel ſaltem alter eorum habuerit Alitiſal cum Luna. Si autem aliter fuerit quàm ſit dictum, hoc eſt quod non ſint prædictæ ſtellæ dominatrices locorum utriuſq́ Lunæ ſcilicet & Mercurij, uel aliqua illarum, nec ſint eis aſſociati, nec alteri eorum ſcilicet aliquis. ſ. aliorum Planetarum proſpicies cui magis appropinquet ex illis duobus aliquis aliorum, quoniam diſponetur anima nati ſecundum quod fuerit diſpoſitus Mercurius ſcilicet aut Luna uel aſſocians eis, ſi autem prędicti. ſ. Planetę fuerint extra ſuas dignitates, uel alias male diſpoſitis, ſignificabunt & faciunt animam nati contrariam ei quod dictum eſt: quoniam eius qualitates erunt aſperæ atq; occultæ & imperfectæ abſq; proſperitate. Baruch uero dixit, quod ſtellæ dominatrices locorum in quibus fuerint Luna & Mercurius, uel quæ ſuper eos fuerint eleuatæ, facient animam nati operantem opera rigida & nociua, hoc dico ſi fuerint infortunæ ſiue infortunatæ, natumq́ iniqua operari, eritq́ anima illius nati leuiter ſe mouens ad alios impediendum, atq; in eorum nocumentum uoluntaria, nec erit ex ſua diſcretione corrigibilis, nec uidebitur ei laborioſum alios lædere, ſed delectabitur in his. At ſi fuerint infortunæ illæ impedientes in locis ſtellarum, quæ ſunt in Aym eis contrario, facient animam nan debilem atq; deteſtabilem, atq; de uno propoſito in aliud ſe leuiter mutantem, & ad malum potius quàm ad bonum, & ex illa occaſione accident nato infortunia cum ſupplicijs ſibi nociuis, per eundem illum modum fiet anima nati ad prædicta inclinans per quem fiet gaudens in bene faciendo alijs, atq; ad bonum inclinans cum fortunæ fuerint ſignificatrices, & ipſe liber ab impedimentis, nihilq́ impediens eleuatum fuerit ſuper ipſas, placebit tunc animæ nan alijs bene facere, delectabitur in hoc, nec tamen ſequetur ex illo bene facere incommodum ſed utilitatem & bonam laudem. At ſi fuerint ipſe fortunæ ſignificatrices, & infortunæ fuerint eleuatæ ſuper ipſas, non erit idem eſſe animæ nati cum prædicto, alterabitur enim, eruntq́ animæ nan qualitates molles atq; beniuolæ, non rigidæ, non aſperæ, immo quietæ, ſed quid ex hoc accidat nato dico tibi, quoniam propter ſuã humilitatem & planiciem & molliciem & quietudinem & beniuolentiam & abſtinentiam à malefaciendo, & pietatem & dilectionem quam in hominibus habuerit, uilipendetur & ſpernetur ab eis & culpabitur & accuſabitur cum ſit inſons & innocens, & temere credentur mala quæ falſo dicentur de ipſo, & in nullis quaſi uel pauciſſimis in eius excuſationem diſcretio inuenietur, nec audiẽtur eius uerba, & in omnibus quaſi pro nihilo reputabitur, etiam cum ſit laudandus atq; pro autentico reputandus, eiuſq́ conſimilia ſana reperientur & multę ſibi falſę imponentur occaſiones. Et leuiter quaſi ſine cauſa diſcedent ab eo amici, & quanto plus ſeruiet, tanto minus gratificabitur, eiuſq́ ſeruitia pro nihilo reputabuntur, & libenter ut plurimum nitentur homines ei nocere, nedum alij, ſed etiam illi idem quibus melius ſeruierit, & ut plurimum in omnibus de quibus ſe intromiſerit, cedet ei ſiniſtre. Hic eſt modus per quem ſciuntur & pronoſticantur qualitates animarum natorum generaliter. De qualitatibus autem particularibus quæ ſecundum naturam ſtellarum ſeu Planetarum habent euenire, ſigillatim ulterius eſt uidendum.

De qualitatibus animæ nati ſecundum naturas & ſignificata ſtellarum particulariter euenientibus.

Cap. II.

DIcto iam de qualitatibus animæ nati uniuerſaliter accidentibus, facienda eſt modo mentio proprietatum particularium qualitatum, quæ ſecundum naturas ſtellarum ac ipſarum qualitatum animæ nati, accidere conſueuerunt.

¶ De ſignificatione Saturni cum ſolus fuerit diſpoſitor qualitatum animæ nati.

DIcas ergo quod cum Saturnus ſolus fuerit dominator ſeu diſpoſitor qualitatum animæ nati, fueritq́ Almutem locorum in quibus fuerint Luna & Mercurius, fueritq́ orientalis in mundo & à ſole & in angulis, ſitq́ alias bene diſpoſitus, nec im- *Qualitates animæ particulares.*

peditus

peditus, teſte Ptolemæo, faciet animam nati amatricem iuſtorum atq; bonorum uirorum, ſolidi atq; profundi conſilij, in ſuo conſilio confidentem diſputatricē: laborem ſuſtinentem, non ſemper ueritate utentem, non enim erit quin ſibi aliquid de ſua malicia reſeruet, locupletari amantem, dignitates habere deſiderantem, ſuas promiſſiones non bene ſeruantem, nec in eis firmam exiſtentem, libenter theſaurizantem, inuidam, ab alijs ſua ſecreta celantem.

¶Cum Saturnus fuerit mali eſſe.

ET ſi Saturnus in horum quæ prædicta ſunt contrario fuerit inuētus, fueritq; deteſtabilis in ſuo eſſe ſiue in loco in quo extiterit, faciet animā nati uilē, immūdam, in ſcientia puſillanimē, in ſui tantū cōſilio confidentem, nec tamen ſciet quale ſit ſuum cōſilium, & de conſilijs aliorū ſemper decipi ſe credentem, inuidam, timidam atq; inaudacem, ſe hominibus aſſociari abhorrentem, occultationis atq; lugubrij amatricem, infortunatam, doloſam, inuerecundam, laborioſam, deceptricem, neminem diligentē, maliuolam, nunquam tempore uitæ ſuæ nec etiam ſua bona, ut in eis uel ex eis, gaudeat adaptare ſcientem.

¶Cum nec bonus nec malus fuerit Saturnus.

SI quidem Saturnus non ex toto bene nec ex toto male diſpoſitus inueniatur ſecundum eius eſſe qualitates animæ futuras pronunciabis. At ſi magis ad liberationem quàm ad impedimentum declinauerit minus remotum bonum, ſi autem magis ad impedimentum quā ad liberationem, minus remotum malum iudicabis.

¶De ſignificatione Saturni cum ei iunctus fuerit Iupiter.

QVod ſi Iupiter cum Saturno iungatur & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus oriētalis ſcilicet in mundo & à Sole, fueritq; in angulis, faciet animā nati iuſtam, ſenes & decrepitos libenter honorantē eritq; ſani conſilij, alijs libenter ſubuenientem atq; ipſos iuuantem, bonam habentem noticiam, donatricem, magnanimē, patientē, quietā, intelligentem, amicorumq; amatricem atq; philoſophiam deſiderantem.

¶Cum Iupiter fuerit male diſpoſitus.

SI autem eius diſpoſitio fuerit contraria ſupradictæ, faciet animam nati bene facere ignaram, inſenſatam in rebus, atq; uerbis diabolicis libēter ſtudentem atq; conuerſantem & delectantem, & hypocriſim amantem, in locis orationum libenter morari ſe fingentem, cum intrinſecus contrarium reperiatur, futura etiam ſine cognitione literarum prędicentem, delectabilia nō affectantē, filios habere abhorrentē, amicos uel eos habere nullatenus uolētem, in locis ab habitaculis remotis habitare deſiderantem, cum hominibus conuerſari non uolentem. Et cum ſit inſipiens uerba ſimilia uerbis ſapientis aliquando habentem, honorem non affectantem, nec laudari curantem, mala potius quàm bona eligentem, ac ipſis libenter adhærentem, debilem atq; malicioſam, & ſi aliquādo aliqua bona exercuerit, de ipſis uelociter pœnitentem, laborioſam ac quietem non amantem.

¶Cum nec bene nec male diſpoſitus fuerit Iupiter.

SI uero in diſpoſitione, quę nec ex toto bono, nec ex toto malo Iupiter reperiatur faciet animā nati taliū qualitatū quale ſuum eſſe reperiat. Quod ſi eſſe ipſius magis uerſus bonū q̄ uerſus malū declinauerit, declinabūt animę qualitates magis uerſus bonū quā uerſus malū. At uerſus malū potius quā uerſus bonum eius eſſe declinauerit, faciet animæ qualitates potius uerſus malum quàm uerſus bonum declinare, & ſecundum eſſe eius poteris ſemper prognoſticari.

¶De ſignificatione Saturni cum Mars ei iunctus fuerit.

SI autē Mars Saturno iunctus fuerit, & ipſe boni eſſe ac laudabilis eſſe, in angulis ſcilicet, & orientalis in mūdo & à Sole, nec impeditus ut ptolemæ⁹ ait, faciet animā nati propter utriuſq; maliciā nō cognoſcētē ea quę cognoſcere debuerit, miſerā, imbecillē, nocentē, laborioſā, puſillanimē, uix unquā & cū pauore magno tētantē, impiā, grauē, baratatricē & ac ſi cōtineret in ſe magnanimitatē, omnia quaſi uilipęndentē, nullū ordinatū modū in ſe habentē, & quadā hypocriſi cōtra ſuā naturā bellicoſā ſe fingentē in omnib⁹ timidā, contrariū tñ ſe fingentem, & ex hoc dicet belli coſa (cū ſit filia pauoris) cōturbationes amantē, inuidā peſſima inuidia, proditricē, in ſua malicia perſeuerantē, nec ab ea de facile ſe mouentē, natū laborioſū, & alios laborioſos eſſe libenter facientē, hypocriſim amantē, reges, principes, rectores, magnates omnesq; ſuos maiores odio habentē, ex aliorū uictorijs ſe iactātē, uel eas ſibi aſcribentē, nullā in bono, pfunditatē habentē, ruſticitate plenā ad tolerandum grauē, iniquam, hominibus libenter nocentē, ipſosq; odientē & uilificantē atq; uilipendentē, nec alterabit nec mutabitur à ſupradictis, ſed in eis ſemper perſeuerabit, de artificijs & de multis ac diuerſis alijs ſe intromittentem, & in nullis bene perſeuerantem.

¶Cum Mars fuerit in eſſe contrario ſupradicto.

SI quidē Mars fuerit in contrario eſſe, quod dictum eſt, faciet animā nati deprędatricem, facientemq; natum uiarum obſeſſorē, faciet etiā Mars ipſam peſſimarū qualitatū, deū nō cognoſcentem, nec etiam eū reuerentē, nec timentem, nec amantem, per nephas libenter lucrantem, blaſphematricem, perturbatricem, nec aliquem uere amantem, latrocinio deditam, proditricem, deceptricem, interfectricem, impudicā, inceſtam, malam, ſacrilegam, nigromanticam, natum ſui ipſius homicidium facientem, fornicatricem, ſepulcrorum uiolatricem & generaliter in omnibus nequam.

¶De ſignificatione Saturni cum ei iuncta fuerit Venus.

QVod ſi Venus fuerit iuncta Saturno, & ipſa boni eſſe ac bene diſpoſita, fueritq; orientalis in mundo & à Sole, ſimiliter & in angulis, faciet animam nati pacificam, beniuolam, fidelem, uerecundam, abſtinentem, deliberantem, ſcientiæ amatricem, ab immundicijs ſe abſtinentem, Deum amantem, & timentem, ac in reuerentia ipſum habentem.

¶ Cum fuerit Venus in eſſe contrario.

SI autē fuerit Venus in eſſe cōtrario ſupradicto, faciet animā nati male receptionis, ac malæ opinionis, malæq; legis, impudicam, immundā, tædioſam, zeloſipam, mulieres abhorrentem, turpem coitum, & immundum affectantem, ut illum horrendum atq; uituperabilē ſodomiticum, & ſimilia: et illū cum ſenibus & turpibus uiris: de mulieribus turpem atq; difformem eligentem formoſam non curantem, & aliquando à mulieribus ſe decipi permittentem, ſe ab omnibus ſegregantē, in ſui tantū conſilio cōfidentem, qualibet turpi atq; praua fornicatione fornicatricem, inſciam, adulteram, turpē & in turpibus ſe delectantē, inceſtā, ſuumq; inceſtū cum ſuis cōſanguineis potius quā cū alijs perficientem, circa turpes uenereos actus ſollicitantem, & contra naturā nedū cum rationalibus ſed cū brutis, & ſuperbā, uilem, maledictā, ſceleratā, ſuas cogitationes ab alijs celantem, deū in reuerentia non habentem, ſomnia & alia ſecreta uilipendentem, de nigromantia atq; de multis alijs diuerſis ſe intromittentem.

¶ De ſignificatione Saturni cum Mercurius ei iunctus fuerit.

ET ſi Mercurius Saturno iunctus fuerit, & ipſe boni eſſe, ac bene diſpoſitus, fueritq; oriētalis in mūdo & à Sole, ſimiliter & in angulis, nec alias impeditus, faciet animam nati legum atq; rerum legalium inquiſitricem, atq; nigromantiā inueſtigantē, medicinalis ſcientiæ amatricem, occultorū deliberatricem, & ſemetipſam ab alijs occultantem, ſophiſtam, nigromanticam, coram hominibus & ſine ipſorum præſentia mira ſe facere oſtendentem, boni ingenij, exponendorum leuem expoſitricem, inueſtigandorū bonam inueſtigatricem, amaritudinem tamen in ſe habentem acutam, intelligentiæ quaſi omnium operum amatricem, & bene inde ſibi continget.

¶ Cum Mercurius fuerit male diſpoſitus.

SI autem diſpoſitio Mercurij fuerit contraria ſupradictæ, faciet animam nati turbulentam, inuidam, laborioſam, hominū odioſam, & maxime ſuorum conſanguineorū, nec eos uidere affectabit, de ipſorum bonis dolentem, de ipſorum malis gaudentem, triſticiarū amatricem, fantaſias ex quibus turbetur in nocte uidentem, deceptricem, proditricem, ſuorum negociorū occultatricem, nigromantiæ libenter adhærētem, nec inde ſequetur utilitatē ſed eius contrarium.

De ſignificatione Iouis cum ipſe ſolus fuerit ſignificator ſeu diſpoſitor qualitatum animæ.

Cap. III.

CVm Iupiter fuerit ſolus diſpoſitor qualitatū animę nati, fuerit qđ almutē ſuper locis in quibus fuerit Luna & Mercurius, fueritq; orientalis in mūdo & à Sole, ſimiliter quod fuerit in angulis, ac alias bene diſpoſitus, nec impeditus, faciet animā nati tutam, largam, magnanimem, planam, uerecundū, atq; natū facientē famoſam: beniuolam, liberalem, æquam, manſuetam, egregiam, piam, ſuorumq; operum magnæ cogitationis, amabilem hominibus, libenter benefacientem, rerum conductricē atq; regimina facere ſuentē & ſimilia.

QVod ſi Iupiter fuerit in prædicti eſſe contrario, faciet animam nati debilē atq; occultam, abſq; bono intellectu, prodigam, dæmoniacam & in rebus diabolicis ſua ſeruitia exercentem, malæq; opinionis, fallacem atq; cauendam, delectationes atq; concupiſcentiam diligentem, contumacem, in ſcientia dedignantem atq; incognoſcentem, in alijs erit uolens aſſimilari ſupradictis, licet multum infra.

¶ De ſignificatione Iouis cum iunctus fuerit ei Mars.

ET ſi Mars iunctus fuerit Ioui, & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus, orientalis ſcilicet in mundo & à Sole, fueritq; in angulis nullatenus impeditus, faciet animam nati uerſutam, placatricem: libenter litigantem, ac in controuerſijs ſe delectantem: belli coſam atque bellorum diſpoſitricem: exercituumq; conductricem: & maxime illorum ex quorum parte fuerit ius, fortiſſimā, nulli ſe humiliantem, uindictas amantem, alioſq; ſuperare nec alicui ſupponi uel ſubiacere uolentem, ſeipſam ad dignitates atq; dominationes promouere uolētem, nec ueritatem rerum ignorantem, honorem atq; gratiam quærentem, & exinde proſperitatem ſequentem, prouidā, iracundam atq; mendacem, multis quoque multa mandantem.

¶ Cum Mars in prædictu eſſe contrario extiterit.

SI quidem Mars in prædicti eſſe contrario extiterit, faciet animam nati blaſphematricem, impudicam, malitiam ſuorum uerborum tam ſuorum ſecretorum quam alienorum propalatricem apprehendendorum apprehendentem, exponendorum exponentem, aliorum uilipendentem, hypocritam, ſuperbam, deceptricem, inobedientem, natum mendicum facientem deprædatorem, uiarum abſciſſorem, raptorem, ſuarum rerum amiſſorem, hominē ex malis uerbis conturbatricem, uilem, infidelem, inſtabilē, male notitiæ, malijq; conſilij, inſenſatam, de uno propoſito ſe in aliud leuiter mutantem, diuerſarumq; qualitatum exiſtentem, nec in eo certus modus exiſtentiæ leuiter inuenietur.

¶ De ſignificatione Iouis cum iuncta fuerit ei Venus.

SI autem Venus cum Ioue iuncta fuerit, & ipſa boni eſſe, ac bene diſpoſita, orientalis ſcilicet in mundo & à Sole, necnon & in angulis, ab impedimentis libera, faciet animam nati nitidam, ſimplicem, abſq; malitia, magiſteria rerumq; inueſtigationem amantem, ludos, cātus, tripudia, comeſtiones, potationes appetentem, eritq; bonæ capacitatis, bonæq; opinionis, atq; boni conſilij, piam, deum amātem, ac illi ſeruiētē, ipſiusq; amore laborioſam eſſe, humilem, ſenſatam, gratificam, lectioni librorū libenter uacantem, ac rerum cognitioni, circa uenereos actus temperatam & ſecundum eius legem utentem, ſuorumq; conſanguineorum amatricem, honorem bonamq; famam deſiderantem, iuſtam atq; probam. ¶ Cum Venus fuerit impedita.

QVod ſi Venus fuerit in prædictu eſſe contrario, faciet animam nati iracundam, eritq; ira ipſius ſimilitudinis iræ muliebri, inſenſatam & maxime in factis mulierum prodigam, libidinoſam, procam ſiue immorigeratā, uel in rem ſtultā leuiter ſalientē ſeu donatricem, delinquētem, corporis ornatricem, amico-

amicorum inſciam, ſemetipſam extollentem: inter homines nnn bene ſecuram, erubeſcet enim coram eis: leui de cauſa ſe impedire permittentem: ſenſum fœmineum habentem, competentem in rebus ad cenſuram eccleſiaſticam pertinentibus, ſi eis adhæſerit præualentem, ipſasq; diligentem, fidelem, maliciarum ignaram, in rebus alias præcedentem, ipſarumq; occultatricem, obnoxiam in omnibus ſuis actibus tam in ſeruiendo alijs quàm in ſuis factis proprijs liberalem, in omnibus tamen ſuis operibus poterit aliter dici commendabilis.

¶ De ſignificatione Iouis cum Mercurius ei iunctus fuerit.

♃ cum ☿ SI quidem Mercurius Ioui iunctus fuerit, ipſeq; boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis in mundo, orientalis & à Sole, fueritq; in angulis nec alias impeditus faciet animam nati aptam ſyllogiſare, geometriæ, librorum lectioni libenter uacare, in ipſisq; ſtudere, atque in omni parte mathematicæ peritam, ſermocinatricem, uerſificatricem, morigeratam, diſpoſitricem, congregationis amatricem, ſanum conſilium exhibentem, bonam qualitatē, bonamq; opinationem bonamq; credulitatem, dapſilem, bonumq; ingenium habentem, ac omnia quæ inceperit libenter ac uelociter & bene perficientem, & ſi medicinæ adhæſerit in ea ualde proficientem, ac exinde honorem aptamq; utilitatem ſequentem, uocabiturq; natus illa occaſione à regibus & magnatibus & diuitibus ac nobilibus & ſe ſuæ curæ libenter ſubmittent, deum diligentem ipſumq; in reuerētia & timore habentem, conſanguineos atque propinquos amantem, diuitias habentem, rationabilē ſcientiarumq; amatricē.

¶ Cum Mercurius fuerit in eſſe contrario ſupradicto.

SI uero Mercurius fuerit in contrario eſſe quàm ut dictum, fueritq; impeditus, faciet animam nati ſtultam, inſciam, inſenſatam, atque multiloquā in ſuis locutionibus, ſæpe atq; ſæpius deceptam, & illud puſillum ſenſus quod habuerit leuiter amittet, impetuoſam, diuinis adhærere uolentem, nec tamē ſcientem illud facere, amaribundam, ſuperbam, in ſua ſtultitia perſeuerando, ſapientem ſe reputantē, in alterius ſeruitia ſemetipſam ponētem, in ſuis actibus ſuisq; moribus inordinatam, uerboſam, publicisq; appetitus: neſciet enim ea quæ affectauerit cęlare, erit tamen aliqualis memoriæ, aliqualis etiam doctrinæ.

Cum Mars fuerit ſignificator qualitatum animæ nati ſolus. Caput IIII.

♂ ſolus. QVod ſi Mars ſolus fuerit ſignificator ſeu diſpoſitor qualitatum animæ nati, & ipſe boni eſſe atq; bene diſpoſitus, oriētalis ſcilicet in mundo & à Sole, atque in angulis, nec aliàs impeditus, faciet animam nati fortiſſimam, potentiſſimam, iracundam, animoſam, armorum appetitricem, omnia quidem armis arrogantem, nulli ſe humiliantem, pro qualibet re in mortis periculo ſe ponentem, de pecuniario lucro parum uel nihil quaſi curantem, omnia fere deſtruentem, primum in bello eſſe uolentem, omnia uilipendentem, cuilibet uiolentiam inferre uolentem, de ſuis uiribus potius quàm de toto alio mundo confidentem.

¶ Cum Mars fuerit male diſpoſitus.

SI uero Mars fuerit in eſſe contrario ſupradicto, faciet animam nati ſuperbam, ſtultam, inſenſatam, ſuſurratricem, tædioſam, blaſphematricē, garrulam, impiam, deprędatricem, deceptricem, rerum conſumptricem atq; deſtructricem, in ſanguinis effuſione delectatricem, de aliorum damnis atq; detrimentis gaudentem, conſanguineos abhorrentē, ſuumq; creatorem ignorātem, ipſumq; in reuerentia non habentem.

¶ De ſignificatione Martis cum iuncta fuerit ei Venus.

SI uero Venus iuncta fuerit Marti, fueritq; boni eſſe ac bene diſpoſita, orientalis ſcilicet in mundo & Sole, fueritq; in angulis, nec aliàs impedita, facietq; animā alacrem atq; iocundam, bene morigeratam, bonumq; faciens natum, amabilem, gaudibilis etiam & lætantis ſeu quietæ uitæ ludo, ſuos ſocios amantem, iuxta corporis nati complexionē bene diſpoſitam, aptam corporis formam, deſiderantem ſaltationes ac tripudia diligentem, eisq; libenter utentem, pulchris mulieribus libenter adhærentem, atq; cum ipſis libenter moram facientem & ratiocinantem, delicias affectantem, ipſarumq; bonā uitam ac laudabilē trahere ſcientē, in coitu leuem, & exinde utilitatem ſequentē, ſapientem, uerecundam, cognoſcendorum cognitricem, ſibiq; à non licitis & non utilibus atq; non debitis ſeu periculis præcauere ſcientem, leuiter tamen iraſcentem, interdum ſuarum rerum deuaſtatricem zelotipam, abutendo uiris per modum ſodomiticū, aliquando deuaſtantem ſuas bonitates. ♂ cum ♀

¶ Cum Venus fuerit male diſpoſita.

ET ſi Venus fuerit in cōtrario eſſe ſupradicto, faciet animam nati delinquentem atq; in ſupradictorum contrarijs cōuerſantem: faciet enim eam in cultu uenereo excedentem, nunc ad unam qualitatem, nunc ad aliam ſe flectentem, blaſphematricem, mendacem, tam ſuorum quàm aliorum proditricem atque deceptatricem, faſtidioſam, illicitorū appetitricem, res leuiter appetentem, & à petitis leuiter feſtineq; recedentem, illicitorum atque prohibitorum coituum tractatricem ſeu corruptricē, ut monacharum uirginum atque nuptarum inordinatam uerſutam, in malitijs etiam acutam, atque in qualitatibus ſuorum uiciorum ſemper nitentē, & illa occaſione leuiter in multas uerecundias incidentem, facientē natum uilis intellectus quaſi inſenſatum, impetuoſam libenter turpia committentem atque in ſui corporis ornamentis ſtudioſam.

¶ De ſignificatione Martis cum ſibi iunctus fuerit Mercurius.

QVod ſi Mercurius fuerit iunctus Marti & ipſe bene diſpoſitus ac boni eſſe, fueritq; orientalis in mundo & à Sole, ſimiliter & in angulis liber nec alias impeditus, faciet animam nati commixtarum atque diuerſarum qualitatum, faciet enim eam ſapientem & potentem, amandorum amatricem, cognoſcendorum cognitricem, regimina ſcientem, de propoſito ad propoſitum leuiter ſe mutantē, ad ea quæ propoſuerit feſtinā̄ter peruenire deſiderantē, aliquādo immo pluries mala libenter operantem,

uerſutam, proditricẽ, aſtutam, inſtabilem, furibundam, leuem intellectum habẽtem, deceptricem, hypocriſim amantem, contumacem, uerſipellem, in rixis atque diſcordijs delectantem, rerum quarumlibet magnam inquiſitricem: tamen ex omnibus iſtis reprehenſibilibus ſibi ſiniſtre coniunget: ſibi ſimiles diligentem eiſq; libenter proficientem atque ipſos iuuantem, inimicantes ſibi, odio habentem, eiſq; omnimode nocere intendentem, illudq; facere bene ſcientem.

¶ Cum Mercurius fuerit in eſſe contrario ſupradicto.

ET ſi Mercurius fuerit in diſpoſitione contraria ſupradicta, faciet animam nati apparentem aliquid ſcire, cum ipſa quaſi nihil ſciat, erit enim inſenſata quaſi fatua, fingens ſe obedientẽ cum eius obedientia nõ ſit aliquid per modũ obedientiæ, ſed potius per quendam modum fatuitatis, uelociter omnium quæ fecerit uel incœperit pœnitẽtem, nec bonam partem ex eis eligere ſcientem, uolentem dici ſapiens, cum ipſa quaſi nihil ſciat, deceptricem, inordinatam, deſtructricem, nullum rectum ordinem in ſuis motibus ſeruantem, latroniſſam, mendacem, uerſutam, nequam, falſidicam, periuram, diſcordias atque controuerſias amantẽ, uilem. uellet tamen dici proba: blaſphematricem, deprædatricẽ: in uiarum abuſione atque in parietum foſſione ſtudentem, incantatricem, proditricem, interfectricem uel homicidam, nigromanticam: deumq; in reuerentia non habentem.

Cum Venus ſola fuerit ſignificatrix qualitatum animæ nati. Caput V.

♀ ſola SI quidem Venus ſola fuerit ſignificatrix qualitatum animæ nati, & ipſa boni eſſe ac bene diſpoſita, orientalis ſcilicet in mundo & à Sole, fueritq; in angulis, nec alias impedita faciet animam nati iuſtam, humilem, ſimiliter & quietam, ſenſatam, diuitias habentem, eiſq; bono modo utentem: iniurias patientẽ in rebus ſapienter deliberantem, amantem ludos, ſaltationes atq; tripudia, abhorrentem impietates: in reuerentia deum habentem, affectantem magiſteria ſcire: pulchram formam nato tribuentem. bonamq; qualitatem, bona ſomnia ſomniantem, amabilẽ, piam, beneficam, proſperantem: uerumtamen cum omnibus his pigram, procam: natum effœminatum facientem, ipſumq; ſuas qualitates muliebribus qualitatibus aſſimilantem, non animoſam, nec etiam bene noſcentem, nec facientem natum magnanimem, immo non erit quaſi eius nomen inter alia nomina, ipſumq; leuiter in maximam partem magiſteriorum ſuorum præcipitare facientem.

¶ De ſignificatione Veneris, cum ſibi iunctus fuerit Mercurius.

♀ cum ☿ ET ſi Mercurius fuerit iunctus Veneri, fueritq; boni eſſe ac bene diſpoſitus, orientalis in mundo & à Sole, fueritq; in angulis, nec alias impeditꝰ, faciet animam nati amatricem magiſteriorum atq; ſcientiarum, & maxime quadruuialium, boni atq; ingenij, uerſificatricem, muſicam affectantem, omniaq; commendabilia diligentem, erit itidem delicias appetens, eiſq; bene apta, commendabiliter utetur, facietq; eum ſimiliter quietudinis amatricem, et in eis delectantem, alacrem, ſuoſq; amicos diligentem, intelligentem ſimiliter & bonæ legis & bonæ æſtimationis, equorum amatricem, rectoq; calle incedentem ac in nullo deuiantem, libenter addiſcentem tam à ſe quàm ab alijs, & in diſcendo libenter ſtudentem, bonorum ac proborum hominum morum imitatricem, iuſtorum animabus aſſimulantẽ, in uerba proferendo alacrem atque in loquendo aptam, amabilem, in qualitate animæ temperatam, æquam, magnanimem, indigentium adiuuatricẽ, uiciabitur tamen in appetendo abuti pueris & cum eis turpia committentem, eos mulieribus præponere uolendo, eritq; zelotipus.

¶ Cum Mercurius fuerit male diſpoſitus.

SI autem Mercurius fuerit mali eſſe ac male diſpoſitus, in contrarium ſcilicet quòd dictum eſt faciet animam nati bilinguem, maledicã, uerſutam, duplicem, aſtutam, mendacem, deceptricem, fallacem, proditricem, periuram, perturbatricem, malorum omnium conſideratricem profunde ac radicitus, in omnibus malam, neminem diligentem, & à nemine dilectam, mulierũ deceptricẽ, & ſi nata fuerit mulier ſuorum filiorum ſuffocatricem atque deſtructricem, alios culpantem atque uituperantem, & omnia mala quæ poterit exercentem, omnia facere uolentem atque temptantem, aliquando tamen licet raro ad bonum, ſed ut pluries immo plurimum ad malum, turpia libenter committentem, eritq; in multis culpanda: culpabitur tamen aliquando, licet culpam non tunc committat, ſed hoc accidet ei propter malam ſuam conſuetudinem culpanda committendi.

Cum Mercurius ſolus fuerit ſignificator qualitatum animæ nati. Caput VI.

CVm autem Mercurius fuerit ſignificator animæ nati qualitatum ſolus, fueritq; boni eſſe ac bene diſpoſitus, oriẽtalis ſcilicet in mundo & à Sole, fueritq; in angulis. nec fuerit alias impeditus, faciet animam nan multarum probitatum atque ſcientiarum, acutiq; ingenij & boni intellectus, bonæ memoriæ rerum antiquarum & experimentorum recordatricem, naturaliumq; prolocutricem, ipſarumq; intellectricẽ & expoſitricem ſeu interpretatricem, beneficam, deliberatricem atque ſcientiarum inueſtigatricem, in quadruuio docibilem, atque bonorum extimatricem, occultandorũ bonam & ueracem atque ſecretam occultatricem. ☿ ſolus

¶ Cum Mercurius fuerit in eſſe contrario ſupradicto.

QVod ſi Mercurius fuerit in eſſe contrario ſupradicto, quòd ſcilicet ſit mali eſſe, ac male diſpoſitus, faciet animam nati uilem, deceptricem, alios errare libenter facientem, in ſui conſilio cõfidentem, leuem atque feſtinum motum habentem, de propoſito ad propoſitum leuiter ſe mutantẽ, ignaram, fallacem, mendacem, ſtabilem, in ſuis qualitatibus inordinatam, infidelem, deum in reuerentia non habentem, inobedientem, iniuſtam, in omnibus & per omnia falſitatibus utentem.

Cum

¶ Cum Mercurius fuerit iunctus cum aliquo prædictorum.

QVod ſi Mercurius cum aliquo prædictorũ iunctus fuerit, cuiuſcunque conditionis eum inueneris, conuertetur ad naturam illius cum quo iungetur, & ſecundum diſpoſitionem & eſſe illius ſiue bonum ſiue malum fuerit, qualitates animæ futuras iudicabis.

¶ Quid operetur unuſquiſq; Planetarum in qualitatibus animæ cum fuerint contrarij.

CVm uero aliquis ex alijs Planetis fuerit iũctus cum aliquo aliorum Planetarum, & unus bene diſpoſitus ac boni eſſe, alter uero male diſpoſitus ac mali eſſe, non ſignificabit qualitates animæ tales quales dictæ ſunt ſuperius, ſed erunt inter utrunq; participantes ſiue ſapientes naturam utriuſque per quoddam ſignificatum medium inter illa extrema, nec uere bonum, nec penitus malum.

De ſignificatis luminarium ſuper qualitatibus animæ nati & primum de Sole. Cap. VII.

DE ſignificatis luminarium ſuper qualitatibus animæ datur regula utrinque diſcrepans à regulis aliorum, non tamen eis contraria. Nam cum Sol habeat naturaliter ſignificatũ religionis, & qualitates animæ uideantur ad religionem ſpectare, habet participationẽ in qualitatibus animæ nati cum diſpoſitore illarum qualitatum. Vnde ſi ipſe fuerit hora natiuitatis boni eſſe, ac bene diſpoſitus, in mundo ſcilicet in angulis, fueritq; iunctus cum diſpoſitore qualitatum animæ nati, iuuabit illam in faciendo magis diſcretam magiſq; remorem, ſeq; à rebus iniuſtis atq; illicitis ſeparantem: largiorem itidem magiſq; potentem, melioris legis atque fideliorem.

¶ Cum Sol fuerit mali eſſe ac male diſpoſitus.

QVod ſi Sol fuerit in contrario eſſe quàm ſit dictum, adiuuabit diſpoſitorem qualitatum animæ nati ſi iunctus ei fuerit in faciendo ipſam miſeram malarum qualitatum, iuſimam in ſui damno, laborioſam, in ſuo conſilio confidentem, de alieno dubitantem, ſtultum, grauis atq; prauæ uoluntatis contra omnes, nec à ſuis uitijs de leui recedentẽ.

De ſignificatis Lunæ ſuper qualitatibus animæ nati. Caput VIII.

LVnæ uero data eſt ſignificatio ſuper qualitatibus corporis & animæ, non tamen ſigillatim ſuper qualitatibus animæ nati, ſicut cæteris: habet tamen aliorum ſignificata ſuis ammictis adiuuare ſecundum quòd eius diſpoſitio fuerit, bona ſcilicet ad bonum, mala ad malum. Vnde dixit Ptolemæus in Alarba, cum fuerit Luna in locis anectaris, quod eſt principium reuerſionis eius ad circulum ſignorum cum fuerit in maiori ſua elongatione ab eo, ad ſeptentrionem ſcilicet uel ad meridiem, qualitates animæ iuuabit, & eas ſubito faciet alterare. Si autem Luna fuerit in aliquo duorũ nodorum ſiue in locis tranſitus circuli Lunę per uiam Solis, iuuabit qualitates animæ nati, ut ipſe feſtinantius operetur ea quæ operari debuerit. Præterea cum Luna fuerit ſupra terram aucta lumine, uel fuerit eius Bedeiem ſiue in oppoſitione Solis, iuuabit qualitates animæ in faciendo eas ueraces atque apertas, & in his quæ neceſſaria fuerint idoneas. Et ſi ſub terra fuerit, uel minuta lumine ſub radijs Solis, iuuabit qualitates animæ in faciendo ipſas abſconſiores, uel minus, in actum uenientes minuſq; ueloces futuras. Bederem.

¶ De ſignificatis Lunæ cum iuncta fuerit Planetis, de dignitatibus eorum.

AD ſciendũ uero ſignificata Lunæ cum Planetis quando fuerit in eorum dignitatibus quæ attribuit nato, aſpice locum eius in natiuitatibus in circulo, in cuius domo uel exaltatione uel in duabus de alijs dignitatibus ipſa fuerit. Nam ſi fuerit in aliqua dignitatum prædictarum Saturni iuncta ſibi per aſpectum, uel per coniunctionem, faciet animam nati triſtem, laborioſam, inſipientem in inquiſitione uiuendi anxiam, frigidam, & frigidum faciet natum niſi tunc fuerit Saturnus orientalis tunc enim meliorabitur eſſe nati. At ſi fuerit in dignitatibus Iouis iuncta, uel applicans illi, faciet natũ magnanimem cum regibus atque magnatibus commixtionem habentem, religioſum ac fortunatum, laudabiturq; ab omnibus in ſuis actibus. Si autem fuerit in dignitatibus Martis coniuncta uel applicata ſibi, faciet animam nati audacem, rixarũ amatricem, laborem atque peregrinationes amantem, hominibuſq; bellicoſis libenter ſe commiſcentem, & bonum exinde acquirentem. Si uero fuerit in dignitatibus Solis, fueritq; ſibi iuncta uel bono aſpectu applicata, faciet animam nati facientem eum admiſcentem ſe regibus, magnatibus, atq; alijs hominibus, uel erit ipſe idem ex illis. Si autem malo aſpectu ſibi fuerit applicata, faciet eam facientem natum mali eſſe, paruæq; uitæ ac multarum infirmitatum. Si quidem fuerit in dignitatibus Mercurij iuncta uel applicata ſibi, faciet animam nati callidam, ingenioſam, in contentionibus ſapientem, conſequenterq; fortunam ex eis atq; bonum. Luna cũ Planetis quid.

¶ De ſecunda domo.

De ſignificatione proſperitatis atq; ſubſtantiæ nati & de ipſius acquiſitione. Cap. I.

DIcto in his quæ præceſſerunt de forma & figura corporis nati, ac de ipſius animæ qualitatibus. Reſtat de ipſius nati ſubſtantia ſuaq; proſperitate: ſimiliter unde acquirat eam natus & qualiter, & in qua parte ſuæ uitę cum ipſa ſit poſt natiuitatẽ inter cætera præcipuum accidens, ac magis neceſſarium nato facere mentionem. Ait nanque Ptolemæus, quòd qualiter & quomodo & unde adueniet ſubſtantia nato à parte fortunæ deprehendere debemus, nec contrariatur dicto ipſius quod dixerunt Aomar aut Aboaly, quoniam Ptolemæus fuit locutus ſermone uniuerſali. Alij uero ſecuti ſunt eius ueſtigia, ſed addiderunt quædam quæ ſuis temporibus experti fuerunt dicta ipſius affirmantes, non eis contrariantes. Cuius aduentus ſubſtantiæ cognitio eſt, ut aſpicias partem fortunæ atque Planetam Almutem ſuper gradum in quo ipſa fuerit, Subſtantiæ cõſideratio.

& eius

& eius fortitudinem atque debilitatem, & Planetas qui cum Almutem coniunguntur in hora natiuitatis uel qui eleuati fuerint ſuper eum, ſecundum modum prædictum, ſiue fuerit ex ipſius Aym ſiue non: quoniam ſi Almutem ſuper locum illum fuerit boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, liber ab impedimentis, poteris iudicare natum multis diuitijs abundaturum, & eo magis, ſi aſpectus alicuius fortunæ interuenit, & maxime Iouis, tam in die quàm in nocte: uel Solis in die

Per ♄ uel Lunæ in nocte. Et ſi fuerit ille ſignificator ſubſtantiæ Saturnus uel Almutem ſuper ea Saturnus & ipſe boni eſſe ut diximus, ſignificabit natum ex grauibus laboribus ſeu ex magnis ædificationibus diuitias acquiſiturum. Si autem fuerit Iupiter natum diuitias ex officijs & baiulationibus iam extraordinarijs, ut ſunt caſtellorum uicariæ iudicatus uel alia probitate quàm ordinarijs adepturum diui

Per ♃ tias demonſtrabit. At ſi Mars diuinatum nati ſignificator extiterit, ex exercituum productione atque regiminum iam ciuitatum quàm aliorum eas ag

Per ♂ gregaturas non dubitabis. Si quidem Sol ſubſtantiæ nati ſignificator fuerit ex inuentione rudis auri, uel non excogitati ſeu uili precio empti, diuitias

Per ☉ ei adducit. Et ſi Sol fuerit in quarto, inueniet illud ſubterratum. Si itidem nati ſubſtantiæ Venus fuerit ſignificatrix, ex mulieribus uel ex donationib⁹,

Per ♀ ipſum faciet ſubſtantiam aggregare. Adhuc ſi na

Per ☿ tus pecuniam acquiſierit, fueritq́ Mercurius ipſius ſignificator ex mercatoribus atq; mercationibus, & ex induſtria ſcientiali nato diuitias aduenturas

Per ☾ nunciabit. Porro ſi Luna ſubſtantiam nati ſignificauerit eam ſibi ex inſperato argento uel ex itineribus ſiue nauigationibus uel mercimoniarum uſibus adducet. Iterum ſi Saturnus Almutem ſuper parte ſubſtantiæ fuerit & Iupiter ſibi coniunctus, & eo fortius ſi fuerit in angulo aſcendentis, uel in decima, uel in alio bono loco in ſigno communi, ſignificabit hæreditates quæ ab extraneis nato euenient quæ hæreditabit, & maxime per mulieres, & eo magis ſi cum Luna Iupiter Ytiſal habuerit, & iterum magis ſi Planetæ qui fuerint ex Aym ſignificatorum ſubſtantiæ fuerint in eius coniunctione: & ſignificabit etiam per hoc quòd hæreditates illæ remanebunt penes natum. Si uero aliquis Planetarū, qui non fuerit de ipſarum Aym, ſed de contrario ſuper Almutem, eleuetur, uel eum de propinquo ſequatur, ſignificat quòd natus res per modum prædictum acquiſitas amittet, nec penes eum diutius remanebunt. Quando hæc euenire debeant quæ dicta ſunt de lucro, ſiue de amiſſione poteris percipere per ſignificatores prædictos accident enim iſta quando ipſi ad angulos figuræ natiuitatis peruenerint, diſtantia ipſorum ab angulis conſiderata per quam anni uel menſes ſignificantur, uerbi gratia. Tyberiadis uero dixit, quando uolueris aſpicere in re ſubſtantiæ nati ſcilicet, aſpice ſecundum ab aſcendente natiuitatis ſcilicet & uide quis in eo eſt ex Planetis, & dominum

Modi cõſiderationis ſubſtantiæ. ſecundi atque partem ſubſtantiæ ac dominum eius Iouem quoque ac partem fortunæ, ſimiliter & dominum eius: deinde aſpice Almutem ſuper hæc loca, ſiue unus fuerit ſiue plures, & poſt hoc aſpice quale eſt eius Almutem eſſe, utrum ſit liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, & uide qualiter ſe habeat cum domino aſcendentis, utrum inuicem ſe aſpiciant uel corporaliter ſimul iungantur, et utrum cum receptione aut non: quoniam receptio ſignificat effectum rei uel iungantur ab oppoſitione uel quarto aſpectu, quia iſta ſignificant ipſius rei detrimentum: & ſecundum quod de ipſius ſubſtantia uideris, ita iudica. Aboaly autem uiſus eſt uelle, quòd tu aſpicias in re proſperitatis atque ſubſtantiæ nati, unde ſibi eueniat eiusq́ multitudinem ſeu paucitatem à dominis triplicitatis ſigni, in quo fuerit luminare cuius eſt auctoritas, ſicut inferius dicetur, & hoc ut leuius expediat: qui ſi fuerint in angulis fortunati ſcilicet atq; fortes, ſignificant proſperitates atque diuitias nati cunctis temporibus uitæ ſuæ, & maxime ſi fuerint in primis quindecim gradibus ante cuſpidē cuiuſlibet anguli de illis ſcilicet gradibus quæ uadunt ad cuſpidem anguli, nō de illis qui iam tranſiuerunt angulum, plus tamen in ſeptimo quàm in quarto, plus in decimo quàm in ſeptimo. Item plus in primo quàm in decimo: quoniam tunc magis proſperabuntur eius accidentia. Etiam quanto plus fuerint prope cuſpidem, tanto erit ſtatus & proſperitas atq; fortuna maior & laudabilior. Et ſi fuerint poſt prædictos quindecim gradus uſque in finem anguli quanto plus fuerint remotiores ab angulo, tanto eius proſperitas atque fortuna erit infra hoc. Conſiderabis igitur omnia ſupradicta quę tibi conſideranda prædixi, ſcilicet omnes prędictos modos ac omnes prædictos ſignificatores, quos ſi omnes inueneris fortunatos & fortes, atque ab impedimentis liberos, quod uix aut nunquam deuenire conſueuit, iudicare poteris nato diuitias immenſas atque inæſtimabiles eſſe futuras, eiusq́ proſperitatem atq; ſtatum ſublimem atq; excellentiſſimum, in tantum quòd nunquam poterit ei reſiſti quin ipſe ad totius mundi dominium promoueatur, cuiuſcunque generis uel conditionis fuerit, etiam ſi de uiliſſima proſapia natus reperiat, & in ipſo permaneat cunctis temporibus uitæ ſuæ. niſi fortè aliqua de ſtellis fixis quas tibi ſuperius nominaui, hoc aliquid diminuat, uel etiā cor Leonis in aſcendente ſcilicet, uel in decima inueniatur uno gradu ante lineam, uel per tres gradus poſt eam, augmentabit enim ſublimitates quaſi immenſum: ultimo tamen eas finiet in malum, niſi aſpexerit eam fortuna fortis à trino uel ſextili aſpectu: quoniam ſignificat natum mala morte moriturum, uel ad minus ab omnibus ſuis dignitatibus & potentijs atque ſublimitatibus caſurum. Si autem aſpexerit fortuna pro quarta parte maliciam cordis Leonis, diminuet. At ſi aſpexerit infortuna, eius infortunium augmentabit. Et ſi omnes prædicti ſignificatores ſalui atque liberi non extiterint, ſed pars eorum, iuxta illam quantitatem quæ ſalua fuerit, proſperitatem atque ſtatum nati ualidum, eiusq́ diuitias abundaturas poteris iudicare.

Reddas ergo ſingula ſingulis ut nati proſperitatem atque ipſius diuitias atque ſtatum rectè diſcernas.

Cum

¶ Cum uolueris intueri proſperitatem atque ſubſtantiam nati.

VNde cum alicuius natiuitatis figuram erexeris, eiusq; proſperitatem atque ſubſtantiam uolueris intueri. Aſpice primo partem fortunæ: nam ipſa præfertur parti ſubſtantiæ: quoniam pars fortunæ ſignificat nati ſubſtantiam, proſperitatem atque ſtatum, eiusq; omnia eſſe: pars uero ſubſtantiæ ſolum diuitijs attribuitur: et uide in cuius domum uel exaltationem uel terminum uel triplicitatem ipſam cecidiſſe inueneris, & conſidera quis ex prædictis ſignificatoribus fuerit fortior in loco illo prę multitudine dignitatum, ſeu fortitudinũ: quoniam ille dicetur Almutem, et erit ſignificator proſperitatis atque ſubſtantiæ nati ac ipſius eſſe: quoniam ſi fuerit in aſcendente aut in angulo ex angulis uel in aliqua ſuarum domorũ, & maxime in illa in qua fuerit pars fortunæ liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, ſignificabit proſperitatem nati, ac eius quæſtum, ſimiliter & magnam quantitatem diuitiarum aduenturam. Et ſi dominus aſcendentis uel ex aliqua ex fortunis aſpexerit eum, & ille aſpiciens fuerit liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis: & eo magis ſi fuerit ille aſpectus trinus uel ſextilis: & iterum magis ſi fuerit cum receptione, augmentabitur eius ſubſtantia in plus pro medietate ſui totius. Si uero fuerit dominus exaltationis, augmentabitur pro tertia parte, ſed erit cum maiori fama. Si autem fuerit dominus termini, augmentabitur pro quinta parte. Et ſi fuerit dominus triplicitatis, augmentabitur pro ſeptima parte. Si quidem fuerit dominus faciei, augmentabitur pro duodecima parte. Si autem fuerit aſpectus à quarto uel ab oppoſitione, erit multum infra hoc, & eo magis ac deterius, ſi fuerit aſpectus ſine receptione.

¶ Quando dominus domus non aſpexerit uel fuerit impeditus.

SI autem dominus domus non aſpexerit, uel fuerit impeditus, aſpice tunc dominũ exaltationis: qui ſi fuerit impeditus, aſpice dominum termini. Si uero dominus termini fuerit impeditus, aſpice dominum triplicitatis: quem ſi uideris impeditum, aſpice ultimo dominum faciei: & dic de quolibet eorum ac de ipſius ſignificatis, ſicut dixi tibi nunc. Siquidem pars fortunæ ac omnes prædicti ſignificatores fuerint impediti, & maxime Almutem ſuper loco partis prædictæ, contrarium eorum quæ ſuperius dicta fore inueniſti, firmiter nunciabis & ſecundum illum eundem modum in mala parte, ſecundum quòd iudicatũ eſt ſuperius in bona prædices.

¶ Quando pars fortunæ non poterit eſſe ſignificatrix ſubſtantiæ nati.

SI uerò pars fortunæ non poterit eſſe ſignificatrix ſubſtantiæ ſeu diuitiarum nati ac ipſius eſſe, nec Planeta qui fuerit dominus domus in qua ipſa fuerit uel exaltationis aut Termini aut triplicitatis, nec etiam faciei, nec Almutem ſuper loco illo, aſpice tunc partem ſubſtantiæ, uidebisq; in cuius domum uel aliquam de prædictis dignitatibus ipſa ceciderit: & conſiderabis Almutem ſuper loco illo ſecundum modum quem dixi tibi in domino domus: quoniam talis Planeta erit ſignificator ſuper proſperitate atque ſubſtantia nati.

¶ Cum pars ſubſtantiæ non poterit eſſe ſignificatrix ſubſtantiæ nati.

QVod ſi nõ poterit pars ſubſtantię nec etiam Planeta in cuius dignitate ipſa fuerit eſſe ſignificator proſperitatis atq; ſubſtantiæ nati: aſpice ſecundum ac eius dominum uel Planetam qui fuerit in eo. Quod ſi fuerit aliqua ex fortunis in ſecũdo uel iuncta cum domino ſecundi à trino uel ſextili aſpectu, ſignificabit natum multam ſubſtantiam acquiſiturum, et eo magis ſi fuerit illa fortuna Iupiter. Si autem fuerit Sol in die, erit ſignificatum eius infra ſignificatum Iouis. Si uero Luna in nocte erit infra ſignificatum Solis. Si quidem fuerit Venus, erit infra ſignificatum Lunæ.

¶ Quando ſecundum, nec eius dominus nec Planeta qui fuerit in eo, poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati.

ET ſi ſecundum, uel eius dominus, uel Planeta qui fuerit in eo, non poterunt ſignificare ſubſtantiam nati: aſpice tunc Iouem qui naturaliter habet ſignificare ſubſtantiam: quem ſi tu inueneris in ſecundo, iudica ſecure natum diuitijs abundaturũ affluenter: ſecundum tamen Iouis diſpoſitionem; nec unquam ad paupertatem in aliquo tempore deuenturum: & eo fortius, ſi Iupiter fuerit dominus aſcendentis. Iuxta illud Almanſoris: nunquam erit pauper & inops cuius natiuitatis dominus fuerit Iupiter, & iterum magis atq; ſublimius ſi fuerit aſcendens Sagittarius & Piſces quarta domus: non enim recipit hoc contrarium. Quod ſi fuerit Iupiter impeditus, ita quòd non poſſit eſſe ſignificator prædictorum, fueritq; natiuitas diurna, tunc aſpice Solem qui ſi fuerit in aliquo bono loco ab aſcendente liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, ſignificat natum pecuniam ſiue ſubſtantiam adepturum, ſed erit hoc infra naturale ſignificatum Iouis. Si uero fuerit natiuitas nocturna, tunc aſpice Lunam quæ ſi fuerit in ſecundo, fortunata ſcilicet atque fortis, libera uel in alio bono loco ab aſcendente, ſignificabit nato magnas diuitias affuturas erit tamen eius ſignificatum infra ſignificatum Solis.

¶ Quando Sol uel Luna non poterit ſignificare ſubſtantiam nati.

QVod ſi Sol uel Luna non poterit ſignificare ſubſtantiam nati, aſpice tunc Planetam qui fuerit Almutem ſuper loco in quo fuerit ille qui fuerit Almutem, ſuper loco in quo fuerit aliqua prædictarum partiũ, ſubſtantiæ ſcilicet aut fortunæ, & hunc conſtitue ſignificatorem ſubſtantiæ: qui ſi fuerit aptus ad hoc, ſignificabit natum ſubſtantiam multã acquiſiturum: ſed erit eius ſignificatum infra ſignificatum Lunæ.

¶ Quando ille Planeta non poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati.

SI quidem talis Planeta non fuerit aptus ſignificare ſubſtantiã nati, aſpice Planetam in cuius domo fuerit Luna: qui ſi fuerit in aſcendente, uel in ſecunda uel in angulis, uel in alio bono loco ab aſcendente, fueritq; liber ab impedimentis, fortunat9 atq; fortis, multã pecuniã nato adducet: erit tamen eius ſignificatum infra ſignificatũ Almutem prædicti.

Quan-

¶ Quãdo Planeta in cuius domo fuerit Luna nõ poteſt eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati.

VErum ſi non poterit ille Planeta eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati, aſpice Planetam qui fuerit in ſecunda, qui ſi fuerit liber ab impedimẽtis, fortunatus atque fortis: & eo magis ſi fuerit ei aliqua dignitas in ſecunda, uel fuerit ipſe fortuna natum in bona quantitate pecuniam adepturum ſignificabit, erit tamen eius ſignificatum infra ſignificatum Planetæ in cuius domo fuerit Luna.

¶ Quando Planeta qui eſt in ſecunda non poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati.

SI autem planeta qui fuerit in ſecunda, non poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ, uide tunc ſi dominus aſcendentis, & dominus quartæ domus fuerit idem Planeta: quoniam ille dicetur merito ſignificator proſperitatis atq; ſubſtantiæ nati, quem ſi tu inueneris liberum, fortunatum ſcilicet atq; fortem, habeas pro cõſtanti, quòd natus ille multam pecuniam cõgregabit æque bene ſicut cum fortuna fuerit in ſecunda.

¶ Quando non fuerit dominus aſcendentis & dominus quartæ idem Planeta.

SI autem hoc nõ inueneris, aſpice tunc dominos triplicitatis domus ſubſtantiæ, quos ſi omnes inueneris liberos, fortunatos ſcilicet atq; fortes, ſignificabitur quòd euenient diuitiæ nato, iuxta quòd ſuum eſſe fuerit uel ultra ſatis affluenter. Si autem duo ex eis tantum ſalui fuerint, euenient ei diuitiæ in duabus partibus uitæ, in tertia uero non. At ſi unus tantum ex eis ſaluus fuerit, euenient ei diuitiæ tantum in una tertia parte uitæ ſuæ, in alijs autem non. Quod ſi nullus eorum fuerit ſaluus, nunquã euenient ei diuitiæ quantum eſt ex hoc alijs tamen de cauſis prædictis ſcilicet & ſubdicendis poſſent ei diuitiæ aduenire.

¶ Quando domini triplicitatis domus ſubſtantiæ non poterunt eſſe ſignificatores ſubſtantiæ nati.

ET ſi prędicti domini triplicitatis domus ſubſtantiæ non poterunt eſſe ſignificatores ſubſtantiæ nati, aſpice tunc dominos triplicitatis ſigni in quo fuerit Sol, ſi natiuitas fuerit diurna: uel dominos triplicitatis ſigni in quo fuerit Luna, ſi fuerit natiuitas nocturna, et iudica ſecundum quòd dixi tibi de dominis triplicitatis domus ſubſtantiæ.

¶ Quando domini triplicitatis ſigni in quo fuerit Sol uel Luna non poterunt ſignificare ſubſtantiam nati.

SI quidem prædicti Planetæ non poterunt eſſe ſignificatores ſubſtantiæ nati, nec fuerint ad hoc apti, aſpice tunc dominos triplicitatis ſigni aſcendentis, & iudica de ipſis ſecundum quòd iudicaſti de dictis dominis triplicitatis Solis & Lunæ, ſed erit eorum ſignificatum infra ſignificatum dominorum triplicitatis Solis in die, Lunæq; in nocte.

¶ Quando domini triplicitatis ſigni aſcendentis non poterunt ſignificare ſubſtantiam nati.

SI autem domini triplicitatis ſigni aſcendentis nõ fuerint apti ſignificare ſubſtantiam nati, aſpice tunc ſignum in quo fuerit pars fortunæ ac eius dominum qui ſi fuerit in ſecundo uel in alio bono loco ab aſcendente, liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, erit ſignificator ſubſtantiæ nati atque eius proſperitatis, & competentem ſubſtantiæ quantitatem ſibi adducet: erit tamen eius ſignificatum infra ſignificatum dominorũ triplicitatis aſcendentis.

¶ Quando dominus ſigni in quo fuerit pars fortunæ non poterit ſignificare ſubſtantiam nati.

SI uero dominus ſigni in quo fuerit pars fortunæ non poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati, aſpice tunc ſignum in quo fuerit pars ſubſtantiæ ac eius dominum quem ſi tu inueneris in ſecũda, uel in alio bono loco ab aſcendente liberum, fortunatum ſcilicet atque fortem, pone ipſum ſignificatorem ſubſtantię nati ac eius datorem: æquiparabitur enim eius ſignificatum ſignificato domini ſigni in quo fuerit pars fortunę: parum enim uariabitur ab illo.

¶ Quando dominus ſigni in quo fuerit pars ſubſtantiæ non poterit ſignificare ſubſtantiam nati.

ET ſi dominus ſigni in quo fuerit pars ſubſtantiæ non poterit eſſe ſignificator ſubſtantiæ nati, aſpice tunc ſi Sol fuerit in linea decimę domus duobus gradibus ante aut quinq; poſt uel minus, Lunaq; ad ipſum eunte à ſiniſtra ipſius à trino uel ſextili aſpectu fueritq; dominus domus ſubſtantiæ in domo uel exaltatione ſua, uadens ad coniunctionem domini aſcendentis, uel ad eius trinum uel ſextilem aſpectum & eo magis atque fortius ſi Iupiter fuerit dominus domus ſubſtantiæ, quoniam hoc ſignificabit ꝙ natus erit magni nominis, magnæq; famæ ac ualde potens. Si autem cum hoc fuerit alius ſignificator ſubſtantiæ quàm Iupiter, aduenient ei ſubſtantiæ in immenſum, ſed non erunt cuncta excedenti fama. Quod ſi fuerit 19. gradus Arietis decima domus: fueritq; aſcendens uigintiquinque gradus Cancri, fueritq; liber ab infortunijs ac eorum domini, uel ſaltem Sol & Iupiter exaltabitur nomen illius nati, & expandetur multum, diuulgabiturq; fama ipſius per uniuerſam terrã. Et dixit Ptolemęus quoddã uerbũ quod uidet diſcrepare à cõſideratione iſtius dom⁹, ſed tamẽ nõ diſcrepat à ſententia. Dixit enim quòd cum Planetæ dominatores domorum ſeu ſignorum quæ dant filios quæ dicentur infra in capitulo de re filiorum fuerint in locis ſibi proprijs, quæ ſunt decima & undecima, prima ſcilicet & quinta, & ipſi orientales, natus erit potens magniq; nominis. Si autem fuerint occidentales in loco Aym, ſibi contrariæ, natus erit miſer & ignotus. Si autem prædicti dominatores dictorũ locorum & pars fortunæ fuerint in aſcendente, uel cum domino aſcendentis, natus uiuet uſque dum ducat uxorem & à parentibus diligetur & eorum hæres efficietur. Si autem non ſic fuerit, uel contrarij ſibi fuerint inuicem, uel ex quarto aſpectu uel oppoſitione ſe aſpexerint, natus erit litigator, & ſummum odium ſuper parentes accumulabit, & eos male tractabit nec eis in hæreditate ſuccedet.

¶ Quando prædicti Planetæ non poterunt eſſe ſignificatores ſubſtantiæ nati, nec Sol fuerit in decima.

QVod ſi dominus ſigni in quo fuerit pars ſubſtantiæ nec alij Planetæ prædicti poterunt eſſe ſigni-

ſignificatores ſubſtantiæ nati, nec fuerit Sol in decima per modū quem dixi tibi, aſpice tunc Planetas cum quibus iuncti fuerint ſignificatores prædicti, uel qui fuerint eleuari ſuper eos, hoc eſt, qui præcedent alios in coniunctione Almutem quem dixi: uel qui fuerint ſeptentrionales ab eo quoniam ipſi erunt ſignificatores ſubſtantiæ nati, & maxime qui fuerit potior inter eos dignitate ſeu fortunio: ſed erit eius ſignificatum ualde infra ſignificatū Planetæ in cuius domo fuerit pars ſubſtantiæ.

¶ Quando prædicti Planetæ cum quibus iuncti fuerint ſignificatores, non poterunt ſignificare ſubſtantiam nati.

SI quidem prædicti Planetæ non poterunt eſſe ſignificatores ſubſtantiæ nati, aſpice tunc Almutē ſuper locis prædictis, uel aliquo ex eis: qui ſi fuerit liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, nati ſubſtantiam ſignificabit. ſed erit eius ſignificatum infra omnia ſignificata ſupradicta.

¶ Qui ex dictis ſignificatoribus præferantur alijs.

EX dictis quidem ſignificatoribus præcipui atq; fortiores ſunt pars fortunæ, pars ſubſtantiæ, ſecunda & eius dominus, ac magis in re ſubſtantiæ uniuerſales: ſimiliter & Iupiter, qui licet nō ſit alijs ſemper fortior, eſt tamen in ſignificatione ſubſtantiæ ſemper omnibus alijs uniuerſalior.

¶ Si omnes prædicti ſignificatores fuerint impediti.

QVod ſi omnes domini prædictarum domorū, ac omnes prædicti ſignificatores fuerint taliter impediti, quòd non poſſet aliquis eorum ſignificare ſubſtantiam nati, aſpice tunc dominos exaltationum: nec eſt hæc repilogatio. Si autem domini exaltationum fuerint impediti: aſpice dominos terminorum. Si uero domini terminorum fuerint impediti aſpice dominos triplicitatum. At ſi domini triplicitatum fuerint impediti, quod eſſet mirabile atque inauditum, aſpice ultimo dominos facierum, & iudica per ipſos, ſicut iudicares per aliquos aliorum ſicut ſupra tetigi.

¶ Quando mali fuerint ſignificatores ſubſtantiæ nati.

ET ſcias quòd ſi mali fuerint ſignificatores ſubſtantiæ nati, licet inueniantur bene diſpoſiti, nō tamen tantum boni afferent quantum fortunæ. Si uero fuerint infortunati ac male diſpoſiti, contrariū intolerabile atque paupertatem inducent. Si uero inueneris in ſecunda infortunam uel infortunæ radios quæ non habuerit ibi dignitatem ſine præſentia uel aſpectu fortunæ, uel etiam in aliquo ex locis prædictis ſignificantibus ſubſtantiam, uel ipſos ſignificatores ſubſtantiæ impeditos: contrarium eorum quæ dicta ſunt expectabis, atque iudicare debebis.

¶ Quando fortunæ fuerint ſignificatores ſubſtantiæ nati.

FOrtunæ uero cum fuerint fortes, multum bonum: cum autem impeditæ fuerint, parum bonum natis præſentabunt.

Vnde natus acquiret ſubſtantiam, ſiue pecuniam, & per quem modum & in qua parte uitæ ſuæ. Caput II.

VLtimo uero aſpiciendi ſunt Planeta & locus ſignificantes unde natus acquirat ſubſtantiam, & per quem modū & in qua parte ſuæ uitæ, & in qua parte temporis ſimiliter. Poſtquàm ergo nati ſubſtantiæ ſignificatorem inueneris, conſidera in quam domum ipſum inueneris cecidiſſe: nam ſecundum ſignificata illius domus, & etiam ſecundum ſignificata Planetæ Almutem ſuper illa domo: ſimiliter et ſecundum ſignificata Planetæ in illa domo inuenti, unde nato ſubſtantiæ & per quem modum euenire debeat nunciabis.

In quo tempore uitæ ſuæ & in qua parte natus acquirat ſubſtantiam. Cap. III.

IN quo quidem tempore & in qua parte uitæ ſuæ natus acquiret ſubſtantiam, per triplicitatū dominos perpendere poteris: nam primus in prima, ſecundus in ſecunda, tertius in tertia uitę nati partes ſubſtantiam adducet, & ſic quemlibet eorum ſecundum quòd eos inueneris, ad hoc aptos pecuniam nato in ſua tertia parte uitæ ipſius præſtiturum poteris iudicare. Quod ſi omnes inueneris bene diſpoſitos, natus toto tempore uitę ſuę ſubſtantiæ quæſtu gaudebit. Si uero duos ex eis tantū inueneris fortunatos, eum in duabus partibus uitæ ſuæ ſubſtantiam adepturum prædices. At ſi unum ex eis ſolum fortunatū inueneris in una tertia parte uitę ſuę tali ſignificatori deputata ſubſtantiam aduenturam poteris affirmare.

Quare antiqui uitauerint quoſdam ex dictis ſignificatoribus. Cap. IIII.

SApientes antiqui non tanquam ignorantes, ſed tanquam uitantes laborem uſi ſunt in facto ſignificationis ſubſtantiæ nati ſolummodo domino aſcendentis, domino ſecundi, parte fortunæ, parte ſubſtantiæ ac eorum dominis: ſimiliter & Ioue omnia quaſi alia ſapientum induſtriæ contingentia relinquentes. Et ex hoc pluries deuenire conſueuit, quòd non recte ad unguem ſuper facto ſubſtantiæ nati per aſtrologos iudicatur quoniam ipſi non curant conſiderare alios ſignificatores, niſi quos dixi tibi nunc. Tu tamen potes uidere ſi recte conſiderare uelis, quòd diuitiæ ſeu ſubſtantiæ natorum non recte ſecundum eorum ſignificata ſemper deueniunt. Nam uidemus quoſdam ditiſſimos, quoſdam ditiores, quoſdam diuites, quoſdā mediocriter diuites, quoſdam nec diuites nec pauperes, quoſdam mediocriter pauperes, quoſdā pauperes, quoſdam pauperiores, quoſdam pauperrimos, quoſdam mendicos, quoſdam mendiciores, quoſdam mendiciſſimos, quoſdam ſemper abundare, quoſdam ſemper indigere, quoſdam aliquando abundare, & ipſos eoſdem aliquando indigere, quoſdam qui cum magno labore fugiunt indigentiam, quoſdam qui cum leuitate ipſam euadunt, & ſimilia: quod non accidit niſi ex ſignificatoribus ſuperius nominatis, et ex eorū diſpoſitionibus atq; ipſorum concidentibus: licet illi quibus ipſi utuntur

ſint principaliores. Vnde ſecundum quòd eos inueneris fortunatos, ſecundum illud poteris de proſperitate atq; nati ſubſtantia iudicare. Et ſecundum quòd eos inueneris infortunatos, de ipſius aduerſitate ſecundum ſucceſſionem eorũ atque ordinem quem tibi oſtendi pronunciare: quoniam ſicut ſignificatores ſubſtantiæ ſupradicti cũ fuerint fortunati & fortes eam adducent: ita cum fuerint infortunati atq; debiles maleq; diſpoſiti eã auferent, et ærumnã atque miſeriam & laborem & triſticiam atque paupertatem apportabunt. Eſto igitur induſtrius, & ſapiens ut omnia hæc ſcias conſiderare. Conſiderabis etiam ſi pars fortunæ fuerit cum Luna in natiuitatibus, & aſpexerit eam Iupiter fueritq; natiuitas diurna: aut aſpexerit eam Venus, & fuerit natiuitas nocturna: quoniam ſignificabit bonam nutritionem nati, & eo fortius, ſi pars fortunæ fuerit in bono loco ab aſcendente. Videbis ſimiliter diſpoſitionem cuiuſlibet omnium prædictorum ſignificatorum, dominorum ſcilicet triplicitatũ, & aliorum: nam ſi fuerit aliquis dominorum triplicitatis bene diſpoſitus, & dominus ſubſtantiæ uel pars fortunæ, aut eius dominus male diſpoſitus, detrahet ille domino termini, & econtrario ſecundum ſuum eſſe. Et ſi fuerit ſignificator natiuitatis in natiuitatibus diurnis in ſigno maſculino, & in natiuitatibus nocturnis in ſigno fœminino, nec fuerit alias impeditus, erit eius fortitudo maior, & eius teſtimonium magis affirmans ueritatem ſuper nutritione bona, ſiue ſit uita nati longa ſiue ſit breuis.

Vnde & ex qua cauſa natus acquirat ſubſtantiam. Caput V.

Modus acquirendi per ſignificatorẽ in domibus.

I VIſo in his quæ præceſſerunt de acquiſitione ſubſtantiæ nati, ac de ipſius quantitatis accumulatione, uidendum eſt ab hinc unde natus & per quem modum & ex qua cauſa eam acquirat. Conſiderabis igitur dominum domus ſubſtantiæ uel alium quemcunque ipſius ſignificatorem inueneris, & uidebis in quam domũ ipſum inueneris cecidiſſe. Similiter & cum quo ex Planetis inueneris eum iunctum, quoniam illud habebit ſignificare qualiter, & unde natus pecuniam ſit acquiſiturus: nam ſi fuerit in prima, ſicut ſupra memini me in tractatu de ſignificatis duodecim domorum tibi tetigiſſe, repilogando illud idem, ſignificat quòd natus ſit acquiſiturus ſubſtantiam ex perſona ſua, ſcilicet per ſuam induſtriam cum parua ſolicitudine paruoq; labore, uel per aliquam ex cauſis quæ ſignificantur per primam domum.

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ nati fuerit in ſecunda.

II SI autem fuerit in ſecunda, inueniet eam ex ſubſtantia ſua ſicut ſunt fructus ſuarum poſſeſſionum & ſuorum bonorum, & mercationibus & alijs artibus quæ cum pecunia exercentur & ſimilibus: uel aliqua ex cauſis, quæ ſignificantur per ſecundam domum.

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in tertia.

III ET ſi fuerit in tertia, inueniet eam cauſa fratrum uel ſororum uel uicinorum non attinentium ſibi, uel breuium innerum quæ ſunt duorum dierũ uel infra, uel cauſa ſuorum propinquorum ſiue affinium minorum ſe diuitijs & potentia ſimiliter & ætate, uel qui tenent eum pro ſuo maiori, uel aliqua ex cauſis quæ ſignificantur per tertiam domũ.

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in quarta.

SI quidem fuerit in quarta, inueniet eam cauſa patrum uel auorum uel ſocerorum uel aliorum conſanguineorum aſcendentium maiorum atque longæuiorum ſe, uel ex uſu mercationis terrrarum uel domorum uel rerum quæ de terra fodiuntur: uel forte inueniet theſaurum ſubterratum, licet rariſſime hoc contingat, uel ex uſu fornacum & ſimilium, uel aliqua ex cauſis quæ ſignificantur per quartam domum. IIII

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in quinta.

ET ſi fuerit in quinta, acquiret ſubſtantiam cauſa filiorum facta regum atque magnatum exercentium, uel cauſa innerum mediocrium, quæ reputo à duobus diebus in quatuor, uel cauſa comeſtionum uel potationum quæ uenduntur in tabernis uel ſimilibus locis, uel cauſa ludi & ſimiliũ, uel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per quintam domum. V

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in ſexta.

QVod ſi fuerit in ſexta, acquiret eam cauſa ſeruorum uel ancillarum ſeu famulorum uel animalium paruorum, quę non equitantur, ut ſunt oues, capræ, porci, canes, aues & ſimiles, uel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per ſextam domum. VI

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in ſeptima.

SEd ſi fuerit in ſeptima, acquiret eam cauſa mulierum uel ſociorum uel tnimicorum, uel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per ſepuimam domum. VII

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in octaua.

SI uero fuerit in octaua, inueniet eam cauſa dotis mulierum, uel earum bonorum uel bonorũ ſociorum uel inimicorum uel cauſa mortis alicuius, uel bonorum quæ hæreditantur à mortuis paraphernaliũ, uel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per octauam domum. VIII

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ eſt in nona.

SEd ſi fuerit in nona, acquiret eam cauſa religionis uel religioſorum, uel cauſa longorum itinerum ſicut aliquando mercatores & alij longe proficiſcentes facere conſueuerunt, & ſimilia, uel cauſa alicuius eorum, quæ ſignificantur per nonam domum. IX

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in decima.

SI autem inueneris eum in decima, dic quòd acquiret eam cauſa regis, uel magiſterij ſeu magiſtratus uel officij uel alterius dignitatis laicalis, ut ſunt ducatus, ſeu poteſtariæ & ſimilia, uel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per decimã domũ. X

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in undecima.

POrro ſi fuerit in undecima, inueniet eam cauſa amicorum ſeu militum uel familiariorum regimine XI

mine uel negociationis ſeu accommodationibus atque meſſibus, uel acquiret eam, ex inopinato ſibi fortuna aduenientе, uel etiam ex rebus de quibus habuerit ſpem lucrandi, uel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per undecimam domum.

¶ Cum ſignificator ſubſtantiæ fuerit in duodecima.

XII VLtimo uero ſi fuerit in duodecima, acquiret eam cauſa carceris uel incarceratorum, ſicut aliquando conſueuerunt facere incarceratorum cuſtodes, uel qui à carceribus incarceratos cauſa lucrandi relaxauit. uel cauſa inimicorum occultorum, uel magnorum animalium. uel alicuius utilis officij & uerecundabilis & ex furto, uel cauſa alicuius eorum quæ ſignificantur per duodecimam domum. Quæ ſunt ſignificata omnium duodecim domorum tu habuiſti ſuprà in tractatu de duodecim domibus, non oportet ut ea iterum omnia tibi repilogem.

Per quem modum natus acquiret ſubſtantiam. *Caput* VI.

Per Planetas. MOdo per quem modū natus acquiret ſubſtantiam eſt uidendū. Conſiderabis nanq; ſignificatorē ſubſtãtiæ ſiue ſit domin⁹ partis fortunæ, ſiue domin⁹ partis ſubſtãtiæ, ſiue Sol ſiue Luna, ſiue aliquis ex dominis triplicitatum uel quicunque prædictorum alius ex dictis ſignificatoribus ipſe fuerit: quoniam ſi Saturnus fuerit ſigni-
♄ ficator ſubſtantiæ nati, fueritq; boni eſſe, ac bene diſpoſitus liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atque fortis, & cum fortunis iunctus, fueritq; in angulis uel in ſuccedentibus angulorum ex dictis laboribus uel ſimilibus per phas atque per modum licitum et conuenientem, natus ſubſtantiam atque diuitias acquiret. Si autem ipſe fuerit impeditus, infortunatus ſcilicet atque debilis retrograd⁹ uel combuſtus aut cum malis iunctus, cadens ab angulis, & mali eſſe, ac male diſpoſitus, per nephas potius quàm aliter: per modum etiam deceptionis atque mendacij necnon & furtiuum natus ſubſtantiam aggregabit.

¶ Cum Iupiter fuerit ſignificator ſubſtantiæ.

♃ SI quidem Iupiter nati ſubſtanniæ ſignificator fuerit, & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atq; fortis, liber ab impedimētis per phas et per modum licitum atq; laudabilē, natus diuitias congregabit. Si uero fuerit impeditus ac mali eſſe, maleq; diſpoſitus, infortunatus ſcilicet atq; debilis, retrogradus uel cōbuſtus uel iunctus cum malis, & cadens ab angulis aliquando per phas, aliquando per nephas. aliquando per modum licitū, aliquando per illicitum ſubſtantiam natus acquiret.

¶ Cum Mars fuerit ſignificator ſubſtantiæ.

♂ QVod ſi Mars ſubſtantiæ nati ſignificator extiterit, ipſe quoq; boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, liber ab impedimentis per modum licitum & non licitum in acquiſitione ſubſtantiæ natus ſtudebit, nec unde ſibi eueniat, dummodo eam capere poſſit, multum curabit: dicet enim bonum eſt undiq; pecuniam extorquere, denarius in burſa, ruſticus in foſſato. Si autem mali eſſe maleq; diſpoſitus reperiatur, infortunatus ſcilicet atq; debilis, dictiſq; impedimentis impeditus, undecunq; poterit per phas & nephas, per latrocinium, per uiarum abſciſionem, per incēdia, per ſanguinis illicitam effuſionem, & per omnem modum per quem poterit, & à quocunq;, non conſiderando ſexum uel ordinem uel dignitatē, pecuniam acquirendi uias inueſtigabit.

¶ Cum Sol fuerit ſignificator ſubſtantiæ.

SI uero Sol nati ſubſtãtiam ſignificauerit boniq; eſſe fuerit beneq; diſpoſit⁹, liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atq; fortis, per modū licitum atq; debitum et famoſum, natus ſubſtantiam acquiret. Si uero fuerit impeditus, eſſeq; mali, ac male diſpoſitus, acquiret eam modis omnibus quibus poterit, non quaſi curando utrum per phas uel nephas: ſciet tamen ſuum nephas palliare, ita quòd non ſic manifeſte ut fuerit malicia apparebit. ☉

¶ Cum Venus fuerit ſignificatrix ſubſtantiæ nati.

QVod ſi Venus nati ſubſtantiæ ſignificatrix fuerit, ipſaq; boni eſſe ac bene diſpoſita, fortunata ſcilicet atq; fortis, natus laudabiliter atq; per modū licitum ſubſtantiam ſcilicet diuitias aggregabit. Si uero in eſſe contrario ſit inuenta, per modū reprehenſibilem & in quo mendacia committūtur eam uſurpabit, nec uerecundabitur ex tali quæſtu. ♀

¶ De Mercurio & Luna.

DE Mercurio autem & Luna non ſicut de alijs eſt: nam quicunq; illorum nati ſubſtantiæ fuerit ſignificator, ſecundum eſſe atque ſignificatum illius cum quo iunctus fuerit natum ſubſtantiam acquiſiturum ſignificabit. Si uero nemini aliquis eorum iungatur, & ſubſtantiæ ſignificator fuerit, per minutorum mercimoniorum baiulationem atque per itinera breuiora natum ſubſtantiam acquiſiturum monſtrabit. Et ſemper ſit tibi curæ ſi Planeta ſignificator ſubſtantiæ fuerit iunctus cum aliquo ex Planetis: quoniam ille cum quo fuerit iunctus in aliquo, ſuas partes interponet. Nam ſi fuerit ſignificator ſubſtantiæ bonus, & iunctus fuerit cum bono, augmentabitur eius bonitas. Si autem fuerit malus & iungatur cum malo, augmentabitur eius malitia. Siquidem fuerit fortuna et iungatur malo, minuetur eius bonitas. Si uero fuerit malus & iungatur fortunæ, minuetur eius malicia. ☿ ☽

In qua ætate ſeu in qua parte uitæ ſuæ natus ſubſtantiam ſit acquiſiturus. Cap. VII.

VLtimo quidem eſt uidendum in qua ætate uel in qua parte uitæ natus ſit acquiſiturus ſubſtantiam. Viſum eſt quibuſdam ex ſapientibus antiquis quòd tu dominos triplicitatis Solis in die dominos uero triplicitatis Lunæ in nocte conſideres: quibuſdam alijs aliud uiſum fuit, ſecundum quòd eorum opiniones eis placuerunt. Ego autem eorum dictis non contradico: ueruntamen nec his nec illis abſolute conſentio, nec abſolute ab eis diſſentio. uidetur tamen mihi quòd qui potior eſt in alicuius rei, natura potior ſit in ipſius effectus iudicio. Efficacius enim ac magis naturaliter uidentur domini triplicitatis domus ſubſtantiæ ſignificare illam quàm cæteri. Et ſic uidetur conuenientius quòd domini triplicitatis domus ſubſtantiæ præferantur alijs ſignificatoribus in ſignificatione temporis, in quo natus ſiue interrogans uel in qua parte uitæ ſuæ ſubſtantiam ſit habiturus ſi- *Quo ætatis tempore diuitiæ ueniát.*

ne acquiſiturus. Nam ſi primus eorum fuerit boni eſſe ac bene diſpoſitus, acquiret eam in prima tertia parte uitæ ſuæ, in alijs duabus indigebit. Si fuerit ſecundus acquiret eam in ſecunda tertia parte uitæ ſuæ, in alijs duabus indigebit. Si quidem fuerit tertius, acquiret eam in ultima tertia parte uitæ ſuæ, in alijs duabus indigebit. Si autem duo ex eis tantum fuerint fortunati, tertius uero non, acquiret eam in tertijs eis deputatis, in alia indigebit. Nam ſi fuerint fortunati primus & ſecundus, acquiret eam in prima & ſecunda tertia parte uitæ ſuæ, in tertia indigebit. Si fuerit primus & tertius, acquiret eam in prima & in ultima tertia parte uitæ ſuæ, in media indigebit. Si fuerit ſecundus & tertius, acquiret eam in ſecunda & tertia parte uitæ ſuæ, in prima uero indigebit. Si autem fuerint omnes fortunati, acquiret eam & abundabit toto tempere uitæ ſuæ. Si uero fuerint omnes infortunati, toto tempore uitæ indigebit & ſemper in miſeria deget. Et ſi fuerit alter Almutem ſuper loco ſubſtantiæ quàm dominus triplicitatis domus ſubſtantiæ, uide utrum ipſe ſit orientalis an non. quoniam ſi fuerit orientalis, ſignificabit ſubſtantiã in iuuentute, hoc eſt in prima medietate uitæ nati. Si autem fuerit occidentalis, ſignificat in ultima medietate uitæ nati. Vnde facies eum participem in ſignificatione temporis acquiſitionis ſubſtantiæ cum domino triplicitatis domus ſubſtantiæ. Si quidem concordauerint ambo in bono augmentabitur ſubſtantia tempore illo et efficietur plus quàm poſſet ſignificari per unum eorum tantũ. Si autem diſcordauerint, minuetur ſignificatum melioris, nec erit tanta ſubſtãtia nato quanta deberet eſſe in illa ætate.

Quando alij ſignificatores augebunt uel diminuent ſubſtantiam nati cum dominis triplicitatis domus ſubſtantiæ. Caput VIII.

Conſiderabis itidem ſignificatorem ſubſtantiæ nati qualiſcunq; ipſe fuerit, & commiſcebis uirtutem ipſius cum uirtute domini triplicitatis domus ſubſtãtię qui fuerit ſignificator temporis in quo natus ſit acquiſiturus ſubſtãtiam: qui ſi conuenerint ambo, & ipſi boni eſſe, augmentabitur tunc, & in parte illa uitæ nati & abundantior fiet. Si autem fuerint ambo mali eſſe, diminuetur in tempore illo plus quàm uideretẽ debere minui, & indigentior fiet natus. Si uero unus fuerit fortunatus, & alter debilis, minuetur bonitas fortunati. Si quidẽ dignior ſignificator ſubſtantiæ fuerit fortunatus, & alter infortunatus, diminuetur bonitas boni, & ſignificabitur minor quantitas ſubſtantiæ. At ſi fuerit unus infortunatus & alter fortunatus, diminuetur malicia mali & ſignificabitur minor paucitas ſubſtantiæ. Et dixit Aboali de ſignificatione temporis ſubſtantiæ nati, quòd ſi domini triplicitatis luminaris cuius eſt auctoritas fuerint omnes ſalui, ab impedimentis liberi, fuerintq; in angulis, ſignificat proſperitatem nati cunctis diebus uitæ ſuæ. Et eo magis ac fortius, ſi fuerit ſignificator ſubſtantiæ temporis illius in gradu cuſpidis anguli, & quanto magis elongatus fuerit ab angulo uſque ad complementum illius domus, tanto erit eius proſperitas atque fortunium aliquid minus, ſecundum eius elongationem ab angulo, gradatim quiddam diminuendo. Si autem primus dominus illius triplicitatis fuerit liber, & ſecundus & tertius fuerint impediti, ſignificat fortunam nati ac eius proſperitatem in prima tertia parte uitæ ſuæ, in ſecunda & in tertia parte uitæ ſuæ indigebit prout dictum eſt. Quod ſi ſecundus fuerit ſaluus & primus & tertius fuerint impediti, proſperabitur natus in ſecũda parte uitæ ſuæ, in prima & in tertia indigebit. Si autem tertius fuerit fortunatus, proſperabitur in ultima tertia parte uitæ ſuæ, in prima & in ſecunda indigebit. Quod ſi primus domin⁹ triplicitatis prædictæ fuerit impeditus, & alij duo ſalui, ſignificat impedimentum ac malum eſſe nati, eiusq; detrimentum in prima tertia parte uitæ ſuæ, in alijs autem non. Si uero ſecundus eiuſdem triplicitatis fuerit impeditus, & alij ſalui, natus ille impedietur in ſecunda tertia parte uitæ ſuæ, in alijs uero non. Siquidem tertius tantum fuerit impeditus, ſignificat impedimentum illius in ultima tertia parte uitæ ſuæ, in alijs autem uitæ ſuæ proſperabitur. Et ſi omnes dicti ſignificatores fuerint impediti, ſignificat malum atque detrimentum nati, eiusq; indigentiam toto tempore uitæ ſuæ, & ipſius uitæ diminutionem, ſicut dictum eſt ſuprà de dominis triplicitatis domus ſubſtantiæ. Veruntamen ſi cum iſtis infortunijs fuerint fortunæ in angulis, fuerintq; mali, cadentes, & luminaria bene diſpoſita, minuetur malicia infortunarum, & quaſi ſemper proſperabitur natus, nec diminuetur ob illud ipſius uita. Illud idem poteris dicere, ſi dominus aſcendentis & Luna fuerint in angulis, liberi ab impedimentis malorum, uel applicuerint Planetis in angulis, & eo meli⁹ ac fortius, ſi deceptio interuenerit.

¶ Quando dominus aſcendentis applicuerit luminaribus uel ipſa illi.

Si autem dominus aſcendentis applicuerit luminaribus, uel ipſa illi, fueritq; in Ariete uel in Leone, & Luna in Tauro uel in Cancro, cum ſe applicuerit domino aſcendentis uel dominus aſcendentis fuerit in domo & in exaltatione ſua cum applicuerit ſe luminarib⁹, uel fuerit aliquis eorũ in duabus de ſuis alijs minoribus dignitatibus, cum unus alteri ut dictum eſt applicuerit, ſignificat fortunam atque proſperitatem nati cunctis temporibus uitæ ſuæ, niſi domini triplicitatis domus ſubſtantiæ contra operentur: nam ſi domini triplicitatis illius fuerint impediti, detrahent aliquid huic diſpoſitioni, et erit proſperitas atque fortuna ipſius aliquid infra hoc.

¶ Cum pars fortunæ & eius dominus fuerint orientales.

Quod ſi pars fortunæ & eius dominus fuerint orientales, & ab impedimentis malorum liberi, fuerintq; in angulis, & aſpexerint aſcendens, aſpexerintq; ipſos fortunæ, ſignificat proſperitatem nati ac eius fortunam durabilem & augmentum bonitatis uitæ, ipſiusq; firmitatem & conſtantiã atque robur. Et ſi Luna fuerit in domo uel in exaltatione ab infortunijs ſalua & non impedita fuerit, ſignificat exaltationẽ nati eiusq; nominis magnitudinem. Si autem dicti ſignificatores fuerint cadentes ac impediti, ſignificat uitam nati laborioſam & paucæ utilitatis, & eo magis ſi non aſpexerint aſcendens

ſcendens. Quod ſi boni et mali ſimul partem fortunæ ac eius dominum aſpexerint, ipſiq; in angulis fortunæ atque proſperitatis nati, mediocritatem iudicabunt. Cum uero domini triplicitatis aſcendentis fuerint iuncti Planetis in angulis, ipſiq; cadentes ab eis, ſignificabunt fortunam atque proſperitatem nati, ſed poſt laborem atque fatigationem. Idem dicas de domino aſcendẽtis, ſi fuerit iunctus Planetæ in angulo & in domo uel in exaltatione ſua, ipſeq; cadens ac in deſcenſione ſua. Hæc quidẽ uera ſunt, niſi prædicti ſignificatores ſubſtantiæ contra operentur, uel aliquis eorum, quoniam quilibet interponet partes ſuas ſecundum quòd ipſe fuerit diſpoſitus. Si quidem fuerit bene diſpoſitus, augmentabit ſignificata bonorum in bono, & minuet ſignificata malorum. Si autem fuerit male diſpoſitus, augebit ſignificata malorum in malo, & minuet ſignificata bonorum. Nec obliuiſcaris conſiderare prædictos ſignificatores qualiter fuerint diſpoſiti omnes: quoniam ſi fuerint omnes bene diſpoſiti, augebitur proſperitas nati, & augmentabitur eius fortuna. Si quidem fuerint omnes male diſpoſiti, diminuetur proſperitas nati & eius fortunium. At ſi magis principales ſignificatores fuerint bene diſpoſiti, minus uero principales fuerint male diſpoſiti, diminuetur eius proſperitas atque fortunium, & minus proficiet. Si uero principaliores fuerint male diſpoſiti, minusq; principales fuerint bene diſpoſiti, minuetur eorum infortunium, & minus nocebit.

¶ Cum natiuitas fuerit diurna uel nocturna.

VIdebis etiam utrum natiuitas ſit diurna uel nocturna, nam ſi fuerit diurna, proſpicies dominos triplicitatis ſigni in quo fuerit Sol, ut ſuprà dictum eſt. Si autem fuerit nocturna, tunc proſpicies dominos triplicitatis ſigni in quo fuerit Luna, qui ſi fuerint in angulis, fortunati ſcilicet atque fortes, aſpexerintq; ipſos fortunæ, & eo melius atque fortius, ſi fortunæ receperint eos: ſignificat fortunam ipſius nati proſperam atque fœlicem. Quod ſi fuerint in ſuccedentibus angulorum, fortunæ mediocritatem iudicabunt. Si autem mali fuerint in angulis, & fortunæ fuerint in ſuccedẽtibus, ſignificat indigentiã nati, ac ipſius laborem in prima ipſius uitæ medietate, in ultima uero fortunam & bonum eſſe. Si autem fortunæ fuerint in angulis, mali antem in ſuccedentibus prędictorum, contrarium iudicabunt. Si uero fuerint in cadentibus nati, ſignificabunt infortunium eiusq; malum eſſe, uitamq; laborioſam, niſi dicti ſignificatores contra operent.

¶ Quando aſpicitur domus ſubſtantiæ.

ITem aſpice domum ſubſtantiæ, quod eſt ſignum ſecundum ab aſcendente, & ſignum ſecundum à domo in qua fuerit pars fortunæ, ſimiliter & ſignum ſecundum à domo in qua fuerit Sol in natiuitatibus diurnis, uel à domo in qua fuerit Luna in natiuitatibus nocturnis. Et uide ſi aliquis malorum fuerit in aliquo prædictorum locorum: quoniam ſi natus habeat alia ſignificata bona, iſtud habet ſignificare ipſorum diminutionem eiusq; boni eſſe. Si uero non habuerit alia ſignificata bona, ſignificat ipſius proſperitatis caſum, atque fortunæ detrimentum ac malum eſſe, niſi malus ille habuerit ibi domum uel exaltationem uel duas alias dignitates minores. Et dixit Aboali, quòd ſi non aſpexerit Sol partem fortunæ uel eius dominum, uel ipſe Solem in natiuitatibus diurnis, uel Lunam in natiuitatibus nocturnis, ſignificat detrimentum, & nati fortunæ ac ipſius proſperitatis diminutionem. Illud idem poteris dicere de Luna ſi à malis obſeſſa fuerit tam in diurnis quàm nocturnis. Idẽ ſimiliter ſignificabit Alcocoden, ſi fuerit cadens ab angulis uel ab aſcendente atque in malo loco ab ipſo & in aſpectu alicuius infortunæ. Si quidem inueneris malos in angulis, fortunas uero in ſuccedentibus angulorum, ſignificat laborem nati ac eius impedimentum in uitæ ſuæ principio: in fine uero proſperitatem atque bonum. Hoc idem poteris iudicare ſi Sol in natiuitatibus diurnis, Luna uero in nocturnis ſeparetur ab infortunis & iungatur fortunis. Similiter dicas de dominis triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas ſi fuerint cadentes ab angulis, uel ab aſcendente, fuerintq; iungentes ſe Planetis exiſtentibus in domibus uel exaltationibus ſuis, uel in duabus de ſuis dignitatibus alijs.

¶ Cum Planeta qui fuerit ſignificator ſubſtantiæ fuerit orientalis.

COnſiderabis etiam ultra, ſi Planeta qui fuerit ſignificator ſubſtantiæ ſit orientalis, atque ſuper terram, quoniam tunc ſignificabit fortunam & bonum nati, ac ipſius proſperitatem in principio uitæ ſuæ. Si uero fuerit occidentalis & ſub terra, tunc ſignificabit eam in fine uitæ ſuæ. Quod ſi fuerit orientalis ſub terra uel occidentalis ſupra terrã, tunc ſignificabit eam in medio uitæ ſuæ.

De ſignificatis locorum circuli, Caput IX.

LOca uero circuli ſignificantia illa tempora, ſunt illa: nam aſcendens & ſecunda, ſignificat principium uitæ nati uſque in finem adoleſcentiæ ſuæ. Decima uero & undecima ſignificat iuuentutem uſque in finem collectæ ætatis. Septima quidem & octaua ſignificant à fine iuuentutis uſque ad medietatem ſenectutis. Quarta autem & quinta ſignificant à medio ſenectutis uſque in finem uitæ nati. Et dixit Aboali, pars fortunæ ſignificat initium uitæ, dominus eius finem. Et quilibet prædictorum ſignificatorum, ſignificat eſſe nati in tempore ſuo ſecundum quod ipſe fuerit diſpoſitus hora natiuitatis alicuius. Cumq; ſciueris accidentia per ea quæ percepiſti de diſpoſitionibus ſignificatorum eius hora ſuæ natiuitatis quando & in quo tempore debuerint eſſe proſpera & utilia, ſeu fortunia uel contraria, ſeu laborioſa ſiue infortunia uel ſiniſtra: & uideris directionem radiorum Planetarum ad loca ſignificantia fortunium uel infortunium ipſius: & uideris diſtantiam quæ fuerit inter eos ex ſignis, gradibus atq; minutis: et uideris in quibus temporibus uitæ ſuæ debeant ei accidere bona uel mala per ſignificatores illos, aſpice tunc partem fortunæ, quam diriges ad corpora fortunarum atq; malorum uel eorum radios: & quando uideris eam iunctam fortunæ & maxime Ioui aut Veneri, iudica tunc bonũ eſſe nati. Quando uideris

eam iunctam malis & maxime Saturno uel Marti, contrarium poteris iudicare niſi contra operentur prædicti ſignificatores: nam cum uenerint fortunę uel earum radij ad eam, & ſignificatoris fuerint iuncti fortunis, uel earum radijs, augmentabitur in duplo eius proſperitas, eiusq́; fortuna atq; bonum. Si uero uenerint ad eam mali uel eorũ radij, ipſiq́; ſignificatores fuerint iuncti malis uel eorum radijs, augmentabitur in duplo eius infortunium & malum atque labor, eiusq́; bona diminuentur. Si autẽ pars fortunæ fuerit iuncta cum fortunis, & ſignificatores cum malis, uel ipſa cum malis, & ſignificatores cum fortunis utriusq; ſignificatum minui nõ dubitabis.

¶ Ex qua cauſa natus pecuniam ſit acquiſiturus.

VIſo in his quæ præceſſerunt unde natus acquirat ſubſtantiam, & per quem modum, uidendum eſt ulterius ex qua cauſa eam acquirat. Et licet hoc uideatur uelle aſſimulari eis quę iam præceſſerunt, non tamen eſt idem cum eis, ſed aliud.

¶ Cum fuerit pars fortunæ in dignitatibus Saturni.

Partes fortunæ in dignitatibus.

♄ COnſiderabis igitur partem fortunæ in hora natiuitatis alicuius, quam ſi inueneris in domo uel in exaltatione Saturni, uel in duabus de ſuis alijs dignitatibus minoribus, fueritq́; iunctus illi Saturnus uel aſpexerit eam, ſignificat quòd acquiret natus ſubſtantiam ex cauſa ſeruorum uel ancillarum & hominum ætate mediocrium, ſcilicet à quinquagenarijs & longæuioribus uſque ad medietatem ſenectutis, & uilium perſonarum, eritq́; fortuna ipſius in eis & in eorum commixtione, & erit eius ſignificatũ fortius ſi fuerit pars fortunæ in exaltatione quàm ſi fuerit in domo uel in alijs dignitatibus. Quòd ſi fuerit pars fortunæ in angulis, extolletur fortuna ipſius nati & exaltabitur ualde.

¶ Cum fuerit pars fortunæ in dignitatibus Iouis.

♃ ET ſi fuerit in dignitatibus Iouis ſecundum modum prædictum, acquiret eam cauſa commixtionis atq; uſus magnorum uirorum et nobilium, epiſcoporũ etiam & ſimilium atq; aliorum ſapientum, & erit eius fortuna in eis & cum eis.

¶ Cum pars fortunæ fuerit in dignitatibus Martis.

♂ ET ſi fuerit in dignitatibus Martis ſecundũ eundem modum acquiret eam ex cauſa ducum exercituum & hominum bellicoſorum atq; guerrariorum, & qui delectantur in bellis & bellorum exercitijs, eritq́; fortuna ipſius in eorum commixtione.

¶ Cum pars fortunæ fuerit in dignitatibus Solis.

☉ QVod ſi fuerit in dignitatibus Solis ſecundũ modum prædictum, acquiret eam ex cauſa commixtionis, & uſus regum ac aliorum principum regibus ſimilium, eritq́; fortuna ipſius in eis & cum eis & ſimilibus.

¶ Cum pars fortunæ fuerit in dignitatibus Veneris.

♀ SI autem fuerit in dignitatibus Veneris, ſecundũ eundem modum acquiret eam cauſa mulierũ, eunuchorũ, ſimiliter & hominum effœminatorũ, eritq́; fortuna ipſius in eis & cum eis & ſimilibus.

¶ Cum pars fortunæ fuerit in dignitatibus Mercurij.

SI autem fuerit in dignitatibus Mercurij ſecundum eundem modũ acquiret eam ex cauſa commixtionis ſapientum atque ſcribarum, & etiam negociatorum, eritq́; fortuna ipſius in eis & cum eis et ſimilibus. ☿

¶ Cum pars fortunæ fuerit in dignitatibus Lunæ.

SI quidem fuerit in dignitatibus Lunę ſecundum modum prædictum, acquiret eam ex cauſa commixtionis iuriſperitorũ atque hominum legalium, eritq́; fortuna ipſius in eis & cum eis & ſimilibus. ☾

¶ Quod prædicta ſignificabuntur per prædictos ſignificatores qualitercunq; ipſi ſint diſpoſiti.

ET ſcito quòd qualecunq; fuerit eſſe prædictorum ſignificatorum, & ubicunq; fuerit pars fortunæ in eorũ dignitatibus, ea quæ dicta ſunt ſignificabuntur naturaliter & ſecundum eorum diſpoſitionem, et ſecundum eorum loca in circulo. Nam ſi fuerint in angulis & boni eſſe, ac aliàs bene diſpoſiti, ſimiliter & pars fortunæ, ſignificabitur fortunæ ipſius nati augmentum atque proſperitas. Si autem ſint in ſuccedẽtibus, mediocritatem fortunæ ipſius nati ſignificabunt. Si quidem fuerint in cadentibus uel aliàs male diſpoſiti, ſignificabit ipſius nati fortunæ laborioſitas, grauamen, impedimentum atq; diminutio.

De eodem ſecundum Abodi. Caput X.

ITem aliud quaſi quodammodo ſimile ſupradictus, licet nõ ſimpliciter ad ſciendum ſtatum uitæ alicuius nati in temporibus per dominos triplicitatis aſcendentis ſignificatis. Nam primus dominus triplicitatis illius ſignificat initiũ uitæ nati, ſcilicet primam tertiam partem eius. Secundus uero ſignificat medietatẽ, ſcilicet ſecundam tertiam partem illius. Tertius uero ſignificat finem ſcilicet ultimam tertiam partem ipſius. Quod ſi aliquis eorũ fuerit in domo uel in exaltatiõe ſua, uel in duabus de ſuis alijs dignitatibus in angulis iunctus fortunis, liber ab impedimẽtis, ſignificat bonum eſſe nati, ac proſperum in temporibus ſui ſignificati. Si autem fuerit in ſuccedentibus, erit aliquid eius eſſe infra hoc. Quod ſi fuerit in cadẽtibus, ſignificat eius eſſe multum infra hoc. At ſi aliquis eorum fuerit cadens ab angulis, uel in ſuo caſu, uel in deſcenſione ſua, uel in malo loco ab aſcendente, uel fuerit retrogradus ſeu peregrinus, ſiue combuſtus uel iunctus malis, ſignificat malũ eſſe nati, ac eius impedimentum in temporib⁹ eius ſignificati, ſed in cadentib⁹ augmentabitur magis. Iterum magis ac fortius augmentabitur impedimentũ illius, ſi dominus aſcendentis fuerit impeditus cum primo domino dictæ triplicitatis, uel dominus decimæ cum ſecundo domino eius, uel domin⁹ ſeptimę cum tertio domino eius. Si aũt primus domin⁹ triplicitatis dictę fuerit impeditus & domin⁹ aſcendẽtis fuerit ſaluus uel econuerſo, minuet infortuniũ impediti atq; fortuniũ ſalui. Si uero ſecundus dominus fuerit impedit⁹ & dominus decimæ ſaluus & econuerſo, minuetur infortuniũ impediti atq; fortunium ſalui. At ſi tertius dominus fuerit impeditus & domin⁹ ſeptimæ ſaluus

Triplicitatum ſignific.

ſaluus, uel econtrario, minuetur infortunium impediti & fortunium ſalui. At ſi omnes fuerint ſalui, augmentabitur eorum fortunium, & proſperabitur fortuna ipſius nati. Si uero fuerint impediti, augmentabitur eius infortunium ac malum eſſe. Aſpicies etiam Lunam, quoniam habet ſignificatum magnum ſuper eſſe fortunæ cuiuslibet nati, nam ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita, iuncta fortunis, ſignificat uniuerſaliter ſuper proſperitate atq; fortuna cuiuslibet nati, addẽdo bonitati bonorum & detrahendo maliciæ malorum. Si uero fuerit iuncta malis, ſignificat aduerſitatem nati eiusq; malũ eſſe, addendo maliciæ malorum & detrahendo bonitati bonorum. Quod ſi fuerit uacua curſu, & in locis malignis in circulo, ſignificat impedimentum nati, eiusq; fortunæ aduerſitatem atq; detrimentũ.

Aſpicies etiam dominum ſigni in quo Luna fuerit, quem ſi uideris bene diſpoſitum ac in bonó loco à Sole, in trino ſcilicet uel ſextili aſpectu ipſius, fueritq; alias fortunatus & fortis beneq; diſpoſitus iunctus cum fortunis uel ipſe cum eo, ſignificat bonum nati ac ipſius proſperitatem. At ſi contrarium uideris, contrarium poteris iudicare,

Aliud quaſi quoddam extraordinarium de habitudine natiuitatis.

Cap. XI.

Habitudo natiuitatis per domos.

HAbitudinem quidem natiuitatis nati percipies per dominum aſcendentis natiuitatis illius, & per eius locum in domibus ſecundum quod cũ inueneris in aliqua ipſarum. Nã ſi fuerit in prima, ſignificat quod ille natus erit potens inter propinquos atque domeſticos & notos ſuos ac inter ipſos natus. Si uero fuerit in ſecunda, fueritq; boni eſſe ac bene diſpoſitus, iunctus fortunis, fueritq; receptus, ſignificat eum fortunatũ in acquiſitione ſubſtantiæ. Quod ſi fuerit in prædicti eſſe contrario, cõtrarium iudicabis, ipſumq; ſubſtantiæ deſtructorem futurũ. Si autem fuerit in tertia, ſignificat eum fortunatũ inter fratres ſuos, immo fortunatiorem extiturũ: & quod libenter ipſe breuibus itineribus peregrinabitur, & aliquando mediocribus. At ſi fuerit in quarta, ſignificat eũ nõ eſſe malicioſum, & quod diligetur à patre atq; bonũ ab ipſo cõſequetur, & à ſuis maiorib. aſcendentibus. Quod ſi fuerit in quinta, ſignificat quod lætabitur in filijs, & cauſa ipſorũ & diliget ab hominib. bono modo. Si itidem fuerit in ſexta, ſignificat quód erit homo laborioſus inuoluẽs ſe in cogitationibus, eritq; plurium infirmitatum. In ſeptima ſignificat quod erit homo rixarũ, cõtẽtionũ, iraſcibilis, cauſator, permittẽs ſe huc & illuc à mulierib. trahi parẽs earum uolũtati. At ſi fuerit in octaua, ſignificat qđ erit puſillanimus deceptor, doloſus, triſtis, de alijs non curãs, de incõmodis aliorũ gaudẽs, de ipſorũ ꝓſperitatibus dolẽs. Si quidẽ fuerit in nona, ſignificat quod erit homo ſciẽtiarum ipſarumq; amator, et... etiam multarum peregrinationum, & maxime longorũ itinerum, amans peregrinari. Si autem fuerit in decima, erit homo libenter habens uſum cum regibus & magnatibus, & his qui apti ſunt regno, & uitam ſuam ducere uolens cum eis. Si uero fuerit in undecima, ſignificat quod erit homo morigeratus, boni uſus, dilectus ab hominibus, inter quos plures ſibi connumerabit amicos, paucos habens filios. Vltimo ſi fuerit in duodecima, ſignificat quod eius uita erit grauis, laborioſa, impedita, multosq; poterit cõnumerare inimicos, amicos uero nullos, & ſi aliquos, pauciſſimos tamen.

De acquiſitione ſubſtantiæ iterum ſecundum Aboali.

Cap. XII.

Subſtantiæ acquiſitio.

ALius modus acquiſitionis ſubſtantiæ nati iuxta ſententiam Aboali, quaſi ad ſimilem finem tendens, dixit enim quod aſpicienda eſt ſecũda domus ab aſcendente, ac uidendũ qui Planetæ ſint in ea. Nam ſi fuerint in ea fortunæ, fuerintq; mali abſentes ſimiliter & eorum aſpectus, fueritq; dñs eius liber & in bono loco ab aſcendẽte, ſimiliter & à Sole, ſignificat fortunã ipſius nati cũ ſubſtantia & in ſubſtantia. Si autẽ fuerit ecõtrario, ſignificat infortuniũ nati cũ ſubſtãtia & in ſubſtantia. Poſt hoc uidebis utrũ dñs aſcendentis iungatur cũ dño ſecũdæ ab aſcendẽte, quoniã ſignificat natũ acquiſiturũ multitudinẽ ſubſtãtiæ leuiter, quaſi abſq; ſua fatigatione. Aſpicies etiã leuiorẽ ex eis, illum ſcilicet qui fuerit in angulo, quia ipſe ſignificabit illam quantitatem pecuniæ, ſeu ſubſtantiæ, uenturam ex rebus iam notis, ut teſtatur Aboali, non cauſaliter euenientibus. Quod ſi fuerit in ſuccedenti, erit acquiſitio ipſius infra prædicta, erit tamen ex bono & æquo, atque licito. Si autem fuerit in cadenti uel in alio malo, uel prauo loco ab aſcendente, erit acquiſitio ſubſtantiæ undecunq; poterit, per fas & nefas eam acquirere, & erit tenax ipſius atq; auarus. Quod ſi non fuerit inter eos coniunctio, ſeu applicatio, aſpice tunc dominum domus ſubſtantiæ: qui ſi fuerit in angulis liber ab impedimentis, & Luna ſimiliter, ſignificat natum mediocriter ſubſtantiam acquiſiturum. Si uero fuerit in ſuccedentibus, ſignificat quod erit ei pauca pecuniæ acquiſitio At ſi fuerit in cadentibus, ſignificat eius laborem & anguſtiam atq; grauitatem in acquirendo unde uiuat, & uix poterit illud conſequi, & eo deterius atq; grauius, ſi dominus domus ſubſtantiæ fuerit impeditus à malis, uel eorum fuerit iunctus aſpectibus uel radijs. Aſpicias iterum dominum aſcendentis ſimiliter & Iouem, quod ſi unus eorum fuerit iunctus alteri per corpus, ſiue per aſpectum, ipſiq; fortunati & fortes ac boni eſſe beneq; diſpoſiti, ſignificat proſperitatem uitæ nati eiusq; ſubſtantiæ multam acquiſitionẽ, & eo magis atq; fortius ſi applicans ſe alteri fuerit receptus. Si autem non fuerit eorum eſſe tale, ſicut dixi, erit eorum ſignificatum infra hoc quod dictum eſt, ſecundum quantitatem diminutionis fortitudinis atque bonitatis eorũ. Illud idem poteris dicere de parte fortunæ ac eius domino, ſi fuerint in bonis locis, ab aſcendente liberi, à malis, ac ab eorũ radijs. Similiter & de Luna ſi fuerit in bono loco ab aſcendẽte aſpiciẽs illud, & maxime ſi fuerit recepta, & eo fortius ac melius ſi receptio fuerit à fortuna. Luna enim habet iſtam prærogatiuã, quoniam ſi fuerit in angulis uel in eorũ ſuccedentib. aucta lumine atq; numero, & cõmiſerit uirtutẽ ſeu diſpoſitionẽ ſuã Planetæ recipiẽti eã, ſignificat bonitatem fortunæ nati, ac ipſius,

qui dicontur.16.ſignificat natum plures fratres atq; ſorores habiturũ. Idem poteris dicere ſi Mars fuerit in ſigno multorũ filiorũ & Planeta in cuius domo ipſum inueneris orientalis, nec fuerit Luna in ſigno paucorum filiorum, quoniam tunc diminuet numerum fratrum.

De maſculinitate fratrum, ac fœmineitate.
Cap. II.

Signa ſterilia & frugifera.

ASpicies adhuc ſi loca prædicta fuerint ſigna maſculina, & ſignificatores in ſignis maſculinis, quoniam ſignificabunt hæc maiorem partem fratrum maſculini ſexus futurã. Si autem fuerint prædicta loca & prædicti ſignificatores uel maior pars eorũ in ſignis fœmininis, ſignificabunt maiorẽ partem fratrũ nati ſexus fœminini futuram. At ſi fuerint in ſignis paucos filios ſignificantibus, quæ ſunt Gemini, Leo, Virgo, Capricornus, & Aquarius paucitatem fratrũ ipſi nato fore ſignificabunt, cætera uero ſigna mediocritatẽ oſtendunt. Quod ſi fuerit domus fratrũ ſignũ commune, fueritq; dñs eius in ſigno cõmuni & maſculino, ſignificat natũ habere fratres ex eodẽ patre tantum. Si autẽ fuerit utrũq; ſignũ maſculinũ, ſignificat eos eſſe maſculos, ſi utrumq; fuerit fœmininũ ſignũ, ſignificat eos eſſe fœminas. Si uero fuerit unũ maſculinũ & alterũ fœmininũ, ſignificat mares & fœminas eos eſſe. Si aũt dom⁹ fratrũ fuerit ſignũ fœmininũ & dñs eius in ſigno fœminino, ſignificat natũ habere fratres de eadẽ matre tantũ. Quod ſi cum hoc Venus & Luna fuerint in ſignis fœmininis, ſignificat fœminas tãtũ. Si uero Luna fuerit in ſigno maſculino & Venus in fœminino uel econtra, mares & fœminas natũ habere iudicabit. Et eo magis ſi aſcendens fuerit ex ſignis plures filios ſignificantibus & Luna in aliquo ex eis. Iterum dico quod ſi fuerit aſcendens & domus fratrũ ſignũ maſculinum, uel alter eorũ & eorũ domini, uel alter eorum uel dominus quartæ in eis, & Venus & Luna in ſignis fœmininis, uel ecõtra, ſignificat qđ illi fratres erũt ex eodẽ patre cũ nato, & ex eadẽ matre. Aſpicies etiã dominũ aſcendentis, & dominũ domus fratrum, ſi cõcordauerint inuicem, uel fuerint de Planetis ſe inuicem diligentibus, nã ſi ſic fuerit uel de trino uel ſextili aſpectu aſpexerint ſe: ſignificat qđ erit cõcordia & dilectio atq; bona uolũtas inter natum & eius fratres. Si autẽ inueneris cõtrariũ, contrariũ poteris iudicare, ipſosq; deceptores futuros & inimicos graues dicere. Si quidem aſpexerint ſe à quarto, ſignificat quod erit inter eos amicitia aliqualis, nõ tamen perfecta etiam ſi receptio interueniat. Item aſpice dñm domus fratrũ; ſi fuerit cõbuſtus uel intrauerit in cõbuſtionem in natiuitatibus nocturnis, quoniã ſignificat paucitatem fratrũ ipſorumq; detrimentũ ac deſtructionẽ, & eo fortius ſi Luna ſeparatur à Saturno exiſtente in angulo uel à Marte in natiuitatibus diurnis ipſo ſimiliter in angulo cõmorante. Et dixit Aboali quando Mars intrat cõbuſtionem, ſignificat paucitatẽ fratrũ. Et dixit, quod ſi fuerit in ſigno tertio ab aſcendente Planeta malus peregrinus, paucitatẽ fratrum & mortem priorum fratrum ſignificabit. Et dixit Aomar, aſpice utrum ſit natus maioris dignitatis aut fratres ex fortitudine Almutem ſuper aſcendẽs aut Almutem ſuper domum fratrum, quia fortior eorum præerit. Et dixit Aboali, ſi fuerit Mars & domini triplicitatis eius in bono loco in circulo & à Sole, ſignificat bonum eſſe fratrum, aptationem quoque ac proſperitatem & multitudinem ipſorum. Et ſi fuerit in deſcenſione ſua uel intrans in combuſtionem & domini triplicitatis eius in locis malis, ſignificat paucitatem fratrum eorumq; debilitatem ac malum eſſe. Idem dicas ſi domini triplicitatis aſcendentis, fuerint cadentes, & ſi fuerint in ſignis paucorum filiorum, paucitatem fratrum ſignificabunt, & in mediocriter ſignificantibus eorum mediocritatem iudicabunt. Deinde aſpice partem fratrum & dominum eius, & uide ſi concordauerit cum domino domus ſubſtantiæ nati, quoniam augmentabit uirtutem illius. Si uero contrarium fuerit, minuetur uirtus dñi domus fratrũ, tamẽ præualebit dominio partis fratrũ, etiam ſi eorum uirtutes uiderẽtur eſſe unius qualitatis, ſecundum quod faciunt domini triplicitatum. Et dixit Aomar, aſpice dominos triplicitatis Martis, primum ſcilicet & ſecundum atq; tertium, & uide quis eorum ſit fortior atq; melioris eſſe, quoniam ille habet ſignificatorem fratrum, nam primus ſignificat fratres maiores, ſecundus medios, tertius minores. Aſpicies etiam dominum partis fortunæ, nam ſi fuerit cum parte fortunæ ſignificabit quod fratres maiores ſe odient.

Qui prius moriatur inter fratres, uel quis ſit longæuioris uitæ.
Cap. III.

Vita et mors fratrum.

ET dixit ad ſciendum quis eorum durabit, & quem eorum conſumet mors, & cætera que accidunt eis. Aſpice quis fuerit inter medium cœli & aſcendens, quia ſi ibidem fuerit Planeta fortuna, ſignificat quod nati ſunt patri eius ante eũ filij, & adhuc durant. Et ſi fuerit ibi malus, ſignificat quod iam mortui ſunt. Si uero fuerint in ſignis cõmunibus fortunæ atq; mali fratres qui remanſerũt uel qui mortui ſunt, fuerunt duo. Itẽ dixit, aſpice illis qui naſcuntur poſtea quod eſt inter aſcendens & angulum terræ, ſi fuerint in eo Planetæ, naſcentur poſt eũ fratres & ſorores ſecundũ quantitatẽ ſtellarum quas inueneris. Quod ſi aliquos illorũ Planetarum inueneris in ſignis cõmunibus, duplicat numerũ eorũ. Si aũt fuerint in eo mali, ſignificat eorũ mortem. Et ſi fuerint boni, ſignificat durabilitatẽ. Et dixit, Sol quoq; & Saturnus ſignificant patrem, Venus uero & Luna ſignificant matrem. Itẽ dixit, ſeparatio Lunæ à Planetis & maxime à Sole uel à Saturno, ſignificat eos qui nati ſunt ante eũ. Cõiunctio uero Lunæ cum alijs Planetis eos qui naſcentur poſt ipſum, & eos qui ſunt minores eis. Et dixit, aſpicies quoq; dominos triplicitatis Martis, primum ſcilicet & ſecundũ & tertium, accipiesq; fortiorem eorũ: & qui fuerit pluris teſtimonij, erit aut primus aut quartus aut ſeptimus ſeu decimus, & ſic intellige de cæteris. Et dixit quod qui fuerit in angulo, erit primus, uel ſecundum numerum angulorũ ſicut dictũ eſt. Et dixit, qđ ſi fuerit in aſcendente, erit primus uel quartus. Item dixit, & ſi fuerit

in me-

morationem. Si uero cum Planeta infortuna non recipiente eum uel infortunato ſeu cadente uel in ſua deſcenſione ſiue in aliquo ſuo detrimento exiſtente iungatur, eorũ uilitatem atq; imbecillitatem & cum uiliſſimis perſonis applicationem atq; moram facere com eis iudicabit. Si qoidem ſecundus dominus illius triplicitatis ſic fuerit impeditus mediorum fratrum, ſi tertius minorum, ſecundum quod dictum eſt de maioribus, detrimentum monſtrabit. At ſi fuerit tunc Luoa uacua curſu, ſignificat malum eſſe fratrum ac ipſorum impedimentum.

Et dixit Aboali, ſi fuerit caput draconis in domo fratrum, ſignificat eſſe nati futurum infra eſſe omnium fratrum ſuorum, ac debilius eo. Et ſi fuerit ibi cauda, ſignificat quod erit eſſe nati præualens eſſe omnium fratrum ſuorum. Et ſi fuerit dominus domus fratrum fortuna, fueritq; à malis & ab impedimentis liber, uel fuerit fortuna libera in domo fratrum, fueritq; applicata fortunæ non impeditæ ſignificat aptationem eſſe fratrum ac ipſius nati. Si quidem fuerit malus & aſpexerit eom alter malus uel ambo mali, & fuerit impeditus, ſignificat malum eſſe fratrum ipſorumq; detrimentum atq; deſtructionem & ipſius nati malum atq; impedimentum. Ad ſciendum uero utrum natus ſit maioris pretij aut fratres eius, aſpice dominos triplicitatis domus fratrum & domioos triplicitatis aſcendentis: nam quicunq; ipſorum fuerit melioris eſſe meliusq; diſpoſitus, ille præferetur, eritq; melioris ualetudinis ac magis exaltatus.

Quis dignior fratrum.

¶ De quarta domo.

De eſſe patrum & eorum accidentibus, & à quo loco circuli accipitur.

Cap. I.

Patris eſſe.

NArratione præmiſſa in capitulo præcedenti de re fratrum, conueniens uidetur mihi ſubſequenter de re patrum mentionẽ facere, & à quo loco circuli res patrum ſit acciplenda. Ait eñ Aomar, quòd debes aſpicere à ſigno quarto ab aſcendente natiuitatis nati, ac eius domino à parte quoq; patrum & à Sole atq; Saturno, à Sole in die, à Saturno in nocte, à parte patrũ, & à ſigno quartæ domus debemus tam in die quàm in nocte ſibi aſpicere. Videbis locũ nanq; uniuſcuiuſq; iſtorum in figura natiuitatis prædictæ, & cõſiderabis Almutem ſuper loco cuiuslibet eorum, & qoem ipſorum inueneris fortiorem operare per ipſum, incipiendo ſcilicet à domino quartæ domus, deinde à parte patris & eius domino, ſic & à Sole poſtmodum à Saturno, ultimo uero a Plaoeta qui fuerit io quarto. Nam per illũ per quem operatus fueris, poteris ſcire ſpacium uitæ patris nati, utrũ longa futura ſit & maxime primogeniti, & eo liberios ſi natiuitas patris ignoratur, quooiam uariatur uita parentis in natiuitate prædicta, ſicut uariantur anni mundi atq; natiuitatum per eorum reuolutiones, prout tractatum eſt ſupra io capitulo de forma & figura corporis nati, fortior nanq; illorũ erit ille qui fuerit io angulo non remotus à cuſpide anguli plus tribus gradibos ante, oel quinque retro, oel qui fuerit in ſuccedentibus ſimiliter non remotus, aut aliqois dominorũ aliarũ quatuor digoitatũ gradus io quo ipſe fuerit. Poſtquàm uero uideris quãtitatem uitæ patris, & uolueris ſcire quale ſit futurũ eſſe uitæ illius, aſpicies gradũ partis patris & quartæ domus, & gradũ Solis aut Saturni, & uidebis illum qui fuerit magis aptus eſſe Ylem, & illum dirige ad loca fortunarũ & malorum, & ſecundũ quod uideris quantitatem annorũ ipſius qui ſignificantur per Almutem prædictum, dices finem uitæ patris illius nati, quę uix aut oũquam diſcordabit ab eo quod ſignificatũ eſt in oatiuitate ipſius, & diriges ſimiliter ad ſciendum ueritatẽ eſſe patris omni anno ad gradũ profectionis patris ad gradus fortunarũ atq; malorũ, & ſecũdũ qđ uideris de eſſe dicti anni profectionis uel etiam reuolutionis, ita poteris iudicare de ipſius patris eſſe atq; corporis ipſius incolumitate. In eius dignitatum atq; ſublimitatum ſioe honorum cognitione. Conſiderabis duſtoriam Solis à Planetis diurnis, ſi natiuitas fuerit diurna, quæ ſignificatur per Planetas qui fuerint orientales à Sole. Et ſi fuerit nocturna, conſiderabis ex duſtoria Saturni à Sole proprie. Quòd ſi doſtoria fuerit, ſignificat magnas dignitates magnosq; honores patri euenturos. At ſi contrarium iouene ris, contrarium poteris iudicare.

Duſtoria.

De tempore ſupradictorum. Cap. II.

AD ſciendum uero in quo tempore iſta debeant eueuire, conſiderabis dominos triplicitatis Solis, ſi fuerit natiuitas diurna, ſi autem fuerit oocturna, conſiderabis dominos triplicitatis Saturni, & ſecundum quòd uideris de ipſorum eſſe, ita pronunciabis primi ſcilicet aut ſecundi uel tertij.

De genere mortis patris. Cap. III.

QVod ſi uolueris aſpicere in re mortis patris in ipſius grauitate ſiue in ipſius conuenientia. Cõſiderabis Almutem ſuper re patris, utrũ ſcilicet ſit liber ab impedimentis, quoniã hoc ſignificabit quod morte decenti pater in lecto ſua migrabit, & eo magis atq; certius, ſi Iupiter aut Venus in octaua domo patris inueniatur. At ſi fuerit impeditus, erit cõtrarium eius quod dictũ eſt ſuſpicandum, & ęo magis ſi fuerit Saturnus aut Mars in octaua à domo patris locatus. Nam ſi fuerit impeditus à Marte in die uel à Saturno in nocte ab oppoſitione ſiue quarto aſpectu ſine præſentia ſiue aſpectu alicuius fortunarũ, nec ille malus receperit eũ, ſignificabit hoc malam mortẽ patris ac ipſius grauitatẽ. Si autẽ fuerit ille malos qui impedierit Almutẽ dictũ, dñs aſcendentis oel Almutẽ ſuper aſcendẽs, ſignificat quod natus ille interficiet patrẽ uel erit cauſa mortis ipſi⁹. In cõcordia uero ipſorũ aſpicies Almutẽ ſuper aſcẽdens & ſuper domũ patris, qui ſi cõuenerint ſimul, fuerintq; cõcordes, ſignificat quod erit inter eos cõcordia ſimiliter & beniuolentia, & eo fortius, ſi ſe inuicẽ receperint. Quod ſi nõ ſic fuerit, fuerintq; diſcordes, ſignificabit qđ diſcordia & lis atq; odiũ futura ſint inter eos. Et dixit Aomar qđ poteris tũc dicere, non ſit legitimus. Et ſi Sol fuerit impeditus à Marte in die uel à Saturno in nocte, pater ſuſpicatur

ne ſic

ne ſic eueniat ei ab illo nato. Similiter ſi Luna fuerit impedita in die à Marte uel in nocte à Saturno non credet ſe illi, & ſemper ſuſpicabitur de ipſo malum. Et refert etiam Aomar, quòd quidam ex ſapientibus dixerunt, quod cum dominus partis patrũ non aſpexerit domum filiorum, nec Sol tunc aſpexerit dominum domus in qua ipſe fuerit, nec dominus partis patrum aſpexerit eam, non erit natus ille filius illius patris, ſed ſi alter eorum aſpexerit, erit legitimus.

Quis legitimus.

De eſſe patris & matris. Cap. IIII.

ABoali uero dixit, qđ debes aſpicere in re patris, ſi natiuitas diurna fuerit à Sole, ſi autem fuerit nocturna, debes aſpicere à Saturno, & tam in die quàm in nocte debes aſpicere patri à quarta & parte patrum ac ipſarum dominis.

Et dixit iterum Aboali, quod debes aſpicere in re matris à quarta, ſicut in re patris: & in die ac in nocte à parte matris & eius domino quę accipitur in die à Venere in Lunam & in nocte econtrario, & proijcitur ab aſcendente. Si quidem inueneris ſignum patris & matris uel dominos ſignorum in quibus ipſi fuerint uel plures ex ipſis in angulis uel in eorum ſuccedentibus, fueritq; aliqua ex fortunis in domo ſignificante patrem, dominiq; triplicitatis domus in qua fuerit luminare cuius fuerit auctoritas ſalui ac bene diſpoſiti & in bono loco, in figura natiuitatis: ſignificat proſperitatem ac bonum eſſe patris eiusq; alacritatem & gaudij multitudinem. Si quidem contrarium uideris, contrarium de patris eſſe poteris iudicare, eiusq; infortunij atq; infirmitatis durabilitatem. At ſi fuerit Sol in bono loco figuræ natiuitatis, dicoq; quod fuerit boni eſſe ac bene diſpoſitus dominiq; triplicitatis domus in qua ipſe fuerit impediti ac male diſpoſiti, ſignificat bonum eſſe patris, tunc ſcilicet tempore natiuitatis filij, in futuro uero indubitanter contrarium iudicabis. Si autem Sol fuerit impeditus eiusq; triplicitatis domini ſalui reperiantur, ſignificat malũ eſſe patris eiusq; impedimentum tempore natiuitatis filij, in futuro tamen eius fortunium ac bonum eſſe bonamq; diſpoſitionem.

De eſſe patris per directionem. Cap. V.

SI autem eſſe patris quale ſit futurũ, & qualis ſit eius diſpoſitio futura ſecundum directionem, ſcire intenderis ſi natiuitas fuerit diurna dirige à loco Solis & à loco partis patrum. Si autem fuerit nocturna, dirige à loco Saturni & à loco patris patrum ut facis cum dirigis à loco Solis ad corpora fortunarum atq; infortunarum & ad ipſarum radios, quoniam illic tranſumentur ſignificata bonorum ſiue malorum accidentium, quę patri uentura ſunt poſt natiuitatem filij, quæ cum peruenerit ad corpus alicuius fortunæ uel ad ipſius radios abſq; præſentia infortunæ uel radiorũ ipſius, tunc ſignificabit accidentia bona & proſperitates & proficua & corporis ipſius incolumitatem, & placentia patri uentura debere, & eo fortius ſi pars patris & dominus domus in qua ipſa fuerit in angulis uel in eorum ſuccedentibus inueniantur. Cum uero peruenerit ad corpus alicuius infortunæ, tunc ſignificabit contrarium omnium eorum quæ dicta ſunt, & quod patri accident infirmitates atq; impedimenta & uilitates, & eo magis atq; fortius ſi pars patris & eius dominus fuerint in locis cadentibus ab aſcendente. Et dixit Aboali quod idem eſt aſpiciendum in rebus matris, ſcilicet à Venere in die & à parte matris, & à Luna in nocte & à parte matris. Et dixit quod debemus aſpicere gradus coniunctionis atq; præuentionis, quem ſi aſpexerint fortunæ, fuerintq; mali cadentes ab eo, ſignificat bonũ eſſe patris ac ipſius exaltationem. Si autem aſpexerint eum mali, & fortunæ fuerint cadentes ab eo, ſignificat eius uilitatẽ. Si autem aſpexerint eum fortunæ ſimul atq; infortunæ, ſignificat mediocritatem eſſe patris. Et dixit quod ſignum coniunctionis, & eius dominus ſignificant cauſas patris, ſignũ uerò præuentionis, & eius dominus, ſignificant cauſas matris. Et dixit, aſpice quartum ſignum, quoniam ſi fuerit in eo Iupiter aut Sol aut Venus, uel aſpexerit ipſum aliquis eorum aſpectu laudabili, ſignificat exaltationem matris & eius altitudinẽ & fortunã. At ſi fuerit in eo aliquis malorũ uel aſpexerit ipſũ malo aſpectu abſq; præſentia uel aſpectu alicuius fortunæ, uel fuerit ſignum quartum domus uel exaltatio Planetæ in cuius domo fuerit dominus quarti, ſignificat debilitatem & cauſam patris ac eius ſeruitutem. Si autem fuerit idem ſignum quartum Taurus uel Cancer, ſignificat malum eſſe matris eiusq; debilitatem & cauſam, ſimiliter & ſeruitutem. Et ſi fuerit Sol & Luna in ſignis mobilibus, ſignificat quod pater non erit eiuſdem generoſitatis cum matre, ſed erit unus uilioris parentelæ quàm alter, & ſecundũ quod ipſi fuerint in uiliori loco atq; debiliori, ſignificabit minus generoſum, nam ſi fuerit Sol, ſignificabit patrem, ſi autem fuerit Luna ſignificabit matrem. Et dixit Aboali, quod Sol in die & Luna in nocte, ſignificat cauſas patrum in tempore natiuitatis filij, & domui domorum in quibus ipſi fuerint, ſignificant id quod erit de patre in futuro. Et quando ſignificatores patris qui ſunt dominus domus in qua fuerit Sol in natiuitatibus diurnis & dominus triplicitatis ac ipſius exaltationis, & dominus domus in qua fuerit Saturnus in natiuitatib. nocturnis & dominus triplicitatis ac ipſius exaltationis, & pars patris & dñs domus in qua ipſa fuerit tã in die quàm in nocte ſit in domibus uel exaltationibus ſuis liberi à malis, & aſpexerint ipſos fortunę, ſignificat exaltationem ſublimemq; patris dignitatem atque ſubſtantiarum acquiſitionem. Et eo magis atq; fortius ſi pars fortunæ atque dominus domus in qua ipſa fuerit extiterint fortunati atq; fortes. Et iterum magis, ſi cũ hoc pars patris fortunata fuerit eiusq; dominus, ſignificabitur enim per hoc quod fortuna patrisq; dignitas atq; honor ſit magnæ durabilitatis atq; conſtantiæ poſt natiuitatem illius filij. Aſpicies etiam in ualitudine patris ſimiliter ac eius precio in natiuitatibus diurnis ſi fuerit aliquis Planeta diurnus in ductoria Solis, quoniam ſignificabit hoc magnitudinem ac exaltationẽ ualitudinis patris, niſi contra operetur multum natiuitas patris: quod ſi ſic eſſet, tunc diminuerentur prædicta. Si autem concordauerit, augmentabuntur. At ſi prædi-

ctũ ſi-

ctū ſignificatores fuerint impediti, & in malis locis uacui curſu, & maxime luminaria, & in ſuis caſibus, ſuiſq; deſcenſionibus atq; detrimentis, ſignificabit caſum atq; impedimentum ſeu detrimentum patris, eiuſq; utilitatem miſeramq; uitam ac ſuorum bonorū diminutionē atq; amiſſionē, & eo fortius ſi Venus & Saturnus fuerint mali eſſe ac male diſpoſiti. Et iterū magis ſi Mars aſcēderit poſt Solē, uel Saturnus poſt Lunā, & fortunæ Solē uel Lunā nō aſpexerint. Et ſemper aſpice in eſſe patris in die à Sole & domino dominus in qua ipſe fuerit, & dominis triplicitatis ipſius. In nocte uero à Saturno & domino domus in qua ipſe fuerit, & dominis triplicitatis ipſius. Et dixit Aboali, ſcito quod Sol & Luna & domini domorum illorum & domini triplicitatis eorundem cum fuerint in angulis liberi à malis ac impedimentis, ſignificat fortunitatem patris nati ac matris ipſius. Et cum fuerint impediti & iuncti malis, fuerintq; cadentes & uacui curſu, ſignificat malum eſſe nati & parentum ſuorum, & deſtructionem rerum eorundem.

De morte patris. Cap. VI.

ET dixit Ptolemæus, aſpice cuius natiuitatis Sol in die aſpexerit aſcendens, & dirige eum ad corpora malorum & ad ipſorum radios per gradus aſcenſionum, dans unicuiq; gradui annum unum. Et ſi non aſpexerit Sol aſcendens, & aſpexerit Saturnus, dirige eū ſicut direxiſti Solem. Quod ſi non aſpexerit Saturnus aſcendens, dirige tunc gradum anguli terræ. Deinde aſpice quantum peruenerit ei ex annis. Quod ſi fuerit tantum illud quod prouenerit, quantum fuerit illud quod ſignificat Planeta qui habet maiorem dignitatem in die à Sole & à domino domus in qua ipſe fuerit, in nocte uero à Saturno & à domino domus in qua ipſe fuerit inuentus, in die autem & nocte à quarta & domino eius, & à parte patrum ac ipſius domino, uel prope ipſos, ſignificat quod pater eius morietur in eodem anno.

De morte matris. Cap. VII.

ET dixit Ptolemæus in uita quidem matris aſpice, ſi natiuitas diurna fuerit à Venere, quæ ſi fuerit aſpiciens aſcēdens, dirige ipſā ad corpora malorū, & ad eorū radios per gradus aſcenſionum, dans unicuiq; gradui annū unū. Si autem Venus nō aſpexerit aſcendēs, & aſpexerit ipſum Luna, dirige eā ſicut dictū eſt de Venere. Si autē Luna nō aſpexerit aſcēdēs, dirige tūc gradū decimę domus. Et incipe in natiuitatibus nocturnis à Luna poſtmodum à Venere, deinde à gradu decimæ domus. Poſt hoc proſpicies quātum prouenerit ei ex annis, quod ſi fuerit æquale annis quos ſignificat Planeta qui habuerit maiorem dignitatem in die à Venere & domino domus in qua ipſa fuerit. Et in nocte à Luna & domino domus in qua ipſa tunc ceciderit. In die uero & in nocte à gradu decimæ domus & domino eius, & à parte matris & dño eiuſdem domus in qua ipſa fuerit uel prope ipſos, ſignificat mortem matris in eodem anno.

De ſcientia annorum uitæ patris. Cap. VIII.

Diurna. AD ſciendum uero annos uitæ patris ſi natiuitas fuerit diurna, uidebis ſi Sol fuerit in angulo uel in ſuccedenti, fueritq; dominus domus uel exaltationis uel termini ſeu triplicitatis aſpiciens eum, quoniam tūc poteris accipere Ylem ab eo qualiſcūq; fuerit aſpectus, uerum ſi nullus Planetarū aſpexerit tunc Solem, & aſpexerit eum dominus faciei à trino uel ſextili aſpectu, fueritq; alias boni eſſe ac bene diſpoſitus, poteris etiam accipere Ylem à Sole atq; dirigere patris, & ille qui fuerit Almutem ſuper gradum in quo fuerit Sol dicetur Alcocoden & ſignificator annorum uitæ patris illius nati. At ſi non fuerit quod dictum eſt de Sole, aſpicies tunc Saturnum, quem ſi tu inueneris in aliquo angulorum uel ſuccedentium, fueritq; aliquis dominorum dignitatū prędictarum, aſpiciens ipſum, poteris tūc accipere Ylem à Saturno, & Planeta dominus dignitatis illius gradus erit ſignificator annorum uitæ patris, Si autem nō fuerit Saturnus ita diſpoſitus, ut dictū eſt, aſpicies tūc partē patris, quā ſi tu inueneris in aliquo ex angulis uel eorū ſuccedentib. fueritq; aliquis dominorū prædictarū dignitatū aſpiciēs eā ipſa erit Ylem. Et Planeta qui fuerit dominus dignitatis illius & aſpexerit eam, erit ſignificator annorū uitæ patris illius nati. Et dixit Aboali, quod ſi nō fuerit de parte patrū quod dictum eſt, aſpice gradū domus patrū, & ſi aſpexerit eū aliquis dominorū dignitatē eius ille gradus erit Ylem & Planeta dominus dignitatis aſpiciens erit Alcocoden. Si uero natiuitas fuerit nocturna, incipies aſpicere pcimū à Saturno, deinde à Sole, poſtmodum à parte patrum, ultimo uero à gradu domus patrum. Nocturna. Et dixit Ptolemæus ſi fortunę aſpicientes Solem uel Lunā aſpexerint partē fortunæ in natiuitatib. quod ſignificat ſubſtantiam parentum duraturā & quod ipſa utiliter ſaluabitur. Quod ſi contrarium prædictorum inueneris, ſcilicet quod fortunæ non aſpiciant partem fortunæ neq; aliquod luminarium, & eo fortius ſi aſpexerint infortunæ, non gaudebit natus bonis parentum, nec proficient ei.

De longitudine ſeu breuitate uitæ patris. Cap. IX.

IN longitudine ſeu breuitate uitę patris aſpicies ſi Iupiter & Venus fuerint iuncti Soli aut Saturno, uel fuerit Iupiter iunctus cum Venere, & Sol & Saturnus fuerint iuncti ſimul tali coniunctione, aſpectuali ſcilicet aut corporali, qd' unus recipiatur ab altero mutua receptiōe, fueritq; uterq; ipſorum fortunatus atq; fortis, ſignificabunt longā uitā patris nati. Si autē contrariū uideris, cōtrarium poteris iudicare, præter quod non poteris eſſe certus ad unguem de lōgitudine uel breuitate uitę patris: erit tamen potius dubitandū de breuitate quā ſperandū de ipſius longitudine. Similiter poteris dicere ſi Mars fuerit ſeptentrionalis à Sole uel à Saturno uel fuerit orientalis à Saturno & occidentalis à Sole, uel fuerit ſequens eos in figura, hoc eſt, quod unus ſit in aliqua domo alicuius figuræ, ſitq; Mars in alia domo quæ immediate ſuccedit illi, ſitq; ſimiliter Saturnus iunctus cū Sole à quarto aſpectu uel ab oppoſitione. Si autem fuerit coniunctio à trino uel ſextili, minuetur malicia, & eo fortius, ſi receptio interueniat. Et ſi Sol & Saturnus fuerint cadentes ab angulis, ſignificabunt ſiniſtrū eſſe patris ac eius debilitatem. Et dixit Ptolemæus quod ſi

fuerint Sol & Saturnus in angulis uel in locis aſcẽdentibus ad angulos, quod ſignificabunt breuem uitam patris. Nec tamen eſt contrarium ei quod dixit ſuperius Ptolemæus, quod cum Sol uel Saturnus fuerint in angulis, ſignificant uitam patris, quoniam ibi loquitur in Ylem, hic loquitur in uita poſt Ylem, uel aliquod eius detrimentũ ſeu nocumentũ ei ſimile ſeu æquipollens, & eo magis, ſi fuerint in primo uel decimo uel ſecũdo uel 11. quoniã iſti duo anguli ſunt uelociores alijs. Si autẽ fuerint in 7. uel in 4 uel in 8 uel 5. minus breuem uitam patris iudicabunt. At ſi Mars Solem à 4. aſpectu uel ab oppoſitione aſpexerit alterũ duorũ patri uenturũ, ſignificabit mortem ſcilicet citam uel ſubitaneã, uel ipſius oculorum detrimentũ propinquum. Si quidẽ fuerit aſpectus ab octaua ſignificabit mortẽ, & eo fortius ſi octaua fuerit Scorpio. Si autẽ fuerit à ſexta, ſignificabit impedimentum prædictum, & eo fortius ſi ſexta fuerit Virgo. Si uero Mars à dictis aſpectibus Saturnum aſpexerit, illius nati patri mortem aut febrem cum typo ualde frigido uel mutilationem uel combuſtionem uel damnum per latrocinium iudicabit. Quod ſi fuerit coniunctio ab octaua, mortẽ: ſi à ſexta, febrem ſi ab alijs locis præterquam à 12. mutilationẽ. à 12. uero per latrociniũ uel per inimicos occultos. At ſi tunc Saturnus & Sol ſupradictis aſpectibus ſine receptione perfecta iuncti fuerint, à quibuſcunq; domibus illa coniunctio fuerit cauſa morborum & maxime frigidorum mortem patri futuram nunciabunt.

¶De quinta domo.

De re filiorum ac ipſorum eſſe.

Cap. I.

Filiorũ eſſe. LIcet uiſum fuerit quibuſdam ex ſapientibus antiquorum præmittere capitulo filiorũ, eo quod filij ſubſequãtur coniugium, tamen uidetur mihi conueniens poſt narrationẽ patrum facere de filijs mentionẽ, nec incaſſum cũ filij à parentib. tenerius quàm cõiuges ac affectius diligant, & domus ſignificãs filios in ſubſequentia domorum præcedat domum coniugium ſignificantem.

Annux Baruth. Dixerunt Annuz & Baruth in capitulo de filijs, nec uidentur à ſententia Ptolemæi diſcrepaſſe, quod in re filiorum debes aſpicere decimũ in natiuitate cuiuſlibet nati, ſimiliter & 11. primũ quoq; & 7. & uidere ſi aliquis ex Planetis uel alijs ſignificatorib. ſignificans filios in aliquo ex prædictis locis reperiatur q ſunt Iupiter & Venus, Luna etiã atq; Mercurius & dominus quinti, & pars fortunæ & pars filiorum & eorum domini, uel ſi fuerit in eis aliquis ex filios denegantibus, qui ſunt Sol, Mars atq; Saturnus. Nam ſi fuerint prædicti ſignificatores filiorum uel aliquis eorum in locis prædictis, uel in aliquo ipſorum uel etiam in quinto & ipſi fortunati atq; fortes, aſpexeritq; illos aliqua ex fortunis à trino uel ſextili aſpectu cum receptione uel ſine receptione uel etiam à quarto cum receptione natum filios habiturum indubitanter ſignificabitur, niſi fuerit ille ſignificator cum aliqua de ſtellis fixis de natura Martis uel Saturni in eodem minuto. Si autem debiles fuerint, ei paucos filios futuros iudicabunt. At ſi non fuerit ibi aliquis prædictorum ſignificatorum, & fuerit ibi pars fortunæ aut pars filiorum, aſpexeritq; illam aliquis malorum, filios penitus denegabit, ſiue debiles fuerint ſiue fortes, niſi forte aliqua ex fortunis aſpexerit malum à trino uel ſextili aſpectu, & cum receptione, uel fuerit cum aliqua de ſtellis fixis, que ſit de natura Iouis aut Veneris aut Lunæ in eodem minuto, nec ſit in Leone aut Virgine uel Libra uel Capricorno uel Aquario ſiue in Tauro. Variatur tamen hoc in ſignificatione Mercurij, quoniam ſi fuerit in aliquo prædictorum locorum inclinabit ad naturam illius cum quo iunctus fuerit. Et ſi fuerit unus prædictorum ſignificatorum ſignificantium filios in aliquo ex locis prædictis & ipſe uacuus curſu, ſignificat quod erit nato unicus filius tantum.

In qua ætate ſit natus filios habiturus.

Cap. II.

COnſiderabis etiam cum Mercurius ſignificauerit natum habere filios utrum ipſe iungatur Planetæ orientali, quoniam ſignificabit filios in iuuentute. Si autem fuerit ille Planeta occidentalis, ſignificabit eos poſt iuuentutem. Illud idem poteris dicere de dominis triplicitatis Iouis, quia ſi primus fuerit orientalis ſignificabit in iuuentute, ſi ſecundus in media ætate, ſi tertius in ſenectute. Si autem omnes fuerint orientales, in qualibet ætate ſignificabũt, ſed in primis 25. annis magis. ſi uero omnes occidentales, ſignificabunt ei filios poſt iuuentutem collectam. Similiter ſi Almutem ſuper domo filiorum aut Iupiter aut Planeta in cuius domo fuerit almutem, fuerit oriẽtalis, uel fuerit pars filiorum in aſcendẽte, ſignificabit quod natus ille ſit habiturus filios in iuuentute ſua. Quod ſi Planeta ille apparens mane ante Solem longe ab eo tribus ſignis uel plus, uel fuerit pars filiorum in 10. ſignificabit ei filios in mediocri ſua ætate. Si quidem fuerit occidentalis uel fuerit pars filiorum in 7. uel in 4. ſignificabit in ſua ſenectute filios habiturum & ſecundum has domos cæteras coniecturabis. Aboaly uero dixit, quod ſi fuerit pars filiorum in aſcendente, ſignificabit filios in iuuentute. ſi fuerit in medio cœli, ſignificabit eos in media ætate. Et ſi fuerit in quarta uel in ſeptima, ſignificabit eos in ſenectute, tu tamen poteris omnia eorum dicta communicare, ſicq; coniecturando poteris rectius atq; ſecurius iudicare.

De multitudine uel paucitate filiorum.

Cap. III.

IN multitudine autem filiorum aſpicies Iouem atq; Venerem & ſecundum eorum eſſe iudicabis. In paucitate uero aſpicies Saturnum atque Martem, & dic ſecundum quod uideris de ipſorum diſpoſitione. In mediocritate ſiquidem & Lunam requires. de Mercurio autem dices ſicut de ipſo uideris, ut dictum eſt ſupra. Si autem prædicta loca fuerint ſigna communia dummodo non de ſterilibus, & ſignificator filiorum fuerit ſimiliter in ſigno communi, ſignificabit gemellos tantum filios habiturum, & illius ſexus quem habent ſignificare loca prædicta uel prædicti ſignificatores. Et ſi fuerint loca illa

ea illa in ſignis quæ habent ſignificare fillos quæ
ſunt aquanca, uidelicet Cancer, Scorpio & Piſcis,
quæ ſignificant maiorē quantitatem filiorū quàm
cætera ſignificabitur natum plures filios habiturū.
Quod ſi Planeta ſignificans filios fuerit fœmininus
& locus ſignificans filios fuerit ſignum maſculinū
uel econtra, utriuſꝗ ſexus filios habiturum nuncia
bis. Et ſi Planeta & locus fuerint eiuſdem ſexus, il-
lius ſexus cuius fuerint filios iudicabūtur futuros.
Et ſi datores filiorum fuerint in ſignis ſterilibus ſu
prædictis, uel fuerint mali eleuati ſuper eos, uel ſint
Almutem ſuper locis ſignificantibus filios in non
dimittēdo natum filios habere conabuntur. Quod
ſi non poterunt reſiſtere quin filios habeant, uix
aut nunquam plus quàm unum filium habere per
mittent, uidebitꝗ pater mortem illius filij, & nō ul
uet diunùs, & ſi uixerit, erit infortunatus atꝗ tribu
latus & inuenient eum mala. Si autem Mars & Sa
turnus ſiue Sol fuerint in aſcendente ſiue in 10. uel
7. aut etiam in 11. uel in 5. uel aſpexerint illa loca ſi-
ne coniunctione ſiue aſpectu alicuius fortunæ ad
loca uel ad Planetas prædictòs, uel fuerit aſcendens
ſignum ſterile, & loca ſignificantia filios fuerint ſi-
gna ſterilia, ſignificabit hoc quod natus filios non
habebit. Et dixit Ptolemæus, quod ſi dictæ infor
tunæ in ſignis maſculinis uel ſterilibus exiſtant, li-
cet fortunæ aſpiciant eas, eum nullum filium habi-
turum ſignificabunt, quoniā ſigna maſculina qua-
ſi ut ſterilia filijs contradicunt. At ſi fuerint in ſi-
gnis fœmininis, uel multorum filiorum, & aſpexe-
rint eas fortunæ, ſignificabunt natum filium habi-
turum cum aliquo uitio perſonali quod patietur, ſi
gna enim fœminina ueluti & aquarica filios lar-
giuntur, aut filius ille non erit longæ uitæ ſed bre-
uis. At uero ſi fuerit in aliquo prædictorum locorū
ſignificantiū filios, ſignum maſculinū uel ſterile, in
aliquo alio fœmininū uel multorū filiorū, ſignifica
bitur natum habiturū aliquos filios, quorum nul-
li homines familiaritates affectabunt, immo ipſos
penitus abhorrebunt, uel erunt ipſi filij abortiui, &
accidet hoc ſecundū quod maior pars eorū fuerit in
aliqua prædictarum naturarum, nam ſi maior pars
fuerit in ſignis maſculinis & ſterilibus, uel ſecun-
dum quod illorum Planetarum unus fuerit altero
fortior, uel ſuper ipſum eleuatus, uel fuerint plures
numero, uel fuerint in locis illis fortiores, uel ſecun
dum quod ex eis fuerit maior pars orientalis, uel
magis prope angulos prædictos, uel ad ipſos eun-
tes conditionibus prædictis, ita quantitas illorum ſi
gnificatorū erit maior. Et dixit Aomar, poſt hoc aſpi
ce ſignum filiorum & ſignū Almutē, ſuper res eſſe
nati, & aſcendens quę ſi fuerint ſigna multorum fi
liorum abundabit natus filijs. Si nulla concordia
fuerit inter Almutem aſcendentis & Almutem ſu-
per domum filiorum, fueritꝗ Iupiter combuſtus et
Venus impedita, ſignificat natum futurū ſterilem
abſꝗ filijs, & hoc in utroꝗ ſexu ſeruabis. Et di-
xit Ptolemæus, res aūt filiorum particulares per ex-
timationem deprehendi poſſunt cum Planetam da
torem filiorum in loco aſcendentis poſuerimus,
tunc etenim cuncta filiorum particularia quemad-
modum ex natiuitate ſciuntur, generaliter agnoſ-
cemus. Aomar uero dixit, aſpice Planetas qui fue
runt Almutem ſuper domum filiorum, ſiue unus
fuerit ſiue plures. Quod ſi aliquis uel plures eorum
congruerint domino aſcendentis, erunt filij boni et
iuſti diligentes patrem, ſi uero contrarium fuerit,
erūt impedientes. Et dixit, ſi fuerit ſignificator filio-
rū multū impediens ac aſcendens dominū eius, erūt
filij immittentes patri diuerſa impedimenta. Et ſi
impedierit Lunam ingerent matri diuerſa impedi-
menta. Et dixit, ſi uero ſalui fuerint ſignificatores fi
liorum, ſaluabuntur filij & non peribunt. Et ſi im-
pediti fuerint ſignificatores filiorum, raro erunt cō
cordantes filij. Idem poteris dicere de parte filio-
rum, quæ ſi fuerit in angulis uel ſuccedentibus deci
mæ aut quartæ, ſignificat multitudinem eorum ac
bonitatem & gaudium cum eis. Si autem fuerit in
alijs ſex locis, ſignificabit paucitatem filiorum atꝗ
citam mortem ipſorum. Quod ſi fuerit uacua cur-
ſu, ſignificat mortem primogeniti nati illius, uel for
te abortier eum mater ſua, triſtabiturꝗ ſuper filijs
uel cauſa filiorum.. Et dixit Aboali, quod ſi do-
minus aſcendentis fuerit applicatus cum domino
ſeptimi, ſignificat multitudinem filiorum ex con-
cubinis. Si autē fuerit applicatus cū domino ſexti,
ſignificat eos ex ꝓprijs pediſſequis uel ancillis. Aſ-
picies etiam dominos triplicitatis Iouis, qui ſi fue-
rint in angulis uel in ſuccedentibus angulorum, ſi-
gnificat multitudinem filiorum. Si autem ſint in a-
lijs locis præter 6. & 12. in ſuis dignitatibus ſiue im
pedimentis infortunarum, ſignificabit competen-
tem filiorum quantitatem. At ſi fuerint cadentes ab
angulis uel alias impediti à malis, uel fuerint com
buſti, ſignificat filiorum paucitatem ac ipſorum in
eptitudinem. Item dixit Aboali, ſi Iupiter & Mer
curius fuerint in domibus uel in exaltatiōibus ſuis,
in angulis uel eorū ſuccedentibus, & domini tripli-
citatum eorū in bonis locis ab aſcendente, nō impe
diti; fortunati ſcilicet atꝗ fortes, ſignificat multitudi
nem filiorū & bonū atꝗ gaudiū cū eis. Idē poteris
dicere de parte filiorum ſi fuerit in bonis locis bene
diſpoſita, ſcilicet quod ſit in angulis uel in eorū ſuc
cedētibus, quoniā ſignificabit tūc multitudinē filio
rum eorū habilitatem atꝗ eorū bonā cōuerſationē.
Et ſi fuerit cadēs ab aſcendente, & maxime in ſexto
uel in 12. ſignificat paucitatem filiorū & ipſorū uitæ
breuitatē. At ſi aliqua fortunarū quæ ſit libera, for-
tunata ſcilicet atꝗ fortis partē filiorū à trino uel ſex
tili aſpectu aſpexerit, & maxime cū receptione mul
titudinē magnā filiorū ſignificabit. Si aūt ex dictis
aſpectib. ſine receptione uel à quarto cū receptione
illa fortuna partē dictā aſpexerit, erit ſignificatū ſa
tis infra prędictū, erit tamē in quātitate cōuenienti.
Si aūt à ꝗrto aſpectu ſine receptione ipſā aſpexerit,
ſignificabit filios, ſed erit eius ſignificatū multū in-
fra hoc. Si aūt illa fortuna impedita fuerit uel aſpe
xerit infortuna partē filiorū, & eo fortius, ſi à ꝗrto
uel ab oppoſitiōe ille aſpect⁹ fuerit, erit iterū eius ſi
gnificatū debili⁹ & pauciores filios indicabit. Quod
ſi Iupiter partē filiorū nō aſpexerit, fueritꝗ Venus
à Saturno impedita, ſterilitatē nati poteris uel pau-
ciſſimos filios nunciare, & iterū magis ſi cū hoc Lu
na fuerit impedita. Et dixit Aboali quod ſi Iupiter
& Venus & Mercurius fuerint liberi à malis & re-
trogradatione atꝗ combuſtione, erit natus pluriū
filiorum. Si autem fuerint impediti à malis uel in
detrimento ſuo, uel in deſcenſione ſua uel ſubtra-

dijs Solis non habebit filios, uel ſi habebit præmorientur patre. Aſpicies etiam quintum, ſi fortuna fuerit in eo, & dominus eius liber ab impedimentis prædictis, aſpexeritq; decimam domum, ſignificat natum multos filios & beniuolos habiturum. Si autem in quinto fuerit infortuna & eius dominus fuerit impeditus, ſignificat paucitatem filiorum ipſorumq; mortem feſtinam, & maxime ſi fuerit eius impedimentum in tertia uel in ſexta. Similiter ſi Sol aut Luna fuerint impediti à malis abſq; aſpectu alicuius fortunæ, ſignificabit paucitatem filiorum, ipſiusq; nati ſubſtantiæ diminutionem.

De tempore filiorum ſecundum Aboali.
Caput IIII.

ITem dixit Aboali repilogando prædicta, aſpice Planetam qui dignior fuerit in ſignificationibus filiorum, qui ſi fuerit orientalis, ſignificat filios in iuuentute, ſi fuerit occidentalis, ſignificat filios in ſenectute. Et ſi fuerit in decima uel undecima, ſignificat filios in iuuentute, & ſi fuerit in quinta uel in octaua uel in nona, ſignificat filios in media ætate. Et ſi fuerit in quarta uel in ſeptima, ſignificat filios in fine uitæ. Itē dixit, & ſi fuerit pars filiorum in aſcendente, ſignificat filios in iuuentute, & ſi fuerit in medio cœli, ſignificat filios in media ætate uitæ. Et ſi fuerit in quarto uel in ſeptimo, ſignificat filios in fine uitæ. Item dixit, & cū peruenerit Iupiter aut Venus in reuolutione annorum ad locum partis filiorum aut aſpexerit eam à quarto aſpectu uel oppoſitione, ſignificat eum habere filios in eodem tempore, ſed Iupiter habet maius ſignificatum in filijs, & ſimiliter quando peruenerit annus ad ſignum in quo fuerit Iupiter aut Venus in natiuitatibus eius, ſignificat filios in eodem anno. Et dixit, aſpice in conuentione filiorum ad patrem Planetam qui fuerit digniori ſignificationibus filiorum, & dominum aſcendentis, quorum ſi alter alterum fortunauerit, ſignificat concordiam eorum, & ſi alter alterum impedierit, ſignificat diſcordiam & inimicitiam eorum: tu autem induſtrialiter circa hoc intentionem tuam atque diſcretionem uerſabis coniecturando de domo in domum, de ſignificato in ſignificatum, non enim poſſunt ſigillatim, quæ in operibus cadunt, omnia ſcribi, redigeretur enim ſtudium iam in nihilum.

¶ De ſexta domo.

De ſeruis & ancillis atq; famulis ſeu uernaculis nati, & de animalibus minoribus quæ non equitantur neque iugantur, ac de ipſius infirmitatibus ſimiliter & morbis.
Cap. I.

Significatores ſextæ domus.
Famul. ſerui.

DIcto in capitulo quod præcedit iſtud de re filiorum, cōueniens uidetur in iſto ſubſequenter de re ſeruorum atque ancillarum & famulorum, ſeu uernaculorum & minorum animalium, quæ non equitantur nec iugantur, ac de infirmitatibus nati eiusq; morbis tractare, atque de ipſis facere mentionem. Ait enim Aboali ſuper facto ſeruorum & ancillarum ſeu famulorum atque pediſſequarum, debes aſpicere ſextam eiusq; dominum necnon & Mercurium ſimiliter & Lunam, & uidere ſi Mercurius fuerit orientalis & in aſcendente, uel in decima iunctus Ioui per coniunctionem corporalem, uel per aſpectum in ſigno mobili uel communi, uel fuerit aliquod luminarium uel aliqua ex alijs fortunis in ſexta uel in 12. uel fuerit dominus domus ſeruorum fortunatus, fueritq; liber ab impedimentis iunctus Mercurio in aliquo angulorum, uel fuerit Mercurius liber iunctus cum aliqua ex fortunis uel petens cōiunctionem ipſius, uel fuerit dominus domus fortunæ in bono loco ab aſcendente, uel fuerit ipſe in aſcendente, uel fuerit in ſexta liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet atq; fortis, iunctus alicui fortunæ, quoniā iſtud habet ſignificare quod natus abundabit ſeruis & ancillis & famulis & familiaribus & uernaculis, & quod habebit ex eis & pro eis & ab eis bonum & lucrum & gaudium atq; utilitatem. At ſi Mercurius fuerit retrogradus uel combuſtus uel iunctus cum malis in ſigno fixo uel eorum coniunctionem petens, uel fuerit aliqua ex infortunis in domo ſeruorum uel in 12. uel fuerit dn̄s domus ſeruorū infortuna, uel fuerit retrogradus uel alias impeditus à malis, uel fuerit cadens ab angulis uel ab aſcēdēte ſine aſpectu alicuius fortunę, uel fuerit de Mercurio qd' dictum eſt domino domus ſeruorū, uel fuerit cauda in domo ſeruorum, ſignificat hoc ſeruorum penuriam, ipſorumq; paucitatem & iram atque triſtitiam & incommodum ex eis & eorum occaſione nato euenturum. Et dixit Aboali, aſpice inconuenientiam ac impedimentum & proficuum nati cū ſeruis ad Planetam qui dignior fuerit in ſexta domo & dominum ſextæ & partem ſeruorum & dominum eius & Planetam qui fuerit in ſexta & Mercurium & dominum aſcendentis, uidebisq; ſi ſe inuicem fortunabunt, quoniam ſi ſic fuerit, ſignificabit profectum & bonitatem atq; concordiam nati cum ſeruis. Si autem inuicem ſe impedierint, contrarium poteris iudicare, & ſecundum illud quod uideris de bonitate uel malicia utrorumq;, domini ſcilicet aſcendentis & aliorum ſignificatorum qui dicti ſunt præ multitudine teſtimoniorum, boni uidelicet aut mali, ſecundum illud iudicabis: nam ſi dominus aſcendentis bene ſe habuerit erga ſignificatorem ſeruorum, & ſignificator ſeruorum erga dominum aſcendentis, bonitatem utriusq; erga alium ſignificabit. Si autem inuicem male ſe habuerint, utrorumq; malum iudicabunt. Quod ſi unus erga aliū bene ſe habuerit, & alius male ſe habuerit aduerſus illū, unus ſequetur bonū & alter malum à ſuo contrario, ſic quod unus erit alteri beniuolus, alter uero illi maliuolus iudicabitur.

De pecudibus & alijs animalibus quæ ſignificantur per ſextam.
Cap. II.

VIſo in prædentibus de ſeruis & ancillis, & alijs in his quæ præceſſerunt, uidendum eſt nunc de pecudibus & alijs beſtijs, quæ ſignificātur per ſextam domum, antequam ad infirmitates nati perueniatur. Viſum eſt enim ſapien

tibus

tibus antiquis quibus ego ſatis familiariter aſſentio, quod res pecudum, caprarum, porcorum, & aliorū animalium, tam bipedium quàm etiam quadrupedium, quæ non equitantur, nec iugantur, & auium domeſticarum atque manſuetarum, accipiatur à domo ſexta. Vnde aſpicienda eſt ſexta domus, & aſpiciendus eſt eius dominus, ſimiliter & Mars, & qualiter ipſi ſint diſpoſiti & in quibus locis ab aſcendente reperiantur uel alter eorum, & utrum ſit Mars directus uel retrogradus, quoniam ipſe habet naturaliter ſignificatum ſuper animalibus ſupradictis. Vnde cum ipſe fuerit in Ariete uel Capricorno in aſcendente, uel in 10. uel etiam in ſexta, fueritq; Iupiter aut Sol aſpiciens eum à trino uel ſextili aſpectu, ipſeq; aliter fortunatus atq; fortis, liber ab impedimentis, ſignificat quod natus erit fortunatus in habendo multitudinem animalium prædictorum, & quod ſequetur bonū, utilitatē & gaudium ex eis & cauſa illorum. Et eo magis ſi fuerit Mars in aliqua ſuarum dignitatum, laudatur etiam ut ipſe ſit in Leone, ſimiliter ut ſit ſexta domus ex ſignis prædictis, & dominus eius in aliquo illorum iunctus cū aliqua ex fortunis uel in eius trino uel ſextili aſpectu, & ſignificat hoc quod habebit lucrū atq; proficuum ex eis, & quod multiplicabuntur ei & in eius utilitatē. At ſi ſexta domus fuerit Taurus uel Leo uel Scorpio uel Aquari⁹ & Saturnus in ea, uel aſpexerit eā ab oppoſitiōe uel quarto aſpectu, ſignificat qđ natus triſtabit & impedietur cauſa prædictorum animalium, & damnum exinde patietur & in Leone fortius quàm in alijs, in Aquario uero minus. Et ſi Mars uel Iupiter habuerit tunc dignitatem in ſexta, malus erit impedimentum Saturni, niſi aliquis eorum aſpiciat illum à trino uel ſextili aſpectu, & cū receptione, ipſiq; fortunati & fortes. Et dixit Aboaly quod ſi fuerit ibi aliquod ex ſignis beſtiarum, & conueniens fuerit aſcendens, & dominus aſcendentis fuerit cum Marte aut in aſpectibus ipſius ex locis laudabilibus, erit natus diligens beſtias & gaudens cum eis. Similiter ſi Luna fuerit in locis prædictis, ſignificat tantum quantum dominus aſcendentis.

De infirmitate nati ac de eius morbo,

Caput III.

Dicto in his quæ præceſſerunt in capitulo iſto de ſeruis & ancillis nati & de ipſius animalibus paruis & quæ nō equitātur, reſtat nunc dicere de ipſius infirmitatibus atq; morbis. Et differunt infirmitas & morbus. Infirmitas enim eſt accidens ſiue debilitas corporis adueniens & recedens. Morbus uero eſt infirmitas ſiue accidens corpori adueniens & nō recedens. Vnde oportet te cōſiderare qđ tu debes aſpicere in natiuitate cuiuſuis nati aſcendens & eius dominū, ſextam quoq; ac eius dominū, Lunam ac dominum domus in qua ipſa fuerit, & Planetam qui fuerit in ſexta, ſi aliquis in eo reperiatur, Mercurium etiam & partem infirmitatum & Planetam in cuius domo ipſa fuerit tam in nati morbo quàm in eius infirmitate, loca ſimiliter in quib. prædicti ſignificatores fuerint, uidere Almutem ſuper locis illis, & maxime ſuper ſextam domum quæ habet ſignificare infirmitates nati ac eius morbos: qui ſi fuerit fortuna fueritq; in ter ipſum & dominū aſcendentis coniunctio, & eo fortius ſi receptio interueniat, ſignificat ſanitatem nati ac ipſius proſperitatem, ſaluationem ſiquidem ab infirmitatibus atq; morbis, & quod eius infirmitas atq; morbi erunt pauci atq; leues. Et dixit Aomar quod erit fortunatus in animalibus & ſeruis atq; uernaculis, ſi fuerit Almutē ſuper prædicta loca fortuna, aut congruerit domino aſcendentis. Si autem Almutem prædictus fuerit malus, qualiſcunque ipſe fuerit ex prædictis ſignificatoribus, fueritq; iunctus dño aſcendētis uel fuerit in aliquo angulorum uel ſuccedentiū impediens dñm aſcendētis, uel ipſum aſcendens quocunq; impedimēto ipſum impedierit, ſignificat qđ natus erit inuolutus ac impeditus multis infirmitatib. multiſq; morbis. Quod ſi fuerit Almutem Saturnus, ſignificat quod eius infirmitates ut multū erunt de cauſa frigida & ſicca, erunt ſimiliter prolixę, ut ſunt cancer, gibboſitas, prodagra, epilepſia, hipoſarca, anaſarca, morphea, elephanna, paralyſis & ſimiles ęgritudines incurabiles uel quaſi incurabiles ſeu multū difficiles ad curandū. At ſi Mars fuerit Almutem, fueritq; in aliquo angulorū iunctus cū dño aſcendētis impediens ipſum, ſignificat qđ infirmitates nati eiuſq; morbi fiēt de cauſa calida & ſicca, ſicut ſunt illi qui fiunt de cholera rubea uel ortā de ſanguine, ut ſunt febres acutæ, freneſis & apoſtemata quæ non facile maturant. Et dixit Aomar, pars azemena quod eſt accidēs inſeparabile cū Luna in nona & Mars in octaua fuerint in ſignis mēbrorū abſciſorū, in natiuitate abſcindet aliquod membrorū eius ferro. Similiter ſi fuerit mars cū Luna in alia quarta & aſcēdēs fuerit impeditū ab aliquo malo, inuenient natū accidentia in mēbro ſigni in quo fuerit Luna uel in oculo ſiniſtro in natiuitatibus diei, & in oculo dextro in natiuitatibus noctis. Et dixit luminaria cum fuerint in coniunctione uel præuentione, & mali fuerint in quarto aſpectu cōniunctionis uel præuentionis & aſcenderit malus, poſtea natus amittet à Sole oculum dextrum, & à Luna ſiniſtrum. Præterea ſi utrunq; luminare fuerit impeditum ex quarto aſpectu malorum, uel eorū oppoſitione, uel fuerit in eius coniunctione corporali uel aſpexerit illud aliqua ex fortunis, perdet oculū ſignificatū per illud luminare. Si aūt utrūq; luminare fuerit impeditum, perdet utrūq; oculū. Et dixit Aomar, ſi fuerit Luna impedita in natiuitate, ſubaudi in aliquo ſignō à malis abſq; proiectione radiorū fortunarū ad ipſum terminū, deſtruet ipſum membrū qđ pertinet ad ipſum ſignū in quo fuerit Luna. Et dixit, cū Luna fuerit in ſignis quę ſignificant impedimentū in oculis, ut Cancer, Leo, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, & Aquarius, ſignificat impedimentū oculorū ſimiliter & aſcendēs. Et dixit cū Luna fuerit in Sagittario ſiue impedita fuerit à malis ſiue nō, accidet ei impedimentū in oculis, & timetur ſuper eū cæcitas niſi aſpexerit eā, fortuna ſubaudi. Quodſi fuerit Luna in Geminis uel in Libra uel Aquario à Marte, ſignificat putredinem oculorū ac ipſorū lippitudinem. Et dixit Aomar, lepram niſi aſpexerit eā aliqua ex fortunis. At ſi fuerit impedita in Cancro uel Scorpione uel Piſcibus à Saturno ſine aſpectu fortunæ, ſignificat canceres, podagras, bocium & lepram, albaras & ſquinantes. Et dixit Tiberiadis, cū Luna fuerit in quarto aſpectu Solis aut cum eo in

uno ſigno, ſubaudi cõbuſta, aut in quarto aſpectu Martis uel in eius oppoſitione comburetur natus igni. Et ſi Venus fuerit impedita ſimul à Saturno & à Marte & à Sole atq; Mercurio in natiuitate alicuius ſine aſpectu fortunæ abſcindentur uirilia nati. Quod ſi aſpexerit eam dominus 8. uel fuerit aliquis prædictorũ dominus 8. morietur natus ex abſciſiõe illa. Si quidẽ domini triplicitatis ſigni in quo fuerit tũc Venus fuerint fortunati & fortes ac bene diſpoſiti, ſequetur natus dignitatẽ atq; honorẽ per abſciſionem illã. Et ſi fuerint impediti, ſequetur inde malũ ſupra malũ, quoniam cadet illa de cauſa in triſtitiã & anguſtiã, & labores atq; afflictiões & depreſſiones & detrimenta quę non poterit uitare. Quod ſi fuerit mulier, exuberabitur nec erit ei cura de uiris nec uolet uti cũ eis, nec aliquo uenereo ſolano curabit. Et dixit Aomar, Luna cũ fuerit in primo gradu ſignorum, uel fine eorũ, proiecerintq; radios mali ad ipſum terminũ & maxime Saturnus diliget dilectiõe maxima & publicabitur ex hoc. At ſi fuerit Saturnus in domo infirmitatũ uel fuerit in ſexta à ſigno in quo fuerit tunc Luna, uel fuerit in oppoſitione uel in quarto aſpectu illorũ locorũ, ſignificat multitudinem ægritudinũ nati de frigida cauſa euenientiũ, & magis ſi fuerit in ſigno humido. Quod ſi fuerit Mars in ſexta ab aſcendente uel in ſexta à ſigno in quo fuerit Luna uel in prædictorum locorũ quarto aſpectu uel in eorũ oppoſitione, ſignificat multitudinẽ ægritudinũ nati de calida cauſa euenientiũ, atq; uelociter ad bonũ uel ad malũ terminantiũ. Nã ſi aſpexerit dñs aſcendentis aut Luna Martem à trino uel ſextili aſpectu nec receperit eum, ſignificat determinationẽ ad bonũ. Si autẽ aſpexerit eum à quarto aſpectu uel ab oppoſitione uel à quouis alio & receperit eum, ſignificat determinationem ad malũ, & quod potius ſit ex ægritudinibus illis moriturus quã nõ. Et ſi fuerit Luna & dominus domus in qua ipſa fuerit, ſimiliter & ſignũ ſextũ liberi ab infortunis, ſignificat nati à ſuis ægritudinibus liberationẽ. Si quidẽ Luna & dominus domus in qua ipſa fuerit & dñs domus infirmitatum fuerint impediti ab infortunis, ſignificat multitudinẽ ægritudinũ nati diuerſarũ. Et dixit Aboali, & ſi malus fuerit in aſcendente & maxime ſi Mars fuerit in natiuitatibus diurnis, & Saturnus in natiuitatibus nocturnis iunctus Soli uel Lunæ, ſignificat debilitatem uiſus uel deſtructionẽ oculi. Si autem luminaria fuerint impedita à malis uel à cauda iuncta eis, ſignificat uiſus debilitatẽ uel oculi deſtructionẽ. Et dixit, cũ autẽ Luna iuncta fuerit malis uel in eorum quarto aſpectu uel oppoſitione & in ſigno humido, ſignificat quod plures infirmitatum nati erunt ex frigiditate & humiditate. Et ſi fuerit in ſigno ſicco, ſignificat ægritudines ex calore & ſiccitate.

In qua ætate hæc accidant.

Cap. IIII.

Tempus accidentium infirmit.

ET ſi Planeta qui habet ſignificare infirmitates fuerit orientalis, erunt infirmitates in prima medietate uitæ nati. Si autem fuerit occidentalis erunt in ultima medietate uitæ illius. Et ſi fuerit in aſcendente, erunt in initio uitæ. Si uero fuerit in decima, erũt in collecta ætate uitæ ſuæ. Quod ſi fuerit in ſeptimo, erunt in declinatione uitæ ſuæ. Si uero fuerit in quarto, erunt circa finẽ uitæ ſuæ. Aſpicias etiam eſſe illius ſignificatoris, quoniam ſecũdum fortitudinem & debilitatem ſuam erunt ægritudines debiles ſcilicet aut fortes. Videbis etiam ſi pars infirmitatum & dominus domus in qua ipſa fuerit fuerint liberi ab impedimentis, quoniam illud ſignificat ſaluationẽ nati atq; ſanitatẽ, ac ipſius ab infirmitatib. ſaluationẽ. Si autem fuerint impediti, ſignificat infirmitates atq; dolores graues uenturos, & eo fortius, ſi aliqua fortunarũ non aſpexerit eos uel ſaltem alterum eorum. Et dixit Aboali, & eſt uerum, aſcendens enim & Luna ſunt ſignificatores corporis, et dñs aſcẽdẽtis, & dñs domus Lunę ſunt ſignificatores animæ. Et ſi aſcẽdẽs & Luna fuerint impediti à malis, & dñi eorũ fuerint ſalui, ſignificat infirmitatem corporis nati & ſanitatem animæ ipſius. Et ſi aſcendens & Luna fuerint liberi à malis & domini eorum impediti, ſignificat ſanitatem corporis & pauorem & triſtitiam animæ. Ptolemæus uero dixit, quod debemus conſiderare aſcendens & ſeptimam & etiam ſextam, quæ naturaliter habet ſignificare infirmitatem, eo quod ipſa cum aſcendente nullam habet amicitatem. Debes ſimiliter conſiderare Saturnum atq; Martem, & uidere qualiter ſint diſpoſiti, nam ſi fuerint ambo uel alter eorum in aliquo prædictorum locorum, uel aſpexerint illum à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione undecunque aſpectus ille aduenıat, ſignificat quod natus pluribus infirmitatibus atq; impedimentis ſibi aduenientibus infeſtabitur, & eo certius, ſi cum hoc Solem & Lunam inueneris impeditos. Et adhuc eo fortius, ſi fuerit illud impedimentũ in angulis uel in eorum ſuccedentibus. Et iterum magis ſi aliquis prædictorum malorum aſpexerit eos uel aliquem eorum. Et iterum plus ſi illi mali fuerint in angulis uel in eorum ſuccedentibus & aſpexerint eos à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, & etiam à trino uel ſextili ſine receptione, & erunt eius ægritudines debiles quæ per aſcendens uel per ſeptimam uel per ſextam uel per ipſos malos ſignificantur, ſecundum quem prædictorum locorum Almutem ſuper infirmitatibus fuerit inuentum, ut ſupra dictum eſt.

Aſc. & ☾ Signi. corp. domin' Aſc. & dominus ☾ Ani.

In quo membro euenient ſupradicta.

Cap. V.

ET accident ægritudines in illa parte corporis, quæ ſignificatur per ſignum in quo infortunatum ſiue impeditum fuerit Almutem prædictum, & quæ fuerit ſignificata per ipſum Almutem. Quod ſi Almutem ſignificauerit unam partem corporis, & ſignum in quo ipſe fuerit ſignificauerit aliam, accident prædicta in utroque membro per ipſos ſignificato, ſicut Aries, quæ ſignificat caput, Taurus collum, Gemini brachia, & cætera, & Saturnus oculum dextrum, ſplenem, ueſicam, & cætera, Iupiter manum dextram, pulmonem, coſtas, & cætera, Mars oculum ſiniſtrum, & aurem ſiniſtram, uirilia, & cætera, Sol utrunq; oculum, ſed dextrum magis, faciem & quaſi totam partem corporis dextrã, & hoc propter ſuam diuturni-

Morborum loca.

diuturnitatē, etc. Venus nates, hepar etc. Mercurius linguam, interiora narium &c. Luna interiora gutturis, epiglottum, ſtomachū &c. in mulieribus uentrem, pudibunda & totam ſiniſtram partem propter ſuam nocturnitatem. Et dixit Ptolemæus, impedimenta contingent in maiori parte cum inſortunatrices ſtellæ quę ſunt eorum occaſio, fuerint orientales in figura uel à Sole. Infirmitates autem in maiori parte, et ſi non ſemper, tunc euenient cum eædem ſtellę ſcilicet inſortunatrices fuerint occidentales, uel in mundo uel à Sole, eo quòd inter utrunque iſtorum duorum eſt ſeparatio uel differentia. Nam impedimenta non niſi ſemel cōtingent, nec multum durabunt eorum dolores: infirmitates uero uel ſemper durabunt, uel reciprocando contingent, ſcilicet interuallatim. Et dixit, in rebus uero per quas particularia deprehenduntur accidentia, cum ipſe proprie experimentatæ ſunt & obſeruatæ figuræ & qualitates inuentæ ſunt infirmitates & impedimenta, ſignificantes quod deprehenſum eſt ex accidentibus quæ ſequuntur, & accidunt in parte maiori ſecundum cōſimiles poſitiones ſtellarum in qualitatibus. Erit enim in altero oculorū uiſus amiſsio, cum Luna ſola fuerit impedita tantum in prædictis angulis ſcilicet orientali uel occidentali, fueritq́ ipſa hora cōiunctio uel præuentio: uel cum fuerit in alia figura cum Sole & habuerit

Alitiſal. Alitiſal cum aliqua ſtellarum quæ nubibus aſſimilantur: uel fuerit in trino uel ſextili aſpectu, uel quarto, uelut ſtella nubiloſa quæ eſt in Cancro, & Pleiades quę eſt in Tauro, & acumen ſagittæ Sagittarij, cauda quoque Scorpionis, & id quod eſt circa

Aldhafera. Calbem. Aldhafera & quaſi funis uel trica ex partibus Leonis Calbem necnon Aquarij. Cumq́ Luna fuerit impedita in aliquo angulorum, ſcilicet quarto occidentalis à Sole, & Mars & Saturnus orientales, Luna quoq́ ad Martem & Saturnum eunte uel ad alterum ipſorū, uel fuerit Sol in quarto angulo & dictæ duæ infortunæ aſcenderint ante Solem uel fuerint ei iunctæ, & fuerint luminaria in uno & eodē ſigno cōiuncta, uel fuerint oppoſita ſibi inuicem, et fuerint dictæ duæ infortunæ occidētales à Luna, accident nato in utroq́ oculo impedimēta, & accidet hoc cum aliquo ictu uel ferro. Et ſi fuerit in Ariete uel Leone uel Sagittario, accidet hoc cauſa ignis. Et ſi fuerint dictæ infortunæ uel ſaltē Mars cum Mercurio iunctæ, accidet hoc ex prælio uel ludo qui poſſit quodā modo prælio aſſimilari: uel accidet ab aliquo qui mouebitur iniquitate contra ipſum natum. Si autem fuerit Mercurius iunctus cum Saturno, accidet hoc ex decurſu aquæ in oculum uel ex ipſorum oculorum tortura, & ſimilibus. Et ſi Luna fuerit in medietate orientali iuncta Marti, & Venus iuncta Saturno cum Mercurio modo prędicto aſſocietur: fueritq́ Mars ſeptentrionalis ab ea uel ſe inuicem oppoſitione aſpexerint, natus ſua uirilia non habebit aut utroq́ ſexu fungetur uel naſcetur abſque ano uel eius nimia cōſtrictione. Et ſi fuerit mulier, non habebit ſua pudibunda ut debuerit. Et cum Venus ita ſe habuerit cum Mercurio, Marte atque Saturno, ut dictum eſt: fueritq́ Venus petens Solis coniunctionem fuerintq́ luminaria in ſignis & quartis maſculinis, & Venus & Luna occidentales, à Sole dico: infortunæ quoque in gradibus ſequentibus & Venus & luminaria impedita, et dixit Ptolemæus, ſi natus fuerit maſculus mutilabitur, uel in ſuis teſticulis impedimenta patietur, maxime autem cum hoc in Leone, Ariete uel Scorpione aut Capricorno ſiue Aquario fuerit. Sed ſi fuerit mulier, erit ſterilis, & fortaſsis alicuius oculorū impedimenta non effugiet. Conſiderabis etiam utrum Mercurius & Saturnꝰ ſint in angulis prædictis cum luminari diurno, fuerit Mercurius retrogradus occidentalis uadens ad Solis coniunctionem, fueritq́ Luna in eorum coniunctione, Mercurij ſcilicet atque Saturni: quoniam ſi ſic fuerit, ſignificabit natū balbutientem futurum, ipſiusq́ linguæ tenacitatem, ſed non ex toto priuabitur locutione. Si autem Mars eis iungatur, ſignificat minorem linguæ tenacitatem, licet non penitus eam reſoluat. Si aūt Iupiter aſpexerit, eius lingua parum impedietur. Et Ptolemæus dixit, quòd ſcietur hoc per gradus directionis qui fuerint inter ipſum & luminare cuius fuerit auctoritas. Iterum ſi fuerint prædictæ infortunæ in principijs ſignorum uel prope, ſignificat q̃ erunt nati impedimenta ab umbilico ſupra. Si autē fuerint in fine ſignorū, uel prope, ſignificat quòd erunt ab umbilico infra. Si autem Luna in illis locis fuerit impedita, idem poteris iudicare.

Iterum de impedimentis ſupradictis ubi erunt & qua de cauſa eueniant, ſecundum Ptolemæum.

Caput VI.

CONſiderabis etiam utrum luminaria uadāt ad coniunctionem dictarum infortunarū Martis atq́ Saturni ipſis in angulis exiſtentibus, uel fuerint in eorum oppoſitione: Lunaq́ in Zenzahar alicuius eorū uel in eius cauda exiſtente Zenzaher. uel in capite uel in cauda draconis uel in ſignis infirmitatum quæ ſunt, ut ait Ptolemæus, Aries, Taurus, Cancer, Scorpio, Capricornus: quoniam ſignificabit hoc quòd natus erit gibboſus uel habebit aliquod membrum deſtructū, uel inuadet eum Azemena, ut claudicatio, diſlocatio, aut alicuius membri officialis diminutio. At ſi fuerint infortunæ iunctæ cum luminaribꝰ corporaliter uel ab oppoſitione uel à quarto aſpectu in hora natiuitatis, idē poteris nunciare. Quod ſi dictæ fortunæ fuerint in decima, fuerintq́ à luminaribus ſeptentrionales, uel fuerint luminaria in quarta, ſignificat quòd iſta impedimenta & iſtæ infirmitates, ut multum uenient per accidentia, multum magna ex quibus ſequuntur terrores maximi atque ultimati, ſicuti ſunt ſubmerſio, præcipitatio in manus inimicorum capitalium, ſeu deſperatorum latronum, aut uiarum abſciſorum nulli parcentium caſus uel per equi calcitrationem, uel bouis cornicationē & ſimilia. Quod ſi Mars fuerit ſeptentrionalis ab ipſis luminaribus, fueritq́ Almutem ſuper aliquo ex locis prædictis, accident prædicta impedimēta occaſione ignis uel alicuius cōbuſtionis uel magnorū uulnerū illatione. Si aūt Saturnꝰ fuerit ſeptētrionalis, fueritq́ Almutem, accident impedimēta quę poterūt nato euenire prædictis occaſionibus ſubmerſiōe uel præcipitatione et paralyſi. Impedimēta quidē quę accidūt

frequentius cum Luna in duobus punctis æquinoctualibus & in duobus ſolſticialibus exiſtit, ſi Luna tantum & ſigna ipſa fuerint impedita ſunt hæc, quoniam cum ipſa fuerit in puncto æquinoctuali uernali, tunc impedimentũ accidens nato, erit proprie morphea, & ſunt maculæ albæ & lepræ particulares & ſunt curabiles. Et ſi fuerit in puncto ſolſticiali æſtiuali, erit impetigo uel eriſipela, & ſimilia. Et ſi fuerit in puncto æquinoctuali autumnali, erit albaras & ſimilia. Et ſi fuerit in puncto ſolſticiali hyemali frequentius contingens, erit lentigo.

Conſiderabis etiam ſi fuerint dictæ infortunæ Saturnus & Mars in angulis iuncti cum luminaribus, uel cum altero eorum, ſi fuerint orientales ab eis, quoniam ſi fuerit Saturnus ſignificabit ægritudines natum demacrantes propter humorum frigiditatem & deſiccantes eius membra atque uulnera atq; nati corpus infirmitatibus plenum, hethicam, tuſſim, uulnera inteſtinorum, & alia uulnera occulta, & quaſdam alias ægritudines ipſius nati corpus exterminantes & deſiccantes, & aliquando ipſum leproſum facientes. Quod ſi fuerit mulier, ægrotabit in ſuis pudibundis. Quod ſi fuerit Mars, ſignificabit ut multum ægritudines, de cauſa calida & ſicca, ſputum ſi quidem ſanguinolentũ & etiam fœtidum, pulmonis ulcerationem atque tracheæ arteriæ, ſenſus amiſſionem, ſcabiem, apoſtemata pulmonis atq; concauitatum prouenientia ex ſanguine aduſto atque cholerico, & etiam euenient ipſi nato impedimenta ex uulneribus & inſciſionibus atque aduſtionibus in eum illatis uel factis propter aliquas ſuas ægritudines, & maxime occultas, ut ſunt fiſtulæ atque ficus & ſimilia quæ in corpore naſcuntur & augmentantur, atq; adſunt ulcera calida, ignea, necnon & ulcera quæ corrodendo creſcunt, & in mulieribus ægritudines quæ ſibi eueniunt propter aborſus et alios ineptos partus. Conſiderabis etiam Mercurium, qui ſi fuerit cum aliqua prædictarum infortunarum in aliquo prædictorum locorum et non aſpexerit eos aliqua ex fortunis, iuuabit illam infortunam in augmentando ſuam maliciam in ægritudinibus atq; impedimentis exercendo, augmentando ſuam maliciã in qualibet ſpecie cuiuſlibet ægritudinis. Iuuant etiam ſigna dictas infortunas in augmẽtando maliciã ipſarum in ęgritudinibus. Nam cum fuerit aſcendens uel ſeptima uel ſexta, uel fuerit coniunctio prædictarum infortunarum in Cancro uel Capricorno, uel Piſcibus uel Leone, uel Scorpione quæ ſunt ſigna ægritudinum, nec tamen ſola, iuuantur prædictæ infortunæ in ægritudinibus quæ corrodendo augmentantur, ut cancer, fiſtulæ, impetigines, & ſimilia carnes nati corrodentia & lepræ, Gemini uero & Sagittarius iuuant eas in faciendo epilepſiam, ſiue morbum caducum, & ſimilia. Cumq; prædictæ ſtellæ fuerint in ultimis partibus ſignorum, ſignificabunt quòd infirmitates nati erunt in partibus poſtremis illius, & accidet hoc propter impedimenta ei cõtingentia, & propter diſcraſiam humorum. quorum occaſione erit lepra & podagra et chiragra, niſi aliqua ex fortunis aſpiciat tunc illas infortunas, uel eis corporaliter iungatur, & erunt infirmitates atque impedimenta quæ illa de cauſa prouenerint ualde grauia & incurabilia. Et dixit Ptolemæus, idem eueniet cum eis aſſociantur fortunæ, fuerintq; infortunæ ſuper ipſas eleuatæ uel magis fortes: cum autem in ſuis dignitatibus & fortiores infortunis quæ ſunt operum occaſiones, fortunæ fuerint, tunc non erunt impedimenta turpia, nec uerecunda, ſed erunt infirmitates leues: hoc autem eueniet cum fortunæ fuerint orientales. Et dixit, Iupiter enim impedimenta occultat & facit quieſcere infirmitates, ſcilicet cum iuuaminibus extrinſecis, ut medicorum & etiam cum expenſis, & eo magis ſi Mercurius cum eo fuerit. Et dixit, Venus autem decorabit impedimenta ſcilicet quia illa occaſione natus uouet ſe deo, & ſic liberabitur ab impedimentis & infirmitatibus uel ſaltem ipſa alleuiat, & etiam iuſtorum incantationibus uel exorciſmis & diuinis prolationibus & experimentis & medicaminibus eas aliquando deliteſcere facit, uelut aliquando in ſomniis & apparitionibus, ut ſi uideatur ſibi dici dormiendo uade ad talem crucem, uel ad talem ſanctum, uel ad talem locum, & liberaberis, & aliquando ſic euenit. Iſta tamen licet pendeant à fide, non ſunt ob hoc abiicienda: multum enim operatur & ualet fides in omni re. Et dixit ſi quidẽ Saturnus cum Venere iunctus fuerit, erit hoc notum & manifeſtum uel eorum æquipollẽs. At ſi fuerit cum ea Mercurius, fiet hoc cum proficuo & lucro patientis, quod eueniet ei cauſa illius ægritudinis.

Ægritudinum ſigna.

De impedimentis animæ ac de ipſius infirmitatibus atque modis.

Cap. VII.

Facta ſuperius mentione de infirmitatibus corporis, ac de ipſius impedimentis, reſtat nunc uidere de infirmitatibus animæ, de ipſiusq; impedimentis aliquid ſubiungendum. Et differunt infirmitates & impedimenta, nam infirmitates animæ prout ipſas accipit aſtrologus, principaliter ſunt duæ, magnanimitas & puſillanimitas, & iſtæ duæ uix aut nunquam poſſunt curari, licet fortè aliquando aliqui curentur ex ipſis: nam magnanimus magna uilipendit, puſillanimus parua magnificat prout dicitur alias. Quædam aliæ ſunt ſecundariæ, ut alacritas, triſtitia, iracundia & ſimilia, quæ facile curantur et remouentur ab anima & recedunt. Impedimenta uero animę ut plurimũ non recedunt, ſed quaſi ſemper inſeparabiliter inſunt, ut cum anima debeat eſſe ſapiens ſecundum æqualitatem & bonitatem, ipſa eſt ſapiens excedenter, ita quòd ex illo exceſſu ſit decepta, uel ſit minus ſapiens quàm eſſe debeat, ita ꝙ neſciat cauere à malefaciẽdo, uel ſit impetuoſa ultra quàm debeat, uel minus timida. Omnia iſta & ſimilia impedimenta, ſunt animæ & talia quæ uix aut nunquam ab ea recedunt. Vnde tu debes aſpicere in natiuitate cuiuſuis nati quale ſit eſſe Mercurij atque Lunę, cum eorum interſit hoc ſignificatum oſtendere qualiter ad inuicem ſe habeãt, & utrum ipſi ſint in angulis uel in eorum ſuccedentibus, et utrum iungantur cum infortunis corporaliter uel per aſpectum: quoniam ſi fuerint ambo ſimul iuncti, uel fuerint iuncti cum fortunis in aſcendente, fuerintq; illæ infor-

Magnanimitas, Puſillanimitas.

Qualitates.

infortunæ ſeptentrionales ab eis, uel obſeſſerint eos, uel fuerint eis oppoſitæ, ſignificabit hoc animam nati multorum impedimentorum futuram. Idem poteris dicere ſi Almutem ſuper aſcendens à dictis infortunis aliquo prædictorum modorum fuerit impeditum. Aliæ autem animę qualitates quæ modum non tranſgrediuntur nec nimis infra ſubſiſtunt, commendabiles approbabilesq; dicentur. Si autem aliæ qualitates quæ prædictis modis non fiunt, ſed propter excedentiam temperamenti naturæ ſuperuenerint, infirmitates animæ dici poterunt. Accident tamen hæc animæ irrationali & non accident rationali. Et accident aliquando quędam ægritudines quæ non ſunt animæ rationalis, licet fortè uideatur in parte apta nata poſſe ſuſcipere impreſſiones, ſicut uidemus in quibuſdam epilepticis, in quorum natiuitatibus Luna et Mercurius non aſſociantur ſimul, nec cum domino aſcendentis nec cum eius Almutem, fueritq; Saturnus in natiuitatibus diurnis, & Mars in nocturnis. Et dixit Ptolemæus, ita tamen quòd ipſe huic qualitati dominetur, ſcilicet Saturnus in diurnis, uel Mars in nocturnis. Quod ſi natiuitas fuerit nocturna, tunc prædominabitur Saturnus, Mars uero in die illi qualitati. Et ægritudines illæ quæ tunc ſuperuenerint animæ, dicentur inſania & ſimilia, & eo magis ſi Luna & Mercurius non aſſocientur ſimul uel cum domino aſcendentis, & aliquis prædictorum malorum ſit in angulo, & fuerit hoc in Cancro uel Sagittario, aut Piſcibus. Saturnus tamē magis dæmoniacos, Mars uero magis furioſos efficiet. Et accident iſta ex ſuperflua humiditate abundante in eorum cerebris, & erit eorum occaſio exiſtentia infortunæ in angulis cum qualitate prædicta, & eo magis ſi fuerit Saturnus in ſuo eſſe, uel Mars in ſuo, ſuper Lunam eleuatus, & ipſa iuxta exitum de ſub radijs Solis, & dominus domus in qua ipſa fuerit iunctus Saturno, fueritq; natiuitas coniunctionalis, uel Marti, & natiuitas ſit præuentionalis, ipſo quoque in Sagittario uel Piſcibus commorante. Si uero Saturnus & Mars in natiuitatibus prædominentur, fuerintq; ambo Almutem ſuper ipſa erunt prædictæ infirmitates, epilepſia, inſania, mania & ſimilia, incurabiles, nō tamen multum intenſe nec multum pacificabuntur. Quod ſi Iupiter & Venus in loco prædictarum infortunarum fuerint, fuerintq; in aſcendente, infortunæ uero in ſeptima, erunt ægritudines prædictæ curabiles, etiam ſi multum uideantur intendi. Quod ſi ſolus Iupiter cum Luna iungatur, ſignificat ægritudines illas tam per dietas quàm per medicinas, minus tamen grauiter curaturas. At ſi Venus ſola Lunæ aſſocietur, ſignificat quòd Pſalmis uel exorciſmis uel incantationibus, uel alicuius ſancti precibus ſine interceſſionibus aut diuinis orationibus & ſimilibus uidetur quòd curari poſſit. Si uero infortunæ prædictæ fuerint in aſcendente, Iupiter uero & Venus fuerint in ſeptima, exiſtente qualitate prædicta, ſignificat ægritudines prædictas incurabiles & intenſas, ualdéque fortes & manifeſtas, & clamoroſas atque timoroſas futuras, & quòd tales infirmi erunt, inſtabiles, nec retinebuntur, niſi uinculati ſiue incarcerati, & quòd contra quoſlibet tam ſuos quàm alienos turpia uerecundabiliaq; dicent, turpiaq; facta ſimiliter exercebunt. In dæmoniaca uero infirmitate, dicetur quòd eius occaſio ſit quædam humiditas quæ ſenſum auſert, & poſt ablationem ſenſus eum fureré facit, nec dimittit eum uti ſenſibus corporeis, & ſic dum aliquando furia torquentur, & etiam cum aliquando furia non uexantur, futura prædicunt, & aliquando faciunt hi tales inſultum in homines & percutiunt ipſos & his ſimilia faciunt. *Infirmitas dæmoniaca.* Sunt & aliæ qualitates aliarum ſtellarum iuuantes qualitates prædictas. Nam ſi Sol fuerit cum Marte in prædictis locis, uel in angulis, & ſpecialiter in aſcendente uel in ſeptima, augebunt inſaniam. Si uero Iupiter cum Mercurio ſocietatem habuerit, augmentabitur epilepſia. Venus uero augmentat ea quæ prædicuntur per prædictos infirmos. Si quidem Saturnus cum Luna in prædictis locis permanſerit, paſſiones dæmoniacas & humiditatum nociuarum abundantiam augmentabunt: impedimenta ſimiliter ac animæ rationalis nocumenta eiusq; infirmitates accreſcent. Et hæ prædictæ infirmitates ſunt illæ quæ cura prædictarum qualitatum curari conſueuerunt. Ea uero quæ differunt à prædictis, illa ſcilicet quæ recipiunt diſpoſitionem in anima non rationali cum augmento uel diminutione, conſiderantur in rebus naturaliter accidentibus, & in utroque ſexu apparebunt, ad quæ uidenda & cognoſcenda oportebit nos aſſumere talem modum per quem ad eorum cognitionem peruenire poſſumus: uidelicet, aſpiciamus Solem ſi cum Luna aſſociatus non fuerit, nec cum domino aſcendentis, nec fuerit in aſcendente, fueritq; Saturnus in natiuitatibus diurnis in angulo, & Mars in nocturnis, fueritq; alter eorum Almutem ſuper aſcendens, uel ſuper domum in qua fuerit dominus aſcendentis, aſpexeritq; Mars aut Venus Solem aut Lunā, & fuerit dominus domus in qua fuerit Luna iunctus Saturno, ſi natiuitas fuerit coniunctionalis, uel Marti, ſi fuerit ipſa præuentionalis, & principaliter in aliqua domorum Iouis: & fuerint infortunæ prædictæ uincentes in figura illius natiuitatis, ſintq; Luna & Sol in ſignis maſculinis, ſignificat quòd ægritudines animæ non rationalis erunt excedentes modum naturalem in actibus Veneris & ultra conceſſum à natura eis utetur. Innata uero, ea quæ ſibi naturaliter permiſſa fuerint, muliebri natura in uirilem tranſmutata, eis modo uirili aſſueſcet, eis autem quæ ſibi natura prohibuerit, ſe indebitæ admiſcebit. Præterea, ſi Mars aut Venus in ſignis maſculinis, & in quartis maſculinis, in natiuitate alicuius extiterit, nec fuerit aliquod ex luminaribus cum eis iunctum, nec cum domino aſcendentis, nec cum domino ſigni, in quo fuerit ipſe, ſignificat quòd natus uel nata circa Venereos actus nimis ſolicitabit, eiusq; intentionem in eis ponet, ac in eis conuerſabitur, & dicta turpia contra legis permiſſionem leuiter ac indecenter cōmittet, ſi fuerit uir. Si uero fuerit mulier, in naturalis actus uenereos affectabit, eosq; plus debito exercebit, commiſcebitur libenter & inhoneſte cum mulieribus. Et dixit Ptolemæus, ſi Venus ſola maſculina fuerit, id quod

inde

inde perpetrabitur erit occultum & ignorabitur. Sed ſi Mars maſculinus extiterit, ita erit illud manifeſtũ quod quandoq; mulieres quæ cũ eis cõuerſabuntur, quaſi ſibi proprias uxores fore demõſtrabunt. Si autẽ ambo fuerint maſculini, erit res inter utrũq;, ſcilicet nec ex toto manifeſta, nec ex toto occulta. Item dixit Ptolemæus, quòd ſi eædem ſtellæ in prædicti cõtrarium fuerint, ſcilicet quod ſola luminaria cum prædictis qualitatibus in ſignis fœmininis extiterint, mulieres ea quæ ſibi naturalia ſunt, operabunt, uiri aũt ea quæ ſibi ſunt contra naturam committent, & cum mollicie ac fœmineitate animæ naturalia tranſgredientur. Si aũt ſola Venus fuerit fœminina, illegitimos actus uenereos mulier nimis adimplebit, et cũ quolibet, ita q; nulli coitũ denegabit, ſiue difformis ſit coitus, ſiue cõtra legem: homines aũt erunt effœminati & molles, & ad uenereos actus ualde procliues, nec prohibebũt aliquem ab illicito coitu, nec ab eius turpitudinib⁹, hoc excepto, q; perpetrabũt illud in occulto. Item ſi Mars fœmininus extiterit, ita q; non Venus, iſtorũ duorum, ſcilicet fornicationẽ & turpitudines actuſ que illicitos detectos & abſq; frontis rubore faciũt, ita quòd præ nimia detectione blaſphemabuntur. Orientales in figura ſcilicet à Sole qualitates Veneris & Martis in maſculinitate detectionẽ adiuuãt, eorumq; ueſpertinalis à Sole & occidẽtalis qualitas in figura fœmineitate iuuat occultationem. Similiter etiam ſi Saturnus cum eis fuerit, horriditates, putredines, magnamq; uerecundiam eos incurrere iuuat, ſcilicet natum & natam, eo quòd ipſius natura unumquodque iſtorum de more iuuat. At ſi Iupiter cum eis fuerit, rerum pulchritudinem atq; decorem, aptamq; uerecundiam augmentabit. Et ſi cum eis Mercurius fuerit, rerum detectionem & futurorum feſtinationem, ſuarumq; ſpecierũ multitudinem et augmentum adiuuabit.

¶ De ſeptima domo,

De coniugijs nati, ac de ipſius ſocijs, eiuſq; inimicis palam ſibi aduerſantibus.

Caput I.

FActa mentione in capitulo præcedenti de ſeruis & minoribus animalibus atque infirmitatibus nati, uidendum eſt immediate de ipſius nati coniugio atque ſocijs, necnon & ipſius inimicis, palam ſibi aduerſantibus. Conſiderabis igitur in his ſeptimam & eius dominum, et quis ex Planetis inueniatur in ea, unus ſcilicet aut plures, Lunã quoque ac Venerem, necnon & coniugij partem & Planetam in cuius domo ipſam inueneris: & aſpicies Planetam qui fuerit Almutem ſuper locis illis uel ſuper angulis figuræ natiuitatis quam quæris, & eorum ſuccedentibus, uidebisq; ſi fuerint liberi ab impedimentis quę pluries dicta ſunt, atq; fortunati & fortes: qui ſi fuerint iuncti domino aſcendentis natiuitatis, uel eius Almutem omnes uel aliqui eorum, & maxime dominus ſeptimæ uel Almutem ſuper ipſo à trino uel ſextili aſpectu, & eo magis ſi receptio interueniat, ſitq; ipſe leuior domino aſcendẽtis, ſignificat quòd natus nubet in uxorem bonam & aptam, & cum qua ipſe gaudebit ad ſuum uelle. Si autem fuerit aſpectus prædictus ſine receptione, uel fuerit aſpectus quartus cum receptione, ſignificat quòd natus nubet, ſed erit eius connubium multum infra prædictum. Si autem fuerit quartus ſine receptione, erit iterum ualde magis infra ipſum. At ſi dominus aſcendentis fuerit iunctus domino ſeptimæ, ita quod ipſe ſit leuior eo, ſignificat natum cum mulieribus copulari deſideraturum. Si quidem ſignũ ſeptimum fuerit Cancer uel Scorpio aut Piſcis uel fuerit coniunctio domini ſeptimæ, uel eius Almutem cum domino primæ, uel eius Almutem in eis uel ex eis uel aliquo illorum, ſignificat natum plures uxores ſiue magnam copiam aliarum mulierum habiturum. *Plures uxores.* Si quidem contrarium eius quod dictum eſt inueneris, poteris contrarium iudicare. Quod ſi Venus fuerit tunc in angulo uel in ſuccedenti eius, fortunata ſcilicet atque fortis, dominiq; triplicitatis ſigni quod ipſa tunc poſſederit ſimiliter, fuerintq; ipſa & ipſi orientales, ſignificat natum in ſua iuuentute matrimonium contracturum, ipſumq; futurũ cum mulieribus fortunatum atq; ab eis dilectum. *In iuuentute matrimoniũ* Idem dicas, ſi tu inueneris Lunam in prima quarta ſui menſis uel in tertia, ſcilicet in ſeparatione ipſius à Sole uſque ad medietatem ſui luminis, uel à præuentione uſq; ad medietatem diminutionis ipſius, quæ duæ quartæ prout alibi teſtatur à Ptolemæo, dicuntur orientales: tardabitur tamen eius coniugium aliquid plus, & contraher illud cum iuuencula, eritq; fortunium eius cum mulieribus, minus tamen quàm ſit prædictum. Si autem Venus fuerit impedita, cadens ſcilicet uel combuſta, uel retrograda, uel iuncta malis, fuerintq; domini triplicitatis ſigni in quo ipſa fuerit impediti, uel fuerint ocӧdentales ipſa & ipſi, uel fuerint inter aſcendẽs & quartam, uel inter ſeptimam & decimam, uel in ſecunda quarta menſis lunaris, uel in ultima, quas duas quartas Ptolemæus appellat occidentales, ſignificat quod poſtponetur eius coniugiũ, & nubet poſt iuuentutem in ſua magna ætate & in uetulam cauſaq; mulierum erit infortunatus. *Serum matrimonium.* At ſi Venus fuerit libera, fortunata ſcilicet atque fortis, fueritq; in angulo uel in eius ſuccedenti, & domini triplicitatis ſigni quod ipſa tunc occupauerit impediti, ſignificat quòd natus nubet cum muliere bona & conueniente atque decenti, ſed tamen ſequetur malum & detrimentum cauſa illius coniugij. Quod ſi Venus tantum fuerit impedita, fuerintq; domini triplicitatis ſigni in quo ipſa fuerit ab impedimentis liberi, ſignificat natum cum inepta muliere atque diſconuenienti matrimonium contracturum, eritq; tamen cauſa illius coniugij fortunatus: & ſequetur inde utilitatem & conueniens bonum.

Et dixit Aboali, Si fuerit Venus in natiuitatibus mulierum uel uirorum à malis & ab impedimentis libera & in locis aptis, ſignificat bonam & aptam deſponſationem. Si autem fuerit impedita & in malo loco, ſignificat deſtructionem & malignitatem deſponſationis. Aomar uero dixit, ſi Venus fuerit exaltata ſuper Saturnum ex decima, erit coniugium in media ætate, in tempore ſibi conuenienti, & erit coniugium medium, & filij

ſimiliter

ſimiliter. Cum autem fuerit Venus in natiuitate ali
cuius in ſigno mobili & maxime in Cancro uel Ca
pricorno, ſignificat firmam ſtabilitatem nati ſuper
unam uxorem. Si quidem fuerint Luna & Venus
inuicem oppoſitæ uel in quarto aſpectu ſignificat
malum atque impedimentum in coniugio. Et ſi
fuerint in Geminis aut Virgine uel Sagittario ſiue
in Piſce, ſignificat natum cum pluribus una mulie-
re coniugium contracturum.

De modo uenerei actus nati. Caput II.

ASpicies etiam utrũ Venus ſit in Ariete uel
Scorpione, ſitq; Mars in Tauro uel Libra,
quoniam hoc ſignificabit exceſſum cultus
uenerei abundaturum in nato illo, & impedimen-
tum in perſona ſua & ſuarum rerum deſtructio-
nem illa de cauſa. Quod ſi fuerit Venus in Capri-
corno uel Aquario, fueritq; Saturnus in Tauro uel
Libra, uel fuerit in Geminis aut Virgine, fueritq;
Mercurius in Tauro uel Libra, aut fuerint Venus
& Mercurius in Capricorno uel Aquario, fuerintq;
iuncti ſimul, & fuerit unus petens coniũctionem
alterius, ſignificat turpitudinem coitus nati, ac ipſi-
us in ſodomiticum uitium exercitationem, delecta
biturq; plus turpitudine coitus uirorũ quàm mu-
lierum. Si quidem Venus fuerit in domo uel exalta
tione ſua, eleuabitur mulier ſuper natum illum, &
prædominabitur ei, & eo magis, ſi fuerit dominus
ſeptimæ ſeptentrionalis à domino aſcendentis. Si
autem fuerit in triplicitate uel termino ſuo prædo-
minabitur ei, ſed ualde minus. At ſi fuerit in facie
ſua, prædominabitur iterum multum, ac pluri-
mum minus. Et dixit Aomar, ſi uero fuerit Ve-
nus & Sol & pars coniugij aut plures ſignificato-
rum nati et dominus domus coniugij in Ariete aut
Leone aut Libra ſeu Capricorno quæ ſunt ſignifi-
cantia fœditatem coitus, ſignificat natum futu-
rum ſuperfluum in coitu ſuperfluitate turpi atque
fœda. Quod ſi fuerit Venus corporaliter iuncta
Marti, uel in eius oppoſitione uel quarto aſpectu,
fueritq; Mars in Ariete uel Scorpione ſeu Capricor
no, ſignificat quòd natus erit turpiter & turpi coitu
abutens, & eo magis ſi fuerit Venus in ſigno ma-
ſculino, quoniam tunc deturpabitur illi turpi uicio
ſodomorum. Si autem fuerit in ſigno fœminino,
deludetur à mulieribus. Si quidem fuerit mulier, &
fuerit in ſigno fœminino, erit inſaturabilis & inſa-
turata coitu et meretrix fiet. Si autem fuerit in ſigno
maſculino, abutetur mulieribus & affectabit eas fri
care, & delectabitur etiam incuruari ſuper uiros.

Qualis ſit uxor nati futura. Caput III.

ET dixit Aomar, Mercurius cum fuerit Almu-
tem ſuper Venerem & Lunam ac domũ mu
lierum & partem earundem uel ſuper plu-
res earum, erit uoluptas nati in pueris, & delecta-
bitur in deludendo ipſos. Si aũt fuerit Luna combu
ſta & aſpexerit eam Saturnus ex oppoſitione uel
quarto aſpectu, nec aſpexerit eam Iupiter nec rece-
perit eam Saturnus, ſignificat natum uxorem non
accepturum. Si aũt Luna ex trino uel ſextili aſpectu
cum fortunis iuncta fuerit, ipſaq; boni eſſe ac bene
diſpoſita & cum receptione, ſignificat natum bonũ
& utilem atq; cõuenientem, & aptam uxorem acce
pturum. Si aũt cum infortunis iuncta fuerit, con-
trarium pronoſticabis. Nam ſi Saturno à trino uel
ſextili aſpectu iuncta fuerit, ſignificat nati uxorẽ la
borioſam, feralem, rigidamq; futurã. Si aũt à 4. uel
oppoſitione, ſignificat eam uilem atq; fœtidã et in-
ſulſam. Si uero fuerit iuncta Marti, ſignificat eam
indoctam, indomitã, male intelligentẽ, inſtabilem,
atq; deuaſtatricẽ. q; ſi fuerit Mars boni eſſe, minuet
de malicia illa: & ſi fuerit mali eſſe, addet in malicia
& faciet eam fornicatricem. Si quidẽ cum Ioue iun
cta fuerit ipſoq; nõ impedito, ſignificat eam bonã,
cõuenientem & idoneã atq; ad res familiares diſpo
nendum ſagacem et ſapientẽ. Quod ſi cum Venere
fuerit iuncta, ſignificat eam iocoſam lætã & ualde
pulchrã. Si aũt Venus fuerit impedita uel Mercuri⁹,
erit ſignificatũ infra hoc quod dixi. At ſi cũ Mercu-
rio iuncta fuerit, ſignificat eam bene ſtudioſam, be
neq; ſolicitã ac intelligentẽ. Et dixit Ptolemæ⁹, ſi
cum Ioue uel Saturno ſiue Mercurio Venus extite-
rit, in his quæ ad uitam pertinent et ſatis proderit,
ſcilicet uxor uiro, ipſum etiam & filios multũ ama-
bit. Et dixit Aomar, Venus cum fuerit in domib⁹
Saturni & aſpexerit eam Saturn⁹, erit natus frigid⁹
in coitu. Similiter cum uicerit Saturnus & fuerit Al-
mutem ſuper domũ coniugij dum nõ aſpexerit do
minus ſeptimę ſeptimã & dominus Lunę Lunam,
dominus quoq; partis cõiugij, partem coniugij, &
domin⁹ Veneris Venerem, tunc natus nõ guſtabit
guſtum mulierũ et nõ nubet. Et dixit, cum fuerit ſi
militer Almutẽ uictor ſuper aſcendens & Lunã &
Solem & partem fortunæ, coniunctionẽ quoq; ac
præuentionẽ quæ fuerit ante natiuitatem ſecundũ
eſſe quod dixi, & plures Planetarũ fuerint fortunę,
erit natus effœminatus & mollis. Et ſi uicerint in
ſupradictis locis in natiuitatibus fœminarum Pla-
netæ maſculini, puella quę nata tunc fuerit, erit ui-
rilis quaſi maſculus.

¶ De ſupradictis per partem coniugij.

ASpicies etiam partem deſponſationis, & domi-
num domus in qua ipſa fuerit uel eius Almu-
tem, quos ſi inueneris in angulis uel in eorum ſuc-
cedentibus, fortunatos ſcilicet atque fortes iunctos
cum fortunis, ſignificat hoc quòd nat⁹ nubet cum
bonis mulieribus & pulchris atq; conuenientibus.
Si autem fuerit pars cadens et Planeta prędictus ſal
uus, uel fuerit Planeta impeditus & pars fuerit ſal- *Partes deſponſationis.*
ua, ſignificat mediocritatem prædictorum. Quod ſi
fuerint pars & planeta cadentes & impediti nec a-
ſpexerint eos fortunæ, ſignificat quòd natus cum
uilibus & inceſtis mulieribus matrimonium conſu
maturum. Si autem Planeta qui aſpexerit partem
deſponſationis uel dominum ſigni in quo ipſa per
manſerit, fuerit fortuna fueritq; in angulis direct⁹,
ſignificat quòd natus cum pluribus mulierib⁹ con
trahet matrimoniũ, & cum bonis atq; uicijs carenti
bus. Si uero fuerit infortuna, fueritq; impeditus, ca
dens ſcilicet retrograd⁹ uel cõbuſtus, ſignificat natũ
cum mulierib⁹ nullius utilitatis, nullius bonitatis,
nullius proficui plenisq; uitijs matrimoniũ contra
cturum. Quod ſi tunc Venus aſpexerit Saturnũ, &
eo magis, ſi fuerit aſpect⁹ à quarto uel ab oppoſitio
ne, fuerit alter illorum cadens ab aſcendente, nec a-
ſpexerit aliquem eorum Iupiter, ſignificat natum
mulieri-

mulieribus parum delectaturum, & ſi nupſerit parum delectabitur in coitu ſeu libidine, & quaſi nihil. *Veneris decreta.* Conſiderabis etiam ſi Venus fuerit in Tauro uel Cancro uel Libra ſiue in Piſce: quoniam ſignificabit hoc quód natus ſit cum mulieribus ſibi propinquis matrimonium contracturum. Si autē fuerit Venus in Sagittario uel Piſce, uel Iupiter in Tauro uel Libra, ſignificat nati deſponſationē magis uergentem ad latus maioritatis quàm minoritatis, & bonitatis quàm malicíei: & laudabiť ab hominibus laudatione conuenienti. At ſi fuerit in Capricorno uel Aquario, ſignificat natum mulieri an noſæ matrimonialiter copulaturū. Quod ſi fuerit in Geminis uel in Virgine, ſignificat eum cum ignobili atq; uili muliere ſeu pediſſequa uel fortè ancilla matrimoniū contracturum. Si autem fuerit Planeta ſignificator mulieris liber in domo uel exaltatione ſua, ſignificat eum cum nobili muliere matrimonium cōtracturum. Si autem fuerit in alijs ſuis dignitatibus, ſignificat eum cum alqs competentibus mulieribus contracturum. Si autem fuerit receptus, ſignificat eum cum uili non tamen multū, copulaturum. Si uero fuerit peregrinus nō receptus, ſignificat eum cum ancilla matrimonium contracturum. *Nota* Si autem fuerit in Cancro, ſignificat quód natus matrimonium cum incongrua muliere atq; maligna, nec eum gaudere nec quieſcere permittenre contrahet. Et præterea cum Venus in Tauro uel Libra uel Piſce fit in angulo uel in eius ſuccedenti libera ab impedimentis, combuſtione ſcilicet atque retrogradatione ac malorum coniunctione atq; aſpectibus, dic quód natus ſit bonum atque aptum coniugium cōtracturus, & quód inde ſequetur bonum, & eo magis, ſi tunc aſpexerit eam Iupiter nec ullo malo modo ipſe impeditus. Et iterum magis, ſi receptio interuenerit. At ſi fuerit Venus orientalis, ſignificabit aliquale dominium mulieris ſuper uirum, per modum tamen alacritatis & ludi & tripudij. Si uero fuerit occidentalis, uel fuerit in Virgine, ſignificat paucitatem dilectionis nati cum ſuis uxoribus, & etiam cum alijs mulieribus, niſi fortè Iupiter tunc aſpexerit Venerē. Quod ſi uideris eam impeditam retrogradam ſcilicet uel combuſtā, aut cadentem, dic quód tardabitur matrimonium nati, eritq; ſibi cum grauitate atq; contrario. Si autem fuerit aſcendens Aries uel Scorpio, fueritq; Venus combuſta, ſiue ante ſiue à tergo, ſed à tergo potius, ſignificat natum cum ægrota muliere, tamē ægritudine abſconſa, matrimonium contracturum.

De tempore uxoris quando accipietur & de numero uxorum & de durabilitate in generali.

Caput IIII.

Eritq; contractio illius matrimonij quando peruenerit annus illius natiuitatis ad eius ſeptimam, uel fuerit eius ſeptima aſcendens reuolutionis natiuitatis, ſignificat deſponſationem in illo anno uel erit quando ſignificabitur per directionem Lunæ ad Planetam ſignificatorē deſponſationis. Et dixit Aboali, ſi fuerit illud ſignum mobile, ſignificat deſponſationem plurium mulierum. Idem dicas ſi fuerit Luna iuncta pluribus Planetis in eodem ſigno, uel cum eis Ictiſal habuerit ex trino uel ſextili aſpectu. Si autem fuerit ſignum commune, duas tantum mulieres deſpōſabit. Si uero fuerit fixum, uel fuerit Luna tunc uacua curſu, uel cum uno tantum Planeta fuerit iuncta, uel Ictiſal habuerit natum cum una tantū m. . ere m. . rimonium contracturum iudicabit. Aſpicies quoq; ſeptimam et quartam, ſi fuerit natiuitas uiri ſi in aliqua ipſarum, ſteterit aliqua ex infortunis: quoniam ſignificat hoc mortem uxorum nati. Si autem fuerit natiuitas mulieris eius uiri. Quod ſi fuerit occidentalis fueritq; peregrina iuncta infortunis uel in earū quarto aſpectu uel in earum oppoſitione, ſignificabit feſtinam mortem ipſarū. Videbis etiam in natiuitatibus maſculinorum, ſi omnes ſignificatores uel maior pars eorum ſint fœminini: quoniā ſignificabit hoc quód natus erit uilis, effœminat, mollis, ſtupidus, iners, humidus, ita quód nō uidebitur habere oſſa ac ſi totus eſſet caro. Et dixit Aomar quód uita iſtorum talium ut multum ſolet abbreuiari propter humiditatis multitudinem in eius complexione uincentem. In natiuitatibus autem mulierum ſi maior, pars ipſorum ſignificatorū fuerint maſculini, erit nata illa uirago quaſi uir: poterit enim excepto ſexu uir potius quàm mulier appellari, et talium uita propter multitudinem ſiccitatis prædominantem in eis ſolet abbreuiari.

¶ De coniugijs fœminarum.

Solis decret. Ptolemæus uero dixit, quód debemus in coniugijs fœminarum conſiderare qualitates ſolares in earum natiuitatibus dicens: oportet enim nos uidere utrum Sol in aliqua duarum quartarum orientalium quæ ſunt ut ſuprà dictum eſt à decima uſq; ad aſcendēs, & à quarta uſq; ad 7. inueniatur: quoniam ſignificabit hoc natam in ſua iuuentute uiro per matrimonium deſponſaturam, uel in ſenectute iuuenem & nō ſenem in uirum accepturam. At ſi fuerit Sol inter aſcendens et quartam, uel inter ſeptimam & decimam, eius coniugium tardabitur, uel ipſa exiſtente iuuēcula nubet in ſenem. Quod ſi fuerit Sol à principio Arietis uſque ad medium Tauri, uel à medietate Leonis uſque ad finem Virginis, uel à medietate Scorpionis uſque ad medietatem Aquarij, fueritq; ſignificator natæ orientalis, fient prædicta in iuuentute ſua uel cum iuuene. Si autem fuerit Sol à medietate Tauri uſque ad medietaē Leonis. uel à principio Libræ uſque ad medietatem Scorpionis, uel à medietate Aquarij uſq; ad finem Piſcium, fueritq; ſignificator occidētalis, fient in ſenectute uel cum ſene cōiugabitur. Et dixit Haly, quód ſi fuerit ſignificator ſub radijs, ſignificatur quód habebit nullā. At ſi fuerit Sol in ſigno fixo uni tantum uiro, copulaturam eam ſignificabit. Quod ſi fuerit in ſigno illo aliquis Planeta orientalis eum iuuenem futurum nunciabis, & poterit eſſe quód aliū poſt illum acquiret. Si autem fuerit occidentalis erit de iuuentute iam egreſſus. Si uero fuerit in ſigno communi, eam duos uiros habituram pronunciabis. Quod ſi aliqui Planetę orientales in ſigno illo reperiantur, pro unoquoq; illorum illis uirum alium adiunges. Sed ſi non ſint boni eſſe, pauciores maritos ſignificabunt.

Si quidem fuerit Sol in ſigno mobili, natam multos uiros habituram iudicabis.

¶ Qualis

¶ Qualis ſit futurus maritus ſponſæ.

Mariti per Planetas.

VIdebis etiam ſi tunc Saturnus cum Sole ſocietatem ex trino uel ſextili aſpectu habuerit, quoniam illud ſignificabit uirum natæ ſapientem, pro- ♄ bum, iuſtum in ſuis factis atque alienis ſolicitum & ☉ cum ♃ laborioſum futurum. Si autem Ioui Sol aſſociatus fuerit, ſignificabit hoc nato uirum humilem, manſuetum, magnanimem atq; bonæ cogitationis exti- ♂ turum. At ſi cum Marte Sol aſſocietur, ſignificat illius puellæ uirum indomitum, crudelem, non placabilem, inobedientem, malæq; cogitationis uentu- ♀ rum. Si quidem cum Venere Sol aſſocietur, ſignificat illius uirum probum, decentem atque pulcher- ☿ rimum & formoſum futurum. At ſi cum Mercurio Sol aſſociatus fuerit, laborioſum & in rebus ad uitam hominis pertinentibus proficiẽtem, futurum *Venus* demonſtrabit. Quod ſi Saturno Venus iuncta fue- ♄ rit, ſignificat natæ uirum feſſum atq; à uenereo cul- ♃ tu ſe refrenantẽ. Si quidem ipſa Ioui iungat, ſignificat eius uirum bonum, caſtum, honeſtum, atq; ue- ♂ recundum futurum. Si autem fuerit iuncta Marti, ſignificat uirum natæ calidæ complexionis, fornicatorem & in cultu uenereo ſe libenter exercitan- ☿ tem atque ſolicitantem extiturum. At ſi cum Mercurio iuncta fuerit, ſignificat quòd erit pronus in diligendo uxorem, non tamẽ erit firmus dilector, neq; ſuum diligere bene continuans, diliget tamen ſuos filios & in eos pietatem habebit. Si autem Sol ☉ ☾ & Luna ex trino uel ſextili aſpectu ſe aſpexerint in utrorumq; natiuitatibus, ſcilicet uirorum atq; mulierum, ſignificat quòd matrimoniũ quod contraxerit natus uel nata, non diſſoluetur niſi magna de cauſa hoc eueniat. Si uero Sol & Luna non ſe aſpexerint, uel aſpexerint ſe à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, uel aſpexerint infortunæ aliquem eorũ, ſignificat quòd litigium uel ſeparatio erit in eorũ coniugijs. Nam ſi aſpexerint infortunæ Lunam in natiuitate uiri, erit diſſenſio ex parte uiri. Si autem aſpexerint Solem in natiuitate mulieris, erit diſſenſio ex parte mulieris. Et ſi ſteterit matrimoniũ, cum litigio & duritia et contentione atque odio permanebit. At ſi fortunæ Solem aut Lunam aſpexerint, ſignificat ſi Lunam uiri, ſi Solem mulieris matrimonium in iocunditate & lætitia, dilectione atque ualitudine permanſurum. Si autem mali & boni Soli uel Lunæ ſimul teſtificentur, ſignificat matrimonium diſſoluturum, licet non ſimpliciter & poſt illam diſſolutionem reiteraturum & in quiete atque in dilectione permanſurum. Quod ſi aſpexerint mali Solem à quarto aſpectu, uel ab oppoſitione, niſi receperint eum quòd habet minuere de malicia ipſorum, ſignificabit quòd illud diuortium erit cum lite atque atrocitate ſimili & ferocitate magna et querimonia ſimiliter. Vnde ſi aſpexerit tunc Mercurius illos malos, diuulgabitur tunc illud diuortium & cadet in rumorem gentium. Siquidem Venus illis malis teſtificata fuerit, ſignificat quòd accidet diuortium ſuſpicione adulterij uel ſimilium.

Qualiter matrimonium per ſignificata Veneris, Martis atq; Saturni percipiatur. Cap. V.

ASpice in re iſta ſi Venus aut Mars uel Saturnus corporaliter uel à bonis aſpectibus ad mixtione conuenienti coniungantur, quoniam illud ſignificabit quòd natus ſeu nata bono & utili atque legitimo matrimonio iugabuntur. Quoniam ſi Venus Marti bono aſpectu iungatur, et aſpexerit Luna Martem aut Venerem ex dicto aſpectu, ſignificabit cum muliere iuuencula matrimonium contracturum. Quod ſi Saturno Venus iungatur, uxorem uetulam deſponſabit. Atq; ſi Sol cum eis uel cum aliquo ipſorum iunctus fuerit, ſignificat natam cum uiro iuuene facturã illud idẽ. Quod ſi Mercurius illis iunctus fuerit, fient prædicta manifeſte ſimiliter & diuulgabuntur. Et dixit Ptolemæus, quòd ſi fuerint in ſignis quidem utrique communibus, ut Capricornus et Libra, ſignificabit q; propriæ ſorori uel ſuæ propinquæ coniugabitur, uel ſtuprum cum ipſa perpetrabit. Quod ſi Luna in maſculinis natiuitatibus cum Venere, Marte atq; Saturno iuncta fuerit, ſignificabit quòd natus cum duabus ſororib⁹ uel cum duabus ſibi propinquis uel ex propinquitate parentelæ attinentibus, inceſtum committet. Si autem in alicuius mulieris natiuitatem Luna in ſignis Veneri & Marti cõmunibus inueniatur, ſignificat natam cum duobus fratribus uel cum duobus de ſuis ſtrictis conſanguineis inceſtum ultimabit. Et ſi Saturno in prędictis ſignis Venus iungatur, ſignificat matrimonium idoneum atque longo tempore duraturum. Et ſi cum hoc, Mercurius Veneri atque Saturno applicet, erit matrimonium illud cum proficuo, ſimiliter & utilitate bona & conuenienti. Quod ſi cum hoc etiam Mars cum eiſdem iunctus fuerit, ſignificat quòd coniugium nati ſeu natæ non erit utile coniugaris, neque durabile, ſed potius uelociter deſinens atq; nociuum. Si autem diſpoſitio Veneris fuerit uelut diſpoſitio Martis & Saturni & ipſa fuerit in domo uel exaltatione uel termino uel triplicitate alicuius eorum, uel in ſigno ſibi & illi communi, ſignificat quòd mulier uiro ſibi coeta neo coniugabitur. Quod ſi omnes orientales extiterint, fueritq; Venus plus à Sole orientalis, ſignificat natum uiro ſe iuniori adhæſurum. Si autem natiuitas fuerit uiri, ſignificat eum uxorem ſe iuniorẽ accepturum. At ſi fuerint occidentales & ipſa plus alijs, ſignificat natam cum uiro ſe longæuiore matrimonium contracturam, atque uirum uxorem ſe magis annoſam deſponſaturum. Et dixit Ptolemæus, ſi Venus & Saturnus in ſignis ſibi communibus commorẽtur, ut ſunt Capricornus & Libra, erit coniugiũ inter conſanguineos. Si autem huius prædictæ qualitatis Luna fuerit, & in aſcendẽte uel cœli medio qualitas ipſa permãſerit, natus cum matre uel nouerca ſeu matertera, mulier uero cum prole propria uel patre uel ſororis filio ſeu cum ſuo genero uel patruo uel matris uiro Veneri militabit & delinquet. Et dixit, q; ſi Sol iſtius prædictæ qualitatis extiterit, & Planetæ occidentales fuerint, natus filiæ uel ſui fratris ſeu ſororis natæ aut proprij filij cõiugis cubilia inceſtabit. At ſi qualitas prædicta in ſignis naturaliter maſculinis, quę ſunt Aries, Gemini, Leo, Libra, Sagittarius, & Aquarius: uel in ſignis naturaliter fœmininis, quæ ſunt Taurus, Cancer, Virgo, Scorpio, Capricorn⁹, & Piſcis: uel in locis accidentaliter maſculinis quæ ſunt quartę orientales, uel accidentaliter fœmininis quæ ſunt quartæ occidentales, uel in domibus accidentaliter maſculinis, quæ ſunt prima, 3. 5. 7. 9. 11. uel accidẽtaliter fœmini

Signa Maſculina, fœminina.

nis,ut ſunt ſecunda,quarta,ſexta,octaua 10.& 12. uel in dignitatibus ſuis fuerit,ita quòd ſit Venus in ſignis maſculinis,Mars uero & Saturnus in ſignis fœmininis,uel contra,ſignificat quòd natus ſeu nata cultui uenereo plus quàm deceat ſubiacebit,nec uir in agendo nec mulier in patiendo modis omnibus quibus luxuriatꝰ ſe grauari oſtendet. At ſi prædicta qualitas prope ſtellam fixam Aldebaram,uel prope finem ſigni Leonis,uel prope principiũ Capricorni extiterit, ſignificat quòd natꝰ ſiue nata cultus uenereos turpi modo ac uerecũdabili & reprehenſibili exercebit. Si aũt in aſcendente uel in 10.fuerit,ſuos uenereos actus inuerecundabiliter coram gentibus propalabit. Et ſi fuerit in 7.uel in 4.ſuos actus prædictos quàm abſcõſius poterit exercebit, uel forte ſine uiribus aut ſterilis inuenietur. Si uero Mars tunc in prędictis locis cum eis inuentꝰ fuerit, ſignificabit nati uirgam cum teſticulis abſciſuram: natæ aũt muliebria incõuenientia,uel eam fore caſtraturam iudicabit. Iterum ſi Venerem à Marte uel Martem à Saturno in natiuitate uiri ſeparati reperias,eisq́; Iupiter teſtificetꝰ, ſignificabit natum in coitu moderatũ futurũ,nec uenereos actus niſi naturali modo & debito atq; debite uolentem exercere. At ſi cum Saturno ſolo,tunc Mars iunctꝰ fuerit, natum nõ ſtudioſum, non uoluntariũ, inuiolentũ atq; pigrũ in uenereis actibus iudicabit. Si aũt cum Venere atq; Ioue Mars aſſociet,natũ leuem ad cultus Venereos & ipſum ad id uoluntarium licet ſeipſum inde redarguat demonſtrabit, et nitetur inde ſuam uoluntatem atq; maliciã quamuis non bene poſſit refrenare,fingetq́; ſe ab immũdicijs & turpitudinibus abſtinere. Et ſi fuerit Mars cum Ioue atque Venere ſimul iunctus,uel cum altero illorum, tantum nec aſpexerit eos Saturnꝰ,uidebit quòd ſit natus in adulterio uel ſtupro,ſtudioſus atque delectaturus,& quòd libenter cibis et potibus delicatis utetur. At ſi Venus uel Mars aut Iupiter occidentalis fuerit,alter uero fuerit orientalis,natum turpem modum coeundi tam cum uiris quàm cum mulieribus habiturum ſignificabit. Si autem Mars tantũ & Venus fuerint occidentales, Iupiter uero fuerit orientalis,turpitudinem coitus uirorum abhorrebit,actusq́; uenereos cum mulieribus exercebit. Si quidem in ſignis quæ fœminina dicuntꝰ, uel etiam in quartis fœmininis ſimul prædicti ſignificatores iungãtur, Mars ſcilicet & Venus,ſignificat eũ ad turpis coitus ſcelus ſe ſubmiſſurũ. Quod ſi uterq; Mars ſcilicet & Venus fuerint oriẽtales,natus ille cum uiris magis quàm cum mulieribus perpetrare affectabit. Præterea ſi prædicti Planetæ orientales & in ſignis maſculinis extiterint, fueritq́; Mars fortior Venere,ipſaq́; à Sole remotior,omnimode natus mulieres uiris poſtponet,ſollicitabiturq́; ſodomitice cũ uiris uenereos actus turpiter exercere. At ſi fuerint occidentales,fueritq́; Venus à Sole remotior,natus mulieres potius affectabit uiles tamen atq; deformes,pediſſequas etiam & ancillas potius quàm nobiles uel formoſas libenter ſibi ſubijciet. Si autem Mars fuerit magis occidentalis quàm Venus, ſignificat natum nobilibus mulieribꝰ uel nuptis ſeu propriæ dominæ copula carnali adhæſurum. Si quidem natiuitas fuerit mulieris, proſpicito ſi Venus Ioui atque Mercurio ſimul iungatur, quoniam ſignificabit hoc natam humilem atque in ſuo modo coeundi uerecundam,& quòd cum mundicia omni ſuo cultu uenereo utetur. Quod ſi Mercurio Venus iuncta fuerit ſiue Saturni participatione, ſignificat natam cultui uenereo libenter adhęſuram, cum remorſu tamen cõſcientiæ atq; ſuæ uoluntatis refrenatione omnisq́; indecẽtis coitus turpitudinis omiſſione. At ſi Marti tantum Venus iungatur,uel aliquo modo ſibi aſſocietur, uenereos actus libenter exercebit,& in ipſis delectabitur indecenter. Si autem Iupiter eos aſpexerit,fueritq́; Mars Solis radijs coopertus,nata illa in uenereis actibus multũ ſolicitabitur,ipſosq́; libenter ac libentius exercebit, nec uiles homines uel aliorũ famulos ſiue ſeruos, nec etiam extraneos euitabit. Si quidem ſub radijs Venus fuerit reperta cum Marte,uel cum proprio domino,uel cum alijs nobilibus,nata iacebit. At ſi prædicti Venus & Mars in ſignis uel in quartis fœmininis & ipſi occidentales extiterint, in uirorum coitu delectabitur. Si uero Saturnus cum Venere atque Marte ſimul iungatur, ſignificat quòd nata illa erit horrida atque ferox. Quod ſi fuerit Saturnꝰ orientalis, ſignificat eam adulteria deſideraturã, & uiros quos in ſolitudine reperiat amaturam. Et dixit Ptolemæus, Iupiter autem hæc impedimenta ſemper mitigabit Mercurius autem iuuabit eorum delectationes, ſimiliter & eorum turpia.

Inſatiabile.

Decreta ♀ ♄ & ♂ in natis.

Quid accidat nato ex ſocijs & à ſocijs & participantibus ſecum. Caput VI.

Societates negotiantiũ.

AD ſciendum uero eſſe nati cum ſocijs & eius participantibus,& quid accidat ei ex eis,aſpice aſcendens & eius dominum, Lunam quoq; pro nato,ſeptimam uero ac eius dominum pro ſocijs ipſiusq́; participantibus. Quale uero ſit eorum eſſe futurum in ſocietate atque participatione, ſcies à decima & eius domino, finẽ autẽ percipies à quarta & domino ſuo. Nam ſi dominus aſcendentis qui eſt ſignificator nati & Luna fuerint in ſignis fixis fueritq́; dominus aſcendentis fortuna & Luna, libera, non impedita, ſignificat quòd natus habeat ſocios cũ quib. participabit participatiõe bona & durabili, ſed nõ multũ lucrabitur cum eis, nec ipſi cum eo: erit tamen lucrum eorum aliquale, ſcilicet infra mediocritatem. Si autem fuerit in fortuna,& Luna impedita, contrarium iudicabit. Si uero ſint in ſignis communibus, ſignificabit quòd natus ſit bonos & fideles ſocios habiturus, lucrabiturq́; cum eis,& ipſi cum eo, niſi aliquid aliud impediat,& undique bene cedet utrique, & reiterabunt ſæpe & ſæpius eorum mercimonialitates, & ut plurimum cum utilitate & lucro. At ſi fuerit in ſignis mobilibus, ſignificat quòd eius participatio non erit uniformis, ſed aliquando erit inter ipſum & ſocios litigium, & ſuſpicatio ſimiliter & conturbatio, poſt hoc erit inter eos reconciliatio et durabilitas. Quod ſi fuerit in aſcendente infortuna impediens eos, ſignificat dolum & fraudem, atque ſeparationis cauſam & deſiderium uenturum ex parte nati. Si uero fuerit in ſeptima, illud idem ex parte ſociorum atque participantium uenturum poteris iudicare. Si quidem uideris inter eos ſeparationem eſſe debere,& uolueris ſcire qualis ipſa ſit futura &

qualis

qualis erit modus ipſius. Aſpice Lunam quæ ſi fuerit iuncta domino domus in qua ipſa fuerit uel Planetæ Almutem in ſigno illo, & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificat eius ſeparationem à ſocijs ſeu participantibus cum dilectione plenoq́ animo & cum utilitate atque lucro. Quod ſi non aſpexerit eam dominus domus ſuæ, uel eius Almutem, uel ſi aſpexerit fuerit'que infortunatus ac male diſpoſitus, ſignificat nati ſeparationem à ſocijs ſeu participantibus per eorum malam uoluntatem, & per ſuſpicionem quam habebit unus de altero, ne ipſe decipiat eum & ſua bona ſibi defraudet, & eo fortius, ſi fuerint illæ infortunæ impedientes ſub terra: nam tunc mala æſtimatio quam unus habebit uerſus alium, erit cauſa eorum ſeparationis, nec remanebunt bene amici, ſed tanquam de dorſo in dorſum inuicem ſe habebunt. Et dixit Zael, ſi fortunę fuerint in medio cœli, multiplicabitur lucrum eorum: ſi uero mali fuerint ibidem, minuetur. Et dixit, ſi fuerit Luna iuncta domino domus ſuæ & malus iunctus eis, fuerit in uno ſigno uel aſpexerit eos, non ſeparabuntur niſi per mortem.

Quid accidat nato ab inimicis palam ſibi aduerſantibus, uel ex ipſis, & utrum ſit eos habituros uel non.

Cap. VII.

Qualitates inimicorum

IN qualitatibus autem percipiendis utrum natus ſit habiturus inimicos palam ſibi aduerſantes, & quid accidat ei ex eis uel ab eis. Oportet nos conſiderare indicia quæ ad id cognoſcendum nos inducunt, uidelicet aſcendens & eius dominũ, ſeptimam quoque ac eius dominum, loca etiam luminarium & locum partis fortunæ ac eius dominum, partem etiam inimicorum & eius dominum, Saturnum ac eius dominum. Si enim dicta loca & prædicti ſignificatores uel maior pars eorum fuerint male diſpoſiti, hoc eſt, quòd ſint in eis infortunæ uel cum eis uel aſpexerint eos ex oppoſitione, uel quarto aſpectu: quartus tamen aſpectus minus malicioſus eſt quàm oppoſitio: uel aſpexerint ſe dominus aſcendentis & dominus ſeptimæ à dictis aſpectibus: uel fuerit dominus aſcendentis in ſeptima, & dominus ſeptimæ fuerit in prima, & eo fortius ſi dominus ſeptimæ fuerit infortuna, uel fuerit infortuna in ſeptima uel in loco partis inimicorum: uel fuerit aliquis prædictorum ſignificatorum infortuna uel ab infortunis impeditus, aſpexeritq́ dominum aſcendentis, ſignificat nato plures inimicos palam ſibi aduerſantes habiturum, & patietur ab eis & ex eis contrarietates & damnum atque detrimentum. At ſi fuerit in locis prædictis uel in aliquo ipſorum fortuna uel Planeta bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, aſpexeritq́ dominum aſcendentis, nec fuerit ipſe dominus ſeptimæ, nec aſpexerit dominus ſeptimæ dominum aſcendentis, ſignificat natum paucos inimicos palam ſibi aduerſantes habiturum. Quod ſi dominus ſeptimæ uel Almutem ſuper ſeptima aſpexerit dominum primæ, uel Almutem ſuper primam impedierit eum, ſignificat quòd accidet nato damnũ & impedimentum atque deſtructiones ab inimicis, & uidetur quòd illa occaſione poſſet interire, & eo magis ſi aſpexerit tunc dominus octauæ domus & iterum magis ſi dominus primæ habuerit dignitatem aliquam in octaua præterquàm faciem quæ non tantum impedit, & dominus octauæ impedierit eum, quoniam tunc ſignificat mortem nati per manus inimicorũ. Et iterum certius ſi Mars fuerit dominus octauæ domus: quoniam tunc uix unquam poterit euadere, quin ita ſibi eueniat, & acidet hoc magis in bello quàm alibi. Si quidem ſignificator nati, & ſignificator inimicorum ipſius, uel dominus partis inimicorum ultra decimumſeptimum gradum ab inuicem diſtiterint, nec in locis ſe aſpicientibus ex aſpectibus notis permanſerint, uel oppoſiti ſimul fuerint, ſignificabit quòd natus inimicos publicos inter quos inimicitia erit longo tempore duratura, & fortè quòd nõ eo tempore finietur, ſit habiturus. At ſi à quarto aſpectu fuerit, minorem inter eos minusq́ duraturam inimicitiam iudicabit, & erit radix atque principium illius inimicitiæ inuidia, et ex eo quòd unus ſit magis altero lucraturus. Aſpicies etiam ſi fuerit aliquis notus aſpectus alicuius luminariũ cum prædictis: quoniam ſi non fuerit aliquis inter eos aſpectus notus, trinus uel ſextilis, uel aliqua conuenientia ſiue ſocietas, ſignificat quòd cadet inter eos inimicitia inextinguibilis, & quæ nunquam finietur. Videbis ſimiliter ſi Ylem nati ſeparetur ab Ylem inimicorum, quoniam illud ſignificabit quòd inimicitiæ nati erunt temporaneæ, nec multum duraturæ. Quod ſi Saturnus fuerit Ylem nati, & Mars fuerit Ylem inimicorum, uel econuerſo, inimicitiæ quæ fuerint inter eos accident quaſi nulla de cauſa, propter contrarietatem naturarum eorum. At ſi fuerit Mars Ylem unius, & Mercurius Ylem alteri⁹, ſignificat quòd cadent inter eos inimicitię occaſione ſcientiarum & ſimilium. Conſiderabis itidem in natiuitatibus nati ſuper inimicitia: quoniam ſi fuerit nati ſignificator infortuna, impedieritq́ ſignificatorem inimicorũ, ſignificat natum multos inimicos habiturum, tamen ſuperabit & uincet eos omnes, & ſequetur ab eo malum & detrimentum, periclitabuntur inimici per manus eius & pernectabuntur atque peribunt. Præterea debes aſpicere ubi ceciderit pars inimicorum: quoniam natus habebit odio ipſum ſignum, & quod per ipſum ſignificatur eiusq́ imaginem. Et ſi fuerit Saturnus aut Mars in domo inimicorum, deſtruet eam: uel ſi impedierit domum inimicorum, non ceſſabit natus gaudere de inimicis ſuis, & præminet eos ante ſe in mortem, uidebitq́ interitum eorum. Si uero fuerit ſignificator inimicorum in angulo uel ſuccedenti angulum, habueritq́ ibi aliquam dignitatem, ſignificat nobilitatem & fortitudinem inimicorum nati aduerſus eum. Quod ſi fuerit peregrinus uel cadens ab angulis, & fuerit combuſtus: uel fuerit in deſcenſione ſiue in caſu ſuo, ſignificabit eorum durabilitatem & malum eſſe, ipſosq́ in paupertatem & indigentiam caſuros, & proſperitatem nati ac ualetudinem contra ipſos, & eo magis ſi aliqua ex infortunis fuerit in domo inimicorum, uel fuerit eorum ſignificator impeditus à malis: quoniam tunc proſperabitur natus contra eos in eorum detrimentum & aduerſitatem. Si uero in domo inimicorum inueniatur fortuna, fue-

ritq́ſ ſignificator eorum cum ea iunctus, ſignificabit proſperitatem ac fortitudinem inimicorum ac ſuperantiam eorum contra natum. At ſi fuerit ſignificator eorum in aſcendente uel oppoſitione alicuius luminarium, ſignificabit natum multos inimicos & etiam qui eum contemnant habiturum. Qui ſi fuerit infortuna, ſignificat quòd inimicabuntur pro magnis atque nominatis rebus. Si autem non fuerit infortuna, erunt tam pro magnis quàm pro paruis atque mediocribus rebus, & aliquando eorum inimicitiæ quaſi pro nihilo eueniunt.

¶ De octaua domo.

De morte nati, & de accidentibus quibus mors euenire conſueuit.

Cap. I.

FActa in his quæ præceſſerunt mentione, de uita nati eiusq́ſ ſubſtãtia, de fratribus, de patre, filijs, ſeruis ac de ipſius coniugio, uidetur mihi aptum in hoc capitulo de ſua morte ac de ipſius occaſionib⁹ ſuisq́ſ modis tractare. Et licet mors ſit ultimum accidens, quod poteſt nato euenire, conuenientius eſt quòd in octaua ponatur quæ à ſapientibus domus mortis dicitur eſſe. Conſiderabis ergo ea quæ tibi cõſideranda occurrent, & ſunt uidelicet aſcendens, hora natiuitatis cuiſlibet nati, ac eius dominus, ſimiliter & eius Ylem atque proiectionem radiorum Planetarum ad ipſam, & eius aduentum ad ſeptimam ipſius natiuitatis: quoniam ſi mors ſignificabitur debere peruenire propter proiectionem radiorum Planetarũ ad ipſam Ylem, uel per eius coniunctionem cum aliquo ex Planetis interficientibus, oportet nos tunc conſiderare loca in quibus coniungitur Ylem cum Planeta interficiẽte: erit enim cauſa mortis ſignificatum illius domus, in qua tunc ceciderit ille interfector, & eo magis ſi talis coniunctio ſiue aſpectus fuerit quando Ylem peruenerit ad ſeptimam natiuitatis.

Mors. Aſpicies etiam partem mortis, & Planetam in cuius domo ipſam inueneris, & ſignum octauum ab aſcendente natiuitatis ac eius dominum, & Planetas quos in octauo inueneris, uel qui aſpexerint illud ſiue fortunæ fuerint ſiue infortunæ. Aſpicies ſimiliter dominos triplicitatis quartæ domus ab aſcendente natiuitatis, & ſignum octauum à Sole, ſi fuerit natiuitas diurna, uel à Luna ſi fuerit natiuitas nocturna, & Planetas in quorũ domibus ipſos inueneris. Nam ſi omnes prædicti ſignificatores, uel maior pars eorum fuerint boni eſſe, ac bene diſpoſiti, liberi ab impedimentis, retrogradatione ſcilicet & combuſtione atque infortunarum coniunctione, atque ab eorum aſpectibus, uel fuerint in octaua fortunæ, natus uitam ſuam finiet atque in lecto ſuo migrabit. At ſi fuerint prædicta loca ac prædicti ſignificatores, uel maior pars eorum impediti, uel fuerit aliquis malorum in octaua, mala morte atque horribili & extranea morietur.

♄ Quod ſi fuerit Saturnus ſolus in prædictis locis fortior, fueritq́ſ Almutem ſuper loco ſignificante mortem nati, ex humoribus frigidis & ſiccis uenturam. Si autem fuerit impeditus, ſignificabit nati mortem ex actuali frigiditate uel in naturali atque humiditate, ut niue, glacie, ſubmerſione, uel ex cronica infirmitate, uel catarro, ſiue nimia corporis diſſolutione, aut propter longam febrem quartanam, non ueram, aut dolorem ſplenis uel hydropiſim & ſimilibus. Et ſi fuerit mulier ex ægritudine matricis uel eius orificij & huiuſmodi ægritudinibus quę occaſione magnę frigiditatis deuenire conſueuerunt uenturam: uerumtamen non poterit ipſe, nec etiam ex Planetis aliquis ita ſolus ſignificator eſſe mortis, quin dominus termini in quem ipſe ceciderit ſit particeps cum eo. At ſi Iupiter ſuper domum ſignificantem mortem nati fuerit Almutem, ipſe'que boni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificat ꝙ mors hepatica occaſione, uel peripleumonica uel ſtomanca nato continget.. Si autem mali eſſe fuerit ac male diſpoſitus, accidet ei mors nominata quæ mandato regis uel alterius magni potentis & etiam iudicio populi, uel forte febre terriana maxime nota, uel ſquinantia, uel alia gutturis paſſione, aut cardiaca uel cholica ſiue iliaca, uel etiam ex alia qualibet ægritudine quæ occaſione multæ uentoſitatis incluſæ poſſet deuenire: uel ex ſynocha uel aliqua ex illis infirmitatibus quę occaſione nimię ſuperfluitatis ſanguinis euenire conſueuerunt. ♃

At ſi Mars fuerit mortis nati ſignificator ſolus, & fuerit boni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificabit mortem ipſius occaſione tertianæ, uel etiam quotidianæ febris, uel phreneſis aut emoptoica paſſione, aut aliqua morte ſubitanea ſeu repentina uenturam. Si autem fuerit mali eſſe, male'que diſpoſitus, ſignificabit nati mortem per ferrum uel aliquod inſtrumentum bellicoſum futuram. ♂

Siquidem Sol ſuper domo illa ſolus fuerit Almutem, ipſe'que boni eſſe, ac bene diſpoſitus, ſignificabit nati mortem occaſione febris uel caloris ſuperflui, uel ex qualibet infirmitate de ſuperfluitate ſanguinis ſuperueniente futuram. Si autem fuerit mali eſſe ac male diſpoſitus, ſignificat mortem ipſius ex ſuorum parentum occaſione uel regis uel poteſtatis ſiue alicuius principis uel cardiaca paſſione uel ſtomachi calore, eius uitæ terminum impoſituram. Et dixit Aboali, uel morietur in horribilibus locis. ☉

Si uero Venus ſola fuerit Almutem ſuper domo ſignificante mortem nati, fuerit'que boni eſſe ac bene diſpoſita, ſignificabit mortem nati ex dolore uentris uel ex crapula ſeu ebrietate futuram. Sed ſi fuerit impedita nati mortem ex ueneno ſibi per mulieres exhibito, uel ex ſuperfluo cultu uenereo ipſum conſumente acceſſuram ſignificat, aut ſtomachi uel hepatis ægritudine aut cardiaca, ſiue per ſuperius nimia ſanguinis effuſione, uel fortè fiſtularum uel aliquo apoſtemate, maxime quę de materia ſanguinea naſcuntur, aut ex uenenoſæ potionis aſſumptione, nec ex his ægritudinibus tantum, uerum etiam ex alijs quibuſlibet, malicia quorumlibet humorum, & ſuperfluitate aduenientibus acceſſuram. ♀

At ſi Mercurius ſolus mortis nati ſignificator extiterit, ipſéque boni eſſe ac bene diſpoſitus, tunc nati mortem per freneſim ueram aut per aliquos diuerſos dolores ex diuerſorum humoribus ſimul commixtorum ſuperabundantia ſuperuenientium, eius uitam iudicare poteris finituram. Quod ſi fuerit impeditus ex incertis doloribus, qualiq́ſ imperceptibilibus ☿

ptibilibus natum moriturum poteris nunciare. SI antem aſſociatus fuerit, ulcem ſuam ſocio ſuo committet, & ſecundum eſſe illius nati uita terminabitur, uel fortè maniaca paſsione aut amiſsione ſenſus, nel ſincopi, uel priſi, uel (ut ait Ptolemæus) ſputi ſuperabnndanna uel hetica uel etiam ex quacunque alia ægritudine quæ habet ex nimia ſiccitate ſuperuenire. Si uero Luna ſola mortis nati ſignificatrix fuerit, Ipſa que boni eſſe ac bene diſpoſita ſuperabundans cultus uenereus ſiue ciborum ingluuia uel inordinatus modus cibos aſſumendi, nato mortem adducet. At ſi fuerit ab aliquo malorum impedita iuxta impediētis ſignificatum, mortem nati futuram iudicabit. Si autem non à Planeta ſed alio modo impedimentum ſibi aduenerit ex nauigatione aut ex uenanone aut ex nimia fatigatione aut ex crebra de loco ad locum mutatione, mors iudicabitur nato ſuperuentura. Et dixit Aboali, cum enim ſupradicti mortis auctores fuerint in domibus uel exaltationibus ſuis à malis liberi, erit mors eius in parentes & proximos ſuos. Si nero fuerint impediti à malis peregrini, erit mors eius ex peregrinatione. Quod ſi fuerint cadētes, ſignificabit mortem nati ex caſu altioris loci futuram. Si autem fuerint in deſcenſione ſua, ſignificabit hoc quòd eius mors erit in puteis ſiue foueis aut cauernis nel in aquis profundis. Si quidem fuerint dicti ſignificatores natiuitatis, accidet ei mors occaſione necationis, qnia necabitur uel fortè lapidabitur. Alij antem ſignificatores mortis, qnorum ſignificata per modos prædictos in actum non deuenièt, ſed naturali modo deficient, ſunt ſuper qnos Planetæ malam mortem ſignificantes non fuerint eleuati, quoniam illa mors quæ contra naturam habet ſuperuenire, & contingit præter prædictos modos, eſt quando Mars & Saturnus fuerint ambo in loco ſignificante mortem, uel fuerint illi loco dominati, uel aſpexerint illum ab oppoſitione nel à quarto aſpectu, uel fuerint dominati loco Solis uel Lunæ, uel à dictis aſpectibus aſpexerint illa. Si autem aliqui ex alijs Planetis aſpexerint prædictos malos ſecundū naturā ſuam & ſecundū naturā ſignorū à quibns eos aſpexerint, nati mortē adiuuabunt. Pręterea ſi Saturn⁹ in ſigno fixo permanſerit,

Planctarum nec fuerit in ſuo Aym, nec in Aym Solis, fueritq; in
decreta per quarto aſpectn uel in ipſius oppoſitione natus uul
ſigna. gl rumore interibit, uel ſtrangulabitur, uel etiam

manu alicuius de populo pernectabitur. Illud idē accidet, ſi eo exiſtente orientali Luna ipſum ſequerur, ipſo'que domino loci ſignificantis mortem exiſtente. Si quidem in Leone, uel Scorpione, ipſe permanſerit, ſignificabit natum ferarum morſibus moriturum. Si autem in Ariete, uel Tauro, nel ultima medietate Sagittarij, uel Capricorno extiterit, domeſticorum animalium occaſione ipſum moriturum ſignificabit. Si uero in Cancro, uel Piſcibus ipſum inueneris occaſione piſcinm uel animalium in aqua degentiū, poteris eum moriturū nunciare. At ſi fuerit in Scorpione tam terreſtribus quàm aquaticis animalibus uenenoſis, eum mori debere ſignificatur. Quod ſi Iupiter tunc Saturno iungatur, fueritq; impeditus, Saturni maliciam fortificabit, ſignificabit etiam, quod natus in feſtiuo die ſimiliter & ſolenni à dictis feris occidetur. Si uero Sol aut Luna in aſcendente permanſerit, fueritq; Saturnus in oppoſitione illius, ſignificabit natum occaſione carceris moriturum. Si quidem Mercurius in figura natiuitans Saturno iungatur, & eo fortius ſi eorū coniunctio in Leone uel Scorpione fuerit, uel cum cauda Draconis, ſignificabit natum uenenoſorum uel rapacium animalium occaſiōe, uitam ſuam finiturum. Si autem Venus uires ſuas ſuperaddiderit, ſignificabit quòd natus uenenoſa potione ſibi per mulieres exhibita morti ſubiugabitur. Quod ſi fuerit Saturnus in Geminis, aut Virgine, ſeu Libra, uel in prima medietate Sagittarij, uel in Aqnario, uel etiam in Piſcibus, ut Ptolemęus alt, fueritq; Luna ſibi aſſociata in figura natus ſubmerſione uitam ſuam terminabit. Quod ſi fuerit Luna in Leone cum cauda, ſignificabit natum moriturum ex ueneno ſibi cum medicinis purgantibus exhibito. Et dixit Aboaly, ſi dominus triplicitatis anguli terræ, uel gradus aſcendentis, & dominus eius, uel Sol in natiuitatibus diurnis, & Luna in nocturnis fuerint impediti, morte extranea uitam ſuam complebit. At ſi fuerint ſignificatores mortis nati ſuper terram, uel fuerint in ſignis aereis, uel fuerit Mars in quarta uel in decima, & fuerit prædictæ qualitatis dominus, ſignificat hoc mortem nati palàm et publice uenturam, nel fiet in furcis, uel in aliquo ligno furcis ſimili, aut in loco à terra eleuato. Et ſi fuerit ſub terra, & in ſigno terreo, ſignificablt mortem occultam eſſe debere, uel fortè ſub aliqua ruina futuram. Si quidem in ſignis fuerit igneis, ſignificabit hoc eum crematurum, uel alio modo ignis occaſione moriturum. At ſi fuerit aliqua ex fortunis in octaua uel cum ipſius domino: uel in quarta, uel cum domino eius, mortem nati ſuauiter uenturam ſignificabit. Sed ſi aliqua fuerit ex inſortunis in prædictis locis uel cum dominis eorum, morte mala moriturum natum indicabunt. Quod ſi fuerit infortuna illa Mars, fiet mors illa per ferrum uel ignem. SI autem fuerit Saturnus, erit ex ueneno uel ruina ſeu præcipitatione ſiue tempeſtuoſa maris inundatione, uel alia ſubmerſione. At ſi fuerit Saturnus à quarto gradu Sagittarij uſq; ad quintūdecimū gradum Capricorni, uel à uigeſimo gradu Cancri uſque ad decimūquintū gradum Leonis, uel fuerit in Ariete uel in Tauro corporaliter Soli iunctus: uel fuerit Mars ei oppoſitus, nel fuerit ipſe idem Saturnus oppoſitus Soli, ſignificat natum alicuius ruinæ caſu moriturum. At ſi fuerit Saturnus in decima, Mars quoque in quarta uel ei corporaliter iunctus, fueritq; ipſe Mars dominus qualitatis prædictæ, ſcilicet qnòd ipſe ſit dominus domus uel termini gradus ſignificantis morem, ſignificat natum ex præcipitio uitam ſuam finituram. Quod ſi fuerit Mars in quarta ab aſcendente natiuitatis, & fuerit dominus qualitatis mortis nati, uel fuerit aliquod ex luminaribus ei oppoſitum, & fuerit extra ſuum Aym, fueritq; in Gemini aut Virgine uel Libra, uel prima medietate Sagittarij, nel in Aquario, ſignificabit natum occaſione rixæ ſiue altercationis inter ſuos conſanguineos naſcituræ ſeu contingentis mortis patibulum intraturum, uel alicuius alterius

belli occaſione capitis abſciſionem non euaſurum.

Et dixit Ptolemæus, uel ſibi cauſa mulierũ manum propriam inferet aut mulierum manibus interficietur. Et dixit, iſtud eueniet cum Venus iterũ Marti teſtificabitur. Quod ſi Marti Mercurius in figura ſit aſſociatus, latronum et piratarum inſidiatorum'ue manibus dilacerabitur. Et dixit, at in abſciſis membra prout in capite Algol uel imperfectarũ formarũ ſignis uel cum capite Draconis Mars fuerit, ipſo'q; domino prædictæ exiſtente qualitatis nati caput truncabitur, uel occaſione alicuius alterius membri mutilationis interibit. Si autem in Tauro uel Scorpione ſignificatum mortis extiterit, et Mars ibidem affuerit cõditionibus prædictis, ſignificabit natum ex aduſtione aliqua uel ex cauteriſatiõe ſeu alijs abſciſionibus uel perforationibus, uel medicorum ſciſsionibus per modum medicaminis ei exhibitis, uel fortè ſpaſmo uita priuaturum. At ſi fuerit Mars in aſcendente uel in ſeptimo, & ſuper aliquo illorũ Almutẽ, fueritq; Saturnus ei de ſigno igneo teſtificatus, ſignificat quòd natus in ignem ut comburatur uiuus mittetur. Item dixit Ptolemæus, quòd ſi fuerit Mars in ſignis quadrupedibus, natus cadendo conteretur. Et ſi Iupiter Marti teſtificatus fuerit, ipſo'q; infortunato exiſtenti, cauſa regis ſeu poteſtans iudicium mortis ubibit, eritq; hoc manifeſtum non occultum. Et ſi Mars & Saturnus in loco nati mortem ſignificante hora natiuitatis iungant, uel fuerint inuicem ſibi oppoſiti, prout ſuperius dictum eſt, uel habuerint dignitatẽ, uel fuerit aliquis eorum Almutem ſuper loco ſignificante mortem, grauabit modus ſeu qualitas mortis nati, et erit grauitas illa in duplo quàm ſi non eſſent ita diſpoſiti prædicti mali, nec ſepelietur cadauer ipſius, & eo uerius ſi fortuna non aſpexerit prædictos malos, uel non habuerit dignitatem in loco ſignificante mortem, & fiet cadauer eius eſca ſiue cibus quadrupedum rapacium, & auium de raptu uiuentium, et eo magis ſi fuerint prædictæ infortunæ in Leone uel Scorpione uel in alijs locis in quibus formę prędictarum auium depinguntur. Si autem fortunæ aſpexerint dicta loca uel dictos malos, ipſæq; fuerint ſub terra, non ita ibit ut dictum eſt, immo quacunq; morte natus moriatur, ſignificabitq;, cõgruo atque debito modo morietur. Si quidem fuerint dicti Planetæ interficientes in tertio uel nono, & eo magis ſi Luna in prædictis locis itinerum permanſerit, uel ea ex quarto aſpectu uel ex oppoſitione aſpexerit, ſignificabit hoc natum non inter ſuos conſanguineos, ſed inter extraneas gentes moriturum.

Et dixit Ptolemæus, aſpice Almutẽ ſuper loco nati mortem ſignificantẽ, quoniam ſi fuerit impedit⁹
Audax. in loco qui dicitur Audax, qui eſt prope caput Scorpionis, uel Luna ipſa, ſignificat natũ ex morſu ſerpentis uel ferri uenenati percuſsione, uel ueneno ſibi per aliquod ingeniũ exhibito, uita proprie priuaturum. Et ſi fuerit impeditus prope locum qui dicit Vultur cadẽs, qui eſt in Capricorno, uel Vultur uo
Vultur. lans qui eſt fine Capricorni, eius cadauer non ſepelietur, ſed fiet cibus cornicum & aliarum auium uiuentium de raptu, ut ſunt uultures, milui, & ſimilia. Et ſi fuerit impeditus iuxta caput Algol, quod eſt in Tauro natus capite trucidetur. Quod ſi fuerit iunctus, in locis prædictis Soli, aut Lunæ ſeu Ioui ipſiq; impedito, ſignificat mortem nati peſsimam futuram. Et ſi fuerint ei oppoſiti, ſignificat natum manu regum uel aliorum potentum moriturum.

¶ De nona domo.

De religione atque fide nati eiusq; ſcientia, ſimiliter de ipſius peregrinationibus ſeu longis itineribus.

Caput I.

CVm in præcedenti capitulo ſit de nati morte ipſiusq; occaſionibus dictũ ſufficienter, in iſto capitulo cõueniens puto de religione ipſiusq; fide, necnon et de ſuis peregrinationibus ſeu longis itineribus fore ſubijciendum. Eſt tibi nanq; aſpiciendum aſcendens in cuius natiuitate prædicta inueſtigare uolueris, & uidere utrum dominus aſcendens & Luna uel fortior eorũ ſit in nona uel cum domino eius iunctus, quod habet ſignificare fidem nati ac eius ſcientiam & religionem. Nam ſi uterq; illorum fuerit, ut dictum eſt, fueritq; in bono loco circuli, & ſpecialiter in prædicto boni eſſe ac bene diſpoſitus, fueritq; ipſe fortuna, ſignificat natum religioni cõuenienti atq; decenti ſeu licitæ adhæſurũ. *Religionis ſignificator.*

♄ Nam ſi fuerit Saturnus ſignificator religionis, ſignificabit eum adhæſurum religioni graui atq; laborioſæ, maxime religioni cuius ſequaces credent ſe meliores cæteris alijs religioſis atque digniores ♃ Deo, & maxime ueſtes nigras induentes. Si autem fuerit Iupiter ſignificator religionis, ſignificat eum adhæſurum religioni cuius ſequaces dicuntur cleri et ſeculares, propter illius religionis largitatem, ut ☉ ſunt epiſcopi, archiepiſcopi, & alij qui præſunt eccleſię. Si uero fuerit Sol ſignificator religionis, ſignificat eum adhæſurum religioni large atque nobili, uidelicet inter ſpiritualia & temporalia religioſo ♀ rum degentium & ſimilia. Quod ſi fuerit Venus ſignificatrix, ſignificat eum adhæſurum religioni in qua poſſet præeſſe mulieribus degentibus in ea, & ☿ ſimilia. Si quidem fuerit Mercurius ſignificator religionis ſolus fuerit'que boni eſſe, ſignificat natum adhæſurum religioni iuuenum, ſeu literatorum ☾ uirorum ſatq; ſapientum, & ſimilia. At ſi fuerit Luna ſignificatrix religionis, ſignificat eum adhæſurum religioni hominum inſtabilium, & leuiter ac uelociter de propoſito ad propoſitum ſe mutantium, nec ſuam religionem bene ſeruantium. Si autem fuerit ſignificator ſcientiæ ſeu religionis, uidelicet Almutem ſuper nona domo, iunctus Ioui aut Soli à trino uel ſextili aſpectu, & cum receptione, fuerit'que in primo quicunque ipſe fuerit ex Planetis præter Martem, iudicabit nato religionem aduenturam caſualiter & eo neſciente atque ab inopinato, & quaſi accidet hoc ineuitabiliter.

De fide nati ac ipſius ſcientiæ profunditate.
Caput II.

Fides. *Scientia.* IN inueſtigatione fidei nati ac eius ſcientiæ profunditate debes aſpicere Mercurium, & uidere qualiter ipſe ſit diſpoſitus: quoniam ipſe præ omnibus alijs Planetis eſt Almutem, ſuper ſignificatione fidei nati ac ipſius ſcientiæ profunditate, qui ſi fuerit orientalis liber ab impedimentis, fortunatus ſcilicet, atque fortis, ſignificabitq; natum bonæ fidei futurum, & ſcientijs libenter adhærentem, & in eis profundum & cum religioſis libenter conuerſaturum, & quod eos diliget. Aſpice ſimiliter partem fidei, & locum in quo ipſam inueneris, ac eius dominum qualiter ipſe fuerit diſpoſitus, quoniam ſi fuerit ſaluus, exemptus ab impedimentis, fuerint'que domus tertia & nona & earum domini liberi ab impedimentis, fuerint'que fortunati atque fortes, ſcilicet liberi à combuſtione atque retrogradatione, ſimiliter & à caſu ac malorum aſpectibus ipſi & prædictæ domus, ſcilicet tertia & nona, & domini domorũ in quibus eos inueneris, ſignificabit hoc quod natus erit ut dixi religioſus ac in ſcientijs ualde profundus atque ſublimis cui pauci ſimiles inuenientur. At ſi contrarium inueneris, cõtrariũ poteris iudicare. Quod ſi Mercurium, ut dictum eſt, liberum atq; fortunatum & fortem, & nati religionis atq; fidei & ſcientiæ ſignificatorem liberum inueneris, uide in quod ex ſignis uel in cuius Planetæ aſpectum ipſe ceciderit. Nam ſi fuerit in Capricorno uel Aquario, aſpexerit'que ipſam à trino uel ſextili aſpectu Saturnus, fuerit'que Saturnus boni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificabit natum religioſum, bonæ'que fidei, ac in ſcientijs ualde profundum & ſublimem futurum, & ipſas ſcientias ualde bene memoriæ commendaturum, atque lectioni & ſtudio libenter uacaturum, nec ex illis ſcientijs pecuniarum commodum affectabit, & ſi affectauerit, non conſequetur illud, erit'que homo ſolitarius delectationes temporales, ut riſus, ludos, gaudia ſecularia fugiet, nec illas ullatenus deſiderabit, erit'que ab ipſis omnimode recedens, erit etiam humilis, & quaſi omnia quæ ſibi euenient quãtumcunq; fuerint aduerſa, bene ſuſtinens, nec triſtabitur illa occaſione de leui, ipſaq; leuiter & in pace portabit anguſtias, tribulatiões, labores, infeſtationes illatas euitare nõ curabit. Si uero fuerit in Sagittario uel Piſce, aſpexeritq; ipſum Iupiter à trino uel ſextili aſpectu, & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſit⁹, fortunatus ſcilicet atq; fortis, ſignificat natũ legibus ciuilibus atq; canonicis adhæſurũ, ex quibus ſequetur laudes atq; honores & bonã famã, ſimiliter & dignitates clericales altas & nominatas, & cum hoc erit largus, boni animi, bonæq; fidei, gaudens in his quæ habuerit, niſi contra operetur Mars. Quoniam ſi aſpexerit, ſignificat quod ipſe deſpiciat legem ſuam, ſitq; ipſius præuaricator. Si autem fuerit in Leone, fueritq; Sol bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, aſpexeritq; ipſum à trino uel ſextili aſpectu, ſignificat natum ſapientem extiturum, humilem atque diſcretum, bonæq; fidei, religionem amaturum, in rebus fidei profundum, ipſasq; bene intellecturum, & cum religioſis libenter conuerſaturum. At ſi fuerit in Tauro uel Libra, & aſpexerit eum Venus à trino uel ſextili aſpectu, ipſaq; bene diſpoſita, fortunata ſcilicet atque fortis, ſignificat natum religioni adhæſurum in qua non bene perſeuerabit, & uix fiet quin eam derelinquat, nec ſtudio libenter uacabit, nec in ſcientijs profundabitur, licet bonæ credulitatis reperiatur, delectabitur in alacritatibus multum. Quod ſi fuerit in Geminis aut in Virgine, fueritq; ipſe Mercurius boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus, ſcilicet atque fortis & ſolus ſignificator, ſignificabit natum bonæ fidei atque religioſum futurum ex dote ſcientiali undique beatum, eritq; libros ſcientiarum bene intelligens, & tam diuinos quàm alios mirabiliter exponens, & ſequetur exinde laudem & bonam famam, & eo fortius accident ei hæc, ſi tunc Iupiter à trino uel ſextili aſpectu eum intuebitur: Ioue tamen boni eſſe, fortunato ſcilicet atque libero exiſtente. Si quidem fuerit in Cancro, fuerit'que Luna boni eſſe ac bene diſpoſita, fortunata ſcilicet atque fortis, ſignificat natum boni eſſe bonæ'que fidei, ac bonæ credulitatis futurum, bonamque famam affecturum. Et dixit Aboali, ſi fuerit nona domus ſignum commune, ſignificat quod natus erit inſtabilis in fide ſeu religione cui adhæſerit, & eo magis, ſi tunc Mars aſpexerit eam à trino uel ſextili aſpectu, quoniam erit deridens, atque uilipendens legem, ſeu religionem, quam ſibi aſſumpſerit, nec eam bene ſeruabit, immo erit ipſam uituperans, & deridens. *Commune ſignum.* Et iterum magis, ſi fuerit Mars, infortunatus, atque debilis, aſpiciens ipſum à trino, uel ſextili aſpectu, uel ab oppoſitione, quoniam omnem bonitatem, auferet tunc nato, faciet'que ipſum alieni ſanguinis effuſorem, & alijs libenter iniurias inferentem, & hoc poſtquàm religionis, quam aſſumpſerit, corroſerit torquem. Si autem fuerit Mars cum aſpexerit eam liber ab impedimentis, erit natus fingens multa mendacia, etiam exiſtens in religione, quæ nunquam credibilia uidebuntur, nec ſcirentur ab alio excogitari. At ſi fuerit ſignum mobile, fuerit'que ipſius dominus in ſigno mobili, ſignificabit natum in aliqua fide non bene ſecurum, & quod de una opinione in aliam leuiter ac cito mutabitur, nec in aliqua bene perſeuerabit, nec ſciet ex eis eligere meliorem. *Mobile ſignum.* Siquidem fuerit in ſigno fixo, ſignificabit eius conſtantiam ſiue firmitatem in fide atq; religione cui adhæſerit, & operabitur in ea bonum, eritq; in ſuo conſilio atq; propoſito firmus, et etiam in alieno ex quo ueritatem eius perceperit, niſi Mars cõtra operetur. *Fixum ſignum.* Et dixit Aboali, ſi dominus noni uel tertij fuerit in aſcendẽte uel in medio cœli liber à malis, ſignificat dominationẽ nati ſuper ſocios ſuos, et erit boni ſenſus & moribus optimus et in fide perfectus, maxime ſi Iupiter fuerit dominus noni, uel fuerit dominus noni in aſcendente in aſpectu Iouis. Et ſcito quod cum fuerit ſicut dictum eſt, fueritq; Mercurius orientalis, natus apparenter atque manifeſte fidem atque legem necnon & religionem in qua deget, & ea quæ illius legis atque fidei fuerint, bene faciet atq; ſeruabit. Et ſi fuerit occidentalis, legem ſuam atque fidem abſcondet atque

celabit. Aſpicies etiam utrum Mercurius ſit in Gemi
nis aut in Cācro ſiue in Virgine cum Luna, fueritq́;
pars fidei uel pars ſcientiæ cum eis in aliquo prædi
ctorū locorū, quoniā hoc ſignificabit natū in ſciētia
& ſapientia profundum ſimiliter & quaſi prophe-
tam. Quod ſi aſpexerit eos Iupiter ab aſpectibus
notis, uel cum eis corporaliter iunctus fuerit, ſigni-
ficabit natum ueracem atque legalem exiturum,
& in rebus profundis atq; prouectis, aliis etiam at-
que magnis expertum, notorem atque creditum
conſultorem, & etiam ſi non fuerit, tamen credetur
& ſtabitur cōſilio ſuo, nec credetur quod alius ſciat
in his melius eo. Aſpicies itidem ſi caput draconis
in natiuitatibus diurnis fuerit in nono, uel in no-
cturnis fuerit in tertio, quoniam ſignificabit na-
tum bonæ memoriæ ac in ſuo propoſito firmum
& ſuam fidem atq; legem bene ſeruaturum, & eo
fortius atque feruentius ſi Iupiter & Sol atque Mer
curius ab aſpectibus notis aſpexerint locum illum,
quoniam tunc exaltabitur eius bonitas atque fa-
ma in altum atque per multas regiones ſeu prouin
cias tranſuolabit. Et dixit Aboali, ſi nona domus
fuerit domus Iouis & Luna in ea in natiuitatibus
♃ nocturnis, ſignificat quod natus erit aſtronomicus
ſapiens, diuinationum ac futurorum annuncia-
tor. Similiter ſi Mercurius dominus noni in eo
☿ extiterit. Et quando inueneris Lunam in aſcenden-
te, fueritq́; aſcendens ſignum habens formam hu-
manam, ſignificat quod natus erit horribilis, mali
☾ animi. Similiter ſi Saturnus in natiuitatibus fuerit
in aſcendente, uel in angulo terræ. Videbis etiam ſi
♄ pars fidei fuerit cum Saturno, quoniam hoc ſignifi
cabit quod natus erit inquiſitor rerum profundarū
♀ atq; ſubtilium, ac ipſarū ſubtilis inueſtigator, eritq́;
in ſermone grauis, nec non & uerba proferens pon
deroſa ſententiisq́; plena. At ſi fuerit cum Ioue, ſi-
gnificat quod erit natus bonæ legis ſeruator, bo-
næq́; fidei, pulchra uerba proferens atq; honeſta. Si
uero fuerit cum Marte natus, erit malæ fidei, ma-
læq́; opinionis & praui ingenii. Si autem fuerit cum
Sole, fueritq́; tunc Sol fortunatus ac boni eſſe, ſigni
gnificat quod natus erit magnæ apparentiæ plus
etiam quàm ſit rei ueritas, nihilominus tamen erit
bonæ fidei, bonæq́; legis, bonas religiones collau-
dans. Quod ſi fuerit cum Venere, ſignificabit quod
natus erit beniuolus, ludi atq; gaudii amator. Si au
tem fuerit cum Mercurio, ſignificabit ipſum in ſci-
entia menſurandi, in numero ſimiliter & mercatio
ne probum futurum. At ſi cum Luna dicta pars fue
rit, animi largitatem ipſiusq́; nati mundiciam indi-
cabit. Si uero nona domus fuerit Aries, aut Cancer
uel Piſcis, fueritq́; Sol aut Iupiter ſiue Venus, ille ſci
licet eorū qui fuerit dominus triplicitatis ſigni, in
quo fuerit luminare cuius fuerit auctoritas & in bo
no loco figuræ natiuitatis, ſignificat natum propter
ſuæ fidei ſiue legis occaſione ulctum, bonum atq;
honorabilem, hominumq́; notitiam & laudem ſi-
militer & dilectionem habiturum ſiue acquiſitu-
rum, & eo magis atq; fortius, ſi tunc aliqua ex for-
tunis in tertia uel in nona reperta fuerit, & iterum
fortius ſi dominus nonæ domus uel tertiæ, ſalui at-
que ab impedimentis liberi fuerint. Et dixit Ao-
mar, ſi fuerit Mercurius dominus nonæ domus, &
congruerit domino aſcendentis erit natus conten-
dens in fide & diſputator habens diſciplinā in uer-
bis. Si autem erit tunc Mercurius fortunatus & ori-
entalis, erit prudentia in hoc & acquiret inde ſub-
ſtantiam & bonum ac etiam laudabile eſſe eius. Si
uero impeditus fuerit, & occidentalis, occurret ei ex
hoc malum. Et dixit Aboali ſi Saturnus domi-
nus nonæ fuerit, ſignificat natum eſſe ſapientem,
& maxime ſi fuerit in aſpectu fortunarum non re
trogradus, nec ſub radiis ſolis. Et dixit Bernar- *Bernardus.*
dus, Planeta in natiuitate alicuius exiſtens in com-
buſtione, ſignificat pigritiam & ocioſitatem etiam
nati atq; illegalitatē: cum uero fuerit retrogradus,
ſignificat eum mendacem futurum. Et dixit Re-
migius, aſpice ſignum tertium atq; nonum, necnō *Remigius.*
dominos eorum, ac partem fidei & dominum ſigni
eam tunc retinentis. Si autem iſti tres Planetæ fue-
rint boni eſſe ac bene diſpoſiti, fortunati ſcilicet at-
que fortes, liberi à malis & ab aliis impedimentis, ſi
gnificat natum bonæ fidei bonæq́; legis, ſimiliter
& bonæ religionis futurum. Si autem fuerint impe
diti & maxime in nono uel tertio à coniunctione
malorum uel eorum quarto aſpectu uel ab oppo-
ſitione, ſignificat natum malæ fidei malæq́; legis &
corruptæ multæq́; ſimulationis, mouentem rem
commixtam in fide ac nullius religionis futurum.
Et dixit Vuellius ſi fuerit in natiuitate alicuius Can
cer tertia uel nona domus, fueritq́; Luna uel Mercu
rius in aliqua ipſarum, & fuerit Iupiter aut Venus
in aſcendente uel in decima, ipſiq́; liberi ab impedi-
mētis, fortunati, ſcilicet atq; fortes, ſignificabit hoc,
natum cauſa ſuæ fidei, ſuæq́; legis atq; religionis ad
magnam dignitatem ſeu prælaturam aſcenſurum.
Et dixit Bernardus, ſi recte conſideraueris eſſe do-
minorum triplicitatis partis fidei, poteris percipe-
re in qua tertia ſuæ uitæ natus ſit melioris fidei ac
melioris legis meliorisq́; religionis exiturus. Et
dixit Aomar, aſpice ex nono uel tertio & Planetis
qui fuerint in eis, & à parte fidei & eius domino.
Aſpicies etiam Almutem ſuper hæc loca, qui ſi fue-
rit Saturn⁹, & fuerit ſaluus à malis, à cōbuſtione ſci
licet & retrogradatione, aut fuerit Iupiter uel Mars
aut Sol & fuerint liberi à malis, erit natus unius dei
cultor abſq; diuiſione intentionis, & ſaluabitur na
tus ex fide illa, & ſeruabit eam, nec mutabit ad aliā.

De *peregrinationibus nati, ac de*
ipſius longis itineribus.
Cap. III.

VIſo in his quæ præceſſerunt de fide nati at-
que eius religione, conueniens fore credo
de ipſius peregrinationibus eius'que lon-
gis itineribus ſubſequenter aliquid enodare. In
peregrinationibus quidem nati eius'que longis iti-
neribus, aſpice nonam domum ab aſcendente na
tiuitatis illius & eius dominum, & ſi aliquis fue- *Itinera.*
rit in ipſa, conſiderabis illum ſimiliter, necnon
& Martem atque partem peregrinationis, & do- *Peregrina.*
minum domus, in qua ipſam inueneris, & uide
quis ex Planetis fuerit Almutem, ſuper locis il-
lis, uel ſuper aliquo illorum, ſiue unus, ſiue plu-
res fuerint, & uidebis etiam, qualiter ſe habeans
cum

cum domino aſcendentis, uel cum ipſius Almutē,
& qualis ſit eorū ſimul aſpectus ſiue coniunctio ſi
ue applicatio, quoniā ſi fuerint boni eſſe ac bene diſ
poſiti, fortunati ſcilicet atq; fortes bene ſimul appli
cati ſeu corporaliter iuncti, uel aſpexerint ſeinuicē
ab aſpectib. bonis, & eo magis ſi fuerit hoc cum rece
ptione, ſignificabit natū peregrinationes & longa
itinera libenter operaturum, & maxime in regio-
nibus à terra ſua elongatis atq; remotis, & iterum
magis ſi Luna in figura natiuitatis occidentalis ex
titerit ab angulo 10. domus remota, & maxime ſi
fuerit in 9. ab aſcendente natiuitatis. Simile poteris
dare iudicium ſi Martem in 9. uel 8. uel in 7. inuene
ris, fueritq; in oppoſitione uel in 4. aſpectu ſolis
uel Lunæ, non tamen ita feruenter itinera uel pere
grinationes affectabit. Quod ſi fuerit in 9. fortuna
uel cum domino 9. iuncta, uel fuerit dominus 9.
fortuna, uel aſpexerit aliqua ex fortunis loca prædi
cta, uel aſpexerit Martem aut Solem uel Lunam, ſi
gnificabit hoc eius itinera ſalua & utilia & ſalubria
& quod breuiter atq; ſalutifere natus à ſuis peregri
nationibus reuertetur, & cum lucro, quamuis forte
non ſit multa itinera ſeu peregrinationes celebratu
rus. At ſi contrarium inueneris, contrarium poteris
iudicare. Nam erunt ipſius itinera grauia & inuti-
lia, ſimiliter & laborioſa, nec non & timoroſa tardę
que reuerſionis credenda. Quod ſi nihil horum in-
ueneris, dic natum peregrinationes, & itinera præ-
dicta euitaturum, & quod in locis habitationis pro
priæ lucrum ſuum perſcrutabitur. Aſpicies itidem
dominos triplicitatis domus in qua fuerit Mars, &
ſecundum locum & diſpoſitionem & eſſe illius eo
rum qui fortior atq; fortunatior fuerit meliusq; diſ
poſitus in parte ultæ ſuæ illi Planetæ attributa me-
liora ſiquidem & utiliora magisq; proficua ſunt fu
tura ſuæq; peregrinationes ſimiliter & econuerſo
pronunciabis. Verumtamen ſi extra prædicta loca
cum prædictis ſignificatoribus aliqua fortunarum
aſſocietur, augebunt bonum & diminuent malum.
Si autem infortunæ fuerint, contrarium perpetra-
bunt, & quod eueniet nato ex ſuis itineribus dam-
num atq; malū, atq; ſubſtantiæ diminutio, & quod
ipſe paruæ fidei exiſtet. Aſpicies etiam ſi Sol & Lu-
na fuerint ab angulo decimæ domus uerſus aſcen-
dens uel in ipſo aſcendente uſq; ad angulū quartæ
domus, quoniam ſignificabunt eius peregrinatio-
nes, eiusq; longa itinera uerſus orientem atq; uer-
ſus meridiem, ut plurimū eſſe futura. Si uero à præ
dicto angulo decimæ, domus uerſus occidentem uſ
que ad angulum quartæ domus prædictæ uel in
ipſa ſeptima fuerint uerſus occidentem atq; uerſus
ſeptentrionē, eas eaq; uentura nō dubitabis. Quod
ſi prædictæ domus tertia uel nona fuerint ſigna fi-
xa, fuerintq; ipſarū domini fortunæ, nec non & in
prædictis domibus, uel in aliquibus alijs in ſignis
fixis, & in bonis locis ab aſcendente, ſignificabit
hoc quod natus non multū frequētabit itinera ſeu
peregrinationes, & ſi peregrinatus fuerit, peregri-
nabitur interuallatim. At ſi fuerint prędicta loca &
prędicti ſignificatores in ſignis cōmunibus, ſignifi
cat eum itinera ſiue peregrinationes frequentatu-
rum. Et ſi fuerint loca prædicta uel loca Solis & Lu
nę Taurus uel Cancer aut Libra uel Sagittarius aut
Piſcis, ſignificat hoc quod eius itinera eiusq; peregri
nationes erunt ſecundum quod ea natus optauerit
proſpera equidē atq; ſecura. Et dixit Aboali, aſpi
ce Lunam in tertio die natiuitatis, quæ ſi fuerit ap-
plicata Marti, aut fuerit in eius domo uel termino,
ipſo eā aſpiciente, ſignificat peregrinationes & iti-
nera multa. Et dixit cū fuerit dn̄s aſcēdentis cōtra-
rius aſcēdenti, & dn̄s domus Lunæ cōtrarius Lunę,
uel fuerit dominus aſcendentis in deſcenſione ſua,
ſignificat uictū nati, ab extraneis regionibus aduen
turū. Et dixit, ſi uero fuerit dn̄s domus Solis cōtrari⁹
Soli, ſignificat qd' natus erit pergens multa itinera.
Et ſi dominus domus Solis prædictus fuerit fortu-
na, adipiſcetur natus bonum atque proficuum ex
ſuis itineribus. Si uero malus fuerit, malū iudicabis.
Et dixit, ſi Luna fuerit applicata in tertio die poſt
natiuitatem Mercurio, & ipſe fuerit impeditus à
Marte, ſignificat quod euenient nato res horribiles
in ſuis itineribus. Si autem fuerit Luna uel domi-
nus domus eius in angulo ſeptimæ domus, ſignifi
cat quod natus diliget itinera. Similiter dominus aſ
cendentis cum fuerit in nona, uel dominus nonæ
fuerit in aſcendente, ſignificat quod natus deſidera
bit itinerare & à regione in regionem mutari.

Qui Planetæ adiuuent itinera, & qui non.
Cap. IIII.

ET ſcito quod Planetæ adiuuant itinera, & ali
quando impediunt ea. Nā Saturnus & Sol,
ſi fuerint boni eſſe ac bene diſpoſiti, fortu-
nati ſcilicet atque fortes, adiuuabunt itinera uerſus *Oriens.*
orientem facta, ſi autem fuerint impediti eis contra *Septentrio.*
riabuntur. Iupiter uero itineribus uerſus ſeptentrio *Meridies.*
nem factis ſuum pręſtabit auxilium. Venus itidem *Occidens.*
adiuuabit itinera quæ uerſus meridiem fiunt. Mars
autem & Luna quæ uerſus occidentem fuerint, iti-
nera fortificare nitentur. Mercurius uero ſecundū
naturā illius cui iunctus fuerit, adminiculum itine
ribus præſtabit. Conſiderabis Planetas prædictos
ſignificatores itinerum ſeu peregrinationum adiu
uantes qui ſint, quoniam ſi fuerit Saturnus ipſe bo
ni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificabit natum ſua iti-
nera ſuasq; peregrinationes in ſeruicijs magnorū
pręlatorū, & maxime induentiū nigras ueſtes uel ſe
num aut Iudęorum exercitaturum. Si autem fuerit
Iupiter, ipſa in ſeruicijs magnatum & diuitum at-
que nobilium uel magnorum atque famoſorum
iuriſtarum, uel ſuorum amicorum operabitur. Si
uero Mars fuerit in ſeruicijs bellicoſorum mili-
tum & ducum exercituum, laborabit. Quod ſi
fuerit Sol, in ſeruicijs magnorum regum atque
diuitum qui ſunt apti regno, fatigabitur. At ſi fue-
rit Venus magnis dominabus & etiam ſuis ami-
cis ſeruitia propria exhibebit. Si quidem fuerit Lu-
na ſua ſeruitia in populatium & uilium natione
operabitur. Mercurius autem illis quibus ſeruiet
ille, cui fuerit ipſe applicatus, & litteratis etiam
& iuuenibus adminiculūm præſtabit. Videbis iti-
dem ſi Iupiter, aut Venus, prædictos ſignificato-
res peregrinationum ſiue itinerum tenuerint, u-
trum Mercurius eis applicetur, ipſeq; boni eſſe ac
bene diſpoſito exiſtēte, quoniā hoc ſignificabit qd'
natus ex prædictis itinerib. ſeu peregrinationib. ma
gnū bonū atq; utilitatē conſequetur, & illa bene at
que

que ſecundum optata perficier, & honorem atque
ſtipendia ex eis acquiret. At ſi Sol aut Luna prædi-
ctos iuuerint ſignificatores, fuerint'que in Ariete
uel Scorpione uel Capricorno, ſiue Aquario, &
Mars aut Saturnus fuerit in eorum oppoſitione,
ſignificat quod ex ſuis itineribus ſeu peregrina-
tionibus, magna incõmoda, nec nõ & impedimẽta
nato deuenient. Quod ſi tũc Mars in Cãcro uel in ei⁹
triplicitate moretur, ex marinis undationibus uel
etiam aliarum aquarũ, uel propter itinerũ impor-
tunitatem atq; intolerabilitem uel propter latroci-
nitatem ſeu uiarũ abſciſiones, uel ſubmerſiones na
to prædicta contingent. At ſi fuerint Mars ſcilicet &
Saturnus in Geminis uel in eius triplicitate, prædi-
cta ex ualido uentorum flatu euenient. Si autem in
Tauro uel in eius triplicitate permanſerint, ea ex rui
na uentura portendent. Si quidem in Ariete uel in
eius triplicitate ipſos inueneris, dic quod accident
nato impedimenta quæ ipſum circundabunt ex ca-
ſu de alto, uel ex præcipitatione inopinata ſiue for-
tuita. Et dixit Ptolemæus, ſi fuerint Saturnus &
Mars in ſignis ſolſticialibus uel æquinoctialibus
ex earum rerum quibus opus habent, ſcilicet homi
nes defectu & priuatione ac propter qualitates cor
rupti aeris ægritudinem inferentis hoc accidere nõ
dubitabimus. Si autẽ in ſignis formæ humanæ fue-
rint, ex uiarum abſciſoribus hominumq; aggreſſio
nibus ſiue inſultibus uel proditoribus ſeu depræ-
datoribus euenire dicemus. Et dixit, ſi fuerint in ſi-
gnis quorũ formæ ſiluestrium animalium formis
aſſimulantur ex luporum rapacitate ſiue ex terræ-
motu uel ex aliqua re quæ ruet in eum, continget.

Et dixit Aboaly cum fuerit Luna in tertio die na
tiuitatis applicata fortunis & ipſa in bono loco, for
tunata ſcilicet atq; fortis, ſignificat profectum nati
in ſuis itineribus. Si uero fuerit in cõtrario, cõtrariũ
indicabit. Et dixit, aſpice nouum, quod ſi fuerit in
eo fortuna uel in eius quarto aſpectu aut in eius
oppoſitiõe, ſignificat proficuum nati ex itineribus,
maxime ſi dominus aſcendentis fortuna fuerint, ſi
ue aſpexerint eum fortunæ. Si aũt contrarium uide
ris, poteris contrarium iudicare, maxime quidem ſi
dominus nonæ fuerit infortuna uel aſpexerit eum
infortuna, & ſi dominus nonæ fuerit in aſcenden
te uel in eius decima, ſignificat amorem nati in itine
ribus. Si uero Venus fuerit domina nonæ, fueritq;
in aſcendente, ſignificat gaudium nati in ſuo itine
re atq; deſponſationem. Si uero fuerit Iupiter domi
nus nonæ, fueritq; in aſcendente uel in decima, ſi-
gnificat natum in ſuis itineribus laudem atque bo-
nam famam acquiſiturum. At ſi fuerit dominus
nonæ Sol, fueritq; in aſcendente uel in decima, ſigni
ficat natum in ſuis itineribus, ſcientias atq; res nobi
lium & à nobilibus acquiſiturum. Quod ſi fuerit
Saturnus dominus nonæ, fueritq; in aſcendẽte uel
in decima in aſpectu Iouis, ſignificat in ſuis itineri
bus ex rebus aquaticis & terreis atque beſtijs na-
tum ſubſtantiam acquiſiturum. Si quidem Mars fue
rit dominus nonæ, fueritq; in aſcendente aut in de
cima, ſignificat eum adepturum ſubſtantiam in
ſuis itineribus cauſa bellicoſorum militum, & qui-
bus commiſſa ſunt bella & exercitus. Et dixit Aboa
ly, ſi uero dñs domus Solis non aſpexerit eum, &
dominus domus Lunæ non aſpexerit eam, & do-
minus aſcendentis non aſpexerit aſcendens, uel
fuerit Mars in tertia uel nona, & dominus partis
itineris fuerit contrarius domui ſuæ, ſignificat mul
titudinem itinerum cum labore atque metu & a-
miſſione ſubſtantiæ. Et ſi fuerit pars itineris in ali-
quo angulorum iuncta domino aſcendentis
& Lunæ, ſignificat quod natus amabit
itinera & itinerare.

¶ De decima domo.

De magiſterio nati ac de ipſius opere, ſuis que
officijs, ac de ipſius ualetudine, ſimiliter
de proſperitate atque regno &
de eſſe matris.

Caput I.

CVm de re magiſterij nati eius quo-
que operis qualia futura ſint & de
ipſius ualetudine atque proſperita-
te ſuo'que regno, nec non & de ſuis
officijs atque de rebus maternis cer-
tificari uolueris. Aſpice aſcendens natiuitatis il-
lius, & uide ſi aliquis ex Planetis inueniatur in eo,
quoniam ille quem in aſcendente inueneris, erit
conſiderandus, & ab illo accipies prædictorum ſi-
gnificationem, quod ſi non fuerit in aſcendente
Planeta, tunc aſpicies decimam in qua ſi aliquis ex
Planetis fuerit ab eo, accipienda eſt prædictorum Pigritia.
ſignificatio, decima tamen ſignificabit nati pigri-
tiam in opere ſuo, ſimiliter quarta, & ſint prædi-
cti ſignificatores orientales à Sole & occidentales
à Luna. Quod ſi non fuerit in aſcendente, nec in
decima aliquis ex Planetis, aſpice tunc quartam
uel ſeptimam ſi aliquem ex Planetis in aliqua ea-
rum inueneris poteris accipere ſignificatum ope-
ris nati ab eo, ſunt tamen eius ſignificata debiliora
prædictis. Quod ſi non fuerit in aliquo prædicto-
rum locorum Planetarum ullus, aſpice Almutem
ſuper utroque illorum, ſiue dominus ſiue Almu-
tem fuerit ſuper aſcendens uel ſuper decimam uel
quartam ſeu ſeptimam. Aſpice etiam tunc Plane-
tam cui Luna primo iungitur poſt eius corpora-
lem ſeparationem à Sole ſi natiuitas fuerit diur-
na, uel Planetam qui fuerit primo iunctus cum
parte fortunæ, ſi fuerit nocturna. Aſpicias etiam
utrum aliquis Planetarũ nouiter de ſub radijs So-
lis ſit apparens non plus 20. gradibus ab eo remo-
tus, ſi fuerit de ſuperioribus ſit orientalis ab eo. Si
autẽ fuerit de inferioribus ſit occidentalis. Et uide ſi
ille Planeta, quem nunc dixi, uel ille qui fuerit in
prima uel decima, uel quarta uel ſeptima habeat
Yriſal cum Luna. Si autem inueneris aliquem
Planetarum, ſiue de prædictis ſit, ſiue de alijs cui
duo ex prædictis accidentibus contingunt, illum
tantummodo conſiderabis, alios prætermittes,
quia non erit de ipſis multum curandum. Quod
ſi unum tantum ex eis tunc inueneris ita diſpoſi-
tum, ſcilicet quod ipſe ſolus ſit in aliquo prædicto- *Magiſteriũ*
rum locorum cum aliqua prædictarum coniun-
ctionum, uel ſit ipſe Almutem ſuper aliquo ipſorũ
illũ cõſiderabis, et ab ipſo nati magiſteria et ſingula
ſupradicta ſuſcipies, & maxime ſi martẽ aut Vene
rem ſiue Mercurium in aſcendente uel in decima
inueneris

inueneris, et iterũ magis ſi dominium uel exaltatio nẽ uel terminũ ibi habuerit ſiue triplicitatẽ, facies tamen licet aliquid operetur in hoc erit multum eius ſignificatum infra prædicta, fuerit'q; aliquis prædictorum trium Planetarum in aliquo notorum aſpectuum cum Sole, ſiue cum Luna, & eo fortius, ſi receptio interuenerit, ſignificabit hoc qđ natus cuicũq; operi ſiue officio, ſiue magiſterio adhærere uoluerit, poterit illud bene atq; leuiter adipiſci, & ex q̃cunq; uoluerit ex eis accipere utilitatẽ atq; lucrũ ſibi placibile, ſecundum qđ aliquis Planetarum illud ſignificauerit conſequetur. Quod ſi plures in locis prædictis fuerint ex Planetis, illum qui maioris auctoritatis aut plures ibi habuerit dignitates, alijs omnibus præpones. Quod ſi nullum prædictorũ inueneris, fuerit'q; natiuitas diurna, accipe ſignificatum à Planeta qui cum Sole fuerit iunctus. At ſi nocturna fuerit, tunc accipies illud à Planeta cum quo iuncta fuerit Luna, ſi uero Luna nõ fuerit tũc cum aliquo iuncta, erit accipiendũ ſignificatũ ab illo à quo ipſa fuerit nouiſſime ſeparata, uel à domino domus in qua fuerit pars fortunę, uel ab illo ſcilicet qui melius diſpoſitus fuerit. Qui ſi fuerit fortunatus, boni eſſe ſcilicet atq; fortis, & eo magis ſi Mercurius fortunatus atq; fortis fuerit, & eum amicabili aſpectu aſpexerit, ſignificat natum boni magiſterij boni'q; operis ac bonę mechanicæ futurum, & quod in illo & ex illo magiſterio proficiet, necnon & lucrũ atq; utilitatem magnum'q; proficuum conſequetur, erit'q; in ſcientia numerorum doctus atq; ſcripturæ ſubtilis operarius, & in prædictis omnibus fortunatus, erit'q; boni ingenij boni'q; intellectus. Et ſi aſpexerit dictum ſignificatorem ipſius nati Saturnus laudabili aſpectu, fuerit'q; Saturnus boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atq; fortis, ſignificabit nati in cultu terrarũ arborum'q; plantatione ſuum fortuniũ præualiturũ. Et ſi aſpexerit Saturnus à 10. uel in 10. ſignificabit natum ad magnos dominatus atq; ad magna officia magnas baiulationes acceſſurũ. Si quidẽ à dictis aſpectibus eum Iupiter intueatur, ſignificabit eum natum probum atq; ſapientẽ, necnõ & ſcriptorẽ alijs præualẽtem futurũ, & cũ principibus, regibus ſcilicet & magnatibus domeſticitatẽ habiturũ. Quod ſi aſpexerit eum Mars ab aſpectibus & locis ſupradictis, uel fuerit ipſe ſignificator operis nati, ſignificabit natũ in medicina & maxime in chirurgia, necnõ & in theologia probum extiturũ, erit quoq; ingenij ſatis communis & applicantis ſe, nec difficulter ad ea quæ uoluerit, erit'q; callidus ac ingenioſus. Et dixit Aboaly, ſi Sol aſpexerit eũ uel cũ eo fuerit in uno ſigno, ita ut eũ nõ cõburat, ſignificat eũ alti magiſterij magnæ'q; ſublimitatis ac ſcriptorẽ regũ, plurimi'q; precij apud ipſos. Et ſi Venus eũ aſpexerit uel fuerit ſignificatrix operis nati, ſignificat natũ eſſe cõmixtũ cum mulieribus regũ ac nobiliũ & plurimũ ualiturum apud eas & proficuum ab eis adipiſcentem. Si autem teſtificatus fuerit ei Mercurius natũ in ſcientia ſcripturæ probũ & in numero & cambio & ſimilibus futurum. At ſi Luna eum aſpexerit, ſignificat ſcientiã perfectam'q; nati fortunã in his quæ uelociter terminãtur. Sed ſi aliquis malorũ malo aſpectu eũ aſpexerit, ſignificat laborẽ in magiſterio & ſtudium. Nam ſi fuerit Mars qui eum aſpexerit, ipſe'q; mali eſſe ac male diſpoſitus, uel fuerit ipſe Mars in aſcendente uel in 10. fuerit'q; natiuitas diurna, ſignificabit natum ex cauſa ſui magiſterij damnum atq; periculum incurſurũ, flagellabitur enim inde atq; uinculabit uel fuſtigabitur aut cõdemnabitur. Si autem Saturnus fuerit & ipſe mali eſſe ac male diſpoſitus, fuerit'q; in prima uel decima & fuerit natiuitas nocturna, ſignificat quod uincietur natus occaſione prædicta, & conſtringetur conſtrictione forti & incarcerabitur uel ſuſpẽdetur, uel martyrio ſuſpendio ſimili torquebitur. Et dixi Aboaly, quod in anno in quo aſcendens radicis peruenerit ad ſignum medij cœli, ſi fuerit in eo aliquis ex Planetis magiſterium ſignificantibus, renouabit natus magiſterium ſuum ſecundum ſubſtantiã Planetæ qui ibi fuerit. Et dixit Ptolemæus, quod cum acceperimus ſignificationem magiſterij atq; operis nati à decima, erit natus ocioſus in magiſterio atq; opere ſuo. & quod nos debemus accipere qualia opera nati eius'q; magiſteria futura ſint per Martem, per Venerem atq; Mercuriũ, & per ſigna in quibus fuerint principaliter, dico per alios uero Planetas & loca ſecundario.

Decreta 10. domus.

Si enim Mars ſolus operis atq; nati magiſterij ſignificator extiterit, & in ſuis dignitatibus fuerit, ſignificabit eius magiſterium atq; opus ferro uel igne perficiendũ, & lapides inſcindere atq; ſigilla ſculpere illũ ſcaturũ indicabit.

♀ in dignitate ♄

At ſi fuerit Mars in dignitatibus Saturni fuerit'q; Saturnus ei teſtificatus & fuerit boni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificabit nati magiſteriũ in compoſitione nauiũ & maxime nauium piratarũ & prædonũ atq; per modũ abſciſſorum uiarũ æquitantium mare futurum.

☉

Et dixit Ptolemæus quod erit nauigator & natator, atque pictor, et quod in magnis aquis atq; in balneis libẽter morabitur. Si aũt fuerit in dignitatibus Iouis fuerit'q; Iupiter ei teſtificatus & unus eorum fuerit bene diſpoſitus, alter uero male, ſignificat eius opus in militia & in pœnarũ illatione tam in ſontes quã inſontes, & finget ſe hoſpitem uiatorum & libenter ſurripiet eis quod poterit. Erit'q; ſimiliter pedagiorũ emptor, ut aliquid ſibi uſurpet. Quod ſi fuerit in dignitatibus Solis fuerit'q; Sol ei teſtificatus & cum hoc fuerit Sol debilis, ſignificabit hoc opus nati ac eius magiſterium in conflatione ignis atque in his quæ ignis conflatione fiunt futurũ, & maxime ignis in quo funduntur metalla & mineræ.

♀

Si uero fuerit in dignitatibus Veneris fuerit'q; Venus ei teſtificata, ſignificabit hoc opus nati ac eius magiſterium in mulierum ornamentis ac metallorũ auri ſcilicet & argenti & in ludis & in cantationibus inueniendis atque muſicis inſtrumentis & componendis completurum.

☿. ☾.

Et ſi fuerit in dignitatibus Mercurij aut Lunæ, fuerit'q; aliquis eorum teſtificatus, ſignificat opus nati ac magiſterium eius in monetarum cauatione atq; annulorum & monilium factione, necnon & in precioſorum lapidum ſculpturis euenturum. Et dixit Ptolemæus, ſi duo Planetæ in magiſterio nati conuenerint, fuerint'q; Venus, & Mercurius, exercebit ſe in muſica uel ludis: hoc ideo dixit, quia Venus ſignificat delectationes, Mercurius uero ſignificat numerũ, aut erit eius ſtudiũ in cantilenis ſiue in cãtationũ inuẽtionibus

uel

uel in qualibet ſpecie reperiendi cantus, maxime au
♀ cum ☿ cõmutatio. tem cum in ſua commutabuntur loca, tunc enim
erit natus ioculator, & maxime ſi Venus fuerit in di
gnitatibus Mercurij & Mercurius fuerit in dignita-
tibus Veneris ſiue hiſtrio, ut ſunt illi qui utuntur
barbaſtellis & ſimilibus, eritq́ cythararum, uiola-
rum, tympanorum, organorum, leuitarum, & alio
rum inſtrumentorum muſicorum compoſitor ſiue
factor, & erit ſollicitus ad mulieres ſtuprandum &
decipiendum atq; deludendum. Sed ut ait Ptole
mæus, non ad eas nubendum, eritq́ pictor & ſidiũ
prædictorum bonus operator ſiue confactor, erit
etiam prædicator atq; in ſuis prædicationibus blan
diciarum atq; mendaciorum immixtor. Et dixit
Ptolemęus, qđ ſi Saturnus eis teſtificetur, ut ſit par
ticeps magiſterij nati cum prædictis ſignificatori-
bus, erit eius opus & magiſterium cum his quæ prę
dicta ſunt in mercationibus etiam, & uendet ea qui
bus mulieres adornantur. Et dixit, ſi Iupiter fuerit
eis teſtificatus, fueritq́ in dignitatib. Mercurij, erit
placitator & ſemper in locis cõgregatiõis hominũ
libenter morabitur. Si autem fuerit in ſuis dignita-
tibus circa regias portas commorabitur, docebitq́
pueros. Si autem fuerit Iupiter debilis in rebus uul-
gi ſolicitabitur. Et dixit, at ſi operis magiſterij domi
nium Mars & Mercurius habuerint, erit doctus in
compoſitione imaginum & armorũ, eritq́ ſculptor
in rebus quibus diuinæ domus utuntur, & anima-
liũ imagines faciet, eritq́ luctator, medicus', chirur
gicus, maleficus, fornicator, & chartarũ falſificator.
Et dixit ſi Saturnus eis teſtificatur, erit natus inter-
fector & aliorum ueſtimenta diripiet, eritq́ uiarum
abſciſor. Et dixit ſi Iupiter eis teſtificetur quod dili-
get arma & duella propter Iouẽ, erit etiam rector,
procurator, ac uerſipellis, & hoc quia unus eſt for-
tuna & alius infortuna, opera diliget, & circa extra
neos ſolicitabitur, & huiuſmodi lucrabitur. Et di
xit Ptolemæus, ſi autem ſignificator operis natiq́
magiſterij fuerit Venus, & fuerint ei teſtificati Sa-
turnus & Mars, uel ſaltem Saturnus, fueritq́ Venus
in aliqua dignitatum Solis uel Lunæ ſiue Saturni,
& ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificat natũ
auri & argenti atq; ſpecierum emptorem & uendi-
torem futurũ, & licet luminaria non ſignificent res
ſpecialiter, ſignificant eas uniuerſaliter & maxime
in tali caſu. Si autem non fuerit Saturnus boni eſſe,
dũmodo nõ aliter infortunatus, ſignificat eum tin
ctorem, plumbi & ferri & ſimilium mercatorem at
que aliorum operum quæ per res obſcuras tractan
tur extiturũ, eritq́ ſimiliter diuini numinis immola
tor, atq; mortuorum defletor, & ſolicitabitur in fu-
neribus mortuis induendo & ad ſepulturam præ-
parando, & cantus funerales per modum laicalem
exercebit, morabiturq́ libenter in locis occultis, &
ibi ſimiliter per modum tyriſicum diuinabit. Tyri-
Tyriſia. ſia fuit quidã cœtus diuinatorum. Si autem fuerit
in dignitatibus Iouis, fueritq́ ſibi teſtificatus Iupi-
ter, ſignificabit natum domos religionis frequenta
turum, & in eis libenter moraturum, cum religio-
ſis moram contracturum, & inde uictum & quæ
ſibi competenter neceſſaria fuerint exequetur. Sciet
ſimiliter matrimonia tractare, ipſaq́ ſagaciter du-
cere ad effectum, & ex inde ſequi utilitatem, & etiã
erit augur. Si autem fuerit Venus in dignitatibus
Martis, & fuerit ſibi teſtificatus Mars, ſignificabit
natum in medicinali ſcientia competenti modo ua
liturum, & quod in portationibus armorum dele-
ctabitur, potius tamen quàm in eorum exercitio,
in portando ea delectabiliter propter Martem, non
curabit ea multum exercere propter Venerem. Et
non ſolum Planetæ ſignificant opera ſeu magiſte-
ria nati, uerum etiam & ſigna Ptolemæo teſte, illa
iuuant. Nam ſi fuerit ſignificator operis natiſiue
ipſius magiſterij currens per aliquod ex ſignis quę
figuris hominum aſſimilantur, omne magiſterium
quod ad natum pertinuerit, exinde adiuuabitur. Si
uero fuerit in ſigno quadrupedum, & natus adhæ-
ſerit magiſterio minerarum aut mercationum me
tallorum, auri ſcilicet & argenti, ęris, plumbi, ferri,
ædificationum, uiui quoq; dolabræ atq; ſimilium,
illa perfecte ſciet, quoniam ſigna quadrupedia cun
cta prædicta iuuant & ſpecialiter domeſtica. Et
Ptolemæus dixit, ſigna æquinoctialia & ſolſticialia
tranſlationis & uariationis interpretationis Geo-
metriæ necnon rerum domorum orationis magi-
ſteria iuuant. Et dixit, at ſigna quorum figuræ
ferarum & aquaticorum animalium figuris aſſimi
lantur, magiſteria quę ſunt ad humiditatem, ut piſ-
cari, nauigare: & in quibus humectatiua ponuntur
ut facere uegẽtes, torcularia, & ſimilia auxiliant &
herbarum ut cuſtos hortorũ & meſſium & compo
ſitionis nauium ſolertiam, ſalita, ut ſalire piſces quo
cunq; modo & ſalientia, ut facere ſalem iuuant. Et
dixit, at ſi Luna prope locum magiſterij dominata
fuerit, hoc dico, quod habeat in aſcendente uel in
decima dignitatẽ, & exiens de ſub radijs Solis poſt
ſeparationem ab eo Mercurio primo iuncta fuerit,
& in Capricorno uel Tauro ſiue Cancro eam inue
neris, ſignificabit hoc quod natus in ſubalternis ſci
entijs ſicut in augurijs ſapiens erit, & fiet aruſpes
geomanticus, hydromãticus, chiromanticus, agur-
guſticus, ſpatulamanticus incantator, coniurator et
immolator, & hoc in hunc modum. Nam ſi fuerit Artiũ prohibitorũ decreta.
coniunctio prædictorum ſignificatorum operis na
ti ac eius magiſterij, & ſolis & Lunæ in Tauro, quo
niam eſt domus Veneris & exaltatio Lunæ: ſignifi
cabit quod natus erit ariolus ſiue augur. At ſi fue-
rit in Capricorno: quoniam eſt domus Saturni, &
exaltatio Martis, & de triplicitate Lunæ, ſignificat
quod natus erit immolator. Si quidẽ fuerit in Can-
cro quoniam eſt domus Lunæ ſignificat quod na-
tus erit hydromanticus. Et dixit Ptolemæus, ſi fue
rit in Sagittario uel Piſcibus, per mortuos diuinabit
& malignos etiam ſpiritus de loco ad locum per
ſuas incãtationes moueri faciet. Sed ſi fuerit in Vir
gine uel Scorpione, fiet Aſtrologus atq; nigroman
ticus & iudicabit occulta, & prædicet futura etiam
ſi non multum, uel nullam habuerit ſcientiam li-
terarum. Quod ſi fuerit in Ariete, uel Leone, uel Li Qualitates
bra, erit propheta uel ſapiens ac ſomniorum inter- operũ nati.
pres. Et hæc eſt uia quam ad magiſteriorum nati
qualitates eorumq́ ſpecies rationabiliter cognoſ-
cendas Ptolemæo teſte, nobis obſeruare conuenit.

Qualitates autem operum ſeu magiſteriorum
nati per Planetas eorum ſignificatores ac per eorũ
diſpoſitionem ſi bene intuearis perpendes. Nam ſi
tu uideris eos bene diſpoſitos, fortunatos ſcilicet at
que fortes, orientales, directos in angulis & maxi-

me in

me in decima uel etiam in prima, uel in aliqua ſuarum dignitatum, domo ſcilicet uel exaltatione uel termino ſeu triplicitate, ſignificabit opera ſiue magiſteria nati ex dignitatibus atq; fortitudinibus, & dominationib. extitura. Si autẽ extra dignitates prædictas occidentales uel cadentes eos inueneris eius magiſteria ſiue opera ipſumq; in eis alijs ſubſtiturũ pronunciabis, & eo magis atq; fortius, ſi dictos ſignificatores aliqua ex infortunis aſpexerit, uel ſuper eos eleuata fuerit, quoniã ſignificabuntur opera ſiue magiſteria nati uilia & contemnibilia & deſpectibilia futura, & quod in eis ſecurus exiſtere nõ poterit, & decipietur in eis et ab eis, et eorum de cauſa. Quod ſi fuerit illa infortuna Saturnus, fueritq; eiuſdem triplicitatis cum ſignificatore magiſterij nati, ſignificabit quod accidet hoc ex pigritia ac eius lenitate atq; frigida diſpoſitione male complexionata. At ſi fuerit Mars, fueritq; in ſigno ſuæ naturæ conuenienti, accidet hoc ex timiditate nati & eius uilitate ac puſillanimitate, & malum atq; deſtructionem exinde patietur. Si uero ambæ prædictæ infortunæ fuerint impedientes ſignificatores operis atq; magiſterij nati, erunt eius opera eiuſq; magiſteria diſplicibilia quaſi omnibus indifferenter & ſemper. Verum natus ſit habiturus multitudinem ſeu paucitatem operum ſiue magiſteriorum, & utrum uocetur, uel non uocetur ad magiſteria, ſeu opera conſtituenda uel exercenda ex eſſe uel diſpoſitione ſignificatorum operum percipies. Nam ſi bene diſpoſiti fuerint, bonum indicabunt, ſi autem male, contrariũ promittent. Si quidẽ eos aſpexerint fortunæ uel ſuper ipſos fuerint eleuatę, ſignificabuntur opera nati eiuſq; magiſteria cõuenientia ſimiliter & cõmoda, & quod exinde cõmendabitur natus, & in illis & ex illis ſecurus exiſtet, nec eorũ de cauſa uerecundiã uel opprobriũ aliquod patietur, ſed honorem atq; utilitatem prout opus ſeu magiſterium in ſua natura fuerit, & eo magis ſi Iupiter & Venus aſpexerint, & ex illa occaſione ſublimabitur, & pro eo magiſter dicetur.

De ualetudine atque proſperitate nati, & de ipſius officijs & de ſuo regno.

Cap. II.

CVm de ualetudine atque nati proſperitate, ſuiſq; officijs ac ipſius regno indagare uolueris, aſpice Solem in natiuitatibus diurnis, Lunam uero & Saturnum in natiuitatibus nocturnis, & decimã & eius dominũ & partem regni atque Planetam in cuius domo ipſam inueneris, & ſi uideris dictos ſignificatores, Solem ſcilicet & Lunam uel alterum eorum in angulis, fortunatum ſcilicet atq; fortem, iunctum fortunis, uel etiam alijs bene diſpoſitis & cum receptione, fuerintq; aſpicientes Solem orientales, aſpicientes uero Lunam & Saturnum fuerint occidentales, ſignificabit hoc natũ indubitanter regem futurum. Quod ſi non fuerit de luminaribus, ſicut dixi, aſpice tunc dominum decimæ, & Planetam in cuius domo fuerit pars regni, & aſpice decimam atque aſcendens & Planetã Almutẽ ſuper dicta loca, ſiue unus ſiue plures fuerint, et commixtionem eius ſuper aſcendens uel ſuper decimam, uel cum eorum dominis, quoniã ſi fuerint ea quę dixi tibi, uel pars eorum, ſignificabit natum futurum regem uel principẽ regi ſimilem,

Regis decreta.

& quod eius dignitas diu duratura inuenietur. Et ſi fortunæ aſpexerint luminaria, ut dictũ eſt, fuerintq; in angulis, uel aſpexerint aliquem de prædictis ſignificatoribus in decima exiſtentem, fueritq; ſignificator ille bene diſpoſit^9^, fortunatus ſcilicet atq; fortis, & eo magis ſi fortunæ aſpicientes illum ſupra terram extiterint, & iterũ magis, ſi cũ ipſo in decima corporaliter iunctæ fuerint, & eo fortius, ſi receptio interueniat & luminaria fuerint in ſignis maſculinis, fuerintq; dicti ſignificatores uel maior pars eorum bene diſpoſiti, ſignificabit natum magni nominis eſſe, magnæq; ualetudinis atq; etiam magnæ potentiæ, necnon & regem futurum, uel etiam ad minus regi ſimilem. Si autem non aſpexerint ſe dominus aſcendentis cum Almutem prædicto, ſignificabit natum paruæ potentiæ paruæq; ualetudinis futurum, & paucum erit eius commercium cum regibus & magnatibus. Si autem alij Planetæ præter luminaria in angulis extiterint, uel commixtionem cum Planetis exiſtẽtibus in angulis habuerint, fuerintq; Sol in ſigno maſculino & Luna in ſigno fœminino, & unus tantũ eorum in angulo fuerit, ſignificabit natum non futurum regem, ſed regimina in quibus licebit ei nocentium atq; culpabilium ſanguinem effundere, ipſoſq; ſuſpendere atq; decapitare, modiſq; alijs per modũ regiminis interficere habiturum. Et hi tales ſunt illi quibus reges committũt uices ſuas in factis regni, & faciunt eos ſuos uicarios, & dant eis poteſtatem regiminis, & habẽt ratum quod illi faciunt. Quod ſi prædictæ ſtellæ non fuerint in angulis, nec Planetæ qui luminaribus teſtificantur, nec fuerint anguli ex eorum Aym, ſignificabit hoc natum nominandum futurum, uetuntamen eius ualetudo ſiue ipſius potentia poſſe illius qui ex toto non habet regimen, non excedet, erit enim eius dominium, ſicut illius qui magni atque potentis domini uicem gerit. Si uero luminaria nõ fuerint in angulis, ſed fuerint in eis Planetæ, qui fuerint eis teſtificati uel cum eis cõmixtionem habuerint, ſignificabit natum non tantæ ualetudinis eſſe debere in factis ſupradictis, ſed erit ualens in regiminibus ciuitatum & ſimilibus, & ſciet etiam mediocriter diſponere ſui domui, ſimiliter & ſuæ uitæ. Hali uero dixit, ſi luminaria non fuerint in angulis, ſed fuerint in eis quàm plures ſtellarum circundantium uel cum eis aſſocientur, tunc erit natus mediocris ualentiæ, ſed ſi fuerint luminaria & ſtellæ circundantes in dignitatibus ſuis, erit mediocris in diſpoſitione rerum quæ pertinent ad ciuitates. Verbi gratia, ſi fuerit Mars dator ſubſtantiæ, erit mediocris acquiſitionis, & in rectificandis ponderibus ſeu menſuris ciuitatis. Si autem fuerit Iupiter, erit mediocris in iuſtitiam exercendo. Si uero fuerit Saturnus, erit mediocris in artificio ædificandi. Si quidem fuerit Venus, erit mediocris in religione. Quod ſi fuerit Mercurius, erit mediocris in ſcribendo. Et dixit, ſi luminaria & ſtellæ circũdantes non fuerint in dignitatibus ſuis, erit natus mediocris in conditione ſua, utpote in mercationibus, & ſic de cæteris officijs. Et dixit Ptolemæus, ſi omnes ſtellæ quæ luminaria circundederint nullam cum angulis ſimilitudinem habuerint, natus in ſuis operibus miſer & infelix apparebit. Quod ſi luminaria nec in angulis nec in ſignis maſculinis extiterint,

Hali.

Ptolemæus.

nec etiam fortunæ ea circundederint, erit in extremo miſeriæ, & improſperitatis. Et dixit, uia igitur qua in harum rerum inueſtigatione eſt incedendũ, hæc eſt quam in augmento ualetudinis ac diminutionis monſtrauimus. Quamplures autem qualitates quæ ſunt inter augmentum & diminutionem per ea quæ in illa ſpecie particularis alterationis inuenta ſunt, quam habent luminaria & ſtellæ quæ ea circundederint & quæ in circundantibus diſpoſuerint, nos obſeruare debemus. Nam cum diſpoſitrices fuerint dominæ Aym loci Solis, & Lunæ uel aliæ fortunæ, natus in ualetudine magis durabit. Si uero ſtellæ quæ contrariæ fuerint Aym luminariũ diſpoſitrices fuerint, aut fuerint infortunæ, ualetudo nati debilis erit, & cito finietur, atq; leuiter tranſibit. Et dixit Ptolemæus, res uero ualetudinis futuræ ex proprijs ſtellarum qualitatibus quæ luminaria circundant ſunt obſeruandæ. Nam cum Saturnus fuerit diſpoſitor proſperitatis nati, quę ſibi uentura fuerit, & ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atq; fortis, ſignificabit, quod fortuniũ nati ac eius ualetudinem ſuamq; proſperitatem ex hæreditatibus ſibi recaſuris, & etiam ex alia ſubſtantiæ congregatione ſeu accumulatione. Si autem debiliter diſpoſitus fuerit, erit eius ſignificatum multum infra prædictum. Si uero Iupiter aut Venus nati ualetudinem atq; proſperitatem diſpoſuerint eam in iocunditatibus & alacritatibus atq; donationibus ſibi exhibitis, honoribusq; ſibi collatis ſuaq; magnanimitate ſimiliter acceſſurã. Quod ſi Mars eius ſignificator extiterit, ſignificabit ei⁹ ualetudinẽ atq; proſperitatẽ ex uictoria inimicorũ ſeu cõtrariantiũ ac ex ſuorum ſubditorũ qui eum timebunt & reuerebuntur cauſa aduenturam. At ſi Mercurius dominator ualetudinis fuerit, ſignificat quod ex intellectu ſuo & diſciplina rerũq; diſpoſitione ſublimabitur, & exinde proſperabitur atq; ualens habebitur. Aſpicies etiam utrum dominus primi iungatur cũ domino decimæ uel ecõuerſo. Nam ſi dominus primæ iungitur dño decimæ, ſcilicet quod ipſe ſit leuior eo à trino uel ſextili aſpectu cum receptione uel ſine receptione, uel à quarto cum receptione ſignificat natum adepturum bonum & utilitatem atque proficuum ex regibus & à regibus, ſed nõ ſine inquiſitione atq; petitione ſua. Si autem dñs ſeptimæ fuerit leuior & iũgatur domino primæ à dictis aſpectibus, ſignificat eum adepturum prædicta ſine ſua inquiſitione ſeu petitione, & eo magis ſi receptio interuenerit, nec ipſi fuerint cadentes uel alias infortunati. Aboali. Et dixit Aboali, ſi fuerit hæc applicatio ab angulis, erit dignitas quam ipſe conſequetur magna & cognominata & maxime ſi fuerit ab aſcendente uel medio cœli. Et dixit, ſi dominus aſcendentis in angulo fuerit, dominusq; medij cœli cadens, ſignificat natum eſſe nominatum opusq; eius eſſe uile. Et ſi dominus medij cœli in angulis fuerit, fueritq; dominus aſcendentis cadens, ſignificat operis magnitudinem & eum eſſe uilem. Si autem ambo cadẽtes fuerint, ſignificat uilitatem tam nati quàm operis Et dixit dominus aſcendentis cũ in medio cœli fuerit, ſignificat eum eſſe natum ex genere regum uel commixtum eius. Et ſi aſpectus qui inter eos fuerit, bonus ſit, ſignificat amicitiam inter natum & regem eſſe, & ſi fuerit malus, ſignificat inimicitiã & grauitatẽ. Et dixit ſi uero inter dominũ aſcendentis, & dominũ medij cœli applicatio non fuerit, aſpice applicationem quæ inter dominũ aſcendentis ac Solem fuerit, & iudica ſuper eam, ſicut iudicaſti ſuper applicationem domini aſcendentis & medij cœli ſuperius. Et dixit, ſi fuerit dominus aſcendentis coniunctus Soli, ſignificat natũ eſſe regi familiarem ac fidelem ſcientemq; ſecreta eius ac receptum in uerbis ſuis erga eum. Et dixit, ſi dominus aſcendentis fuerit unus de Planetis ſuperioribus, fueritq; in medio cœli domino eius applicatus, ſignificat eum eſſe cõmixtum tam nobilibus quàm regibus, ac eum circa dignitatem eorum confiſcari, conficere uel conſiſtere. Si uero unus ex Planetis inferioribus fuerit dominus aſcendentis in medio cœli exiſtens, & applicatus domino eius, ſignificat ipſum aliquod officium regis tenere infra id quod prædixi. Et ſi inter dominũ aſcendentis & aliquod luminariũ applicatio fuerit, ſignificat regum commixtionem, & ſi cum receptione fuerit, adipiſcetur inde maximum bonum, ſin autem non. Et aſpice in ualetudine nati Planetam qui habet applicationem cum domino aſcendẽtis, uel qui fuerit dominus domus in qua fuerit pars operis nati ac regni eius, quem ſi inueneris in exaltatione ſua, ſignificabit natũ ualetudinẽ atq; magnitudinẽ ac celſitudinem ſuę ualetudinis, & cõmixtionem cũ regibus atque magnatibus habiturũ. At ſi fuerit in domo ſua ſignificabit aliquid infra hoc & cõmixtionem nati cũ his qui fuerint infra prædictos. Et ſi fuerit in termino ſuo, ſignificat adhuc aliquid infra hoc. Si autẽ fuerit in triplicitate ſua, ſignificabit iterũ aliquid infra iſtud. At ſi fuerit in facie ſua, ſignificabit adhuc ualde minus aliquid infra prædicta. Si autẽ fuerit dñs partis uacuus curſu, ſignificat multitudinem feralitatis nati ac ipſius ſolitudinẽ & quod amabit loca ſolitaria ſecundũ naturã ſigni quod tũc occupauerit. Deinde aſpice partẽ operis nati ac eius regni eiusq; dñm, quẽ ſi ab aſcendente in bono loco inueneris à malis ac ab alijs impedimentis liberũ, uel fuerit ipſe atq; dñs aſcendẽtis in angulis liber ab impedimẽtis prædictis, ſignificabit natũ multi operis ac paucæ quietudinis extiturũ. Et dixit Aomar aſpice quoq; Solẽ, qui ſi fuerit in quartis orientalibus inueniet natus honorẽ & ſublimitatẽ & regnũ in iuuẽtute ſua. Et ſi fuerit in quartis occidentalibus erit hoc in ſenectute ſua, & in fine uitæ ſuæ. Aomar. Eſſe autẽ eius in opere ſuo & in quo tẽpore erit maioris dignitatis atq; honoris aſpicies ex dñis triplicitatis Solis, qui ſi omnes tres fortes fuerint, durabit regnũ eius & honor toto tẽpore uitæ ſuæ. Si aũt eos omnes debiles inueneris, dic quod toto tẽpore uitæ ſuæ detrimentũ atq; debilitatẽ & infortuniũ patietur. Si autẽ primus debilis extiterit in prima tertia parte uitæ ſuæ, ipſum infortunia circumuenient atque fragilis memoriæ fiet. Si uero fortunatus fuerit in eadẽ tertia, proſpera ſibi contingent, idẽ in ſecunda & in tertia pronunciabis. Et dixit Aomar, Saturn⁹ in nocte cũ fuerit in angulo & Mars in die & maxime in aſcendente uel medio cœli non erit ei cõgregatio nec opus neq; regnum uſq; in expletionẽ annorum Planetæ minorum. Quod ſi tranſierit terminum, erit ſecundum aſcenſionẽ ſigni in quo fuerit Planeta. Et dixi, Mars cũ fuerit in angulis & maxim

ximè in aſcendente uel in medio cœli in die periclitabitur natus cauſa operis ſui, & flagellabitur corpus eius & morietur. Et dixit, ſi fuerit Sol in oppoſitione Lunæ, non dirigetur nato regnum, neque opus ſiue principatus: & ſi directum fuerit, contrariabuntur ei diuites illius regni atq; magnates. Et dixit, ſi uideris opus ſeu magiſteriũ ſiue regnum eſſe ſignificatũ nato, aſpice Planetam Almutem ſuper medium cœli & Solem & partem operis ſiue regni. Et uide cuius ſubſtantiæ ſit ille Almutem ſuper loca illa, quoniam erit opus ſeu regnum ſuum ſiue officium nati ſecundũ ſignificatum prædicti Almutem. Nam ſi fuerit Sol, erit natus princeps ſiue rex, eritq; ſapiens diſpoſitor rerũ, bonæq; diſcretionis.

Et dixit Aomar, ſimiliter dices ex natura huius Almutem & aſpicientium eum, ſiue unus fuerit, ſiue plures, ſcilicet duo uel tres. Et dixit, aſpice ſimiliter Almutem & uide quis aſpicit eum ex Planetis & commiſce opus eorum cum opere Almutem & dic ſecundum hoc. Et dixit Ptolemæus, enã quod natus tũc habebit magiſteriũ cũ fuerit Planeta orientalis, mane in medio cœli cum Luna, uel fuerit Almutem ſuper medium cœli orientalis, & ſi hic non aſpexerit ita uniuerſitati eorum natorum non erit magiſterium. Et dixit, ego autem dico quod Almutem ſuper medium cœli cum commixtus fuerit Almutem ſuper aſcendens aut congruerit ei, hi non carebunt magiſterio, & eo melius ſi fuerit Almutem orientalis à ſole atq; ab aſcendente aut ab utroque. Nam & in ſubſtantia magiſterij aſpexerunt uniuerſi ex qualitate Martis, Veneris atq; Mercurij ad inuicem, & in commixtione eorum atq; aſpectu. Et dixit quãtitates uero ſunt, ut ſit Planeta in quarto aſpectu alterius uel ſextili aſpectu uel cum eo in uno ſigno. Quidam uero ſapientum uolunt, ut cadat angulus medij cœli in undecima, & horrent ut cadat in nona, caſus enim eius in nona minuet quãtitatem dignitatis diuiſoris, & caſus eius in undecima auget eius honorem & eſſe ſuum. Similiter omnia loca cum remota fuerint ad loca recedentia & magnalia, ut ſextam & ſecundam & octauam & duodecimam, erit malum, nam undecima in duodecima malum eſt, & in medio cœli bonum.

Ptolemæus.

Almutem.

Quantitates quæ.

Qualiter tibi aſpiciendum eſt in re Matris.
Cap. III.

Nota.

Matris decreta.

QVoniam in re patris aſpicitur ex quarto natiuitatis nati & uelimus aſpicere in re matris ipſius, & uxori aſpiciatur à ſeptima à domo uiri, oportet quod in re matris aſpiciamus à decima, quoniam decima eſt ſeptima à quarta. Vnde ſi contigerit te in re matris aſpicere debere, aſpice Ylem ex decima & eius domino, ex Luna ſimiliter atq; Venere, necnon & à parte matris & Planeta in cuius domo perſtiterit, & Planeta qui fuerit Almutem ſuper aliquo prædictorum locorum, quoniam & ipſe ſignificator matris habebitur. Deinde aſpice quis ex Planetis ſignificator ſit annorum matris, & ſi aliquis aliorũ auget ei aliquos annos, uel menſes, uel minuet ei de ſuis annis uel menſibus. Nam ſi aſpexerit eum aliqua ex fortunis à trino uel ſextili aſpectu, fueritq; boni eſſe ac bene diſpoſita, fortuna ſcilicet atq; fortis, fueritq; in angulis, augebit ei annos ſuos minores, & inſuper tot menſes, quot fuerint anni ſui medij, & eo fortius, ſi receperit eũ. Si autẽ fuerit in ſuccedentibus, loco annorum augebit ei menſes. Si uero non receperit eum à dictis aſpectibus augebit ei annos ſuos minores, ſed non augebit menſes. At ſi fuerit impedita, non augebit ei annos, ſed loco annorũ augebit menſes. Si quidem ille qui aſpexerit eum fuerit infortuna, & aſpexerit eum à quarto aſpectu uel ab oppoſitione, minuet ei de annis ſuis ſecundum numerum annorum ſuorum minorum. Quod ſi fuerit illa infortuna boni eſſe ac bene diſpoſita, fortunata ſcilicet atque fortis, minuet ei tantum ſecundum tres partes annorum ſuorum minorum. Poſt hoc aſpicies in ſtatu & ualetudine matris ac eius eſſe ſiue operis ſeu magiſterio atq; dignitate ipſiusq; fortuna ex duſtoria Planetarum à Luna. Nam ſi uideris Martem aut Venerem in duſtoria Lunæ, aut Mercurium cũ fuerit iunctus cum aliquo eorum, ipſiq; boni eſſe ac bene diſpoſiti, fortunati ſcilicet atq; fortes, ſignificabit hoc augmentum dignitatis matris ac eius exaltationem ſuiq; precij atq; honoris magnitudinem. Deinde aſpice Ylem matris, & Planetam à quo ipſam acceperis, dirigesq; illam ad loca fortunarum atq; maiorum, & in quo loco uideris ipſam peruenire ad fortunas ex ſignificato illius domus iudica bonum in omnibus prædictis. Cum autem ad infortunas eam peruenire perceperis ex ſignificato illius domus matri, contrarium in omnibus prædictis uenturum iudicabitur. Et dixit Aomar quod ſi non fuerit Luna & pars matris in loco Ylem, & uolueris ſcire locum quem diriges matri, diriges ex gradu Lunæ quotiens peruenerit ad malos ſignificabit periculum & mortem matris. Poſt hoc aſpice concordiam, atque dilectionem matris erga filium, & eius odium contra ipſum, ex Almutem ſuper aſcendens & Almutem ſuper loco matris. Quod ſi fuerint inter ſe concordes & uiciſſim ſe diligentes, iudica inter eos dilectionem futuram. Si autem fuerint ſe inuicem odientes, cõtrarium iudicabis. Videbis etiam ſuper concordia inter patrem nati ac eius matrem, & ſecundum quod uideris concordiam eorum ſignificatorum inter eos futurum, pronunciabis. De morte autem matris utrum ſit propinqua futura ſiue remota, dixit Dorothius, quod ſignificatur per introitum Almutem ſub terra. Et dixit Aboali, in uita matris aſpicies cuius natiuitas diurna fuerit à Venere, quæ ſi fuerit aſpiciens aſcendens, dirige ipſam ad corpora malorum & radios eorundem per gradus aſcenſionũ dans unicuiq; gradui annum unum. Si autem non aſpexerit Venus aſcendens aſpexeritq; illud Luna dirige ipſam ſicut direxiſſes Venerem ſi fuiſſet apta dirigi. Siquidem non aſpexerit Luna, tunc dirige gradum medij cœli, incipiesq; in natiuitatibus diurnis, primo à Venere, deinde à Luna, poſtmodum à gradu medij cœli. In nocturnis uero incipies primo à Luna, deinde à Venere, poſtmodum à gradu medij cœli. Deinde aſpice ſi anni ſignificati per Ylem fuerint æquales annis ſignificatis per Almutem ſuper gradum in quo fuerit Venus, uel ſuper gradum in quo fuerit dominus domus, in qua ipſa fuerit in natiuitatibus diurnis, in nocturnis uero in gradu in quo fuerit Luna, uel in gradu

Amor matris & patris.

Mors.

in quo fuerit dominus domus in qua ipſa fuerit, & tam in die quàm in nocte in gradu medij cœli, uel in gradu in quo fuerit eius dominus, ſignificabitur enim per hoc mors matris illius nati ante complementum unius anni à die natiuitatis illius. Eſſe autem matris aſpicies ex dominis triplicitatis ſigni, quod tunc Luna poſſederit. Nam ſecundum quod uideris eos diſpoſitos, ſecundum illud iudicabis de bono ſcilicet aut de boni contrario, quoniam ſi omnes fuerint boni eſſe ac bene diſpoſiti, fortunati atque fortes, bonum ſemper toto tempore uitæ ſuæ pronunciabis futurum. Si autem male, malum iudicabunt. Si uero primus in principio uitæ à natiuitate illius nati ſuum ſignificatum oſtendet. Si autem ſecundus in medio uitæ. Si quidem tertius in ultima parte uitæ matris, id quod ſignificauerit futurum prædices. Qua morte mater ſit moritura, ſcilicet leui aut graui ſiue deformi, ab eſſe Lunæ atq; à domino domus in qua ipſa fuerit, necnon & à parte matris eiuſq; domino, atq; à parte mortis matris ipſiuſque domino percipies, quia ſi fuerint boni eſſe ac bene diſpoſiti, mortem communem atque laudabilem iudicabunt. Si uero impediti fuerint ac male diſpoſiti, mala morte atq; deformi matrem morituram ſignificabunt, eius tamen mortis in ſua natiuitate ſignificator ſuas partes nihilominus interponet. Quis primo inter patrem & matrem moriatur ex eorum ſignificatoribus percipies. *Pater an mater primò moriatur.* Nam qui primo combuſtionis infortunium ſenſerit, uel qui prius ad angulū quartæ domus natiuitatis nati acceſſerit, illum præmoriturū ſignificabitur.

❧ De undecima domo.

De amicis nati ac de ipſius fortuna ſimiliter & eius ſpe. Cap. I.

Fiducia. Spes. Fortuna. Amici.

VIſo in capitulo quod præceſſit iſtud de re magiſterij nati, ac de ipſius officijs eiuſq; ualetudine, nec non & de re matris &c. aptum uidetur mihi atq; conueniens in iſto præſenti capitulo de re amicorum eiuſq; fortuna ac de ipſius ſpe fore tractandum, ac de ipſis omnibus facere mentionem. Vnde ſi ſuper aliquo prædictorum in alicuius natiuitate fatigari uolueris, aſpicies in hunc modum. Conſiderabis itaq; undecimam ab aſcendente natiuitatis cuiuſuis nati ac eius dominum, partem quoque amicorum & eius dominum, necnon & Venerem quæ naturaliter habet ſignificare amicos, quoniam delectamur in eis. Aſpicies ſimiliter Planetas qui fuerint in 11. & in domo in qua fuerit dominus 11. & dominus domus in qua ipſe fuerit, & in qua fuerit pars amicorum & Planeta in cuius domo ipſa fuerit. *Decreta.* Similiter aſpicies Planetam in cuius domo fuerit ipſa Venus. Aſpicies etiam luminaria & eorum dominos Solis ſcilicet in die, Lunæ uero in nocte, quibus inſpectis uidebis quis planetarū fuerit Almutē, ſuper quolibet prædictorū locorum, & quis ex eis fuerit melioris eſſe meliorisq; diſpoſitionis, quoniā ab illo poteris aſſumere ſignificatū rei, amicorū nati eiuſq; fortunæ, necnō et ipſius ſpei, incipiēdo prius ab 11. eiuſq; dño, deinde à Planeta qui fuerit in 11. poſtmodū à Venere, deinde à parte amicorū ac eius dño, deinde à dño domus in qua fuerit Venus, deinde à luminari cui⁹ fuerit auctoritas, ultimo uero à dño domus in qua fuerit illud luminare. Nā ſi fuerint in 11. fortunę, fuerintq; inter dñm 11. & dñm aſcendētis amicabilis cōmixtio ſiue applicatio ex cōiunctiōe uel ex aliquo amicabili aſpectu, et maxime cū receptione quæ fiat ex domib. uel exaltationibus, uel ex duabus de alijs dignitatib. minoribus, ſignificabit natū amicorū multitudinē ipſum diligentiū habiturū, & eo magis ſi domus 11. fuerit Cācer uel Scorpio aut Piſcis. Si autē 11. dom⁹ fuerit Aries uel Taur⁹ aut Libra ſiue Sagittari⁹ uel Capricorn⁹ aut Aquari⁹, diminuēt numerū amicorū nati ꝓ quarta parte. Siquidē fuerit 11. dom⁹ Gemini aut Leo ſeu Virgo diminuēt numerū amicorū ipſius ꝓ tertia parte. Et ſi nō fuerint fortunę in 11. ſed aſpexerint illā ab aſpectib. notis ſeu laudabilibus fuerintq; fortunæ illæ boni eſſe ac bene diſpoſitæ, fortunatæ ſcilicet atq; fortes, illud idē quaſi quod dictū eſt de numero ſeu multitudine amicorū nati ſignificabūt. Si autem nō fuerit quod dictum eſt de 11. domo, cōſiderabis eius dominū. Nam ſecundū quod uideris eum diſpoſitū & Planetā in cuius domo ipſum inueneris, ita de facto amicorū nati erga eum pronunciabis. Aſpicies etiam partem amicorum ac eius dominum, quos ſi bene diſpoſitos inueneris uel alterum eorum, poteris per ipſum de re amicorum iudicare, indicabunt enim ex amicis nato bonū affuturum. Deinde aſpice Venerē quæ ſi fuerit boni eſſe ac bene diſpoſita, fueritq; aſpiciens aſcendens uel eius dñm aſpectu amicitię, uel undecimam, aut eius dominum, ſignificat natum plures amicos habiturum & pro maiori parte ſexus fœminini ex quibus conſequetur utilitatem atq; bonum, & erunt illi amici fortunati pro ſeipſis. Aſpice ſimiliter dominū domus in qua fuerit Venus, quoniā & ipſe ſignificatū in bono amicorū adiuuabit. At ſi luminaria eorū dñi bene diſpoſiti fuerint, illud idē facere nō dubitabis. Nā ſi fuerit Sol boni eſſe, ac bene diſpoſitus, ſignificat qđ magna pars amicorū erūt diuites atq; nobiles, de illis ſcilicet qui ſunt apud regno. Si autem fuerit 11. domus alicuius ex 7. Planetis, ſignificat qđ amici nati erūt ſecundū ſubſtantiā & ſignificatū illius cuius domus fuerit 11. Nā ſi fuerit dom⁹ Saturni, erūt amici nati ſecundū effigiē & eſſe atq; diſpoſitionē Saturni, erūt enim ſenes ſerui Iudęi et alię uiles perſonę. Si uero fuerit domus Iouis erūt ſecundū eſſe atq; diſpoſitionē ſeu effigiē eius, eruntq; nobiles uel epiſcopi & ſimiles Ioui. Siquidē fuerit dom⁹ Martis erūt ſecundū naturā & diſpoſitionē Martis & ei⁹ effigiē & ei⁹ eſſe, principes ſcilicet atq; bellicoſi. Sed ſi fuerit domus Solis, erūt ſecundū naturā & diſpoſitionē ac eſſe Solis & eius effigiē, & erūt nobiles reges atq; diuites, ut dictū eſt. Et ſi fuerit domus Veneris, erūt ſecundū naturā & diſpoſitionē & eſſe Veneris ac eius effigiē, ut mulieres et effœminati. At ſi fuerit domus Mercurij, erūt ſecundū eſſe et naturā & diſpoſitionē Mercurij & effigiē ipſius, erūtq; ſapiētes et mercatores atq; ſcriptores. Si aūt fuerit domus Lunę tūc ſignificabunt amici nati ſecundū naturam & diſpoſitionē Lunæ ſimiliter & eius eſſe ac eius effigiē. Et ſi fuerint oēs prædicti ſignificatores uel maior pars eorū in ſignis fixis, ſignificat qꝛ amici nati diligēt eū, et eorū amicitia et dilectio ſit firma & cōſtans atq; duratura. Si autem fuerint in ſignis bicorporeis, ſignificabit mediocritatē prædictorū ac eorū durabilitatē. At ſi fuerint in ſignis mobilib⁹, ſignificat qđ amici ſui uelociter ab ei⁹ amicitia diſcedent, et qđ efficient ſibi cōtrarij et inimicabunt illi.

Et di-

Et dixit Aomar, ſi fuerit Almutem ſuper aſcendens malus, & nocuerit Almutem ſuper domũ amicorũ, eueniet amicis ex nato malũ. Et ſi fuerit econtrario, dic ecõtrario. Et dixit, ſi uero fortunati fuerint hi ſignificatores ab inuicem bonũ & reuerentiam & profectum. Deinde dixit, Si autem non aſpexerit dominus 11. undecimam, nec Venus aſpexerit dominũ domus ſuæ, neq; dominus partis amicorum partem amicorũ, erit natus de illis qui nullam cõmixtionem habent cum amicis, nec erit aſſociabilis hominibus, ſed ut plurimũ ſolitarius libenter morabitur. Et ſi fuerint in 11. fortunę tũc poteris indicare quod amici eius erũt boni bonæq; cõuenientiæ, atq; bonorum morum & quod abundabunt diuitijs, & eo fortius, ſi fortuna fuerit in 12. Si autem fuerit in ea infortuna, ſignificabit hoc quod amici nati erũt mali, multæq; diſcordiæ atq; indigentiæ.

De ſpeciebus amicorum.
Cap. II.

ET dixit Ptolemæus, quod amicitiæ & inimicitię ſunt tribus modis, ſcilicet uel ꝓpter cõcordia ſpirituum quibus neceſſe eſt & homo diligat ſociũ ſuũ, uel ꝓpter ꝓfectũ, uel quia coget eos gaudium uel triſtitia. Et dixit, qui ꝓpter cõcordiam ſpirituum ſe diligũt, hi ſunt in quorũ natiuitatibus euenit, ut ſint Sol & Luna transmutati à ſuis locis, hoc eſt, quod Sol ſit in ſigno ſiue in loco in quo erat Luna in natiuitate uni⁹ eorũ. Et Luna ſit in ſigno ſiue in loco in quo erat Sol in natiuitate alterius, uel ſint eorũ ſignificatores aut luminaria in trino uel ſextili aſpectu. Et eo fortius fiet hoc, ſi receptio interuenerit, erit tũc amicitia eorum cõſtans atq; naturaliter durabilis, & iterũ magis ſi aliqua ex fortunis aſpexerit dictos ſignificatores aut luminaria in natiuitatibus prædictis abſque aſpectu alicuius infortunarum. Deinde dixit, illi uero quorum dilectio fuerit propter gaudium uel triſtitiam, ſunt illi quibus euenit ut ſit eorum ſignum unum & idem aſcendens, uel aſpexerit ſignum natiuitatis unius, ſignum natiuitatis alterius à trino uel ſextili aſpectu, & aſpexerint fortunæ ſignum utriuſq; natiuitatis à trino uel ſextili aſpectu aſpectibus infortunarum penitus remotis. Illi autem quorum amicitia concordauerit propter profectum ſunt in quorum natiuitatibus fuerit pars fortunę in ſigno unius in quo fuerit in natiuitate alterius uel in eius triplicitate uel in eius trino uel ſextili aſpectu, erit'que inter eos concordia, & lucrabuntur ex una & eadem re ſeu mercatione, & uterque ſtudebit lucrari atq; proficere inde, & illa de cauſa deueniet eorum amicitia & cadet dilectio inter eos, uel accidet eis uel alteri eorũ ex una & eadẽ cauſa aliquod ſiniſtrũ ex quo uterq; dolebit et cõpatietur unus alteri, & illa de cauſa fient amici, quod accidet cum fortunæ aſpexerint aſcendentia natiuitatum eorum uel eorum ſignificatores abſq; aſpectu alicuius infortunę. Præterea ſi Almutem utriuſq; natiuitatis aſpexerint ſe inuicem ab aſpectibus noctis, erunt amici & inuicem ſe diligent, & eo fortius, ſi ambo inuicẽ ſe receperint. Quod ſi fuerint eorum aſpectus à quarto uel ab oppoſitione, & maxime ſi ſe inuicẽ nõ receperint, cadent inter eos maleuolentiæ una & eadem de cauſa, & eo fortius, ſi aliqua ex infortunis eos ſignificatores aſpexerit, & iterũ magis ſi aſpectus ille abſque receptione interuenerit, & magis ac magis, ſi fuerit à quarto uel ab oppoſitione, aut fuerit coniunctio corporalis. Si quidem fuerit illa infortuna quæ aſpexerit Saturnus, fuerit- ♄ que in natiuitate utriuſque illorum in aliquo ſigno, qđ ſit domus ſignificatoris natiuitatis alicuius eorum uel exaltatio, uel terminus ſeu triplicitas, & dignitas alterius aliqua, ſcilicet ex prædictis, & fuerit aſpectus trinus uel ſextilis, & eo forti⁹ ſi receptio interuenerit, erit amicitia inter natos illos occaſione aquarum uel terrarũ uel alterius prędij uel propter ſenes ſeu ſenectutẽ, uel propter patres qui erũt occaſio eorũ amicitatis, uel propter alias conuenientias ſeu familiaritates euenientes inter eos. At ſi fuerit aſpectus ab oppoſitione à quarto aſpectu uel fuerit cõiunctio corporalis, et eo fortius ſi fuerit coniunctio uel aſpectus ſine receptione cadent inter eos inimicitiæ, ſimiliter & diſcordiæ atque contentiones aliquæ ex prædictis cauſis. Si autem fuerit Mars, accident prædicta occaſio- ♂ ne alicuius ex his quæ per Martem ſignificantur. Quod ſi aſpexerit eum aliqua ex fortunis, fuerit'- ♃ que Iupiter, accident amicitiæ atque concordiæ inter eos occaſione ſubſtantię ſiue acquiſitionis et lucri uel alicuius alterius ſignificatorum Iouis. Si uero fuerit Sol, accident occaſione alicuius dignita- ☉ tis laicalis ſeu magiſterij, ſiue officij, uel auri rudis, uel alicuius alterius, ex rebus quæ ſignificantur per Solem. Si quidẽ fuerit Venus accident occa- ſione nuptiarum, uel alicuius rei delectabilis, quæ ♀ per Venerẽ habet ſignificari. At ſi fuerit Merucri⁹, ac- cident occaſione, ſcripturæ, ſiue ſculpturæ, uel mer- ☿ cationis ſiue cambio nummularij uel alicuius alterius ex ſcientijs quæ ſignificantur per Mercurium. Sed ſi fuerit Luna, euenient ſupradicta occaſiõe le- ☾ gatorum uel mandatorũ eis imponendorũ uel alicuius egregij miniſterij, ſeu aliqua de cauſa de his quæ ſignificantur per Lunã. Et aſpicies eius ſignificata ſecundum eius diſpoſitionem in quartis atque dicoromitanbus cuiuslibet lunanonis. Conſiderabis etiam eſſe atque diſpoſitionem prædictarum fortunarum, quoniam ſecundum quod diſpoſitæ fuerint, ita debebũt prædicta euenire. Et dixit Ptolemæus, at in facto amicorum nati atq; ipſius amicitię quatuor loca in figura natiuitatis eius quæ dicuntur maiora ſiue res maiores, uidelicet illa quæ maius dominium & maiorem poteſtatẽ nati & amicorum habent, quę ſunt Solis locus & locus Lunæ, *locus etiam domini aſcendentis & locus partis fortunæ. Nam ſi omnia loca uel maior pars eorum fuerint in uno ſigno, uel loca inuicem cõmutauerint, ſcilicet quod ſit Sol in natiuitate unius, in loco in quo erat Luna in natiuitate alterius, uel ecõtra, uel dominus aſcendentis natiuitatis unius in loco partis fortunæ alterius natiuitatis, uel econtra, fuerintq; inter eos & loca 7. gradus uel infra, ſignificabit hoc inter natos amorem fixum & indeficientem atque inſeparabilem aduenturum. Si autem ex trino uel ſextili aſpectu dicti ſignificatores uel dictorum locorũ domini ſe aſpe-

xerint, amicitiam inter eos, nõ tamen ita ueram ut prædicta caſuram eſſe ſignificabunt. At ſi Almutē aſcendentis cum Almutem 11. uel etiam cum Almutem 7. à trino uel ſextili aſpectu & maxime cũ receptione inuicem ſe reſpexerint, nec alias infortunati uel impediti fuerint per gaudiũ & alacritatem, inter eos amicitiā futurā indubitanter pronũciabis. Quod ſi aliquē Planetarum inter duarum natiuitatum ſignificatores lumen ſeu uirtutem transferre perceperis, fueritq́; ipſe boni eſſe ac bene diſpoſit⁹, fortunatus ſcilicet atq; fortis, amicitiam caſuram licet non perpetuo duraturā, ſed ad tempus, non tamen multum breue poteris iudicare. Si autem Iouem uel Saturnum amicorum ſiue amicitiæ nati in ueneris ſignificatorem, tranſiueritq́; unus de ſua domo in domum alterius, uel de loco in quo fuerit in locum in quo fuerit alter, amicitiam inter eos occaſione prædiorum uel alicuius alterius rei durabilis, uel ſi fuerint ſignificatores ad hoc apti occaſione agriculturæ ipſam futurum iudicabunt. At ſi Saturnus Ylem fuerit & Venus, ipſosq́; ita diſpoſitos inueneris, quod unus locum alterius occupare nitatur, accidet inter natũ & natũ amicitia, cauſa cõſanguineorũ, in breui tamen quia unus eſt fortuna alius infortuna terminatura. Si uero Saturnus nati ſignificator extiterit, Mercurius uero ſignificator amicorũ, eiq; iunct⁹ fuerit ex mercationib. cauſa dationis & acceptiõis et ſimilibus, amicitiam inter eos pronunciabis, & hoc quia eorum domus à trino aſpectu ſe aſpiciunt. Et dixit, ſi fuerit Ylem Iupiter & Mars ex diuitiarũ occaſione uel alicuius dominij, quia eorum domus à trino ſimiliter aſpectu ſe aſpiciunt, hoc accidet. Si autem Iupiter cum Venere ſignificator natiuitatis extiterit, & habuerit cum Almutem 7. uel 11. commixtionem, accident inter eos amicitiæ cauſa mulierum uel alterius rei delectabilis, uel cauſa diuini obſequij ſeu religionis, uel domorum religioſorum conſtructione uel ſimilibus. At ſi fuerint Iupiter Ylem cum Mercurio cum Almutem 7. uel 11. applicatione occaſione triuialis uel quadruuialis ſcientię atq; philoſophiæ inuicē ſpõte ſe diligent. Et dixit, ſi autem Mars & Venus fuerint Ylem, fuerintq́; cũ prædictis Almutem, ut dictũ eſt, erit inter eos dilectio cauſa uenerei cult⁹, fornicatione ſcilicet aut adulterio uel forte turpitudine ſodomitici ſceleris, nec tamen eorum erit amicitia diu duratura, quod accidet eo, qđ Mars ſit infortuna, Venus autem fortuna. Quod ſi Venus & Mercurius fuerint ſignificatores natiuitatis, uel almutē ſuper aſcendens & cum prædictis ſignificatoribus, ut dictum eſt, commixtionem habuerint ex cauſa mulierum uel forte muſicæ uel librorum ſtudio uel occaſione uictualium, quibus utuntur homines ad nutrimentum ſui amicitia inter eos confirmabitur.

Hæc omnia prædicta conſiderabis ſecundum quod uideris dictos ſignificatores boni eſſe ac bene diſpoſitos, fortunatos ſcilicet atq; fortes & in bonis aſpectibus cum Sole atq; Luna, uel in aſcendente uel cum eius Almutem uel cum parte fortunæ, quoniā ſecundum quod fuerint prædicta 4. eſſe, uel ſecundum quod aſpexerint illa 4. loca prædicta ſecundũ illud apparebũt eorum ſignificata. Et ſi non aſpexerint ea eorum ſignificata, penitus euaneſcent.

¶ De duodecima domo.

In re inimicorum occultorum & inuidentium, & in conſiderationibus quas te habere oportet in ſignificatis duodecim domorum, nec non & in iudicijs quæ reſultant ex ſignificatis prædictis. Cap. I.

ASpice in re inimicorum atque inuidentium, duodecimam domum ab aſcendente, nec non & iudicia quę reſultant ex ſignificatis domorum & earum dominis, & uide quale ſit eſſe Almutem duodecimę cum almutem aſcendentis. Aſpicies enim Saturnum & partem inimicorum & eius dominũ qualiter ſint diſpoſiti. Nam ſi fuerint almutem ſuper 12. uel ſuper domum in qua fuerit pars inimicorum uel Saturnus mali eſſe ac male diſpoſiti, uel impedierit aliquem eorum aliqua infortuna, et eo fortius ſi impedierit dominum aſcēdentis uel eius almutem uel Lunam, & iterum fortius, ſi fuerit impedimentum ab oppoſitione uel à 4. aſpectu, uel fuerit Almutem 12. in aſcendente uel in oppoſitione alicuius luminarium, ſignificabit natum multos inimicos occultos & multos inuidentes habiturum, & quod multum poterunt ei occulte nocere, & nitentur nocere & nocebunt, & eo magis ſi habuerit illa infortuna dignitatem aliquam in 12. & iterũ magis ſi fuerit ille impediens Almutem ſuper aſcendens dominus 12. Si autē Almutem ſuper 12. non aſpexerit Almutem ſuper aſcendens, neque Lunam, uel aſpexerit eos aliqua ex fortunis, uel fuerit aliqua ex eis almutem ſuper 12. nec fuerit impedita, ſignificat natũ paucos inimicos occultos & paucos inuidētes habiturũ. Quod ſi fuerit Almutē 12. Saturn⁹, ſignificat, qđ erũt inimici occulti et inuidētes nati ſenes, Iudę, uiles de turba, religioſi nigras ueſtes inducētes & homines inculti atq; ſilueſtres & ſimiles. Si fuerit Iupiter erũt homines qui uidebuntur ſapientes & iuriſtæ et clerici ſeculares et etiā nobiles mediocres & minores & ſimiles. Si autē fuerit Mars erũt homines bellicoſi malefactores ſiu furatores atq; maledici & ſimiles. At ſi fuerit Sol, erũt nobiles atq; magnates, & eo magis ſi Almutē 12. fuerit in angulo & in ſuccedēti angulum, in quo habuerit aliquā dignitatē & ſimiles. At ſi fuerit Venus erunt ut plurimũ mulieres & homines effœminati & bibuli & comeſtores & ſimiles. Si autem fuerit Mercurius, erũt homines literari, iuuenes ſcriptores, & ſimiles. Si quidem fuerit Luna, erunt homines inſtabiles atque uulgares & uiles perſonæ & ſimiles. Si autem fuerit Almutem duodecima retrogradus uel combuſtus uel obſeſſus ab infortunis, uel peregrinus, uel in cadenti ab angulo, uel in caſu ſuo, uel in deſcenſione ſua, uel fuerit in cadente ab aſcendente uel in 2. uel in 6. uel in 8. uel impedierit eum Almutem aſcendentis, uel fuerit aliquis malorum in 12. qui fuerit impeditus ab infortunis, ſignificat quod natus omnibus ſuis inimicis occultis atq; inuidentibus præualebit & eos conculcabit, & quod parum uel quaſi nihil ei poterunt nocere, ſed ipſe impediet eos. Et ſi dñs aſcendētis fuerit fortuna, & impedierit dñm 12. uel ei⁹ Almutē patientur ab eo damnũ & detrimentũ. Siquidē fuerit Saturn⁹ aut Mars in 12. uel alter eorũ, fueritq́; mali Inimici.

mali eſſe ac male diſpoſitus uel impedierit dominum 12. uel eius Almutem, ſignificat quòd uidebit natus de ſuis inimicos occultis & ſuis inuidentibus quod ipſi affectabunt uidere de ipſo.

De iudicijs quæ reſultant ex ſignificatis duodecim domorum & earum dominis.

Caput II.

Viſo in his quæ præceſſerunt de re inimicorum occultorum nati ac ipſius inuidentiū, reſtat nunc uidendum de iudicijs quæ reſultant ex ſignificatis 12. domorum, & exiſtentia Planetarum, in eis quæ ſub iſto capitulo comprehenduntur, & de modo quē te in iſtis ſeruare oportet, ſecundū quòd antiqui ſapientes prædeceſſores noſtri uiſi ſunt præcepiſſe. Viſū eſt enim eis quòd debeamus aſpicere domos prædictas ac earum dominos, & ſecundum eorum diſpoſitionem de ipſis iudicare. Vnde tu debes omnes domos in natiuitate cuiuſlibet nati cùm erexeris figuram natiuitatis illius aſpicere, & uidere in quibus domibus Planetæ recipiantur, & qualiter ſint diſpoſiti et qualis ſit eorum eſſe tam fortunatarū quàm infortunatarū. Nam in quacūq; domo inueneris fortunā uel quākunq; domū aſpexerit amicabili aſpectu, trino ſcilicet aut ſextili & ipſa libera, fortunata ſcilicet atque fortis fuerit: nec aliquo impedimento circūuenta: nec fuerit aliquis malorum, in loco quem aſpexerit fortuna, nec etiam aſpexerit illū locum malus & fuerint fortunæ ſuperiores orientales, inferiores uero occidentales, nec alias impeditæ: fueritq; pars fortunæ boni eſſe ac bene diſpoſita, libera, ſcilicet à coniunctione malorum & eorum aſpectibus, ſignificabit hoc ex ſignificatis illarum domorū, in quibus prędicta reperientur bona atque utilitatem et proſpera nato euentura. Si autem non fuerint dicti ſignificatores fortunati, dummodo non ſint infortunati, ſignificabunt tamen bonum & utilitatem nati, ſed multum infra quod dictum eſt. Et ſi fuerint impediti, ſignificant utilitatem aliqualem, paucam tamē & cum admixtione multorum contrariorum. Si autem fuerint infortunę fuerintq; aſpectæ à fortunis, nec aliàs impediti, & in ſuis dignitatibus, fortunati & fortes, ſignificabūt iterum aliquod bonum ex ſignificatis domorum in quibus fuerint, uel quas à bonis aſpectibus aſpexerint euenturum, cum tanta tamen fatigatione atq; inuolutiōe ſimiliter et grauitate, quòd parum uidebitur nato quòd ſibi proficiat. At ſi fuerint impediti, ſignificabūt omnia mala, omnia contraria, cuncta ſiniſtra, cuncta nocentia, ſimiliter & infortunia ex ſignificatis illarum domorum, illius natiuitatis ipſi nato fore uentura.

¶ De Saturno in domo ſua.

Quod ſi fuerit natiuitas diurna, fueritq; Saturn⁹ illius natiuitatis ſignificator, ipſe'que boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet atque fortis, fueritq; in Capricorno uel Aquario uel Libra & in aſcendente, ſignificabit hoc quòd nobiles atque magnates & diuites ipſi nato libenter amicabūtur, & quòd ipſe ſanus & incolumis corpore atq; mente permanebit, & ſignificabit etiam quòd ipſe magnus accumulator ſubſtantiæ ſit aduenturus, & eo magis ſi cum parte fortunæ uel cum parte ſubſtantiæ in aſcendente uel in ſecunda uel in alio loco laudabili figuræ commixtione habuerit. Si uero fuerit eius diſpoſitio contraria prædictæ multitudinem ægritudinum corporis atq; mentis, necnon & prædictorum omnium contrarium indicabit.

¶ De Saturno in domo Iouis.

Et ſi fuerit in Sagittario uel Piſce fueritq; natiuitas diurna, ſignificat natū pulchri corporis pulchræq; ſtaturæ atq; ueritatis filiū, & ex iuſto & conuenienti atq; licito ſubſtantiæ accumulatorē futurum. In natiuitate uero nocturna, ſignificat natum cum nobilibus ſeu magnatib⁹ atq; diuitib⁹ libenter moraturū, et q̃ ꝓpriū patrē in morte ſibi pręmittet. ♐ ♓

¶ De Saturno in domo Martis.

Si uero fuerit in Ariete uel Scorpione, ſignificabit natum fortis propoſiti, duri cordis paruæ miſericordiæ uel quaſi nullæ, nullius cōpaſſionis, iracundum ualde futurum. Et ſi natiuitas fuerit nocturna, in duplo deterior & atrocior inuenietur. ♈ ♏

¶ De Saturno in domo Solis.

Si quidem in Leone natiuitate diurna permanſerit, natum fortunatum eiusq; patrem niſi natiuitas patris in ſuis factis proprijs contra operetur indicabit. Si autem nocturna fuerit, prædictorum contrariū portēdēt eorūq; depreſſionē mōſtrabit. ♌

¶ De Saturno in domo Veneris.

Si quidem in Tauro uel Libra ipſum inueneris, tam in natiuitatibus diurnis quàm nocturnis, natum circa ueneres actus & maxime cum uilib⁹ mulieribus, & damnum cauſa earum paſſurum, ipſumq; male complexionatū, & ut multum quaſi ſe mi ægrotum moraturum, malæq; fidei extiturum oſtendet. ♉ ♎

¶ De Saturno in Mercurij.

Quod ſi eum in Geminis aut Virgine inueneris qualiſcunque natiuitas fuerit, ſignificabit eum ſcientiarum inueſtigatione ac librorum inquiſitione dotatum, ipſorumq; occulta reſeraturum, & dicere poteris, quòd ex multo ſtudio multaq; fatigatione ſuper his lingua ipſius impedietur, et ut plurimum ille labor, illudq; ſtudium in ſuum damnū, ſuamq; contumeliam redundabit, eritq; infortunatus ab hominibus, & maxime ab illis quibus ſeruiet, qui nolentes ipſius ſeruitijs reſpondere, inuenient occaſiones maledicendi ei & blaſphemandi eum, mentientes ipſum perpetraſſe mala quæ nunquam excogitauerit, cuius occaſione malę conſcientiæ malæq; cogitationis ac mali animi efficietur. ♊ ♍

¶ De Saturno in domo Lunæ.

Et ſi eum in Cancro inueneris, quoniam Cancer eſt ſignum ſextum à domo ipſius, ſignificabit natum infirmitatibus ſæpius grauaturū, eiusq; matrem occaſione illius partus prauam ægritudinem incurſuram uel fortè deſtruet natus ea uiuente bona illius, ipſiusq; ſubſtantiam malo modo diſperget, uel fortè ipſam occidet. ♋

¶ De Ioue in domo Saturni.

Quod ſi Iupiter in Capricorno uel in Aquario fuerit, ipſeq; natiuitatis ſignificator exiſtens, liber ab impedimentis, ſignificat natum anxium, anhelantem, ut pecuniam lucretur anguſtiantem, & ſe indigentem & pauperem hominibus ſemper oſtendentem, & in uilitate atque miſera uita degentem, & ſemper mala excogitantem, & in omnibus quibus ualent homines uilem & imbecillem, & ita de cauſa multa incommoda ſibi deuenient. ♑ ♒

¶ De Ioue in domo ſua.

♐ ♓ ET ſi fuerit in Sagittario uel in Piſce, fueritq́ natiuitas diurna, ſignificat natum diuitem atque fortunatum in ſubſtantiam, ipſamq́ in magna quantitate accumulabit, erit etiam homo diſcretus, ſciens inter nobiles & magnates atq; diuites ualere. Si aũt natiuitas nocturna fuerit, ſignificat quòd erit fortunatus in prædictis. multũ tamen infra hoc quod dictũ eſt, uerũ tamen erit domeſtic⁹ inter religioſos atq; deum colentes & cum eis libenter morabitur.

¶ De Ioue in domo Martis.

♈ ♏ SI quidem in Ariete uel Scorpione permanſerit qualiſcunq; natiuitas fuerit, ſignificat natũ fortunatum apud reges & nobiles atque magnates, & armorũ portatores: eritq́ homo ſtabilitatis magnæ atque conſtantiæ multæ, & eo magis, ſi tunc Iupiter in angulis, uel eorum ſuccedentibus, & in ſigno maſculino extiterit, eritq́ bonus guerrizator, ſimiliter & bonus præliator, ac exercituum bonus productor, & ſpecialiter magnorum exercituum atque famoſorum.

¶ De Ioue in domo Solis.

♌ SI uero in Leone ipſum inueneris, diurna exiſtente natiuitate, ſignificabit eum nominatũ, famoſum, ſapientem atque ingenij profundi futurum, et quòd cum regibus libenter morabitur, & quòd ab eis etiam non multum illis ſeruiendo diligetur, & non ſolum à magnatibus uerum etiam à popularibus. Et dixit Aboali, & ſi cum hoc fuerit in angulis uel in eorum ſuccedentibus liber à malis & impedimentis, erit magis fortunatus, rex ſcilicet aut regi ſimilis, eius tamen progenie conſiderata, quoniã tranſcendet illam plus quàm fuerint homines opinati. At ſi natiuitas fuerit nocturna, fient prędicta, ſed multum infra quod dictum eſt, ipſo tamen fortunato atq; bene diſpoſito exiſtente.

¶ De Ioue in domo Veneris.

♉ ♎ SI quidem natiuitas fuerit diurna, fueritq́ Iupiter in Tauro uel in Libra, dic quòd libenter adhærebit nobilibus atq; diuitibus mulieribus & dotatis, & matrimoniũ conſummabit cum eis, & exinde diues efficietur. Si uero fuerit nocturna, cum religioſis libenter morabitur, eritq́ bonæ fidei poſſeſſor, et illa de cauſa lucrabitur, & fiet diues.

¶ De Ioue in domo Mercurij.

♊ ♍ SI autem in Geminis aut Virgine inuentus fuerit liber ab impedimentis tam in diurnis natiuitatibus quàm nocturnis, ſignificat eum eſſe magnum accumulatorẽ ſubſtantiæ futurum, ita illa de cauſa præponetur multis alijs hominibus & uidebitur quaſi quid ſit rex.

¶ De Ioue in domo Lunæ.

♋ QVod ſi eum in Cancro inueneris, fortunatum ſcilicet & fortem, ac bene diſpoſitum, exiſtente natiuitate diurna, ſignificabit eum hominem fortunatum eſſe debere quaſi ultra modum, & eo magis ſi fuerit in angulis uel in ſuccedentibus angulorũ. At ſi fuerit natiuitas nocturna, fient prædicta, ſed erunt multum infra hoc quod dictum eſt, erit tamẽ homo magni nominis magnæq́ famæ, nec tamen ex illa fama ſequet utilitatẽ quæ ſibi multũ proſit.

¶ De Marte in domo Saturni.

♑ ♒ ET ſi Mars in Capricorno uel in Aquario inueniatur, fueritq́ ſignificator natiuitatis, et ipſe boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunatus ſcilicet, atque fortis exiſtens, ſignificabit natũ magnanimem atq; audacem, cunctisq; armis arrogantẽ futurũ, & quicquid in corde ſuo excogitauerit, perficere uolentẽ, & multa ex his quæ incipere uoluerit, perficiet atq; complebit, exaltabiturq́ fama illius, & regios mores geret. Et ſi fuerit de ſtirpe cui conueniat, efficietur rex, uolabitq́ fama illius ad partes longinquas, eritq́ magnus tam ſuæ, quàm alienæ ſubſtantiæ diſperſor atq; diſſipator. Et ſi fratres maiores ſe habuerit, eos in morte ſibi pręmittet, uel erit fortè ipſe idem cauſa mortis eorum, & maxime ſi dominus octauæ aſpexerit eorum ſignificatores uel cum eis corporaliter iunctus fuerit.

¶ De Marte in domo Iouis.

QVod ſi fuerit Mars in Sagittario uel Piſcib⁹ fueritq́ ſignificator natiuitatis, et ipſe fortunatus, & fortis, qualiſcunque natiuitas fuerit, ſignificabit natum cum regibus & magnatibus atq; diuitibus commixtionem habiturũ, & quòd ab eis plurimũ diligetur: præponent enim eum ſuis negocijs & ducatibus ſuorum exercituum, & eo magis atque fortius, ſi tunc Iupiter in Ariete uel Scorpione fortunatus atq; liber extiterit. ♐ ♓

¶ De Marte in domo ſua.

ET ſi Mars in Ariete uel in alia ſua domo permanſerit, & eo magis ſi natiuitas fuerit nocturna, ſignificabit natum magiſtrum inſtrumentorum bellicoſorum, ut ſunt trabuchi, machina atq; ſimilia, atq; ingenioſum ualde futurum, necnon & geometrica ratione perſpicacem. Si autem natiuitas fuerit diurna & ipſe orientalis in mundo uel à Sole, nec aſpexerit eum aliqua ex fortunis, ſignificabit natũ malum, diabolicum, ſuſurronem, hominũ iniuriatorem, & in eorum malis libenter ſtudentem extiturum, & occultis ægritudinibus, ut ſunt cancri occulti, & ſimilibus ægrotaturũ, & ex alto ſi fuerit in Ariete caſurũ, & q̃ ex illo caſu lædet corp⁹ eius ſecundum partẽ ſigni aſcendente attributã. Quod ſi fuerit in Scorpione, minorabitur malicia eius. ♈ ♏

¶ De Marte in domo Solis.

SI quidem fuerit Mars in Leone ipſeq́ natiuitatis ſignificator exiſtens, ſiue diurna, ſiue nocturna fuerit illa natiuitas, ſignificabit nato incommoda euentura, eiusq́ perſonæ ſuarumq́ rerum deſtructionem, & quòd oculorum ægritudines eum circumuenient, & maxime dextri, & uigebunt etiam eius ægritudines in ſtomacho, eruntq́ magiſteria illius magis in his quæ per ferrum & ignem operantur, ſignificabit ſimiliter quòd morte repentina uel ſubitanea morietur, uel fortè decapitabitur aut ſuſpendetur, & eo magis ſi tunc fuerit Mars in decima uel alio modo, manibus hominũ interficietur. ♌

Et dixit Aboali, & ipſe uel pater eius morietur in peregrinatione.

¶ De Marte in domo Veneris.

QVod ſi fuerit Mars in Tauro uel Libra, fueritq́ natiuitatis ſignificator, ſignificabit natum luxurioſum, fornicantem, ſodomitam & in omnibus uenereis abuſibus ſceleratum futurum deceptorẽ, etiam & deluſorem mulierum, & deludetur & decipietur ab eis, & deſponſabit aliquas ut eas mœchari poſsit, & aliquas mœchabit, & poſtea deſponſabit eas, & in omnibus his & ſimilibus malũ modũ ſeruabit ♉ ♎

uabit, & exinde damnum & detrimentum patietur. Et dixit Aboali, quòd ſi fuerit in Tauro, ſignificat natum proditorem, falſum, malignum, minatorem atq; fornicatorē futurū. Si quidem in Libra ipſum inueneris, ſignificat eum in locis occultis atq; pudendis ſui corporis uulnera paſſurum. uel fortè cremabitur in aliqua parte corporis ſui.

¶ De Marte in domo Mercurij.

♊ ♍ ET ſi eum in Geminis aut Virgine inueneris qualiſcunq; fuerit natiuitas illa, ſignificat natum negligentem futurū, erit tamen carnalis qui circa temporalia uerſabitur, & erit callidus, nec bene legalis, & nitetur lucrari quomodo poterit tam ex modo furtiuo quàm ex alijs nō licitis, ſi adhæſerit ſcripturæ bonus ſcriptor efficietur, aliena idiomata leuiter addiſcet, & etiam libros diuerſorum ſermonum bene intelliget, & eorū intentionē planificabit, eritq; ingenij ualde boni, & in ſcientijs perſpicuus præ alijs qui cum eo ſtuduerint.

¶ De Marte in domo Lunæ.

♋ SI quidem in Cancro ipſum inueneris, ſignificat quòd erit inconſtans, de propoſito ad propoſitum leuiter ſe mutans, profundum ingeniū in omnibus ſcientijs habebit, & in eis proficiet, in malis actibus libenter ſtudebit. Et dixit Aboali, quòd in occultis partibus ſui corporis malum ſiue impedimentum patietur, morte repentina morietur, & diſſipabit bona materna, ex partu illi* natiuitatis longam infirmitatem mater patietur.

¶ De Sole in domo Saturni.

♑ ♒ QVod ſi Sol fuerit alicuius natiuitatis ſignificator uideriſq; ipſum in Capricorno uel Aquario commorantem, natiuitate dico exiſtente diurna, ſignificat natum hominem bonæ qualitatis, atq; beneuolum, alacrem, boni commercij, bonæ commixtionis, licet cum aliquali grauitate delectabilem, aliosq; delectari facientem, atq; miniſterijs ſeu fabrilibus artibus, ſi ex illis ſe intromittere uoluerit, perfectum eſſe futurum. Si autem natiuitas fuerit nocturna, ſignificabit natum inſtabilem ſuper qualibet re quam facere uoluerit uel inceperit atq; uelociter ad aliam ſe mutantem.

¶ De Sole in domo Iouis.

♐ ♓ SI autem in Sagittario uel Piſcibus Solem inueneris, fueritq; natiuitas diurna, ſignificabit natum excellentiorem omnium ſuorum propinquorum, & inter homines famoſum ualde futurum, & cum nobilibus atq; magnatibus cōmixtionem libenter habiturum aſſentiet tamen cultui uenereo, ultra q̄ ſit conueniens, in tantum quòd illa de cauſa dicetur fornicator et inceſta committet, nec uitabit cum uxoribus ſuorum propinquorum fornicari, nec etiam cum propria nouerca.

¶ De Sole in domo Martis.

♏ ♈ SI uero Solem in Ariete inueneris, fueritq; natiuitas diurna, ipſe quidem natiuitatis illius ſignificator exiſtēs boni eſſe ac bene diſpoſitus, fortunat* ſcilicet atq; fortis exiſtens, ſignificabit natum fortunatum ac exaltatum atq; magni nominis futurū, et maxime apud reges atque nobiles & magnates, libenter guerriſare uolentes, & durabit ſibi hoc dum ipſe uixerit, niſi contra operetur dominus triplicitatis aſcendentis, qui licet non poſsit tollere prędicta, poterit tamen ea diminuere. Si aūt natiuitas fuerit nocturna, ſignificabit prædicta pro tertia parte infra hoc quod ſuperius dictum eſt fore futura. Si quidem in Scorpione ipſum inueneris in natiuitate, dico diurna, ſignificabit ipſum non bene fortunatum exiturum, niſi domini triplicitatis prædictę ſuum adminiculū præſtent. ſed qualiſcunq; ſua fortuna fuerit, ſignificabit eum ægritudines iuncturarum ſimiliter & hepaticas habiturum. Et dixit Aboali, pater eius morte peſsima deprimetur. Quod ſi natiuitas fuerit nocturna, ſignificat prædicta, ſecundum diſpoſitionē dominorum triplicitatis deprimi uel augmentari.

¶ De Sole in domo ſua.

ET ſi fuerit Sol in natiuitate alicuius in Leone, ♌ fueritq; natiuitatis ſignificator, ipſeq; boni eſſe ac bene diſpoſitus in angulo & præcipue in decima, uel in ſuccedenti angulo, & maxime decimæ, ſignificabit natum regem magnū & fortem & exaltatum futurum, ſi de tali ſtirpe natus fuerit quòd ei conueniant officia magna uel aliquæ dignitates altiores. Si aūt de mediocri proſapia natus fuerit, licet ad ultima regna nō perueniat, tamen perueniet ad maximos honores, maximasq; dignitates & diuitias & redditus inopinatos. Quod ſi de uili progenie fuerit, perueniet ad magna officia, magnasq; dignitates, de quibus homines ualde mirati erunt. dubitabitur tamen ne illa occaſione magna incommoda ſibi eueniant. Et dixit Aboali, in natiuitatibus uero nocturnis ſtultitiam patris ſignificat, & morte cito opprimetur, & in peregrinationibus bonū adipiſcetur.

¶ De Sole in domo Veneris.

SI quidem Solem in Libra uel Tauro commorantem inueneris ſiue diurna ſiue nocturna fuerit ♎ ♉ illa natiuitas, et ipſe illius natiuitatis ſignificator extiterit, ſignificat natum bonum atq; ueracem, ſomniorum expoſitorem, atq; rerum occultarum & etiam abſconditarum inuentorem exiturum, peccabit tamen in turpitudine coitus.

¶ De Sole in domo mercurij.

ET ſi Solem in Geminis aut Virgine in natiuitate alicuius exiſtente diurna inueneris, fuerit'que ♊ ♍ ipſe ſignificator natiuitatis illius, ſignificabit natū in ſcientijs ualde probum, ipſarumq; præ alijs doctoribus ſui temporis doctorem perfectum, necnō bonorum morum, bonorum operum futurū. Et dixit Aboali, fortè quòd erit aſtronomic*, notus atque dilectus apud reges & nobiles. Si uero natiuitas fuerit nocturna, ſignificabit eum indigentem atque infortunatum, mala libenter operabitur. Et dixit Aboali, in iuuentute quidem erit pauper cum autem ad medietatem ætatis peruenerit, abundabit diuitijs, cui accident dolores in ſupradicta atq; in occulta ſui corporis parte, erit exorciſator faciens homines in lapſum operum dæmoniacorum labi.

¶ De Venere in domo Saturni.

CVm Venus in alicuius natiuitate in Capricorno uel in Aquario ſteterit, ipſaq; illius natiuitatis ſignificatrix extiterit, qualecunque ſuum eſſe ♀ ♑ ♒ uel ſua diſpoſitio fuerit, & qualiſcunque fuerit illa natiuitas, ſignificat quòd natus uiles mulieres optabit, nec etiam deformes abhorrebit, ipſasq; ſibi leuiter acquiret & eas deſponſabit, & quòd primam ſuam uxorem in morte ſibi præmittet.

¶ De Venere in domo Iouis.

♐ ♓ SI autem Venerem in Sagittario uel in Piſcibus in alicuius natiuitate inueneris, ea ſignificatrice natiuitatis exiſtente, in natiuitate nocturna ſignificat quód parentes illius nati odio eum habebunt, & ſine iuſta cauſa, tamen ſignificabit eum adepturum diuitias per mulieres nobiles, uel nobilium, uel etiã per uxores ſeu nuptas uel per ſuam ſocram uel áuiam. Si autem fuerit diurna, euenient prædicta, debiliora tamen & infra illa.

¶ De Venere in domo Martis.

♈ ♏ QVod ſi Venerẽ in Ariete uel Scorpione inueneris, ſiue diurna fuerit illa natiuitas ſiue nocturna, & qualecunq; fuerit eius eſſe, ipſa exiſtente ſignificatrice natiuitatis illius, ſignificat quód natus erit immorigeratus erga mulieres, non bene conuerſabitur cum eis, & multum utetur uilibus mulieribus atq; turpibus & ineptis, & ſeqitetur inde damna & incommoda plura, & uix aut nunquam nubet & ſi nupſerit, cum difficultate atque inuolutione ſequetur illud, & illa de cauſa incurret multas contentiones atque rixas, & occaſione illarum contentionum accidenı ei plura ſiniſtra, & cadet in ſuſpicionẽ ſuæ uxoris, & erit poſſibile quód occaſione illius ſuſpicationis occidet eam.

¶ De Venere in domo Solis.

♌ ET ſi Venus in Leone conſiſtens fuerit, & ipſa natiuitatis ſignificatrix exiſtens, qualecunq; fuerit eius eſſe, & ſimiliter qualiſcũq; fuerit natiuitas illa, ſignificat quód natus ſit in amorem mulierum exarſurus, & quód abundabit in cultu uenereo, & ꝙ inepte luxuriabitur, & affectabit abuti pueris.

¶ De Venere in domo ſua.

♉ ♎ SI quidem Venerem in Tauro uel Libra commorantem inueneris, qualiſcunq; fuerit illa natiuitas, & ipſa ſignificatrix exiſtens, & qualecunq; fuerit eius eſſe, ſignificabit natum prauas mulieres atque affatuatrices, & libenter meretricantes & fornicantes, & alias meretricari facientes affectaturũ, & exinde diffamabitur, & diuulgabitur infamia ſua. Et dixit Aboali, quód erit fortunatus & conſequetur bonum in omnibus temporibus ſuis.

¶ De Venere in domo Mercurij.

♊ ♍ SI uero in Geminis aut Virgine in alicuius natiuitate inuenta fuerit, exiſtente illa natiuitate diurna, & ipſa boni eſſe ac bene diſpoſita, fueritq; ipſa natiuitatis illius ſignificatrix, ſignificat natum diuerſarum picturarum pictorem futurum, necnon & ſcriptorem, & operum muliebrium, & hominũ effœminatorũ & mulierum ornamenta facere ſcientem euenturum, & ſub quadam hypocriſis ſpecie cum religioſis commorabitur, uicio tamen luxuriæ opprimet. Si uero natiuitas fuerit nocturna, ipſaq; mali eſſe ac male diſpoſita, nullum prædictorum bonorum natus ille facere ſciet, mala uero libentius operabitur.

¶ De Venere in domo Lunæ.

♋ ITerum ſi Venus in Cancro fuerit conuerſata, fueritq; natiuitatis ſignificatrix, qualiſcunq; natiuitas fuerit, & qualecunq; fuerit eſſe eius ſignificabit natum inſtabilem atque de re in rem & de loco ad locum uelociter ſe mutantem: uicioſum, turpiter lucrantem, atque turpiter luxuriantem, extiturum.

¶ De Mercurio in domo Saturni.

ET ſi Mercurius in Capricorno uel Aquario in natiuitate alicuius tam diurna quàm nocturna cõmorantem inueneris, & ipſe ſolus natiuitatis ſignificator extiterit, qualecunq; fuerit eius eſſe, ſignificabit natum malæ ſuſpicionis atq; grauis linguæ futurum, habebit tamen cum religioſis atque ſapientibus libenter commixtionem. ♑ ♒

¶ De Mercurio in domo Iouis.

SI autem in natiuitate alicuius Mercurium in Sagittario uel Piſcibus inueneris, fueritq; ipſe natiuitatis ſignificator, fueritq; natiuitas illa diurna, & ipſe boni eſſe ac bonæ qualitatis extiterit, ſignificat natum commixtionem regum habiturum, & diſpoſitionem rerum eorum & cauſas partium hominum, eritq; ſapiens in iudicijs & iudicando. Si uero natiuitas fuerit nocturna qualecunque fuerit eius eſſe, ſignificabit hoc, ſed erunt ualde inſra prędicta. ☿

¶ De Mercurio in domo Martis.

QVod ſi Mercurium in Ariete uel Scorpione inueneris, ſiue diurna fuerit illa natiuitas, ſiue nocturna, qualiſcunq; conditionis illius natiuitatis ſignificator fuerit, ſignificabit natum furem, procũ, falſum, mendacẽ, callidũ, atq; malicijs omnib⁹ undiq; uallatum & exinde multa mala cõſecuturum. ♈ ♏

¶ De Mercurio in domo Solis.

SI quidem in Leone Mercurium commorantem inueneris, ipſoq; boni eſſe ac bene diſpoſito exiſtente, atque natiuitatis ſignificatore, qualiſcunque natiuitas fuerit, ſignificabit natum amicitiam magnatum atq; nobilium acquiſiturum, & apud eos libenter moraturum. Quod ſi male diſpoſitũ ipſum inueneris, qualiſcunq; natiuitas fuerit, ſignificabit eum procum atq; ineptum extiturum. ♌

¶ De Mercurio in domo Veneris.

ET ſi Mercurium in Tauro uel in Libra in natiuitate alicuius inueneris qualiſcunq; natiuitas fuerit, & ipſe illius extiterit ſignificator, ſignificabit natum alacrem atq; iocoſum, & omnes ſcientias & omnes res ex quibus & in quibus homines delectantur ſcientem fore futurum. ♉ ♎

¶ De Mercurio in domo ſua.

SI uero Mercuriũ in Geminis aut in Virgine commorantem inueneris, & ipſe natiuitatis ſignificator extiterit, fueritq; boni eſſe ac bene diſpoſitus, ſignificabit natum probum atq; in omnibus ſcientijs tam in diſciplinabilibus quàm doctrinalibus necnon & mechanicis perfectum futurum. ♊ ♍

¶ De Mercurio in domo Lunæ.

CVm aũt Mercurium in Cancro inueneris commorantem, fueritq; natiuitatis ipſe ſignificator boni eſſe, beneq; diſpoſitus, ſignificabit natũ libenter epulari atq; cibaria bene ſcire præparare, ac boni uelle, in cultu uenereo non ſe delectantem, fidelem atque beneuolum extiturum. ♋

¶ De Luna in domo Saturni.

QVod ſi Lunã in Capricorno uel Aquario manere cognoueris, ipſaq; bene diſpoſita, fueritq; natiuitas illa nocturna, & ipſa natiuitatis illius ſignificatrix, et in diminutiõe ſui luminis, ſignificabit natum ægritudines oculorũ & renũ dolores, & ut plurimũ de ſupradicta cauſa paſſurũ. Si aũt fuerit natiuitas diurna, min⁹ infeſtabif ab ęgritudinib⁹ ſupra dictis. In utraq; natiuitate qualecũq; ſuũ eſſe fuerit, ſignifi- ☾ ♂ ♒

ſignificabit quòd natus non commendabitur ab hominibus, ſed nitentur blaſphemare ipſum & maledicere ſibi, & eo etiam benefaciente, benedicente.

¶ De Luna in domo Iouis.

♐ ♓ SI autem Lunam in Sagittario uel Piſcibus in utraque natiuitate ſignificatricem uideris exiſtentem, ſignificabit natũ inter omnes ſuos conſanguineos præualiturum, & quòd quaſi rex uidebitur inter ipſos reſpectu ipſorum, et exaltabitur fama ſua, ueruntamen uitio luxuriæ inquinabit, et cum prohibitis mulieribus luxuriabit.

¶ De Luna in domo Martis.

♈ ♏ SI quidem in Ariete uel Scorpione Lunam inueneris et ipſa natiuitatis extiterit ſignificatrix qualiſcunque natiuitas & qualecunq; ſuum eſſe fuerit, ſignificabit natũ procũ, furem, bona opera euitantem, in malis ſtudentẽ, cum latronibus et alijs prauis hominibus libenter morantem, & cum eis conuerſari affectantem.

¶ De Luna in domo Solis.

♌ SI uero Lunam in Leone manere cognoueris in utraque natiuitate ipſa ſignificatrice natiuitatis exiſtente, natum cum regibus & diuitibus atq; magnatibus commixtionem habiturum ſignificat, & eo magis ſi Luna in primo uel in ultimo termino Leonis conuerſabitur.

¶ De Luna in domo Veneris.

♉ ♎ QVod ſi Lunam in Tauro uel Libra proſpexeris, qualiscunque natiuitas fuerit, & ipſa natiuitatis fuerit ſignificatrix, ſignificabit natum in mulierum amorem exarſurum, ea tamen non exiſtente impedita, & delectabit gaudere cum ipſis, bonũ & utilitatem ab eis conſequetur.

¶ De Luna in domo Mercurij.

♊ ♍ ET ſi Luna in Geminis aut Virgine ſteterit, necnon & ipſa ſignificatrix natiuitatis fuerit, ſignificat quòd natus erit beneuolus, bonam uitam ſeruans, & nulli nocere ſtudebit, bonæ intelligentiæ, boniq; ingenij, cum puellis atq; iuuenculis mulieribus libenter luxuriabit.

¶ De Luna in domo ſua.

♋ CVm uero Lunam in Cancro proſpexeris, ipſaque boni eſſe fuerit, atque natiuitatis ſignificatrix extiterit, ſignificabit quòd natus commixtionẽ cum regibus atque magnatibus ſit habiturus, & ab ipſis bonum atq; utilitatem et proficuum conſecuturus. Et dixit Aboali, ſi fuerit coniuncta uel applicata malis, ſignificabit diuerſas nati ægritudines. Si uero fortunis coniuncta uel applicata fuerit, ſanitatem corporis & temperantiam ſignificat.

De annis Firdariæ & ipſorum diſpoſitoribus.

Caput III.

COnſiderauerunt ſapientes antiqui quoſdã annos in natiuitatibus, qui non dicuntur maiores, neque medij, nec etiam minores, uerum uocauerũt eos annos Firdariæ, id eſt, annos diſpoſitos. Nam quilibet Planeta diſponit ſuã partem uitæ nati, ſecundum ſuam partem annorũ Firdariæ in hunc modum: quoniam qualiſcunq; fuerit natiuitas, incipiet diſpoſitio annorum Firdariæ à luminari cuius fuerit auctoritas, & illud diſponet uitam nati ſecundum quantitatem annorũ ſuæ Firdariæ, non tamen ſine aliorum Planetarum par- *Firdaria.*

ticipatione. Nam ſi natiuitas fuerit diurna, incipiet à Sole, quod eſt luminare diurnum, qui diſponet uitam nati ſecundum quantitatem annorũ ſuæ Firdariæ, qui ſunt 10. cum participatione aliorum Planetarum omnium, ſed ipſe obtinebit principatum, & maxime in prima ſeptima parte illorũ annorum. In ſecunda parte participabit cum eo Venus in diſpoſitione uitæ nati, quæ ipſi ſuccedit in ordine circulorũ. In tertia ſeptima parte participabit cum eo Mercurius, qui ſuccedit Veneri in ordine circulorum. In quarta ſeptima parte participabit cum eo Luna, quæ ſuccedit Mercurio in ordine circulorum. In quinta ſeptima parte, participabit cum eo Saturnus qui ſuccedit Lunæ circulariter in ordine circulorũ. In ſexta ſeptima parte, participabit cum eo Iupiter qui ſuccedit Saturno in ordine circulorũ. In ſeptima uero ſeptima parte atq; ultima, participabit cum eo Mars qui ſuccedit Ioui in ordine circulorum, & eſt Planeta ſeptimus à Sole. Poſt hoc diſponet Venus quæ ſuccedit Soli in ordine circulorum uitam nati, ſecundum quantitatem annorũ ſuæ Firdariæ, qui ſunt octo, & omnes alij Planetæ participabunt cum ea in diſpoſitione illorum annorum, quilibet ſecundum ſuam ſeptimam partem, ut dictum eſt de participatione ipſorum cum Sole. Deinde diſponet Mercurius ſecundum quantitatẽ annorũ ſuæ Firdariæ, qui ſunt 13. & participabunt cum eo alij, ſcilicet quilibet eorum ſecundum ſuam ſeptimã partem illorum annorũ. Deinde diſponet Luna ſecundum quantitatem annorum ſuæ Firdariæ qui ſunt 9. & participabit quilibet eorum, ſecundum ſuam ſeptimam partem eorum annorũ. Deinde diſponet Saturnus ſecundum quantitatẽ annorum ſuæ Firdariæ, qui ſunt 11. cum participatione aliorum, ſicut dictum eſt de Sole. Deinde diſponet Iupiter ſecundum quantitatem annorum ſuæ Firdariæ, qui ſunt 12. cum participatione aliorum Planetarum, ut dictum eſt de alijs. Deinde diſponet Mars ſecundum quantitatem annorum ſuæ Firdariæ, qui ſunt ſeptem cum participatiõe aliorum Planetarũ ut dictum eſt ſuprà. Deinde diſponet caput Draconis ſecundum quantitatem annorũ ſuæ Firdariæ, qui ſunt tres. Deinde diſponet eius cauda ſecundum quantitatẽ annorũ ſuæ Firdariæ, qui ſunt duo. Poſt hoc reuertitur diſpoſitio ad Solem, ſic faciendo, ut dictum eſt, ſucceſsiue uſq; in finem uitæ nati.

¶ De natiuitate nocturna.

QVod ſi natiuitas fuerit nocturna, incipiet diſpoſitio à Luna quæ eſt luminare nocturnum, & fiet in omnibus & per omnia, ut dictum eſt, quando incipit diſpoſitio à Sole tam de participatione Planetarum cum ea, quàm de ipſorum ſucceſsione in ordine circulorum: & diſponent omnes prædicti ſignificatores ſeu diſpoſitores, ſecundum quòd fuerit eſſe ac diſpoſitio cuiuſlibet eorum, ut ſi fuerint bene diſpoſiti augendo fortunia & diminuendo infortunia. Et ſi fuerint male diſpoſiti augendo infortunia & diminuendo fortunia. Et eſt hæc res laborioſa, tamen bene ſeruanda: quoniam quidam aſtrologorum uitantes laborem, non conſiderant eam aliquando in ſuis iudicijs, unde in deceptionem labuntur. Et ſunt iſti anni Firdariæ omnes ſimul collecti ſeptuagintaquinq;, qui aliquando, licet raro contingant, dantur aliquibus natis *Anni firdariæ.*

omnes

omnes, nec dantur tunc anni nato per Alcocoden, poſſet enim eſſe tantæ debilitatis, quòd non ſufficeret ad dandum annos quos dantur per Firdariam, unde poteſt aliquando aſtrologus in percipiendo numerum annorum nati decipi, ſi non ſibi caueret, nec eſt mirum.

De Planetarum eminentia ſeu tranſitu unius ſuper alterum. Cap. IIII.

IN eminentia uero Planetarum ſiue tranſitu unius ſuper alterum dixit Alchabicius, quòd debes aſpicere medium curſum cuiuſlibet Planetę, & ſimiliter locum eius æquatum. Nam ſi fuerit locus eius æquatus minus medio curſu Planetæ, ipſe Planeta erit aſcendens à medio ſui epiciculi ad eius ſummitatem, accendendo ad lõgitudinem longiorem. Et ſi fuerit locus eius æquatus plus medio curſu illius, erit Planeta deſcendens à medio ſui epicycli ad inferiorem partem ipſius, tendendo ad longitudinem propiorem. At ſi ambo

Notab. æquales fuerint, erit Planeta in medio ſui epiciculi, uidelicet inter longitudinem longiorem, & longitudinem propiorem, quibus ueraciter atque certiſsime inuentis, minue minorum ipſorum de maiori, & quod reſiduum fuerit multiplicabis illud in ſeptem, & quod inde prouenerit diuide per 22. & quod ex diuiſione tibi prouenerit, erit quantitas aſcenſionis uel deſcẽſionis Planetæ in ſuo circulo.

¶ De Venere & Mercurio.

DIxit Alchabicius, quòd debes accipere quod eſt inter locum Solis & locum Veneris, ſimiliter & quod eſt inter eum & locũ Mercurij, & minuere minorem de maiori, & multiplicare atq; diuidere ſicut ſuperius dictum eſt: quoniam per hoc ſciemus quis eorum ſit fortior in circulo. Et dixit, cum Venus & Mercurius fuerint orientales, & fuerit locus alicuius eorum æquatus minus loco Solis, debemus accipere reſiduum quod eſt inter locum Solis & locum eius, & facere cum ipſo, ſicut dictum eſt ſuprà in Planetis ſuperioribus ex multiplicatione atq; diuiſione. Et dixit quòd fortior & propior ſit ſignificatio Planetarum dum abierint ſuper ſe inuicem, alter ſcilicet ſuper alterum in coniunctione. in præuentione autem & in quarto aſpectu erit ſignificatio eorum debilior & minus apparens. Et cum fuerit unus eorum aſcendens, et alter deſcendens, tunc aſcendens uadit ſuper deſcendentem, et ille qui fuerit minoris deſcenſionis, uadit ſuper illum qui fuerit maioris deſcenſionis, quando ambo ſunt deſcendentes. Cum autem ambo ſunt aſcendentes, ille qui eſt maioris aſcenſionis uadit ſuper illum qui eſt minoris aſcenſionis.

¶ De alio modo eleuationis Planetæ ſuper alterum.

DIcitur et alio modo Planeta eleuari ſuper Planetam & eſſe fortior eo. Nam ſi fuerit unus Planeta ſeptentrionalis & alter meridianus ſeptentrionalis uadit ſuper meridianum, licet alias tetigerim tibi hoc. Et ſi fuerint ambo ſeptentrionales, ille qui fuerit magis ſeptentrionalis, uadit ſuper il-

Eleuationes Planetarum lum qui fuerit minus ſeptentrionalis. Si autem fuerint ambo meridiani, ille qui fuerit minus meridianus uadit ſuper illum qui fuerit magis meridionalis, ideoq; dicitur quòd Luna uadit ſuper omnes Planetas, & quilibet aliorũ uadit ſuper omnes alios iſtis duobus modis. Similiter, ſi fuerit aliquis Planetarum in medio ſui epiciculi, hoc eſt, in extremo longitudinis longioris uel propioris, uel fuerit in ſuo Zenzahar, tunc aſcendens in epiciculo uadit ſuper illum qui eſt in longitudine longiore uel propiore, & ſeptentrionalis uadit ſuper meridianum, & etiam ſuper deſcendentẽ & ſuper illum qui fuerit in ſuo Zenzahar, & ille qui fuerit in ſuo Zenzahar, uadit ſuper meridianum, et etiam ſuper deſcendentem, & ſuper illum qui fuerit in longitudine propiore.

De apertione portarum ſecundum Alchabicium. Caput V.

PRædicta ſequitur apertio portarum, & hoc fit quando duo Planetæ quorũ domus ſunt oppoſitæ iunguntur ſimul, ut Saturnus & Portarum apertio.
luminaria, Iupiter & Mercurius, Mars & Venus, quando aliquis iſtorũ leuior iungitur cum aliquo prædictorum ponderoſorũ, & inuenit eum in domo uel in exaltatiõe ſua, uel in duabus de alijs ſuis dignitatibus minoribus recipit eum, & dicitur aperire ſibi portas, ſicut faceret aliquis qui cum ſuum inimicum inueniret in domo ſua, honorabit eum, nec faceret ei ruſticitatem, dummodo non eſſet inimicus capitalis, niſi eſſet homo procax aut ſilueſtris ſiue feralis, qui non haberet domeſticitatẽ cum hominibus, ſicut fuit ille Ecilinus de Romano qui non pepercit ſexui nec ætati, nec ordini, nec dignitati, & hoc totum quod dictum eſt ſuprà dicitur apertio portarum.

De duodecim horis Solis & Lunæ quæ applicantur Soli. Caput VI.

DEinde ſequitur de 12. horis Solis & Lunæ quas Alchabicius Albuim uocat, qui ſequuntur immediate poſt ſeparationem Lunæ à coniunctione Solis corporali. Et dixit Alchabicius, quòd ſapientes antiqui diuiſerunt has 12. horas trinas, hoc eſt in tres partes æquales, quarum quælibet ex quatuor horis inæqualib9 cõſtat, quas 12. horas applicabant Soli, & iudicabant ſuper illis horis ſecundum dominos triplicitatis in qua fuerat Sol hora coniunctionis eius cum Luna, incipiendo à Sole dando ſibi primas quatuor horas: ſecundas quatuor dando ſecundo domino triplicitatis eiuſdem, ultimas uero 4. horas tertio domino triplicitatis ipſius. Deinde dabant ſapientes prædictũ Veneri poſt 12. horas Solis alias 12. & diuidebant eas in 3. diuiſiones, ut dictum eſt in Sole, & iudicabant ſuper quamlibet illarũ diuiſionũ dando primas quatuor horas Veneri, ſecundas quatuor horas ſecundo domino triplicitatis Veneris, ultimas uero quatuor horas tertio domino triplicitatis illius, & iudicabant ſecundum quòd prædicti domini triplicitatis & alij erant diſpoſiti. Illud idem faciebant cum Mercurio & cum dominis triplicitatis ipſius. Similiter & cum Luna & dominis triplicitatis ipſius.

Deinde cum Saturno & cum dominis triplicitatis ipſius, necnon & cum Ioue atque Marte & cum eorum dominis triplicitatum. Deinde reuertitur orbis ad Solem uſque ad aliam coniunctionem.

¶ De

¶ De duodecim horis combuſtis poſt coniunctionem.

Combuſtæ horæ. Album.

ET dixit Alchabicius, quod quidã dicebant quod Album ſit hoc, ſcilicet quod poſt coniunctionem Solis & Lunæ ſiũt duodecim horæ inæquales quæ uocantur combuſtæ, & non oportet aliquem in eis incipere aliquod opus.

¶ De 72. horis incombuſtis.

ET poſt horas 12. combuſtas fuerunt 72. incombuſtæ, & poſt 72. incõbuſtas ſunt aliæ 12. combuſtæ ſimiliter, & ſic de ſingulis uſq; ad aliam coniunctionem quæ ſuccedit. Poſt hoc diuidebant ſupradictas 12. horas combuſtas in 3. diuiſiones æquales, & dixerunt quod qui inceperit in quatuor primis horis bellare, timenda erit perditio animæ ſuæ. Et qui inceperit in quatuor horis ſecundis, timendum erit detrimentum corporis ſine amiſſione animæ, & qui inceperit in eis arare, timendum erit magnum detrimentum in omnibus quæ poſſidet & in ſuo corpore abſq; amiſſione animæ, & timebitur ſuper eos qui ad eum pertinent perditio. Et qui inceperit in quatuor horis ultimis timendum erit detrimentum ſubſtantiæ, prout alibi tangitur.

De profectione annorum tam mundi quàm natiuitatum. Cap. VII.

Profectio.

FActa ſuperius mentione de numero annorũ qui unicuiq; nato attribuitur, conueniens mihi uidetur & rectum ſubſequenter de ipſorũ annorum loqui profectione. Profectio autem eſt, ſignificatum quod reſultat ex his quæ accidunt ex ſigno quod immediate ſuccedit ſigno quod fuit aſcendens natiuitatis ac eius domino, bonũ ſiue malum, aut mediate, prout in ſuperioribus dicitur. Dicitur nanq; profectio quoniam proficit mutando ſe omni anno uno ſigno, iuxta continuam ſignorum ſucceſſionem, cuius dñs ſignificatori anni reuolutiõis præſtat adminiculũ tam in bono quã in malo, unũquodq; aliquãdo augẽs, aliqñ minuens, cuius interpretatio eſt alcocodẽ, quod eſt particeps accidentiũ, quę nato in anno cuiuslibet ſuæ reuolutionis uentura ſunt. Cuius inuentiõis ſcientia talis eſt. Conſiderabis annũ, diem, menſem, & horam, cuiuſcunq; natiuitatis uolueris, & uidebis quot annos ſolares compleuerit iam natus, & accipies omni anno ſolari unũ ſignum ab aſcendente natiuitatis, incipies ab hora natiuitatis illius nati ſecundum ſucceſſionẽ ſignorũ, dando unicuiq; anno ſignum unũ, & ubi finitus fuerit ille numerus, illud ſignũ quod immediate ſuccedit eſt ſignũ profectionis ab aſcendente natiuitatis illius, & erit aſcendens profectionis anni qui tunc ſequitur, quẽ nõ miſiſti adhuc in tuo numero, eritq; profectio illius anni in tali gradu ſigni illius qualis fuit gradus aſcendentis hora natiuitatis, & ita intellige de qualibet profectione, quoniam erit ſemper omni anno in tali gradu ſigni in quod ceciderit in quali fuit in ſigno qđ anteceſſit illud in anno qui iam tranſiuerat immediate illũ, quem tu quęris, & Planeta qui fuerit dñs illius ſigni dicetur Alcocoden, qđ eſt adiutor illius

Alcocoden adiutor.

ſcilicet Planetæ qui fuerit dñs illius ſigni quod fuerit aſcendens reuolutionis anni quẽ reuolueris, & per talẽ Planetã oſtendetur tibi diſpoſitio ſtatus illius nati in anno illo, etiam ſi contingeret in eo debere fieri plures reuolutiones. Ad honores uero & dignitates annales nati, aſpicies ſignũ profectionis a Sole ſcilicet unicuiq; anno ſolari unum ſignum integrum, ut percipias profectionem illius. Ad eſſe uero corporis & animæ nati, aſpicies ſignũ profectionis à Luna. Ad magiſteria uero ipſius atq; officia, poteris aſpicere ſignum medij cœli. Ad ſciendum autem lucrum atq; proſperitatem ipſius, poteris aſpicere ſignũ profectionis à parte fortunæ & à ſigno domus ſubſtantiæ. Ad profectionem fratrum, aſpicies à ſigno profectionis à domo fratrũ. Ad profectionem patrũ, aſpicies à ſigno profectionis à domo patrum. Ad profectionem filiorũ aſpicies à profectione ſigni domus filiorum. Ad profectionem ſeruorũ & ancillarũ, aſpicies à ſigno profectionis à domo ſeruorũ. Ad profectionẽ quidẽ uxorũ & ſociorũ atq; inimicorum, aſpicies à ſigno profectionis à domo uxorum. Ad profectionem ſubſtantiæ ipſorum, aſpicies à ſigno profectionis à domo ſubſtantiæ uxorum. Ad profectionem religioſorũ, aſpicies à ſigno profectionis à domo religioſorum. Ad profectionẽ regum, aſpicies à ſigno profectionis à domo Regum. Ad profectionem amicorum, aſpicies à ſigno profectionis domus amicorum. Ad profectionem autẽ inimicorum occultorum, aſpicies à ſigno profectionis domus inimicorum occultorum. Et ſcito, quod profectio eſt res quodammodo alterans reuolutionem,

Decreta ſimilia &c.


Profectio quid.

quæ fit ſingulariter ſecundum ſucceſſionem ſignorum, qualecunq; enim fuerit aſcendens, profectio non fit niſi de ſigno in ſignum, quod ſequitur illud immediate, quod in reuolutione non ſic accidit. Et alterat profectio reuolutionem ſecundum hunc modum, quod ſi per reuolutionem ſignificatur bonum in anno illo, & per profectionem ſignificatur bonum, augetur bonum quod ſignificatur per reuolutionem. Si autem per eam, ſignificatur contrarium, minuitur bonum quod ſignificatur per reuolutionem. Siquidem per reuolutionem & profectionem ſignificatur malum, augetur malum quod ſignificatur per reuolutionem. At ſi per reuolutionem, ſignificatur malum, & per profectionem bonum, minuetur malum quod ſignificatur per reuolutionem, & ſic ſecundum hoc profectio eſt altera reuolutio.

De ordine profectionis. Cap. VIII.

PRofectionis ordo talis eſt, ponamus quod aliquis naſcatur aſcendente Ariete 10. gradibus, in ſequenti anno erit taurus ſignũ profectionis 10. gradibus, non tamen erit aſcendens reuolutionis, erit tamen quodammodo gerens uicem illius. In tertio anno erit Gemini ſignũ profectionis 10. gradibus, ſed non erit aſcendens reuolutionis ſequentis, & ita per ordinem uſq; in finem ſignorum. Poſt complementum uerò 12. ſignorum, reuertetur profectio ad primum ſignum, & ita ordinabis uſque in finem uitæ nati.

Et ex hoc ponam tibi quoddam uerum exemplum.



Natus fuit quidam meus nepos æra Arabum 665 anno, 3 menſe, 9 diebus: & æra Chriſti 1267, die 6, intrante Ianuario: cuius natiuitatis fuit aſcendens Capricornus 13 gradus, & Mars in eo 6 gradus & 5 minuta, Sol in eo 12 gradus & 10 minuta. Secunda domus fuit Aquarius 27 gradus. Tertia domus Aries 2 gradus, Quarta domus Taurus 12 gradus, Luna in eo 5 gradus, 5 minut. Pars fortunæ 6 gradus, 3 minu Gemini quinta domus, 4 gradus. Cauda in .., 1 gradus. 31 minut. Sexta domus Gemini, gradus 24. 15 minut. Septima domus Cancer, 13 gradus. Saturnus in eo, 4 gradus, 15 minut. Octaua domus, Leo 20 gradus. Iupiter in eo, 23 gradus, 20 minut. Nona domus, Libra 2 gradus. Scorpio decima domus, 12 gradus. Sagittarius undecima domus, 4 gradus. Caput in eo, 1 gradus, 31 minut. Mercurius in eo, 6 gradus, 55 minuta. Venus 22 gradus, 6 minuta. Idēm Sagittarius, 12 domus, 23 gradus. Vnde cum ipſe iam tranſiuiſſet quinque annos ſolares, aſpexi quandam eius reuolutionem, & peruenit quintus annus ab aſcendente natiuitatis ſuæ ad Geminos, quod eſt ſextũ ſignum à Capricorno ad 13 gradum ipſius, & peruenit profectio Solis ad 13 gradum eius ſimiliter, & fuit Mercurius Alcocoden, ſiue don.. us illius anni ſeu reuolutionis, & peruenit profectio Martis ad Geminos ad 7 gradum ipſius, & peruenit profectio Lunæ ad 6 gradum Libræ, & eſt ſignum ſextum à Tauro, & peruenit profectio partis fortunæ ad 7 gradum ipſius Libræ, & peruenit profectio Saturni ad quintum gradum Sagittarij, quod eſt 6 ſignum à Cancro, & peruenit profectio Iouis ad 24 Capricorni, quod eſt ſextum ſignum à Leone, ſignum Virginis fuit incluſum, & peruenit profectio Mercurij ad ſextum Tauri, quod eſt ſextum ſignum à Sagittario. Et peruenit profectio Veneris ad 13 gradum eiuſdem Tauri, & peruenit profectio decimæ domus ad 12 gradum Arietis, quod eſt ſextum ſignum à gradu medij cœli natiuitatis. Dicere quæ ſibi euenerunt in anno illo, eſſet tam longum enarrare, unde non inſiſto, ſed magis utilia proſequar. Conſiderabis igitur omnem profectionem qualemcũq; uolueris, quoniam ipſa ſemper erit in tali gradu, in ſigno in quo ipſam inueneris, in quali erat, in ſigno in quo erat hora natiuitatis, mutando ſe de uno ſigno in aliud, quod immediatè atq; ſucceſſiuè ſequitur ipſum, omni anno, ſcilicet ſolari, uno ſigno integro, & Planeta qui fuerit Almutem ſuper loco illo, uel qui fuerit in eo, uel qui proiecerit radios ſuos ad eum, dicetur coadiutor ſignificatoris reuolutionis illius cum Alcocodem: non tamen dicetur Alcocodem, niſi ipſe eſſet dominus illius ſigni. Et ſi aliquis Planetarum fuerit in eo uel eius radij, uolueriſq; ſcire quando perueniet profectio ad ipſum uel ad eius radios. Dixit Alchabicius, quòd aſpicias quid ſit inter gradum ad quem peruenerit profectio anni, & Planetã ex gradibus & minutis, & multiplicabis illud in 12 & ſextam unius diei, & quod tunc prouenerit, erit dies illius anni in quo fueris.

Profectio, ut maneat & mutetur.

De profectione annorum mundi.
Cap. IX.

PRofectio autem annorum mundi uariatur aliquid à profectione annorum natiuitatis: nam profectio annorum natiuitatum accipitur ab aſcendente natiuitatis alicuius, deinde mutatur omni anno ſolari uno ſigno integro, prout dictum eſt. Profectio autem annorum mundi accipitur à primo minuto arietis, uel etiam alicuius inceptionis alterius magnæ rei, ſicuti eſt aliquod regnũ uel aliquod imperium, uel aliqua ſecta, uel aliqua religio: ut quando incepit regnum Nabuchodonoſor, uel incepit regnum Ptolemæi & regnum Philippi & regnum Alexandri & regnum Yeſdargit regis, & regnum Romanorum: & ſicut fuit quando incepit ſecta ſiue religio Auguſtini, & ſecta Benedicti, & ſecta fratrum Minorum, quæ incepit æra Arabum 609 anno, menſe Rabæ ultimi, æra Chriſti 1211 anni: cuius principium fuit tale aſcendens, quòd ipſa ſubradicabit omnes alias ſectas & alios ordines ſub Romana Eccleſia degentes: ſed eius finem dicere non audeo, timore ne incidam in rumorem uulgi. Erit tamen publicus ualde cum aduenerit, ac de ipſo rumor immenſus. Et ſimilia quorum habentur principia, ſcientur in perpetuum eorum uniuerſaliter accidentia, & per eorum reuolutiones annales ſcientur annalia conſiderato principio ipſius, & profectio interponet partes ſecũdum eſſe ſuum aliquando addendo, aliquando diminuẽdo, uel detrahendo reuolutioni: conſiderando ipſam de ſigno in ſignum, ſucceſſiuè (ut dixi) poterunt ſciri accidentia illius rei, cuius reuolutionem uolueris in reuolutione illa: nec tamen eſt iſta profectio taliũ principiorum ſimpliciter, ſicuti eſt profectio annorum mundi, ſed aſſimilatur ei quodammodo, propter ſuam longam durabilitatem. De profectione autem ab aſcendente profectionis, & de ſignificatore qui fuerit in aliquo angulorũ, uel in aliquo ex alijs locis præter angulos, & de ſignificatore circuli directi, & de ſignificatore circuli obliquĩ, & de quibuſdam alijs quæ ſunt in quarta differentia Introductorij Alchabicij ad iudicia huius artis, non dico modò cum per ipſum ſit in tractatu illo ſatis de ipſis omnibus longo ſermone determinatum, ita quòd non oportet quòd nunc ſuper illis inſudem, & etiam quia id opus licet ſit utile atq; profundum in ſciẽtia, tamen reddit quid maioris laboris quàm manifeſtæ utilitatis, tamen quæ magis ſenſibiliter utilia

Notaby

utilia fuerint, tibi reſoluam. De directione ſecundum dominos terminorum dictum eſt ſuprà in ſecunda Parte, in capitulo De ſcientia uitæ nati & eius eſſe: dicatur ergo ulterius de ſignificatoribus dirigendis, & quomodo, & qualiter eos dirigere debeamus.

De directione ſignificatorum dirigendorum in circulo, & quot ſunt ſignificatores quos nos oportet dirigere, qui à ſapientibus diriguntur. Cap. X.

Directiones ſignificatorũ

SIgnificatores qui diriguntur, ſunt ſeptem: uidelicet Gradus aſcendentis, gradus ſolis, gradus lunæ, gradus partis fortunæ, gradus medij cœli, gradus coniunctionis, necnon & gradus præuentionis. Et gradus quidem aſcendentis dirigitur ad ſciendum accidentia, quæ uentura ſunt nato in perſona ſua, bona ſcilicet, aut mala, uel mediocria. Nam ſi uideris directionem uenire ad bonos Planetas, dic quòd bona erunt accidentia corporis ſui. Si autem ad malos peruenerit, cõtrarium iudicabis. Si uerò ad bicorporeos, uel conuertibiles, ſeu ad mediocriter diſpoſitos, mediocritatem accidentium: hoc eſt, nec uere bona, nec uere mala pronunciabis. Sol uerò dirigitur, ad ſciendum ad quas dignitates, ſeu exaltationes, quæ ad honorem & famam laicalem ſpectare uidentur, natus debeat peruenire. Vnde ſi Sol fuerit boni eſſe ac bene diſpoſitus, & peruenerit directio ad fortunas bene diſpoſitas, ſignificabit natum ad magnos atq; famoſos honores peruenturum. Et ſi contrarium inueneris, contrarium poteris iudicare. Si autem mediocriter fuerit diſpoſitus Sol, uel fortunæ ad quas peruenerit directio fuerit, mediocriter diſpoſitæ, ſignificabit natum ad aliquales dignitates, non multum tamen famoſas peruenturum. Luna quidem dirigitur, ad ſciendum diſpoſitionem corporis nati, eiusq; animæ qualitatem, ſimiliter & eius coniugij. Quòd ſi fuerit luna boni eſſe, ac bene diſpoſita, fueritq; directio ad fortunas bene diſpoſitas, ſignificabit quòd diſpoſitio corporis nati, erit bona & laudabilis, atq; animæ qualitas, & quòd bene coniugabitur, ſi dominus ſeptimæ fuerit boni eſſe ac bene diſpoſitus, & in bono aſpectu cum domino aſcendentis, uel cum ipſa Luna, uel cum domino partis coniugij. Ex contrario autem contrarium deprehẽdas: ex mediocribus, dic mediocritatem. Pars uerò fortunæ dirigitur, ad ſciendum lucrum nati, ac ipſius pecuniarum profectum, eius etiam acquiſitionem. Vnde ſi fuerit pars fortunæ bene diſpoſita, perueneritq; directio ad fortunas bene diſpoſitas, ſignificat natum pecuniam multam per fas acquiſiturum atq; accumulaturum. Si autem fortunæ fuerint impeditæ, ſignificat quòd acquiret eã, ſed poſt acquiſitionem diſſipabit ipſam. At ſi contrarium uideris, contrarium poteris iudicare: ſi autem mediocritatem inueneris, mediocritatẽ pronuncia. Medium autem cœli dirigitur, ad ſciendum opera nati ac eius artes ſiue magiſteria, ut Alchabitius ait, & ad omnes diſpoſitiones particulares & eſſe eorum. Vnde ſi fuerit dominus medij cœli bene diſpoſitus, uel ipſum medium cœlum, perueneritq; directio ad fortunas bene diſpoſitas, bene ſe habebit natus erga magiſteria & erga officia, & ad omnes fabrilitates, atque res laicales, & quæ ſpectant ad eas.

Gradus autem coniunctionis dirigitur, ad præcognoſcendum uniuerſaliter atq; conſiderandum ſuper omnibus prædictis uſque ad medietatem uitæ nati, ſi natiuitas fuerit coniunctionalis. Vnde ſi fuerit ipſe bene diſpoſitus, augebit ſignificatum ſignificantium bonum, & minuet ſignificatum ſignificantium malum. Si autem fuerit male diſpoſitus, augebit ſignificata ſignificantium malum, & minuet ſignificata ſignificantium bonum. Idem poteris dicere de gradu præuentionis poſt medietatem uitæ, ſi natiuitas fuerit præuentionalis, & communicabis aſpectus fortunarum uel infortunarũ cum Almutem ſuper prædictis gradibus & eorum ſignificatoribus, quoniam addent uel minuent ſecundum ſua eſſe, & ſecundum ſuas diſpoſitiones. Hæc itaque prædicta conſideranda ſunt in natiuitatibus uniuerſaliter atq; aliarum rerum initijs quorum finis expectatur. Siquidem in reuolutionibus annorum tam mundi quàm natiuitatum prædicta intueri uolueris, aſpice aſcendens cuiuſuis illorum annorum. Nam ſi uolueris dirigere ad annum mundi, dixit Alchabitius, quòd ad præcognoſcẽdum eſſe ruſticorum debemus dirigere gradum aſcendentis reuolutionis, & dare omnibus 59 minutis & octo ſecundis unum diem: & ſecundum quòd directio peruenerit ad fortunas uel ad infortunas, ſecundum illud iudicare poteris de ipſorum eſſe atque ſtatu in diebus illis, uſque in finem illius reuolutionis: & hoc ſecũdum circulum obliquum. Si autem uolueris aſpicere in directione Regum, aſpicies eis à gradu medij cœli, ſecundum circulum directum, dando quibuſlibet 59 minutis, & 8 ſecundis diem unum, & ſic ſcies accidentia quæ debent euenire regibus in reuolutione illa, in eo quòd ipſi ſunt reges. Sed in eorum factis proprijs & in eorum perſonis debes eis aſpicere ſicut alijs perſonis ſingularibus, & ſecundum quod uideris directionem peruenire ad fortunas uel ad infortunas, ſecundum illud iudicabis de ipſorum eſſe bono ſeu malo ſiue mediocri, tam regum quàm ruſticorum. Idem poteris dicere in eſſe reuolutionũ natiuitatum: uerumtamen oportet, quòd tu conſideres reuolutiones natiuitatum ab aſcendente natiuitatis, ac ab aſcendente reuolutionis. Reuolutiones autem mundi ab aſcendente reuolutionis annorum mundi, ad ſciendum eſſe uulgi ſecũdum circulum obliquum: reuolutiones autem regum ſecundum circulum directum ad eorum eſſe, ſciendum ſecundum quod dictum eſt.

Regũ direct.

De natura graduum ſignorum in quolibet ſigno. Cap. XI.

Gradus ſignorũ quid.

ET eſt ſciendum quoddam aliud, quod antiqui ſapientes, & maximè Indi, conſiderauerunt in natiuitatibus & quæſtionibus ac rerum principijs, & uocauerunt illud 12 planetarum & domorum, ſiue 12 ſignorum. Diuiditur nanque quodlibet ſignum in 12 diuiſiones, quarum quælibet ex duobus gradibus & dimidio conſtat & dantur iſtæ diuiſiones 12 ſignis, ita quòd unumquodq; ſignum habet in quolibet ſigno ſuam duodecimã,

& in illa duodecima ſignificat illud ſignum cui attri buitur illud quod pertinet ad proprietatem ſuæ naturæ, ſecundum quod Albumaſar uidetur uelle. Vnde cum uolueris ſcire in cuius natura ſigni ſit aliquis gradus alicuius ſigni, prout ipſe dicet: accipe gradus qui ſunt ab initio ſignorum uſque in gradum, cuius duodecimam quæſieris, & multiplica illud in 12. & quod collectum fuerit diuide in hunc modum, dando ſcilicet unicuique ſignorum 2 gradus & 30 minuta, & uide quò perduxerit te numerus tuus, quia ibi erit natura eiuſdẽ gradus ſigni in cuius duodecimam ceciderit. Quod uidetur quibuſdam ex ſapientibus modernis ſic eſſe intelligendum, uidelicet quòd accipiatur gradus aſcendens cuiuſuis ſigni, uel cuiuſuis alterius domus, ſecundum quòd illa domus ſignificauit & multiplicetur in 12. & ei quod collectum fuerit, addantur gradus ſigni aſcendentis, uel cuius domus fuerit principiũ, & proijciantur per 30. dando ſcilicet unicuiq; ſigno uel domui 30. & proijciatur numerus ab aſcendente uel à domo in qua incipere uolueris, & ubi finitus fuerit numerus, ibi erit ſignificatum 12 ſignorum & planetarum. Vide tunc in cuius ſigni duodecima ceciderit numerus, quoniam illud ſignum & eius dominus pręſtabunt adminiculum aſcendenti uel alteri domui à qua incœperis & eius domino. Vnde ſi fuerit ſignum illud, & eius dominus bene diſpoſiti, addent aliquid in bono & minuent aliquid de malo, ſcilicet pro duodecima parte utriuſque. Si autem fuerint ſignum & eius dominus diſpoſiti male, addent aliquid in malo, & minuent aliquid de bono pro 12 parte. Quod ſi fuerit ſignum bene diſpoſitum & eius dominus male uel econtrario, addent uel diminuẽt in bono uel in malo pro 24 parte. At ſi unum fuerit bene uel male diſpoſitum & alterum nec bene, nec male, ſed mediocriter, nec addent, nec diminuent. Et hæc omnia ſecũdum quòd fuerit de natura illius ſigni uel illius planetę. Et hoc intellexerunt ſapientes fore duodecimam Planetarum & domorum. Et licet hoc capitulum non uideatur multum magnæ utilitatis, & ſit difficile, tamen conueniens eſt, ut tu ſcias illud: reddit enim te quodammodo facundiorem.

¶ De nouenarijs ſignorum, & quid ſignificent.

FActa ſuperius mentione de duodecima ſignorum in capitulo præcedenti, ſiue de natura duodecim ſignorum in quolibet ſigno eorum nouenaria prætermittenda non ſunt. Dixerunt namq; ſapientes antiqui, quòd nos ſcire oportet, quantum ambulauerit Planeta in ſigno in quo ipſum inueneris, ex gradibus atq; minutis, aut quot gradus aſcen

Nouenaria. derunt de domo, cuius nouenariam ſcire uolueris. Deinde diuide ſignum illud in 9 diuiſiones, quarum quælibet ex tribus gradibus & 20 minutis conſtat, incipiesq; proijcere à principio ſigni, in quo fuerit Planeta uel gradus domus à qua incœperis: & uide in quo nouenario gradus ille ceciderit, & dabis illud nouenarium domino ſigni mobilis illius triplicitatis aſcendentis ſcilicet, uel domus prædictæ, & ſecundum nouenarium dabis domino ſigni quod immediatè ſuccedit aſcẽdenti uel domui prædictæ. Et tertium domino tertij ſigni quod ſuccedit ſecundo, & quartum domino quarti ſigni, quod ſuccedit illi, & quintum domino quinti ſigni, quod ſuccedit illi, & ſextum domino ſexti quod illi ſuccedit, & ſeptimum domino ſeptimi ſigni, quod ſuccedit primo, & octauum domino octaui ſigni, quod ſuccedit primo, & nonũ domino noni ſigni, quod ſuccedit primo & ſemper facias hoc donec inueneris Planetam dominatorem nouenarij, quod quæris ſub tali exemplo. Fuit aſcendens uel domus à qua incœpiſti Aries uel Leo ſiue Sagittarius, Mars eſt modò dominus primi nouenarij, quoniã eſt dominus ſigni mobilis iſtius triplicitatis, ſcilicet Arietis. Venus eſt domina ſecundi nouenarij, quoniam eſt domina Tauri, quod eſt ſignum ſecundum à primo, uidelicet ab aſcendente, & ſuccedit ei immediate. Tertium nouenarium eſt Mercurius, qui eſt dominus Geminorum, quod eſt ſignum tertium à primo. Quartum nouenariũ eſt Lunæ, quæ eſt domina Cancri, quod eſt quartum ſignum à primo. Quintum nouenarium eſt Solis domini Leonis, quod eſt quintum ſignum à primo. Sextum nouenarium eſt Mercurij domini Virginis, quod eſt ſextum ſignum à primo. Septimum nouenarium eſt Veneris dominæ libræ, quod eſt ſeptimum ſignum à primo. Octauum nouenarium eſt Martis domini Scorpionis, quod eſt octauum ſignum à primo. Nonum nouenarium eſt Iouis domini Sagittarij, quod eſt nonum ſignum à primo.

¶ De ſecunda triplicitate.

SI autem fuerit aſcendens uel prædicta domus, Taurus, Virgo, aut Capricornus, erit primũ nouenarium Saturni domini Capricorni. Secundum uerò nouenarium erit eiuſdem Saturni domini Aquarij. Tertium nouenariũ Iouis domini Piſcium. Quartum Martis domini Arietis. Quintum Veneris domini Tauri. Sextum Mercurij domini Geminorum. Septimum Lunæ dominæ Cancri. Octauum Solis domini Leonis. Nonum Mercurij domini Virginis. Et ſic intelligas de tertia & quarta triplicitate, ſi fuerit aſcẽdens uel domus aliqua aliquod ſignum de dictis triplicitatis, incipiendo ſemper à ſigno mobili illius triplicitatis aſcendentis uel domus, & procedendo per ordinem, ut dictum eſt.

Exemplum ad prædicta, uideas ergo exemplum ad prædicta: ponatur ergo quòd aliquis Planeta, uel principium alicuius domus à qua incipere uolueris ſit in 21 gradu Tauri, diuidas totum Taurum per nouem diuiſiones. erit ergo prima diuiſio, uidelicet primum nouenarium Saturni domini Capricorni, & habes de Tauro tres gradus & 20 minuta, Secundum nouenarium eſt eiuſdem Saturni domini Aquarij, & modò habes 6 gradus & 40 minuta. Tertium nouenariũ erit Iouis domini Piſcium, ecce habes 10 gradus integros. Quartum nouenarium eſt Martis domini Arietis, & habes 13 gradus & minuta 20. Quintum eſt Veneris dominæ Tauri, & habes 16 gradus & 40 minuta. Sextum Mercurij domini Geminorum, & habes 20 gradus integros. Septimum eſt Lunæ dominæ Cancri. & ecce habes 23 gradus & 20 minuta. Modò ergo cadet Planeta uel gradus domus prædictæ neceſſariò in nouenarium Lunæ, unde oportet quòd Luna ſit domina illius nouenarij. & ſecundum quòd Luna fuerit tunc diſpoſita, ita præſtabit adminiculũ aſcendenti, ac eius domino, ſiue domui, à qua incœpiſti

piſti rem uel Almutem natiuitatis, uel quæſtionis, uel alicuius alterius incœptionis, uel detrahet ei á ſignificato ſuo. Nam ſi fuerit bene diſpoſita, & aſcendens bene diſpoſitum, ſuffragabitur pro ſeptima parte ferè in bono. Si autem utrunque fuerit male diſpoſitum, detrahet ſibi ſecundum ſimilem partem. At ſi unum fuerit bene diſpoſitum, & alterum male, nec addent, nec diminuent. Conſiderabis tamen ſemper dominos triplicitatum & terminorum, quoniam ſemper remanebunt in ſuis eſſe, ac in ſuis ſignificatis, prout ſuperius dictum eſt. De Doryngez non dico hic aliquid, quoniam uidetur ſpectare ad conſiderationem facierum, de quibus latius ac ſufficienter dictum eſt ſuperius in Tractatu primo, in cap. de Faciebus.

Doryngez.

De domino circuli ſiue orbis ſignorum. Cap. XIII.

Domini orbis ſignorum & horarum

Conſiderabis in natiuitatibus dominum orbis ſiue circuli ſignorum in hunc modum. aſpicies ſiquidem dominum aſcendentis natiuitatis cuiuſuis nati, ac eius primam horam, & dabis aſcendens eiusque dominum & dominum illius horæ primo anno eiuſdem nati, quoniam iſti duo ſignificabunt eſſe nati, quale ſit futurum in primo anno uitæ ſuæ. Vnde ſi fuerint ambo bene diſpoſiti, bonum erit eſſe ſuum in anno illo: ſi autem fuerit contrarium, contrarium iudicabis. At ſi unus fuerit bene diſpoſitus, alter uerò male, tunc eſſe nati mediocre futurum poteris nunciare, niſi Luna uel domini triplicitatum uel terminorum contra operentur. Idem poteris dicere de columitate & incolumitate corporis ſui. Deinde aſpicies dominum ſecundæ domus, atque dominum ſecundæ horæ qualiter ſint diſpoſiti: nam ſi fuerit eorum diſpoſitio bona, bene diſponetur nati ſubſtantia in anno ſecundo, de contrario contrarium iudicabis. Quòd ſi unus fuerit bene diſpoſitus, alter uerò male, ſubſtantia nati mediocriter diſponetur. Poſt hoc aſpicies dominum tertiæ domus, & dominũ tertiæ horæ qualiter ſint diſpoſiti: nam ſecundum eorum eſſe diſponetur eſſe fratrum in tertio anno. Et ita per ordinem procedendo ſecundum diſpoſitionem & eſſe dominorum domorum & horarum uſque ad 12. iudicabis de ſignificatis omnium domorum in annis ſuis, ſecundum prædictum modum, qui nunc dictus eſt in prima, ſecunda & tertia domo.

De dominis duodecim horarum reſiduarum. Cap. XIIII.

Horæ reſiduæ.

De dominis autem duodecim horarum reſiduarum, poſt prædictas, conſiderabis in hunc modum ſucceſſiuè, ſicut conſideraſti prædictas & eorum dominos. Dabis nanque duodecimam horam & eius dominum primæ domui, præſtabit enim adminiculum aſcendenti & eius domino, & domino primæ horæ in augmentum boni pro uigeſimaquarta parte, ſi fuerit uterque, ſcilicet hora & dominus horæ bene diſpoſiti, & aſcendens etiam & eius dominus. Si autem aſcendens & eius dominus fuerint male diſpoſiti, minuet de quarta parte maliciæ ipſorum. At ſi fuerit decimatertia hora dominus male diſpoſitus, minuet uigeſimamquartã partem boni, & augebit malum tantundem in anno primo. & ita per ordinem intellige de reliquis horis ſucceſſiuè procedendo. Nam ſecundum quòd ipſe & eorum domini ſunt diſpoſiti, ita iuuabunt uel impedient diſpoſitionem aliorum ſignificatorum, ſecundum ſignificata duodecim domorum in annis ſuis, prout etiam ſecũdum rerum naturam deuenire poteſt in annis illis: ſicut dictum eſt de 13 & eius domino quæ dantur aſcendenti, & eius domino, ita & 14. & eius domino dantur ſecundæ domui, & ſic per ordinem. Et ſecundum hunc modum prouidebis omnibus domibus, & earum dominis, & omnibus horis & earum dominis. Nam quilibet dominus harum domorũ & harum horarum, prout Alchabicius teſtatur, eſt dominus orbis, & habet omni anno ſignificatum ſuper omni ſignificato illius anni, cui deputatur, ſecundum quod habet Alcocoden, & diſponit ſignificata nati, ſecundum quòd ipſe fuerit bene uel male diſpoſitus addendo uel diminuendo in bono uel malo pro partibus ſuperius nominatis. Et dixit Alchabicius, quòd quidam Aſtrologorum ponunt dominum aſcẽdentis radicis natiuitatis, dominum ſcilicet orbis in anno primo, & in ſecundo Planetam qui huic ſuccedit, ſicut prædictum eſt in domino horæ, quod mihi uidetur poſſe conuenienter ſuſtineri, non quòd ſint domini orbis ſimpliciter, ſed ſunt coadiutores prædictorum. Dicam etiam quædam ſecundum quod ipſe protulit, quæ tibi ſcire conueniens uidetur eſſe, & licet ſit maioris laboris quàm utilitatis, reddit te tamen profundiorem in ſcientia profectionis, fuitque locutus ſuper profectionibus quarundam earum, & etiam quarũdam aliarum rerum, prout in ſequentibus tibi recitabo.

Nota

Dixit nanque dictus Philoſophus, quòd Alchindi dixit, quòd fuerunt inter annum coniunctionis, quæ ſignificauit ſectam Saracenorum & inter annum Alhigerat, qui fuit primus annus annorum Arabum 51 anni ſolares, & fuit aſcendens anni coniunctionis prædictæ ſectæ in regione illa ſignum Geminorum, & peruenit profectio eiuſdem anni ad Virginem, & inter ipſum annum primum annorum Arabum, & primum annorum Yeſdagert regis Perſarum, fuerunt tria milia & centum & 24 dies. Cum ergo uolueris habere notitiam huius rei accipe annos Yeſdagert, & uerte eos in dies, ſicut expoſitum eſt in libro Curſuum Planetarum: & adde deſuper dies, qui ſunt inter primum annorum Arabum & Yeſdagert, & diuide hoc per 365 dies & quartam partem diei unius, & quot diuiſiones euenerint, tot erunt anni ſolares, & quot remanſerint ex menſibus & diebus, erunt ex anno imperfecto. Quodque coniunctum ſeu collectum fuerit ex annis, ipſi ſunt anni ſolares ab initio annorum Arabum: proiice ergo omni anno ſignum unum, & incipe à Virgine, & ad quodcunque ſignum produxerit te numerus, ipſum erit ſignum ad quod peruenerit annus mundi ab aſcenſione coniunctionis prædictæ ſectæ. Alijs autem ſicut fuerunt Albumaſar & eius ſequaces uiſum eſt, quòd adderemus ſuper annos Yeſdagert perfectos 51 annũ & duos menſes, & 12 dies, & 18 horas ex annis Perſarum, qui ſunt ſine fractione & ſine quarta diei, & exten-

derunt hos annos in dies, & uerterunt dies illos in annos ſolares, ut dictum eſt, & incœperunt proijcere ab initio Libræ. Quod ſi uolueris ſcire profectionem à ſigno coniūctionis, talis ſectæ fiat proiectio à Scorpione, quoniam coniūctio Planetarum quæ ſignificauit ſectam, incœpit à Scorpione. Si uero uolueris profectionem ab aſcenſione regni, minue ex annis Yeſdagert perfectis 118 annos perfectos, & uerte ipſos in annos ſolares, ſicut prædixi, & incipe proijcere à Virgine. Hic tamen ſciendum eſt, quòd Machomethus non fuit prædictus Rex, ſed Propheta, & ita Regnum non incœpit à tempore ſuo, ſed incœpit multo pòſt, fortè centum decem & ſeptem annis Perſidis, & incœperunt Arabes regnare, & redierat aſcendens ad Virginem, & uidetur quod ſit error in litera iſta: hoc enim non eſt ita, ſed eſt tunc mutatum regnum Arabum ad ingredituem ipſius diei: & habetur hoc in ſecunda figura trium figurarum ultimæ differentiæ libri Alalraren.

¶ Profectio ab aſcenſione profectionis.

RVrſus ſi uolueris ab aſcenſione profectionis, mutationis, coniunctionis, à triplicitate aquatica ad triplicitatem igneam, minue ex annis Yeſdagert perfectis centum ſeptuagintaſex annos, & uerte illos qui remanēt in annos ſolares, & incipe proijcere à Leone, & quò peruenerit numerus in eodem ſigno, erit profectio uniuſcuiuſque initij eorum quæ prædicta ſunt.

De directione ſignificatoris. Cap. XV.

ET ex hoc directio ſignificatoris, hoc eſt quod dirigas ſignificatorem quem uolueris ad aliquem locum ſignorum, & ſcias quid ſit inter eos ex gradibus directionis, & accipies unicuiq; gradui annum unum. Cum ergo uolueris ſcire hoc & fuerit ille ſignificator in aſcendente, quem uis dirigere ad aliquam partem circuli, minue aſcenſiones gradus in quo fuerit ſignificator per aſcenſiones regionis de aſcēſionibus gradus illius ad quem uolueris eum dirigere, & quod remanſerit, erunt gradus directionis. Quod ſi fuerit ſignificator in oppoſito gradus aſcēdentis, minue aſcenſiones oppoſiti gradus, in quo eſt ſignificator de aſcenſionibus oppoſiti gradus, ad quem uolueris eum dirigere in regione illa, quoniam occaſus alicuius ſigni concordat cum ortibus ſui oppoſiti. Et eſt ſciendum quòd gradus directionis, pro quorum unoquoque accipitur unus annus, ſunt gradus æquatoris diei, & gradus qui diriguntur & ad quos ſit directio, ſunt gradus circuli obliqui. Si uero fuerit ſignificator in decima uel in quarta, minues aſcenſiones gradus ſignificatoris ab aſcenſionibus gradus ad quem uolueris eum dirigere per aſcenſiones circuli directi, & quot remanſerint, erunt gradus directionis. At ſi non fuerit ſignificator quem uolueris dirigere in aliquo angulorum, aſpicies longitudinem eius ab angulo à quo minus diſtat, ſcilicet ab angulo decimæ domus, uel ab angulo quartæ domus, qui ſi fuerit inter aſcendens & decimam, minue aſcenſiones gradus decimę domus ab aſcenſionibus gradus ſignificatoris per circulum directum: & ſi fuerit inter ſeptimam & decimam, minue aſcenſiones gradus ſignificatores per circulum directum de gradibus decimæ domus. ſimiliter per circulum directum: & quod remanſerit ex quocunque horum locorum, diuides per partes horarum diei illius, gradus in quo fuerit ſignificator, & quod exierit de diuiſione illa, erunt horæ longitudinis ab angulo. Et ſi fuerit inter aſcendens & quartam domum, minues aſcenſiones gradus ſignificatoris per circulum directum de aſcenſionibus quartæ domus. Rurſum ſi fuerit ſignificator inter quartam & ſeptimā, minues aſcēſiones gradus quartæ domus, de aſcenſionibus ſignificatoris per circulum directum, & quod remanſerit ex quocunque horum locorum, diuides illud per partes horarum noctis gradus in quo fuerit ſignificator, & hoc ſi ſint ſignificatores in una quarta circuli & non in diuerſis. Et ſi fuerit ſignificator in medio circuli Orientalis, quod eſt à decima uſque ad quartam, de eis quæ ſuccedunt aſcendens minue aſcenſiones gradus, in quo fuerit ſignificator de aſcenſionibus gradus illius ad quem uolueris dirigere per circulum directum, & quod remanſerit, erit ſignificator circuli directi, ſerua tibi: poſt hoc minue aſcenſiones gradus, in quo fuerit ſignificator per aſcenſiones regionis de aſcenſionibus gradus ad quem uolueris eum dirigere per aſcenſiones regionis, & quod fuerit, erit ſignificatoꝝ regionis. Poſt hoc aſpicies reſiduum quod fuerit inter ſignificatorem circuli directi, & ſignificatorem regionum, accipiesq; ſextam partem reſidui illius, & multiplicabis in horis longitudinis ab angulo, & quod exierit, erit æquatio: hoc eſt, ſi longitudo fuerit unius horæ, accipies unam ſextam: & ſi fuerit plus, accipies plures ſextas, ita quod pro unaquaque hora accipies unam ſextam, & ſi fuerit ſignificator circuli directi minor ſignificatore regionis, addes illam æquationem ſuper ſignificatorem circuli directi. Et ſi fuerit maior, minues illam ęquationem ab eo, & quod remanſerit, erunt gradus directionis. Et ſi fuerit ſignificator in medio circuli occidentalis, facies (ut dicit Alchabicius) ad longum, qui etiam plene dat modum dirigendi.

PARTIS QVINTÆ FINIS.

GVIDONIS BONATI
FOROLIVIENSIS MATHEMATICI
PARS SEXTA.

De imbribus & de aeris mutationibus, & quæ circum circa illa uerſantur.

829

Proœmium.

CVm mihi uideatur, in his quæ præceſſerũt ſatis ſeruaſſe promiſſa eorum quę in principio huius Operis promulgaui: ne fortè dicas, te in aliquo eſſe deceptum, conueniens fore arbitror, in iſto Tractatu de Aeris mutatione, ac de his quæ concidunt ex mutationibus illis, & quid ex concidentia illa reſultet, & de his quæ nos exinde percipere poſſumus, & ad quę mens humana pertingere poteſt, quàm cõpendioſius potero facere mentionem.

Et licet actus imbrium, & aliorum quæ ex aëris mutationibus concidunt, ualde ſit particularis, atq; cæteris alijs particularibus particularior, tamen ea quæ poſſunt exinde dici, atq; ſciri mihi omittenda non uidentur, & ſecundum noſtrorum ſapientum prædeceſſorum dicta, & ea quæ inſuper uidi poterunt quæ uideãtur utilia fore ueritatem eius, prout certius poterit diſcurrere, nec ab eorũ ſententijs deuiare, ſecundum quod uiſum eſt reuerendis præceſſoribus noſtris Gafar & Lencuo, Ptolemæo & alijs qui nobis uiam ad hæc niſi ſunt elucidare. Sub breuiloquio igitur cum quo citius poteſt ad excogitatorum propoſita peruentri: nec magnũ acceſſum ad principium huius, nec te multiloquio grauem facere intendo, ſed ad ea quæ ad rem optatam citius te perducunt, & circa illa mentem atque intentionem fideliter adhibere.

¶ Quæ præmittuntur in hoc Opus.

IN his quæ ſpectant ad hoc opus, omnes Planetæ & Lunæ manſiones, licet quædam alia ita primitus conſiderentur, ut oportet. Et ut iam dictum eſt, Lunam præ alijs oportet conſiderare, & eius conſideretur cum Sole coniunctio atq; ipſorũ oppoſitio, necnon & eorum quadraturæ: atq; tunc ad eorum aliorum aſpectus ipſorumq; coniũctio corporalis, etiam & ipſius luminaris luminis augmentũ & diminutio, ſuiq; curſus uelocitas atq; tarditas, & ſuus ortus, aſcenſus & deſcenſus, ſimiliter & occaſus, necnon ea quæ ad generationem ex ſuis motibus & ad corruptionem facere uidentur, conſidera, quoniam in temporibus prædictis effectus mutationũ aeris, eorumq; concidentiæ magis apprehẽduntur, prout in ſequentibus, dante Deo, latius oſtendetur. Et dixit Gafar, nihilominus quoq; ipſius in auſtrum & ſeptentrionem conſimilis reditio, & eiuſdem applicatio, & quæcunq; accidunt figuræ, hoc idem inſinuatur, quorum omnium actus ipſiusq; efficacia Lunæ patiennaq; animalibus & terræ germinantibus, quæ ſenſus percipit & uiſus dijudicat, facilime differrentur.

830

¶ De cognitione fortunarum & infortunarum, atque omnium temperatorum uel conuertibilium habenda.

CVm cognitio de mutatione aeris intendatur ut plenius habeatur, præſciendum eſt, qui Planetarũ ſunt fortunę, qui infortunæ: ſimiliter qui nunc ad fortunium, & qui nunc ad infortunium prius te ſcire oportet. Nam ut antiqui ſapientes unanimiter fatentur, & eſt uerum Iupiter & Venus naturaliter ſunt fortunæ atq; fortunæ operatores. Saturnus uero & Mars naturaliter ſunt infortunæ, & ex ſui natura infortunam inferunt, prout idem ſapientes affirmant, & ex ueritatis experimẽto manifeſtiſſimo apparet. Solem uero & Mercurium & Lunam communes & temperatos eſſe dixerũt, Solem ſcilicet aliquando fortunam & aliquando infortunã, ſed Mercurium & Lunam conuertibiles, ita quod ad naturam illorum quibus applicantur ſiue fortunæ ſint, ſiue infortunæ, conuertuntur. *Qui planetæ fortunæ, & qui infortunæ.*

¶ Ad ſciendum quando ſignificentur pluuiæ uenturæ, & quando non.

IN pluuiarum quidem futurarum, cognitione habenda, Solis & Lunæ coniũctionem, ut ſuperius tactum eſt, te conſiderare oportet, atq; ſi aliquis Planetarum tunc cum eis iungatur, aut aliquo aſpectu eos aſpiciat, quoniã ſi Iupiter aut etiam Venus corporaliter eis iũgatur, uel eos Iupiter à trino uel ſextili aſpectu aſpiciat, nec aliqua ex infortunis cum eis extiterit, nec proijciat radios ſuos ad eos, uel poſt ipſius ſeparationem à Sole ipſam aſpexerit, pluuias indubitanter futuras denegabit. Si autem quartus uel oppoſitus ad luminaria fuerit Iouis aſpectus, abſq; infortunarum admixtione, ut dixi, pluuias leues uel quaſi nullas futuras ſignificabit. At ſi aſpexerit aliqua infortunarũ ſine alicuius fortunæ aſpectu, uel poſt coniunctionem corporaliter primitus uel per oppoſitionem Luna fuerit iuncta abſq; dubio pluuias poteris nunciare futuras. Propriũ enim fortunarũ eſt naturaliter ſubtiliare aerem, ac ipſum à groſſis uaporibus depurare, & ſimiliter infortunarum malicijs reſiſtere, & econtra infortunæ fortunarum bonitatibus reſiſtere nituntur: & quoniam natura grauitatis atq; immunditiæ ipſarum concordat cum uaporibus groſſis in aere coadunatis, generant grauitates quæ ad partes inferiores propter illam grauitatem atq; aeris immundiciam & ingroſſationem deſcendentes, potentes pluuias, necnon & aeris inducunt turbationem. Verumtamen licet Venus ſit de ſtellis fortunatis tamen quoniam eius natura uerſus latus humiditatis quodammodo declinat, ſi cum aliqua ex infortunis miſceatur, nec alia fortuna adiuuerit, pluuias mouere permittit: nec tamen multum nocibiles, niſi fortè ipſa nimium de- *Fortunæ aerem purgãt.*

bilis & infortunæ fortes inueniantur, ita quòd ipſa non poſſit eorum malicias infringere, tamē ea lem per aliquid alleuiat.

❡ De pronoſticatione pluuiarum in generali.

IN pluuiarum autem pronoſticatione oportet ut diſcretionē adhibeas & conſideres loca, ſitus, tempora, climata, regiones, & ſimilia quæ tibi conſideranda occurrunt. Nam mutationes aeris diuerſimode diuerſificari conſueuerūt, ſæpius enim ac fortius conſueuit pluere, necnon & ningere propter groſſitiem aeris, & uaporum ingruentiam in alpibus, quàm in locis planis: plus in ſeptimo climate, propter occaſionem prædictam, quàm in ſexto: plus in ſexto, quàm in quinto: plus in quinto, quàm in quarto: plus in quarto, quàm in tertio: plus in tertio, quàm in ſecundo plus in ſecundo, quàm in primo. & ita de unoquoq; climate, & de unaquaq; regione, ſecundum ſuum eſſe, atque ſecundum ſuos ſitus intelligas.

Manſiones Lunæ.

❡ Quæ manſiones Lunæ ſunt humidæ, quæ ſiccæ, & quæ communes.

COnſiderabis etiam in quibus & à quibus manſionibus Lunę, prædictæ coniunctiones & prædicti aſpectus fiant, quoniam quædam ex manſionibus illis ſunt humidæ, quædam ſiccæ quædā communes quædam felices ſeu fortunatæ, quædam infelices ſeu infortunatæ, prout tibi ſequenter exponam. Manſiones namq; prædictæ ſunt 28 quarum prima uocatur albarain, ſecunda altamazer, tertia aldebaran, quarta albachia, quinta aluata, ſexta alziraa, ſeptima albiathia, octaua altarſin, nona algetua, decima alaracen, undecima alzarfa, duodecima alafraze, tredecima alzamee, decimaquarta achafre, quintadecima alzebene, ſedecima aliachil, decimaſeptima alchabin, decimaoctaua aſtiala, decimanona abuaarca, uiceſima albelaca, uiceſimaprima azea, uiceſimaſecunda bolah, uiceſimatertia zacazad, uiceſimaquarta alasboa, uiceſimaquinta alhumadez, uiceſimaſexta almaiehe, uiceſimaſeptima alahut, uiceſimaoctaua anathe. Et quælibet dictarum manſionum continet 13 gradus & 20 minuta, quibus ſubalternantur aliæ 28 ſecundariæ, hoc eſt includuntur ab eis: uidelicet alazelazener prima, ſecunda agaſie, tertia azulierie, quarta alchil, quinta alchali, ſexta alzula, ſeptima almara, octaua albeldie, nona alzabel, decima alialciz undecima zaudazaa, duodecima zaudolabia, tredecima alſuganſaboel, quartadecima alſurgalabet, quintadecima racamauide, ſedecima alnatha, decimaſeptima albucan, decimaoctaua alciraze, decimanona aldabatan, uiceſima alchada. uiceſimaprima aluzana, uiceſimaſecunda alamoha, uiceſimatertia alirazma, uiceſimaquarta alcaubua, uiceſimaquinta alcebira, uiceſimaſexta alararen, uiceſimaſeptima alzaut, uiceſimaoctaua alaacen. prout in tranſlatione Iohantis hæc nomina reperta ſunt. Et ſubalternantur ſecundariæ prædictis primordialibus, in hunc modum. Nam Alazelazenet ſubalternatur albaraya, agaſie ſubalternatur altamazer, azulierie ſubalternatur aldebaran, alchil ſubalternatur albachie, alchali ſubalternatur aluata, alzula ſubalternatur alziraa, almara ſubalternatur albiathia, albeldie ſubalternatur altharſin, alzabel ſubalternatur algetua, alialcim ſubalternatur alaracen, zaudazaa ſubalternatur alzarfa, zaudolabia ſubalternatur alafraze, alſuganſaboel ſubalternatur alzamee, alſurgalabet ſubalternatur achaſre, racamauide ſubalternatur alzubene, alnatha ſubalternatur aliachil, albucan ſubalternatur alchabin, alciraze ſubalternatur aſtrala, aldabatan ſubalternatur abuaarca, alchada ſubalternatur albelaca alamoha ſubalternatur azea, aluzana ſubalternatur bolah, alirazma ſubalternatur zacazad, alcabiia ſubalternatur alasboa, alcebira ſubalternatur alhumadez, alararen ſubalternatur almaiehe, alzaut ſubalternatur alahut, alaacen ſubalternatur anathe. Ex quibus 28 manſionibus cum ſuis ſubalternis 27 computantur in earum affectibus: uiceſimaoctaua illa, ſcilicet in qua fit coniunctio Solis & Lunæ non computatur: licet tamen quaſi inſenſibiliter aliquid operetur, ſed uirtus quam habet Luna in illa manſione, relinquitur Soli, necnon ipſius manſionis fortitudo, nihilominus tamen & ipſius Luna uirtutem, quam Planeta cum ipſa iungitur. ei dat quod ſibi acquirit. Quarum manſionum ſex ſunt ſiccæ alzarfa, alafraze, alzamee, alchabin, alasboa, albelaca Ex quibus ſex manſionibus quatuor ſunt felices & fortunatæ, ſcilicet alzarfa, alzamee, alchabin, alasboa. Aliæ uero duæ, ſcilicet alafraze, & albelaca, ſunt infelices & infortunatæ. Nouem ſiquidem ſunt humidæ, ſcilicet altamazer, aldebaran, albachia alziraa, albiathia, abuaarca, bolah, alhumadez, & alahut: quarum ſunt ſeptem felices & fortunatæ, ſcilicet albachia, alziraa, albiathia, bolah, abuaarca, alhumadez, alahut, duæ autē ſunt infelices & infortunatæ, ſcilicet altamazer, aldebaran. Reliquæ uero ſunt 13 temperatæ, ſiue communes, quæ ſunt albarain, aluata, alcarſin, algetua, alaracen, azafre, aliachil, aſtiala, azea, alzubene, zazacad, almaie, anathe. Ex quibus 13 ſex ſunt magis declinantes ad latus fortunij quàm infortunij, ſcilicet altharſin, algetua, alacaren, aſtiala, azea, zacazad. Quinque uerò ſunt magis declinantes ad latus infortunij quàm ad fortunium, ſcilicet alnatha, azafre, aliachil, almaie, anathe. Aliæ uerò duæ; ſcilicet albarain, alzubene, remanent in ſua qualitate, non declinantes plus ad fortunium, quàm ad infortuniū.

Manſiones ſiccæ.

Felices.

Infelices.

Manſiones humidæ.

Felices & infelices.

Temperatæ.

Quibus omnibus & ſingulis conſideratis, proſpicies in qua ex prædictis manſionibus ambo luminaria conueniant, & in quo ſigno & in quo loco circuli, & quis ex Planetis eam reſpiciat, & cui Luna poſt ſeparationem à Sole primo iungatur per corpus uel per aſpectum, & in qua ex manſionibus ſtellę, cui tunc ipſa iungatur. Nam ſi coniunctio luminarium fuerit in manſione humida, & in ſigno humido, ſine alicuius fortunæ aſpectu uel ſine corporali coniunctione, & Planeta dictus in ſigno humido uel in manſione humida, proculdubio pluuiarum abundantiam futuram poteris nunciare. nec in aliquo illi iudicio reſiſtere: & eo magis ſi aſpectus fuerit à quarto uel ab oppoſitione fueritq; Planeta, cui ipſa iungitur infortuna. ſed ſi fuerit fortuna illam maliciam quodammodo mitigabit. Si autem

tem coniunctio luminarium fuerit, ut dixi, & Planeta cui Luna iungitur, fuerit in manſione ſicca, licet ſit ipſe in ſigno humido, etiam ſi fuerit infortuna, pluuiæ tamen aliquid minuentur magis ſi uerò fortuna, minuentur magis. Quòd ſi manſio fuerit ſicca, & ſignum ſiccum, pluuias magis alleuiabunt. At ſi prædictæ coniunctiones & prædicti aſpectus fuerint in ſignis ſiccis & manſionibus ſiccis, pluuiæ quidem omnino ceſſabunt, ſiue fortuna fuerit, ſiue infortuna ille, cui tunc Luna iungitur, uel quem aſ. exerit, niſi Planeta cuius dignitas fuerit manſio, contrarium operetur. Nam ſi dignitas fuerit Veneris, quoniam eius natura uerſus humiditatem declinat, pluuias aliquid adiuuabit & ſiccitatem, licet non multum aliquid temperabit. Et omnia hæc, nos antiqui ſapientes diligenter notare uoluerunt.

Et dixit Gafar, ſunt linearum corde in circulis protractæ, quarum ſcilicet arcus ad tetragonum, trigonum & hexagonum, quadam cognitionis beatitudine referuntur: nihilominus quoq; loca ex quibus ſtellarum ſit applicatio fortius utrunque loca ſtellæ configurata, undeq; uidelicet applicent de loco, inquam, maſculino uel fœminino, ex natura uidelicet locorum ad elementa quatuor relatorum, inde etiam ſi de certa longitudine & latitudine ſe applicent. Stellarum igitur de huiuſmodi locis applicatione deprehenſa, congrua & firma habita receptio effectus modosq; certiſſimos. Has ſiquidem manſiones, quas nodos ſiue potius nexus appellat deſignante & diſcernere, easq; notare, ſuosq; effectus attendere docta uoluit antiquitas: ipſi enim omnia prædicta, ut de pluuijs aerisq; mutationibus certa iudicia traderentur, nos conſiderare uoluerunt.

¶ De aeris mutatione, ac ipſius uariatione & imbrium futurorum cognitione.

AD aeris mutationem, ac ipſius uariationem, necnon & imbrium cognitionem percipere oportet gradum coniunctionis luminarium & gradum oppoſitionis ipſorum. & ultimum dico primæ dicotomitatis, atque ſecundæ ſimiliter, & cuiuſlibet menſis lunaris quadraturæ medium, licet iſta prædicta quatuor loca ſecundaria ſint, & dicotomitatum principaliter: Coniunctionem uero & præuentionem conſiderare principalius oportet, & etiam quædam alia quæ ſuo loco & tempore dicentur, uidelicet quòd iſtis prædictis locis alia loca ſupponuntur, & dicuntur hæc duodecim cera Lunæ, quæ ſunt cum Luna deſtiterit à gradu in quo fieri debet coniunctio ipſius cum Sole antè uel retro, duodecim gradibus tantum, ſed in præuentione non ita neceſſariò accidit, in angulis uerò dicotomitatum crebrius, quàm in præuentione accidere conſueuit. Et dixit mecra, hac etiam ratione ea quæ habebene dicitur propriè ac principaliter notare uoluerunt, quoniam illæ duæ ſtellæ ſignum Libræ, eiusq; figuram omnimode complent. Et dixit, Luna enim in manibus Virginis, nec alibi deprehenditur. Itidem etiam quoniam gradus ille, ubi hæ duæ ſtellæ conſiſtunt, in Scorpionis ſedet principio, ibiq; Luna moratur, dum per iſtam ambulat uiam, quarum proprium abhinc ſumpſerunt exordium. Omnia hæc itaque ab antiquis, quantum ad rationem, non quantum ad effectum operandi, occultata ciuius reſeruauit mecra. Et dixit, qualiter enim cum ipſis Lunæ manſionibus cæteris, eoq; connexis huius negocium exequatur, in ſequentibus ſubijciam, licet ſuperius de hoc ſit dictũ, cum de naturis manſionum ſui locuturus, & quæ ad hoc Caput pertinent ſingulorum ſentẽtias locis debitis adiungam. Ad maiorem Lectoris euidentiam ordinatione congrua reſeruabo, & qualiter in his incedere debeam, in ſequentibus oſtendam. Gafar uero nominauit nomina quarũdam manſionum prædictarum, prout in alia tranſlatione reperitur. Nam ipſe uocauit primam illarum quæ ſignificant humiditatem, & quæ habent uirtutem faciendi manare pluuias, aldebaram, quæ ſuprà uocata eſt alramazet. Secundam uocauit alzama, quæ uocata eſt aldebaram. Tertiam uocauit altalbetha, quæ dicta eſt albathia. Quartam uocauit alzarfa, quæ dicta eſt alziraa. Quintam uocauit alzafra, quæ dicta eſt albiachia. Sextam uocauit alichil, quæ dicta eſt abuaerca. Septimam uerò autaim, quæ dicta eſt bolali. Octauam uerò alelelach quæ dicta eſt alhumadem. Nonam uocauit alfaraz, poſtremam, quæ dicta eſt alahut. Ex quibus manſionibus prædictis, ſex ſunt magis ſignificantes pluuias quàm aliæ tres, ſcilicet aldebaran, alziraa, altalbetha, alzarfan, alzafra, & altilil. Reſiduæ uero tres, ſunt minus humidæ, ac minus ſignificantes pluuias, quàm prædictæ ſex. Vnde cum Luna fuerit in aliqua nunc dictarum manſionum, & maxime illarum ſex, quas prædixi, & eo fortius cum aliqua ſtellarum rores ſignificantium iuncta uel applicata extiterit, imbres futuros poteris nunciare proculdubio: ſed in alijs tribus, erit infra hoc, & hæc omnia ſecundum naturam illius cui iuncta fuerit ipſa, ſiue applicata. Cum autem in ſiccis manſionibus eam inueneris, ſiccitatem ſecundum rationes prædictas poteris nunciare. Quòd ſi fuerit in aliqua illarum, quæ dictæ ſunt temperatæ, ſiue communes, poteris iudicare diſpoſitionem aeris ſecundum diſpoſitionem & naturam illius, cui iuncta uel applicata fuerit Luna uenturam, ſimiliter in tribus ex ipſis temperatis, uidelicet in illis, quas Gafar unam uocat alanarlia, & aliam atumech, tertiam uero adalaz, quæ magis declinant ad ſiccitatem, quàm ad humiditatem.

De qualicunque harum manſionum fuerit coniunctio ſiue aſpectus, erit effectus rei ſecundum naturam illius, ſiue de humida, ſiue de ſicca, ſiue de temperata, ſiue communi & eo fortius in pluuijs, ſi ipſe aſpectus à quarto uel ab oppoſitione fuerit. In prohibitione autem pluuiarum, ſi fuerit trinus uel ſextilis, conſiderando ſemper quòd fortunæ addunt in bono & minuunt in malo. Et dixit Gafar, nàm & anathe & atarſin & albee, auaula, alnayn & uenter Piſcium, aſſumunt effectum, & cum cæteris quæ iſtos ſequuntur, ut habitum eſt in figura Pluuiarum, & erit exequendum.

Et hæc eſt una Tabula.

¶ Vnus modus manſionum Lunæ in tabula.

Nomina,	gr.mi.cõp.	gr.mi.cõp	gr.mi.cõp.
♈ Aries	12. 15. tem.	14.23. ſicc.	4. 0.temp.
♉ Taurus	8. 30. tem.	13.36. hu.	9. 0. ſicc.
♊ Gemini	10. 17. ſicc.	7.9.temp.	13.0.hum.
♋ Cancer	12. 25.tem.	13.13.ſicc.	5.0.hum.
♌ Leo	8.14 hum.	13.26.tem.	9.0.hum.
♍ Virgo	10.17. hu.	7.9.temp.	13.0.temp.
♎ Libra	11.51.hum.	13.13.hum.	5.0.hum.
♏ Scorpio	8.9.hum.	13.26.ſicc.	9.0.hum.
♐ Sagittarius	10.17. hu.	7.7.hum.	13.0.temp.
♑ Capricornus	12.51. hu.	13.13.tem.	5.0.temp.
♒ Aquarius	8.14. tem.	11.16.ſicc.	10.0.ſicc.
♓ Piſces	10.17.ſicc.	7.9. ſicc.	13.0.tẽper.

Caput De pluuijs & aeris mutationibus.

SI autẽ de pluuijs aeriſq; mutationibus,& de nubibus pluuias ſignificãtibus aut rorem aut de nubibus neutrum ſignificantibus illorum, & de uentis futuris,necnon & quo tempore & qua cunq; parte anni,& qua hora euẽtus prædictorum uel alicuius eorum,ipſorumq; augmento uel diminutione pronoſticari te conuenit,neceſſe tibi erit, prout Caſar teſtatur ſe apertiſſimis Indorum accepiſſe,iuxta circuli ſignorũ ſitum ſcire hora coniunctionis atq; præuentionis Solis & Lunæ,quæ ipſius Solis introitum in primum minutum Libræ immediate præceſſerit,omniumq; aliorum Planetarum ſitualem in circulo diſpoſitionem,tamen præcipue luminarium. Et etiam oportet nos conſiderare poſt quàm Sol primum minutum Libræ ingreditur eius proceſſum uſq; dum totam perambulauerit uiam peruſtam,& inſuper alios quinq; gradus Scorpionis,& accident hæc in medio 7 climatum,eo quòd Libra & primi 20 gradus Scorpionis habent ſignificationem ſuper pluuijs & uentis atq; mutationibus aeris in toto quarto climate,necnon & in ultima medietate tertij atq; in prima medietate quinti. Et dixerunt in directificatis tãdem Sole & Luna ad has duas horas conuentus inquam & oppoſitionis uel ad prædicta duo ſigna,quaſi igitur uno ſtudio animaduertere oportebit de mãſionibus diſcernendis. Ab hinc in antea igitur manſiones ſic diſcernere opus erit,quoniam ubicunq; luminarium coniunctio ſiue oppoſitio fuerit à principio Arietis in finem ſignorum ipſorum 13 gradus & 20 minuta ſecundum gradus æquales donabis. Et cum locũ coniunctionis uel oppoſitionis deprehenderis,uidebis utrum manſio illa ſit ſicca uel humida uel temperata ſeu communis. Videbis etiam in quibus manſionibus cæteri Planetæ reperiuntur,ſicut in Luna conſideraſti quod cum ſic feceris,uidebis cui Luna poſt conuentum ſeu præuentionem applicet uel corporaliter iungatur,quia ſecundum quod eius coniunctio uel applicatio cum aliquo Planeta in circulo extiterit,ita erit eius ſignificatio ſuper pluuijs aut nõ pluuijs,aut uẽtis,uel roris aut aeris mutationibus. Si enim Luna iuncta Saturno fuerit,uel applicata,ipſaq; boni eſſe ac bene diſpoſita,& in humida manſione,ſimiliter abſq; nullius alterius applicatione,temperatos & conuenientes imbres,necnon & nubes obſcuras aerem totum replentes indubitanter poteris nũciare. Et ſi Saturnus impeditus uel male diſpoſitus fuerit,pluuias & uentos & nubium obſcuritatem & omnia prædicta in boni contrariũ augmentabit, & omnia ſignificata ſecundum loca ſitus ſignificata domorum,manſionum,conditionum,coniunctionum, aſpectuum, ſeu applicationum,ut dictum eſt ſuprà cum de complexionibus manſionum Lunæ,ipſarumq; diceremus. Et ſi Venus & Mercurius adhibuerint ſua teſtimonia ſuaſq; uirtutes quæ dicta ſunt,ualde augmentabuntur:& eo magis atq; fortius, ſi eorum coniunctio uel applicatio fuerit in angulis uel ab angulis, tunc enim timebuntur uentorum conflictus, eorumq; rabies quarundã etiam ruinæ domorum,arborumq; fractiones & eradicationes etiam quarundam.

Manſiones ſcire.

¶ De hora pluuiarum,imbrium & uentorum.

AD ſciendum autem prædictorum euentuũ horam,oportet te ſcire horam cõiunctionis,ſi coniunctionalis fuerit conſideratio tua,uel horam præuentionis,ſi præuẽtionalis fuerit tua conſideratio, & uidere quot gradibus complementum coniunctionis aut applicationis uel præuentionis,ſeu tetragoni diſtiterit à locis prædictis,quoniam uſq; ad tot dies uel horas,prout de quibus ſignis fuerint aſpectus ſiue applicationes uel coniunctiones pluuiarum effectus ſiue aeris mutatio deueniet. Nam ſi fuerint de ſignis fixis dies,ſi de communibus,horas ſignificabunt. At ſi de mobilibus horas,ſed citius quàm communia mobilia prædicta portendunt,feſtinabit etiam prædictorum euentus pro ſexta parte,ſi uelox Lunæ curſus,uel etiam ipſius augmentum luminis non defuerit. At ſi unum illorum tantum affuerit,euentus aliquid infra hoc feſtinabit. Cum autem in oppoſiti gradus coniunctionis uel præuentionis loco Lunam inueneris uel tetragoni,uel fuerit curſus eius tardior,ſecundum ſignum uel locum in quo fuerit,ut dictum eſt de feſtinatione,tardabit prædictorum euentus. Cum uerò Luna poſt Solis conuentum alicui fortunatum applicuerit,illaq; fortuna ex aliquo aſpectu Saturnum aſpexerit,receperitq; de aliqua ſua dignitate illum uel ipſe illam,& eo magis ſi uterque recipiat alium,& recipiatur ab illo,alterabuntur prædicta, non tamen modum excedent & tarditatem ſignificabunt,& prolongabitur eorum euentus pro ſexta parte ſui tonus. Si autem Luna ex quarto aſpectu uel oppoſitione illi applicet, nec aliquas aliorum impediat in pluuiarum effectu,non interponet dilatio partes ſuas,& maxime ſi duo inferiores prædicti eis atteſtentur,& ſuum præbeant adminiculum, ut dictum eſt,ſic ſe conuenient nec uacillabunt,nec etiam diminuentur.

¶ Quando Saturnus prohibet pluuias.

SIquidem Saturnus tunc in manſionem ſicca permanſerit,& Luna eidem in manſione ſicca applicuerit,nec aliorum adminicula eis præſtantur,pluuiæ non aderunt,licet nubes aſſiduæ aera perturbent multum.

Deap-

¶ De applicatione Lunæ cum Ioue.

ET ſi Luna ex prædictis locis uel ſimilib. Ioui applicuerit uel fuerit ſecū in eodem loco uel manſione, illa quæ ſit humida, exhibuerintq́ Venus & Mercurius ſua teſtimonia nubes cum roribus molleſq́ pluuiæ, uel quaſi nullæ ſignificabuntur. Si autem Venus & Mercurius eorum teſtimonia eis non exhibuerint, pluuiæ penitus ceſſabunt. Sed ſi alter eorum eos iuuerit, alter uerò non, aliquid de facto pluuiæ eueniet, licet tamen modicum. Et tunc ſi Iupiter Saturno applicet partem prædictorum, non tamen modum excedētem uenturam ſignificabit. At ſi Luna poſt ſeparationē à Sole de locis uel de manſionibus prædictis Marti applicet, & aſpexerit illos Venus aut Mercurius alicuius Planetæ maſculini teſtimonio, fueritq́ talis applicatio in angulo uel ab angulo & in manſione humida, uel à manſione humida inuolutionē atq́ nubium cōmixtionem ſignificabit paucos tamen rores uel quaſi nullos portendet: poterit tamen ſignificare tonitrua & coruſcationes necnon & in tēporibus & in regionibus ad hoc aptis fulmina ſine multitudine pluuiarum futura, dūmodo Mars tunc Saturno uel Ioui applicet, quoniam ſi tunc illis fuerit applicatus, pluuias indicabit futuras. Et dixit Gafar, hoc etiam notandum occurrit, quoniā Mars de quolibet reſpectu imbrium ſignificationem exauget, Lunaq́ & ſtellæ cui hic applicuerit in generandis pluuijs omnino iuuat. Illa enim eadē & proprie & principaliter iis eſt dilatio. Et dixit ſi uero aliter accidit, nec ſignificat hoc & idē corrūpit, nubes autē quas Martialis producit naturam, croceū cādorē deſuper nō ſine cādore habētes.

¶ De applicatione Lunæ cum Marte.

ITerum ſi Luna cum poſt coniunctionem à Sole receſſerit, Marti ſimul & Saturno applicuerit, ipſaq́ in humida manſione permanſerit, necnon & ipſi pluuias futuras immoderatas portendet. Quod ſi uni tantum eorum acceſſerit, & res ita ſe habeat uel ambobus, & ipſi etiam in manſionibus temperatis pluuias ſignificabit. Si uero ipſa in humida, & ipſi duo in ſiccis uel econtra permanſerint, imbres futuros plurimū mingabit. Item cum Luna Soli iuncta fuerit, & tūc ſimul Ioui iūgatur, uel per aſpectum ad ipſum acceſſerit, ipſiq́ ambo uel alter eorū eam receperit, imbres manere ne affluant, prohibebunt. Et dixit Gafar, Luna nanq́ demum in loco optimo ſub aliquo uidelicet centrorum, locis, uidelicet huic ſignificationi dicatis, quia fortunata efficitur, proprium caſſat & peruertit ducatum, dum iam fortunatis aliqua configuratione reſpondit. Et dixit, hæc igitur uniuerſæ occaſiones omnino notandæ. Et dixit, nubes etiam tunc quæ generantur candidæ, rores multos ac inconſtantes portendent.

¶ De applicatione Lunæ cum Sole.

ET ſi Lunam Solis corporali connexu inueneris, nec aliquis aliorum eos reſpiciat, uel corporaliter cum eis iungatur, imbres prohibet ne ueniant. Quod ſi aliquis aliorum eis tunc applicuerit, fueritq́ in manſione humida: & eo magis ſi fuerit hoc in angulo, & Sol fuerit extra ſuas dignitates atque ſuas fortitudines, & Saturno ſimul & Marti applicet uel ſeparetur ab uno illorū, & applicet alteri, fortes pluuias euenturas nunciabit. Si autem uni tantum eorum applicuerit, nec ab altero ſeparetur, erūt imbres quos ſignificauerit pro medietate, uel ſaltē pro tertia parte, uel ad minus pro quarta, erūt infra prædictos, inducitq́ in caſibus prædictis nubes inter glaucas ſeu croceas & ſemiruſas & denſas, nec cito diſſolubiles, ſed poſtquam fuerint abſolutæ, humilem atq́ ſerenum aerem nunciabunt. Siquidem Luna poſt eius ſeparationem corporis uel aſpectu iungantur Soli de trigono applicuerit, ſecundū naturā domorū ſeu manſionū in quibus fuerint eorū ſignificata, in actum euenient. Et dixit Gafar, de conuētu & oppoſitione nullatenus applicatio uocabit.

¶ De applicatione Lunæ cum Venere.

SI autem Luna poſt ſeparationem eius à Sole Veneri applicet, ipſaq́ in ſignis aquaticis uel aereis ſed aereis minus & in māſionibus humidis procul dubio pluuias uenturas nūciabit: & eo magis ac certius & ineffabiliter, ſi Mars & Saturnus eos aſpiciant. At ſi unus eorum tantū eos aſpiciat, erit eorum ſignificatum aliquid infra hoc, nec oportebit quòd Mercurius in aliquo prædictorū caſuum iuuamen illis aliquod exhibeat: ſed ſi præſtiterit, futuras pluuias augmentabit. At ſi prædicti mali non aſpexerint eos, ſed aſpexerit eos Iupiter uel ipſa fuerit alias fortunata, pluuiæ ceſſabunt abſq́ dubio nec euenient. Si autem Venus alicui trium ſuperiorū, in eodem nodo applicuerit, nec aliquod aliud Veneris ſignificatum impediat, pluuias aſſiduas nec modicas futuras portēdet. Et eo fortius accident prædicta, ſi ex manſione humida uel ex ſigno aquatico applicatio ipſorum extiterit. At ſi Venus libera fuerit, fortunata atq́ fortis, nec in eodē nodo ei Luna iuncta inueniatur, nec ipſa in ſigno aquatico, māſione humida, uel etiam temperata cōmoretur, ſignificabit hoc quod imbres non accident prædicti. Verumtamen ſi Venus (ut dictum eſt) ſic ſe habuerit, & luna eidem iungatur, pluuiæ non erunt, nubes tamen & aliqui rores in aere apparebunt.

¶ De applicatione Lunæ cum Mercurio.

ASpiciēdum iterum tibi eſt, ſi Luna cum Soli iungitur, uel cum à ſole poſt eius coniunctionē ſeparetur, Mercurio prius applicet in eodē loco, & humida manſione, ſine alterius aſpectu & coniunctione, quoniam imbres abſq́ temporis [illegible]tione continuas indicabit. Quod ſi iuncta fuerit, uēturos non modū excedentes pro certo poteris nūciare. Siquidē eorū coniunctioni ♂ & ♄ ſimul teſtificētur horrendas pluuias & [illegible]minales atq́ ſubmerſionales & aſſiduas nūciare non erit dubitandū. At ſi adhuc ♀ prædictæ cōiunctionis ex aliqua ſui dignitate fuerit particeps, in prædictis locis ne pluuiæ modum excedāt, erit dubitādum. Si autem hora cōiunctionis ☾ cum ☉, mercuri⁹ in eodem loco, nodo, & ſigno aquatico, necnon & humida māſione Veneri applicet, pluuias modum excedentes indicabit. Si uero prædicta de alijs ſignis & māſionibus inueneris pluuiarum, mediocritatē pro certo poteris nunciare. Et dixit Tilcinius, Mercuri⁹ item de ſigno aquatico & māſione humida Venerem reſpiciēs, aut in eodem nodo uel nexu locatus, pluuiæ terminū excedent. Si autem Iupiter uel alia ex beniuolis, ipſe tamē fortis tūc prędictas infortunas aſpexerit, mediocres pluuias iudicabis. Et ſi Mercurius ſolus Lunæ applicatus fuerit, & rores & pluuias ſignificauerit, fuerit Iouis aſpectus cum receptione ad ipſum de domo ſua aut exaltatione

tione, uel à duabus alijs dignitatibns, & naturā Iouis, Mercurius ipſiusq; ſignificata ſibi aſſumet, nec ſua ſignificata Lunam exercere permittet, atq; ſerenum aerem cum multitudine tamen uentorum inducet, & erit qualitas uentorum illorum ſecundum oaturam Iouis uel alterius ſtellæ, ad cuius naturam ipſe fuerit applicatus, ſi conuerſum & ad aliquem alterum ipſum inueneris applicatum. Si autem Luna poſt ſeparationē à Sole, Mercurio & Veneri pri' quàm alijs prædictis locis ſimul applicet, uel etiam Marti & Saturno, ut dictū eſt, Lunę ſignificata peruerteot, & ſua manifeſtabūt, niſi inquam Iupiter & Sol contrà operentur à quocunq; aſpectu uel coniunctione prædicta hoc euenerit: & eo fortius atq; ineffabilius, ſi coniunctio fuerit cum infortunis prędictis, augmentabuntur pluuiæ atq; rores, ſimiliter & ſiet aer nebuloſus. Et ſi prædictæ fortunæ contrà operentur, & rores atq; pluuias caſſent, non tamen poterūt nubes prohibere quin adſint. Et ſit tibi memoriæ, prædicta nullo modo tradere obliuioni, ſed ſemper in mētis tuæ arcanis ea reſerua, ut in eis ſtudioſe ualeas reſpondere, necnoo & in tuam utilitatem ea præſcire atq; præuidere.

¶ De applicatione Lunæ cum fortunis uel infortunijs.

ET ſi Luna poſt ſeparationem eius à Sole alicui fortunarum applicuerit, pluuias prohibet uenturas. Quòd ſi alicui maleuolarum iungatur, uel à quocunq; aſpectu aſpexerit, diſceſſeritq;, applicatio eius ab illa infortuna uſq; ad 5 gradus uel infrà ſine alicuius fortunæ aſpectu io eadem hebdomada pluuias futuras nunciabit. Quòd ſi Luna inquam poſt ſeparationem eius à Sole alicui Planetarum iungatur, & in hnmida manſione hoc acciderit, uel etiam in aliquo alio locorum circuli, nec ipſa impedita nec ab aliquo recipiens aerē humectabit, & nubes atq; rores & pluuias diuerſas & nnbium aeris repletionem ſignificabit: incitationes ſiquidem uentorum diuerſorum & aliquando coruſcationum & fulgorum cauſa fiet. Si uerò Luna poſt hoc alicui Planetarum, & qui eam fortunet, uel fuerit ipſe fortunatus applicuerit, omnia prædicta emēdabit, atq; in eorum contrarium ea conuertet. Si autem fuerit infortuna, uel fuerit ipſe infortunatus, quæ prædicta ſunt, augmentabuntur & creſcent in tantum quòd uidebuntur eſſe duplata. At ſi fuerit ipſa infortona & mali eſſe, & male diſpoſita, in obſeruatione malorum fortis promiſſionis atq; fortior inuenietur, nec à prædictorū obſeruatione alium fatigabit. Et licet ex his quæ nunc & olim dicta ſunt manifeſtius habeatnr, quòd Luna cōuertatur in naturam illius cui applicata fuerit, & eſt uerum: tamen adhuc non uidetur omittendum, quin iterum tibi dicam quòd ipſa ſi cum fortunis uel alijs ſtellis applicatis fortunis, ſicut dictum eſt, fuerit applicata, uel ſine aliquo impedimento fortunarum in ſuis dignitatibus, ut dictum eſt, extiterit, imbres manere, licet eis non reſiſtat, non faciet. At ſi fuerit infortunis applicata, ſicut dictum eſt, cum fortunis imbres futuras nnnciabit. Et dixit Gafar uniuerſos oanq; Lunæ cum ſingulis ſtellis ducatus, ut in Aligiſtiuia, id eſt conuentum exponens in his quæ neceſſe uidebuntur, pro huius cognitione habenda, quæ ſuprà ſcripta ſunt ordine congruo adinueni, quomodo ergo in oppoſitione atq; tetragonis agi debeat, nunc deinceps exponetur.

¶ De quatuor tetragonis, ſiue de quatuor dicotomitatibus, ſeu de quatuor figuris.

IN hac re oportet aſpicere 7 loca in circulo principaliter, ſcilicet gradum cōiunctionis luminariū, eius tetragonos, qui ſunt diſtantes ab eo unus antè, alius retro per 90 gradus & gradum eius oppoſitū, & gradus eius dicotomitatum. Primus, quorum eſt in principio menſis uſq; ad 7 dies, & eſt prima dicotomitas. Secundus eſt à dictis 7 diebus uſq; ad alios 7. & eſt ſecunda dicotomitas, & eſt etiā gradus præuennonis. Tertius eſt ab illis 14 diebus uſq; ad alios 7. ſcilicet 21. & eſt tertia dicotomitas. Quart' eſt poſt iſtos prædictos uſq; ad coniunctionem ſequentem quæ eſt quarta dicotomitas. Secūdario uerò debes aſpicere alia 10 loca ſine prædictis, quorum primus eſt tribus diebus ante horam coniunctionis Lunæ cum Sole, ſecundus eſt tribus diebus poſtea. Tertius eſt tribus diebus ante primam dicotomitatē. Quartus, eſt tribus diebus poſt ipſam. Quintus, eſt tribus diebus ante pręuennonem. Sextus, eſt 3 diebus poſt eandem. Septimus eſt tribus diebus ante ſecundam dicotomitatē. Octauus eſt tribus diebus poſt illam. Nonus eſt, 12 gradibus ante oppoſitionem, & decimus eſt totidem poſt ipſam. Vnde cum triduo poſt conuentum circa ueſperam ſubtilem & claram, nec non nitidam, abſq; nubium coopertura eam uideris, nec ſit ab infortunis alias impedita donec ſteterit in ſigno illo, ſerenum aerem ſignificabit. Quod ſi fuerit ſubtilis, eiusq; color ad ruborem declinans, partesq; illius quæ illuminatæ non fuerint, nitidę ſimiliter & quaſi tremulæ uel moueri uideaotur, uentos uenturos ab illa parte uerſus quàm ipſa uidebitur, declinare monſtrabit. Quod ſi Sol tunc in Capricorno uel io Aquario pmanſerit, & Luna in Tauro aut io Virgine reperiatur, habueritq; conuenientiam aliquam cum Saturno, tunc uenti frigidi euenient uenturi, & eo magis ſi tunc Saturnus in Capricorno reperiatur. Si autem ad nigredinem, uel quaſi ſubuiriditatem cum aliquali ſpiſſitudine, uel indubitata groſſicie declinauerit, nubes, pluuias minantes & etiam pluuias indicabit. In alijs autem locis prædictis ſecundum ſigna, & ſecundum manſiones & ſecundum coniunctiones uel aſpectus Planetarū, cum ea diſpoſitionē aeris futurā nunciabis.

¶ Ad ſciendum qualitates quæ prolongantur plus uno die.

QVòd ſi qualitates aeris quarum ſpacia plus nno die prolongātur, præſcire uolueris, ut dixit Ptolemæus, horas ſocietatum luminariū in figura conſiderabis, eo quòd unaquaq; qualitate figurarum quæ fuerit ab ipſa figuræ hora uſq; ad horā quæ in figura eā ſequitur in maiori parte ſignificabit. Præterea uiſum uidetur fore Ptolemæo, quòd nos debeamus cōſiderare horā coniūctionis luminariū & eius minutum, & erigere figurā ad aſcendens illius minuti, & conſtituere 4 angulos, & uidere quis planetarū ſit fortior, tunc ſuper illo aſcendenti, quoniā ipſe præerit diſpoſitioni aeris uſq; dum Luna peruenerit ad alium angulū dictæ figurę, ſcilicet ſecundū, & diſponet aer ſecundū quòd ille almutē fuerit diſpoſitus, niſi aliud contrariū operetur, quod ex iodustria tua te cōſiderare oportebit, cōſiderādo quæ dicta ſunt ſuperius & adhuc

& adhuc dicetur. Conſiderabis etiam quando luna intrabit primum minutum dicti anguli, & uidebis quis Planetarum fuerit Almutem ſuper illo aſcendenti quod tunc fuerit, quoniam ille præerit diſpoſitioni aeris uſq; dum Luna peruenerit ad tertiū angulum dictæ figuræ coniunctionis, qui diſponetur ſecūdum diſpoſitionem Almutem illius aſcendentis. Iterum aſpicies quando Luna intrabit primum minutum gradus, qui erit oppoſitus gradui coniunctionis nominatę: quoniam ſecundum quod fuerit diſpoſitus Almutem aſcendentis, ita diſponetur aer bene aut male uſq; dum Luna peruenerit ad primū minutū quarti anguli dictæ figuræ, nihil aliud contrarium operetur. Poſtea conſiderabis quando Luna peruenerit ad minutum in quo fuerit coniūctio prædicta, quoniam tunc diſponetur aer, ſecundum quod fuerit diſpoſitus Planeta qui fuerit Almutem ſuper aſcendenti, quod tunc fuerit uſq; dum Luna peruenerit ad minutū ſequentis coniunctionis, niſi aliud contrà operetur, ſcilicet quòd aliquis malorū impediat dictum Almutem, uel ſit ipſe in mãſione uel ſigno cõtrario naturę alicuius prædictorū aſcendentium, & ſimilia: uel operetur tempus etiam contrà, ſcilicet addendo uel detrahendo, ſecundū quod Ptolemæus teſtatur, ſicuti eſt, ſi menſis ille lunaris fuerit in æſtate, fuerintq; ſignificatores, ſcilicet ſignificantes humiditatem ſeu pluuias: quoniam minus abundabunt pluuiæ atq; humiditates. Si autem fuerit hyems, & fuerint ſignificatores ſignificantes paruam humiditatem, conſequẽter inde plures pluuiæ quàm uideatur ſignificari, & ecõtrario. Hali uerò uiſus eſt dixiſſe, quòd Ptolemæus diuidat mẽſem lunarem in quatuor diuiſiones tantum, ſcilicet ſecundum quatuor dicotomitates. ſed ſi bene meminiſti, ſatis eſt ſuperius expoſitum. Et ſemper fac Lunam participem cum Almutem aſcẽdentis cuiuslibet angulorum prædictorum, ſecundum quod ipſam inueneris in locis uel ſignis uel mãſionibus ſiccis uel humidis, ſeu cõmunibus. Attendere te præterea oportet eſſe Solis & Lunæ cum ipſe primum minutum Libræ ingreditur ab ipſo minuto uſq; dum 20 gradū Scorpionis peragrauerit, qualiter eſſe habeat aut cum fortunis aut cū infortunis, & in quali manſione tunc luna diſcurrat, & ſimiliter in quali ſigno & ſitus aliorum Planetarū, & cum quibus aliquod luminarium applicetur, quoniam ſecundum illa ſignificata quæ tunc fuerint, diſponetur aer, uſq; ad Solis introitum in Arietem cum admixtione tamen ſignificatorum, quæ occurrent in conuẽtibus luminarium uſq; tunc. Et dixit Gafar, his enim quæ poſui, plenius executis, nulla de aeris innouatione uariatio ſiue ambiguitas occurret. Aſpiciẽda eſt itidem Luna utrum in manſione ſicca uel æquali diſcurrat & Veneri aut Mercurio applicet: uel ut Gafar teſtatur, in ſignis aquaticis commoretur & Saturno uel Marti fuerit applicata, pluuias futuras indicabit. Et dixit quòd Luna & Mercurius ſunt ſtellæ rores ſignificantes. Item dixit, quòd ſi igitur Lunam de huiuſmodi ſignis reſpiciant ac cõmorẽtur, Luna etiam de locis huiuſmodi eiſdem applicet, imbres innuit. Et dixit, Luna equidem locis ſiccis uel ęqualibus applicans uel reſpiciẽs, mediocres omnino pluuias inducet. Et dixit, Luna item ſingulari & propria natura nebulas & nubes affert candidas & raras.

¶ De circulis quæ circa Lunam & Solem, necnon & alias ſtellas tam erraticas q̃ nõ erraticas efficiunt.

ATtendere aūt oportet circulum qui circa lunam efficitur, & utrum ſit unus tantum uel plures: ſi autem ſit unus tantum, fueritq; rarus & clarus paucæq; durabilitatis, & paulatim ac pedetentim remoueatur, atq; deliteſcet, ſerenū tempus clarūq; aerem & purum ſignificabit. *Circulus unus.* Si uerò plures fuerint, hyemalem uentum ſignificabūt. *Plures.* At ſi fuerint ad rubedinẽ claram declinãtes, & quaſi ut fruſtatim abſciſi uideãtur, aeris turbationem undecūq; occaſione uentorū fieri indicabunt. Siquidem turbidi cum ſpiſſitudine fuerint & obſcuri aeris perturbationem per frigus atq; uentos & niues portendit. Et dixit Ptolemæus ſi ad nigram uiriditatem declinauerint, aerem hyemalem qui per utriuſq; occaſionẽ accidet, ſignificabunt ſcilicet per uentos & frigus atq; niues. Et dixit, cumq; plures fuerint circuli, plura erunt ſignificata, ſecūdū hoc quod prædiximus. Et dixit Ptolemæus, circulus circa erraticas ſtellas & nõ erraticas circa lucidas apparebit, ea quæ ipſorum circulorum coloribus & earum quæ circūdantur ſtellarū aſſimilanter ſignificabit. Et dixit, ſtellas etiam non erraticas, ut pleiades, alfecta, & his ſimilia, nobis obſeruare conuenit, & earum ſtellarū, in quibus quàm plures ſtellæ adinuicem appropinquant, collectiones inſpiciamus erraticarū, colores atq; ipſarum quantitates ſeu numerū deprehendamus. Nam cū apparuerint maioris luminis maiorisq; quantitatis q̃ ſint confictæ, uentos flantes ea ex parte in qua ipſe conſtituuntur uenturos ſignificabunt. Idẽ poteris dicere de quibuſdam ſtellis alijs quæ Præſepe dicuntur, & his ſimilibus, quæ uidentur quaſi nebuloſæ, quæ cū apparuerint aere ſereno exiſtente, quaſi delitentes uel minutæ lumine atq; ſpiſſæ, prout Ptolemæus teſtatur, aeris perturbationem & pluuiarum multitudinẽ indicabunt. At ſi ad fulgorem atq; claritatem ipſas uideris declinare, uentos ualidos futuros poteris nunciare. Et dixit Ptolemæus, modus etiam illarū quæ in aliquibus temporibus ex habitudinibus uel ſignis alijs contingunt, ſimiliter eſt.

¶ De comatis & ſtellis caudatis.

STellæ uerò comatæ, quæ caudatæ dicuntur, cum apparuerint, uẽtos & aeris ſiccitatem, maxime ſi quaſi nebuloſæ uideãtur, ſignificabūt, & erit fortitudo ſignificatorū illorū, ſecundū multitudinẽ & paucitatem earū, & earū longitudinem uel breuitatem.

¶ De iaculatione ſtellarum.

IN iaculatione quidem ſtellarum aſpicies in temporibus ſerenis, quando uidentur, ac ſi caderent ſtellæ, moueri: qui motus & quę iaculationes à quacunq; parte fuerint, flatum uentorū ea ex parte uenturum nunciabunt, & quanto plures fuerint iaculationes ac ſpiſſiores, tanto magis augmẽtabitur & feſtinabit eorum ſignificatum. Si autem à diuerſis partibus fuerint, uentos hincinde inordinatos uenturos portendent. At ſi undiq; talia ſignificata uideris apparere, aeris perturbationem undiq;, necnõ & tonitrua ſimiliter & coruſcationes inde procurabūtur & contingent. Idem ferè dicere poteris, cum nubes leueflochis uideris aſſimilari.

¶ De ſignificationibus diurnalium ac nocturnalium qualitatum.

IN diurnalibus atq; nocturnalibus inueſtigandis qualita-

qualitatibus,oportet nos corpus Solis in ipſa ho-
ra,& in ipſo minuto,quando ſuper orizontem ince
perit apparere,conſiderare,ac bene intueri,& uide-
re utrum eius corpus clarum atq; nitidum oriatur:
quoniam ſi fuerit ſic,eo die ſerenum tempus indi-
cabit. At ſi contrariũ uideris,contrarium poteris iu-
dicare. Cum autem occiderit,de qualitatibus tempo
ris noctis idem uidetur pronoſticandum. Quòd ſi
corpus ipſius diuerſorum fuerit colorum,ut ait Pto
lemæus,aut ad igneum ruborem declinauerit,aut
Solis radij qui ab ipſo proceſſerint,uel circa eũ fue-
rint rubei,aut ſi nubes quæ ipſum circumdant pro
pter nimiam claritatem ad ruborem declinauerint,
eiusq́; radij in longum extẽſi fuerint & ab inuicem
extra circulum ſeparari,uẽtos fortiſſimos,quorum
flatus procedet ab angulis,in quibus hæc ſigna quæ
diximus apparuerint,ſignificabũt.qui ſi nigri aſcen
derint,uel ad uiriditatem declinantes in nebulas ac
ciderint,uel circa ipſũ unus uel duo circuli fuerint,
uel circa ſe nubes quæ Soles appellant habuerit,eo
rumq́; radij declinãtes ad uiriditatem uel nigri fue
rint,aerem hyemalem & pluuias indicabunt.

¶ De iride,quando apparuerit,& in qui
bus temporibus,& quid ſignificet.

ASpicias etiam iridem,& in quibus temporibus
apparuerit,& in quibus temporibus erit eius ap
paritio.Nam ſi apparuerit in ſerenis tẽporibus,nec
illud ſerenum fuerit longi temporis atq; magnæ ſic-
citatis,quoniam tunc non erit ſignificatum illius ita
neceſſarium,tamen uix aut nunquam fallitur,quia
hyemalem aerem aut pluuias ſignificabit:& hoc ac
cidet ex eo,quòd uapores qui rari fuerant,incipiũt
ingroſſari:quoniam ut plurimum,imò quaſi ſem-
per,iris non apparet,niſi cum uapores rarificantur
uel inſpiſſantur. Si autem hyemale tempus fuerit ſe
renum,ſerenum tempus demonſtrabit futurũ,quo
niam uapores tunc incipiunt rarificari & deſiccari
atq; annullari,ut dixit Ptolemæus. Generaliter adij
cimus,quòd in maiori parte proprij colores qui ap
parent in aere,qualitates ſimiles accidentibus à præ
dictis coloribus ſignificatis indicabunt.

¶ De inueſtigatione anni,cum de-
buerint eſſe pluuiæ.

CVm autem utrum annus ſit pluuioſus ſcire cu
raueris,prout ſuperius tactum eſt,Solis introi-
tum in primum minutũ Libræ conſiderabis,& qua
Anni qualitas. le ſit eius eſſe,uſq; dum 20 gradum Scorpionis per-
ambulauerit. Aſpicies etiã quale ſit eſſe Lunæ cum
alijs ſtellis in temporibus illis,quoniã ſignificatio
illius anni ab ipſis deprehẽdetur. Aſpicies etiam igi
tur in introitu illo,cui Planetarum Luna corporali
ter uel per aſpectum primò iungatur:quoniã ſi fue
rit Planeta ille orientalis,prout Gafar teſtatur,finẽ
anni uel menſis aut ſeptimanæ monſtrat pluuioſũ.
Si autem occidentalis fuerit,prædictorũ ininum im
brium beneficio declaratur: hæc tamen applicatio
propriè cum Venere facta uel Mercurio,quæ præ-
dicta ſunt,innuit. At ſi applicata fuerit eis una oriẽ
tali,altera occidentali ex medietate cõmunes,& per
totum annũ magnas pluuias uenturas demonſtra
bit. Et dixit,imbriũ multitudo dicta Venus & Mer-
curius dum Scorpium,Capricornũ,Aquariũ & Pi-
ſces ingredi feſtinant,præcipuè minantur. Et eo for
tius dico,ſi eorum applicatio de locis uel manſioni
bus humidis cum luna in eis extiterit. Quæ cum ita
ſe habuerint,generales pluuias,tamẽ inutiles oſten
dent. Et ſi luna fuerit alteri applicata,qui eam noto
intueatur aſpectu,quamdiu durauerit applicatio ta
lis atq; ad complementũ applicationis ſeu aſpectus
ſiue coniunctionis imbrium multitudo ceſſabit.

¶ De applicatione Lunæ cum Satur-
no & cum cæteris Planetis.

DIxit Ptolemæus,ſi Luna Saturno applicata fue-
rit,imbres molles atq; ſuaues ſeu tẽperatos,niſi
Mars aut Mercurius contrarium operetur,ſignifica
bit uenturos. Iupiter nanq; aerem ſerenũ & uentos
habet proprios,non aliter quoq; cæterarum ſtella-
rum iuuat adiunctiones,ſit communitas ſiue admi
xtio corporum,ut ſuprà dictum eſt,exhibebit effica
ciam,ſed etiam illarum ducatos alternosq́; nubium
colores & aeris uariationes his primitus compenſa
tis per totum annum omnino,difficultate remota,
ſpectare licebit. Quòd ſi Luna Marti applicata fue-
rit,nubes inter croceas & ruborem atq; candorem
deſuper habentes,& tonitrua, necnon & coruſca-
tiones & etiam in temporibus ad hoc aptis fulgura
ibi niſi contrarium operetur Iupiter ſignificabit. At
ſi Soli eam applicatam intueberis,nubes croceas &
pluuias,magnas guttas aquæ habentes indicabit. Si
autẽ Veneri Luna applicet,pluuias molles atq; con
tinuas & rores multos quaſi nebulis ſimiles gene-
rabit. Si autem cum Mercurio Luna fuerit applica-
ta,imbres atq; rabidos uentos ipſorumq́; aſperita-
tem,nec & nubes diſperſas atq; diuerſas & fumis aſ
ſimulantes monſtrabit.

¶ De quibuſdam partibus extra-
ordinarijs.

SVnt quædam alia extraordinaria,quæ non me-
mini me inueniſſe in dictis alicuius philoſopho
rum,ſed uidi ea multories,& ut plurimũ ueridica,
& maxime habẽt locum hic in ſexto climate toto &
in latere quinti & in meridie ſeptimi,ſcilicet cum oc
ciderit Sol,licet in alijs partibus uideatur aer clarus
& tempus ſerenum,& ubi corpus eius occiderit fue
rint nubes uelut mappa,quod in eadem nocte uel
in ſequenti die uentos uel pluuias,aut utrũq; ſigni
ficabit. Nam ſi fuerit mappa illa groſſa,necnon &
denſa,fueritq́; iuxta illam aer clarus & tempus ſere
num,ut plurimum uentos indicabit. Si uero aliqua
nubecula quaſi ad modum licturæ iuxta mappam
uelut picturarum marizonus,pluuias indicabit. At
ſi occiderit in aere ſereno & poſt eius occaſum uſq;
ad perfectionem crepuſculi aer rubeus uideatur,in
eadem nocte ſimiliter & in die ſequenti tempus ſe-
renum futurum ſignificabit. Et dicit Chriſtianus
conſiderabis quale tempus fuerit in ſecundo die Su
bat,quoniam uſq; ad introitũ Solis in Arietem con
trarium temporis quod tunc fuerit,expectabis. Et
dixit Gerardus,uidebis quando nubes groſſæ atq;
obſcuræ ex parte ſeptẽtrionis recte ſub polo artico
uel aliquid declinantes ad partem occidentalẽ con-
tiguæ cum orizonte fuerint,quoniã tunc pluet im-
mediate quaſi. At ſi ex eadẽ parte nubes mõticulatæ
quaſi ad modũ aluei fluminis apparuerit,fuerintq́;
ab orizonte ſegregatæ,aeris rectificationẽ ſignifica
bunt. Item,ſi in eadem parte in ſero coruſcationes
uideris,aeris proximam perturbationem oſtẽdent,
ita quòd ultra octo dies de leui non prolõgabitur
aduen

aduentus perturbationis illius, niſi magna ſiccitas contrarium operetur. Et dixit Alanus, uidebis etiam ſi nubes diuerſus planiciem & maxime diuerſus ſeptentrionem montes petierint altiores: quoniam ſignum erit pluuiæ in eadem die uel ad plus in ſequenti aduenturæ. Idem conſueuit aduenire, quando nubes groſſæ atq; denſæ montium cacumina circũdederint, uentos uenturos eo tempore nunciare. Et eo fortius eueniẽt prædicta, ſi ab orientali uel ſeptentrionali uento nubes protendũtur. Si autem à montibus planiciem nubes petierint, ſignum alleuiationis aeris eiusq; meliorationis nunciabis, niſi multa humiditas contrà operetur: & multo magis ſi à uento moueatur occidentali. Eſt & aliud accidens, quòd multoties, immo ut plurimum uidi ueridicum, quòd ſi de mane applicuerit iris, tunc pluuiam indicabit, niſi magna ſiccitas aeris contrarium operetur. Si autem apparuerit circa ueſperas, tunc ſerenum tempus efficietur, niſi magna humiditas aeris contrarium operetur. Etiam quando magna ſpiſſitudo & crebra ſtellarum uel maxima raritas apparuerit, tunc aeris alteratio in breui ſignificabitur. Hæc accidentia licet ut plurimum ſint uera, non tamen neceſſaria ſunt.

Alanus. *Iris mane.* *Veſperi.*

¶ De accidentibus, quorum ſpacia prolongantur paulisper.

VIdebis in accidentalibus quorum pauſillum ſpacia prolongantur, puto Solem cum uideris in parte auſtrali, fueritq; Venus ſub ipſius radiis occulta Luna ipſis uel alteri earum maxime Veneri per coniunctionem uel per aſpectum applicãte, illo eodem die, necnon illa eadẽ hora, & eius minuto, quo talis coniunctio fuerit in illa terra, imbres uenturos nunciabis. Illud idem poteris dicere, ſi Mercurium inueneris in parte auſtrali cum Lunæ applicatione, uel ſi non applicuerit ei per coniunctionẽ recto ſibi diametro per oppoſitionem iungatur & eo fortius, ſi tunc Luna in Scorpione inueniatur. Illud idem poteris dicere, ſi Mars & Venus in Scorpione ſimul iungantur. Et dixit Gafar, Sole item in Aquario & Luna illi applicante, aut in eius oppoſitione locata, & Venus ibidem commoretur, in ipſa hora pluuiæ aderunt. Et dixit itidem quoq; Martis ad Solem aut Veneris applicatio, & Luna in eorum oppoſitione aut tetragono diſcurrens dum Venus aduſta fuerit, certum de pluuijs facit iudicium. Siquidem ut dictũ eſt, Venus Soli applicet, fueritq; Mercurius ei coniunctus, uel ſaltem ipſi Veneri pluuias uẽturas ipſo eodem die nunciabit. Præterea ſi Solem in Libra inueneris, Venerem autem in Sagittario, Lunamq; ipſis & maxime Veneri minuto per minutum iuncta, imbres futuros in terra in qua fueris, eadẽ die monſtrabit. At ſi Sol fuerit in Aquario uel in ſua exaltatione, Lunaq; in Leone permanſerit, multos in die atq; hora eorum coniunctionis uel applicationis, imbrẽs uẽturos mõſtrabit. Illud de Sagittario quod de Leone dixi, poteris iudicare, quoniam teſtãtibus autoribus, imagines fluminis eſſe dicuntur. Verum tamen Leo maiorem imbriũ quàm Sagittarius efficit multitudinem, ipſosq; ſimiliter efficit groſſiores, illud idem in prima facie Tauri accidere conſueuit. Sagittarius tamen, licet non tantas pluuias aquæ, tamen guttas efficit groſſiores. Et eo fortius atq; certius euenient prædicta, cũ Sol fuerit in ♓ uel ipſum aſpexerit, aſpexeritq; Luna Mercuriũ uel ei applicuerit, ipſeq; Venerem fuerit inſecutus, ipſorumq; die illo eodem pandetur efficacia. Similia prędictorum in domibus Martis atq; in domibus Veneris generabũtur ſtillicidia grandia, coruſcationes, tonitrua & grandines apparebunt. Et dixit Gafar, Sol rurſum in Piſcibus uel in Ariete diſcurrens, Luna in Virgine aut Libra uel in Sagittario commorãte, in vaporoſis uidelicet locis, ipſa die imbriũ affluentiã conferet. Iterũ ſi Ven⁹ & Mercurius in aliquo prædictorũ locorum extra Leonem Soli iungantur, & Luna eiſdem applicet & eo magis ſi applicata fuerit de Leone coruſcationes atq; tonitrua, licet cum pauca pluuia, uel fortè quaſi nulla monſtrabit. Et eo magis, ſi Sol cum aliquo illorũ recta diametro, ſiue directus ſit ille, ſiue retrogradus: ſed retrogradus magis iunctus inueniatur. Si autem fuerit Sol in Aquario uel in Ariete uel in Leone uel in Libra uel Scorpione, fueritq; Luna recta diametro, minuto ſcilicet per minutũ ſibi aut Veneri oppoſita poſt pluuias ſiue ſtillicidia, coruſcationes luminoſas, necnõ & tonitrua ſignificabit. Et eo fortius ſi de Leone Luna ſibi obijciatur: quoniam tunc cum coruſcationibus & tonitruis, ſi aer ad hoc diſpoſitus fuerit, fulgura generatiua demonſtrabit. Et dixit Albumaſar Trax, pari quoq; modo in regionibus æquinoctiali lineę ſubiectis in ſecũdo climate dicta, in quarto & in tertio, erit eorum mediocritas in quinto & in ſexto remiſſius. At ſi Solem aut Lunam in Piſcibus inueneris, & ipſos Mars ſine alicuius fortunę beneficio à tetragono uel ab oppoſitione aſpexerit, pluuiarũ abundantiam, fulgura, tonitrua & coruſcationes ſignificabunt. Et dixit Trax idipſum, etiam Sol in Ariete, Scorpione, ☾ in Leone in Solis cõuẽtu prę figurat.

¶ De conſideratione locorum pluuiarum.

LIcet alias conſiderationes prædictas apprehenderis, loca tamen pluuiarũ conſiderare non obliuiſcaris, quæ ſunt Cancer, Leo, Capricornus & Aquarius. Vnde ſi Lunam in aliquo illorum ſignorũ inueneris, fueritq; Veneri corporaliter uel ex aſpectu aliquo applicata, & maxime à quarto uel ab oppoſitione, imbres nũciabis futuros & eo magis, cũ ante ab uno gradu aut infra eorum coniunctio minuto per minutum fuerit adimpleta: prima tamen medietas Capricorni minus alijs præcedentibus eſt infortuna: ultima uerò habet ſignificare plus frigoris quàm pluuiæ: conſiderabis tamen hæc omnia cum diſcretione.

¶ De ſignis & locis ſignificantibus minores pluuias, q̃ loca ſigna prædicta.

SVnt autem quædam loca alia in quibuſdã ſignis ſignificantia pluuias minores prædictis: & illa ſunt ultimus terminus Arietis & hoc propter quaſdam humiditates quæ reperiuntur in illis terminis: ſunt etiam de locis ſignificantibus paucas pluuias, Gemini, Virgo & Libra.

¶ In quorum Planetarum coniunctione ſignificantur pluuiæ.

SI autem poſt conuentum Luna immediate Mercurio & Veneri atq; Marti, uel alteri eorum corporaliter, uel per aſpectum aliquem iungatur, niſi Iupiter contradixerit pluuias nunciabit uenturas. Si autem Marti aut Veneri applicuerit, ſignificat quòd eodem die pluuiæ fient, Sic ſi Mercurio,

ueſtigia illius cui adhæſerit Mercurius.

¶ Si de quo menſe uolueris ſcire utrum ſit pluuioſus uel non.

Cum autem in quolibet menſe utrum pluuiæ ſint futuræ pronoſticari uolueris, in cuiuslibet eorum principio figuram illi debitam eleuabis atq; ad ipſam duodecim cuſpides adaptabis, & ſolis & Lunę conuentus horam atq; minutum intueberis, & uidebis quis Planetarum tunc eos reſpiciat uel ad quem ipſi applicent, & de quibus locis & de quibus manſionib. applicatio illa fuerit, quoniã ſi ſtellis pluuias inducentibus & de manſionib. humidis applicuerint, hiemales pluuias indicabũt. Si autẽ de locis ſiccis Planetas ſignificãtes pluuias aſpexerint, erit eorũ ſignificatũ pro tertia uel pro quarta parte ad minus infra prædictũ. Aſpicies etiam ſi Venus iungatur cum Saturno, & eo magis ſi Venus tranſtulerit lumen Martis aut Mercurij aut Iouis, quoniam tunc poteris indubitanter futuras pluuias nunciare. Et ſi præter hoc prædicti Planetæ cum Sole applicationem habuerint, aliquales pluuias indicabunt, quoniam natura Solis in hoc caſu declinat ad rores magis quàm ad ſiccitatem. Intueberis etiam ſi Sol & Venus in eodem diſcurrerint nodo, ſintq; in manſione naturæ alicuius eorum, & cum hoc iungantur ambo uel alter ipſorum alicui ſtellæ dominatrici loci quem obtinuerint, & ipſa in bono loco figurę permanſerit, receperitq; ſibi iungẽtem, abſq; dubio imber ſignificabitur. Præterea cum Luna tranſierit gradum ſuæ coniunctionis cum Sole, fueritq; iuncta Ioui & Mercurio ſimul, uel alteri eorũ in ſigno aquatico uel aereo, & eo magis ſi fuerit in parte meridiana, & eo fortius ſi receptio inter prædictas Planetas intrauerit, magnæ pluuiæ monſtrabuntur, nec eis nullatenus contradicetur.

¶ De coniunctione Lunæ cum Planetis, ac de coniunctione aliorum Planetarum ſingulariter ad inuicem.

Aſpicies in præuiſione pluuiarum ſi aliquis Planetarum ex inferioribus iungatur cum aliquo Planetarum ex ſuperioribus in parte meridiana, fueritq; inferior aliquis à ſuperioribus & aliquis ex inferioribus applicetur illis, quoniam incontinenti cum prænominatus inferior fuerit ſeparatus à ſuperiori pluuia neceſſario expectanda erit. Et dixit Albumaſar antiquorum porro aſtrologorum peritiſſimus, loca aſpiciens, nomina autem attendere curauerunt, quarum hæc eſt diſcretio, quotiens Luna à Venere rediens pluuiarum ſignificatio profectò reducitur. Et dixit, à Mercurio nanq; recedẽs & Ioui applicans aut Soli, aut econtrario, nõ aliud præſtat iudicium. Et dixit, hæc autem ſunt ſingulariter & notoria, & quædam quæ Planetarum apertiones ſatis congruæ nuncupantur. Et dixit, harum itaq; ſtellarum oppoſitio de climate tertio ad quartum ad partem auſtralem deprehenſa proprijs manat pluuijs, & ex eadem parte cuncta ſignificatio pluuiarum occurret. Et dixit, gafar iterum porrò quidem ea quæ dicta ſunt de oppoſitione in ſignis quæ aquas ſignificant facta applicatione, in gradibus ſcilicet eorundem & conuentũ, itaq; aut reſpectu forte indeprehenſo & Luna in domo propria Saturno applicans imbres multiplices inducit.

GVIDONIS BONATI FOROLIVIENSIS ASTRONOMIÆ FINIS.

CL. PTOLEMÆI CENTILOQVIVM, SIVE APHORISMI, A' GEORGIO TRAPEZVNTIO EX GRÆCO IN LATINVM VERSI ET COMMENTARIIS ILLVSTRATI.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS ALPHONSO REGI ARRAGONVM, NEAPOLIS ET SICILIAE S. D.

LIBRVM Claudij Ptolemæi, mihi (Alphonſe rex inclyte) traductum, quem uulgò Centiloquium, ipſe Fructum appellat: tam ipſum, quàm Commentariolos, quos exponēdo eum ſcripſi, maieſtati tuæ dedicatos, offero. Liber enim hic, regia certè celſitudine dignus eſt. Multas nanq; atq; reconditas res, uitæ noſtræ utiles, regibus uerò etiam ferè neceſſarias, mira breuitate cōtinet. Totum enim Aſtrologiæ in iudicando negocium, centum Aphoriſmis (quantū fieri potuit) complexus, tantò regibus, quàm priuatis commodior eſt, quanto maiora præclarioraq; Reges, quàm priuati aggrediuntur facinora: tibi quidem potiſſimum, nominiq; tuo dedicauimus, quia ſoli Regum omnium (pace aliorum dixerim) tibi plurimū Philoſophia debet. Solus enim ipſam & audiendo & legendo & intelligendo, meritò magis decoras, quàm cæteri omnes Principes ſimul. Nam & Theologiam, quæ Philoſophiæ doctrinis maximè propagatur, omni ſtudio, cura, uigilantia, ſicut Chriſtianiſſimum Principem decet, diligis, amplecteris, colis. Et naturæ ſecreta, non parua iucunditate ab alijs audis, & ſumma ingenij perſpicacitate per te ipſum ſcrutaris. Moralis uerò Philoſophiæ parti, non magis uerbis, quàm rebus ſtudes, inſudas, incumbis. Quæ omnia rectiſſime à te fieri, ratio ipſa oſtēdit. Nam ſicut ingenio, doctrina, liberalibusq; ſtudijs omnibus præſtare cæteris Regem decet, ita omni uirtutis numero excellere oportet: illud, ut intelligat uideatq; non agenda ſolum, ſed naturæ quoq; ipſius ſecreta, quæ res ad magnitudinem animi plurimùm conducit: hoc, ut exemplum cæteris in agendo ſeipſum præſtet. Solent enim (ut Plato ait) tales eſſe in republica ciues, quales eſſe Princeps cognoſcuntur: unde fit, ut Princeps non ſibi duntaxat ipſi, ut priuati, ſed multis ciuitatibus, populis, nationibus conſulere prouidereq; debeat. Omnes quippe qui ſub ditione ipſius ſunt, ipſum admirātur, intuentur, imitantur. Quare meritò laus quoq; atq; gloria, quam ſubditi agendo, ſcribendo, uel philoſophando conſequūtur, tota in Regem, non alium redundat: quemadmodum rerum geſtarum fama ingenti comparata exercitu, à militibus in Imperatorem transfertur. Quas ob res non abſq; ratione is Liber te patronū elegit, ac ſub umbra ſtatuit acquieſcere tua, nomenq; tuum unà ſecum ad poſteros deferre, ut donec Latina lingua & Philoſophiæ ſtudia permaneant, prædicetur. Id enim Philoſophia Regibus à quibus colitur, largiri præcipuè ſolet, ut memoriam eorum quàm longiſſimā efficiat. Accipias ergo quàm benigniſſimo animo (ut ſoles) atq; liberaliſſimo, librum & Philoſophia naturali & matheſi refertum, in quo paucis multa & ardua exponuntur, in quo efficacia & uirtus cœleſtium corporum, qua hæc inferiora, duce natura, mouentur uel agitantur, præ oculis ponitur. Qui aliorum Ptolemæi in negocio ſimili librorum, ſic Fructus magis re quàm nomine eſſe cognoſcitur, ut non minorem autoritatem hinc, quàm ex cæteris & multis & magnis uoluminibus conſequutus eſſe uideatur. Non enim multitudine librorum ac magnitudine, ſed uiribus atq; acumine & copia præſtantiſſimarum rerum, ſumma cum breuitate dictarum, ingens atq; perpetua gloria comparatur. Legant igitur omnes in nomine Alphonſi Arragonum & utriuſque Siciliæ Regis inclyti, primò centum Aphoriſmos Ptolemæi traductos: deinde Expoſitiones & commentaria, quibus ſecreta in ipſis abditaq; ac retruſa diligenter in lucem protrahātur: tertiò, rationem antiquorum breuiter explicatam atq; dilucidatam: ultimò, cur longius nunc quàm aliàs à ueritate Aſtrologorum aberrent iudicia, & quòd nec Ptolemæus ſentit, nec apparentia nonum ponere orbem cogere uidetur.

CL. PTOLEMÆI APHORISMI.

PROOEMIVM.

IAMPRIDEM perutiles ad præuidendum operationes Stellarum, ô Syre, quas in hoc compoſito mundo efficiunt, expoſuimus, Præſens autem Opus ſcripſimus (qui Fructus illorum Librorum eſt) ipſa experientia probatum, ueritati adhærere. Sed oportet, ut qui lecturi ſunt, omnes uias ac rationes huius Scientiæ antea percepe-rint, quàm ad lectionem huius deueniant.

GEORGII TRAPEZVNTII IN APHORISMOS PTOLEMAEI COMMENTARIVS.

LIBELLVS hic quem de Græco traductum nomini tuo dedicauimus illuſtriſsime Rex, quemq́; exponere inſtituimus ſic inſcribitur, *Liber Cl. Ptolemæi qui uocatur Fructus.* Vt de nomine tanti uiri nõnihil dicamus, à regum genere hinc originem traxiſſe nõ negauerim. nam & nomen ipſum & patria & doctrina ſigna ſunt, & nihil poteſt contrà afferri. Ptolemæi quippe omnes ab illo Ptolemęo originem et nomen traxerunt, qui Alexandro Magno in parte ſucceſsit. Alexandriam enim Ægyptumq́; uniuerſum & ille & ſui continue ab illo cognominati obtinuerunt uſq; ad Cleopatram ultimam. Nam poſt Cleopatram ab Octauiano Cæſare in prouinciam Ægyptus redacta eſt. Quare poſtea quicunq; origine Ptolemæi fuerunt, mutata fortuna priuati uixerunt. Claudius autem cognominari mihi uidetur. quoniam aliquis Romanorum prouincialis eo ipſum nomine donauerit. Nomen certe hoc Romanum eſt. atque ideo aliter putare omnino ſtultum dixerim. Hic floruit Hadriani Antoniniq́; temporibus. Nam in magna compoſitione obſeruationes ipſe notat, quas in temporibus horum imperatorum obſeruauerit.. Cur autem Fructus libellus hic ſuprà ſit inſcriptus, ipſe breuiſsima præfatione oſtendit. Nam quoniam, inquit, operationes ſtellarum quas in compoſito mundo efficiunt ad præuidendum perutiles præpoſuimus, hoc etiam appoſuimus opus quod fructus illorum eſt. Vnde oſtendit ſic appellaſſe, quoniam ex illo quadripartiti libri ita ſequũtur, ſicut ex ramis, folijs et floribus fructus ſequuntur. Hinc ſequitur quod infert non eſſe legendum hunc librum, niſi qui etiam cætera pręcepta omnia huius ſententiæ optime teneant. Adde quòd ſicut fructuum, ſic huius libelli quoq; quantitas parua, utilitas magna eſt. Centum enim ſunt Aphoriſmi, hoc eſt breuiſsimæ operationes concluſiones ue ſucci ſententiarũ, quia plenæ ſunt. Quod uero ait operationes ſtellarum in compoſito mundo fieri naturaliter locutus eſt. Ariſtoteles enim qui philoſophiæ fuit alumnus ac ſimplicem mundum à Luna incipere, ad ſuperioraq́; tendere non dubitabat. Infra ☾ elementarem, ut ita dicam, mundum & ab elementis compoſitũ eſſe non ignorabat, in quo ſuas operationes ſtellę oſtendunt. Nam quamuis in ſe omnibus elementorum qualitatibus ſint experies, motu tamen ſuo propter contactum maxime ignem atque aera mouent, quorum motu cætera etiam tam ſimplicia quàm compoſita afficiuntur. Ac ideo ſecundum motus quos in compoſito efficiunt mundo complexiones ſibi attribuimus, & calidas, frigidas, humidas, ſiccasq́; appellamus, non quod in ſe ita ſint, ſed quod hæc in inferioribus efficiant. Vnde neceſſario ſequitur inde complexiones omnium corporum eſſe horumq́; ipſorum, uirtutes etiam omnes animi humani quæ organicæ ſunt ab illis neceſſario moueri. Intellectum tamen quoniã organicus nõ ſit non ſubijci illis niſi quantum per phantaſiam cogitur. Nam quoniam phantaſia organica eſt, qua complexiones oſtendunt quorum diuerſitate phantaſmata quoq; accidũt diuerſa, quoniam non ſine phantaſmatibus intelligere poſſumus: propterea quamuis non per ſe, tamen per phantaſiam ipſum quoq; intellectum ſtellis eſſe ſubiectum. Vnde ſit ut qui ratione magis gubernantur, hi minus ſtellis ſubijciantur, qui ſenſibus inhærent hi à ſtellis tum ferantur. Quare melior commoditas prouidendi nunc mihi per aſtrologiam uidetur quàm unquam fuit. Omnes enim ſenſum ſequuntur non minus ferè quàm beluæ. Quod tamen nõ alia re quàm ſcientiæ accidit ignorantia quæ tanta eſt, ut maior eſſe non poſsit. Sed opitulandum potius quàm deplorandum eſſe uideo. Quare ipſos Ptolemæi Aphoriſmos exponere iam aggrediamur.

Aphoriſmus I.

ABs te & à ſcientia. Non eſt enim poſsibile ut huius ſcientiæ profeſſor particulares rerum ideas præuideat, ſicut nec ſenſus particularem rei ſenſibilis ideam, ſed generalẽ recipit. Quare oportet ſtudioſum coniectura res aſſequi, Soli enim qui furore incitantur particularia prædicunt.

ABs te inquit, hoc eſt à quadam inſita ui animi & ingenio & à ſcientia naturæ ſtellarum præcognitio fit. Horum utrunque ipſe rationis loco oſtendit. Non enim debet ignorare profeſſor huius ſcientiæ non eſſe in iudicando ad particularia deueniendum. Non enim poteſt ipſe à ſcientia id conſequi, ſicut nec ſenſus particulare, ſui obiecti formam, ſed generalem recipit. Nam cum albo uiſus colore mouetur. Hoc quidem ſenſibile ac album mouet uiſum, ſed non ut hoc, ſed ut album. Confuſiora ergo atque communiora per ſcientiam præuidebit Aſtrologus, eaq́ particularioribus per coniecturam, hoc eſt ingenio prudentiaq́ue ſua conijciendo accommodabit. Nam quamuis etiam particulariora ex ipſa corporum cœleſtium natura ſunt, nos tamen eorum ſcientiam habere non poſſumus, ſed coniectura ingenioq́ colligimus. Nam particularia inquit, non coniectura colligere, ſed diuinatione prædicere ſoli poſſunt qui furore ac numine aliquo incitantur. Particularia igitur à ſcientia non ſunt. Quoniam etſi particulariter ſingulis corporibus uires à cœleſtibus imprimuntur, eas tamen nos capere non poſſumus niſi confuſius atq; communius. Cuius cauſam per ſimilitudinem ſenſuum ipſe ſubijcit. Eſt etiam alia quam prætermiſit. Nam nec uires omnium fixarum ſcimus, nec loca, nec omnes de quibus notitiam habemus, conſiderare propter imbecillitatem humanã poſſum⁹. Et quod plus eſt, etiam de locis Planetarum nonnunquam ambigimus. Vnde fit, ut nullo modo poſſimus particulariter præuidere, ſed confuſius, quædam per ſciẽtiam iudicamus, particularius uero per prudentiam conijcimus. Et ita communiora ſunt à ſcientia particularia à nobis. Non dicit ergo Aſtrologus, tali die, tali ægrotatione capietur, ſed circa talem ætatis annum, uerbi gratia ægrotatione laborabit.

Aphoriſmus II.

QVando quiſ deliberat quęret ipſum melius nõ erit inter ipſum & idæã ipſius ulla rerum differentia.

QVæſtionem atque interrogationem aperit fundamentum, cum inquit, Qui deliberat quæret melius de aliqua re, utrum & cętera. tunc non eſt inter ipſum melius, hoc eſt, cœlum à quo tanquam à meliore quæritur, & idæam ipſius meliorem, hoc eſt, informationis cœleſtis impreſſæ in animo quærentis ulla differentia rerum. Sed ſicut ſe res habẽt aut habebunt, quæ tunc in animo quærentis motu ſuperiorum formatæ ſunt, ſic ipſa cœli diſpoſitio ſignificat. Idcirco quæſtiones natura duce ueritatem attingunt. Sed latius id explicemus. Cœleſtium corporum motus, ut paulo ante dictum eſt, inferiora corpora ut aerem & ignem mouent. Et ſic imprimunt uirtutes quaſdam omnibus etiam elementis. Sed corporibus motis mouẽtur omnia quæ corporea ſunt. Ac ideo quoque uirtutes omnes animi hominis quæ organicę inſtrumentalesq́ ſunt. Sunt autem omnes tales præter mentem, id eſt, intelligendi uirtutem. quamuis & ipſa per actiones inſtrumentales ſequatur uirtutes. per phantaſmata enim & intelligimus, et phantaſiam ex ſenſibus colligimus. Quando igitur moti ad quærendum ſumus, ſi huiuſmodi motus animi à ſuperioribus factus eſt neceſſario, non erit differentia ulla rerũ inter diſpoſitionem cœleſtem & idæam ac formam et habitum rerum ab ipſo cœlo in animo impreſſum. Et ideo Aſtrologus uere de quęſtione prædicere poterit, quodq́ magis eſt rem ipſam percipere poterit de qua quæritur. Id certe in ſcientia ipſa ſcibile, ſed nobis confuſius ſolum eſt ſcibile. Hinc patet nõ eſſe iudicandũ de quæſtionibus quas cupiditate noſtra ſemper in animo uoluimus. Nam cum libera mens ſit, pariter reiecta phantaſia uoluntatẽ ſuam (quę & ipſa quoniam intellectui iungitur, organica nõ eſt) ſolam ſequi, & ſic neceſſario non erit idæa illa & forma per cœleſtia corpora impreſſa: eritq́ inter ipſam & diſpoſitionem cœleſtem magna differentia rerum. Quas ob res nihil de quæſtione huiuſmodi Aſtrologus poterit prædicere. Vnde ipſe conſulerem fugiendas eſſe quæſtiones, et ab initijs rerum ſolummodo iudicandum ſi habentur: ſi autem non habentur, quieſcendum. Hinc ſequit̃ quæſtiones interrogationes hominum qui phantaſmatibus magis quàm mente reguntur, quia cœlo nõ ingenio in animo innaſcuntur, iudicio multo magis eſſe ſubiectas quàm eorum qui acumine mentis maiorẽ præditi ſunt. Cœlum enim magis agit in eos quibus uſus non eſt liberi arbitrij, unde pueri interdum oſtendunt ad quid cœli uis eos habiliores reddit, nõnunquam fatui regum ac principum futura regi aut regno incommoda præſagiunt.

Aphoriſmus III.

QVi ad rem aliquam aptus eſt, habebit omnino ſtellam eius rei precatricem in natiuitate ſua potentem.

NAm qui ad fingendas fabulas uel etiam ad eloquentiam ſit aptus ☿ habebit potentem, qui ad rem ueneream ipſam ♀ & ſic de alijs. Dicuntur autem potentes Planetæ quando ſunt in dignitatibus ſuis, id eſt, in domibus uel exaltationibus uel triplicitatibus uel terminis uel facieb⁹ ſuis. De quarum rerum ui alibi latius dicemus. Et quando in angulis ſunt. Sed aſpectus aliorum Planetarum ualde rem mutant, ut uerbi gratia, ♀ ſi eſt in ♍, & in angulo præpotens eſt. Sed ſi ♂ eum aſpicit aut ei coniungitur, fabuloſum hominem atque nugacẽ faciet. Sin uero ☉ ſolidam bonãq́ dabit eloquentiã cum intelligẽtia rerũ clara, coniuncta. Vtriuſque huius caſus homines ipſe noui. Adde quòd ſi ☿ in aſcendente fuerit, quamuis ſtatim tamen ab adoleſcẽtia. Sin uero in 4 domo quamuis ueram, uix tamen in ſenectute famã eloquentię, ſed multo magis poſt mortem conſequetur. De cæteris quoq; ſic quærendum.

Aphoriſmus IIII.

ANimus qui ad intelligentiã rerum aptus eſt, magis aſſequitur ueritatem, quàm quæ ad ſummum ſe in ſcientia exercuit.

HIc Aphoriſmus omnibus facultatibus & ſcientijs accommodat. In omnib⁹ enim ſi quis natura pollet plura melioraq́ perſpicere poteſt, ſi paruo uſu atq; conſuetudine iuuatur quàm ſi natura parum ad rem commodus ſit, & maxima cõſuetudo

uſusq́

uſusq; rerum ipſarum acceſſerit. Magis tamen id apparet ubi maiorem demonſtratio locum habet. Nam ubi minus demonſtratur, ibi magis conſuetudine opus eſt.& contrà,ubi magis demonſtrat,ibi maiorẽ uis ingenij locum habet.Sed ſi uſus quoq; rerum magnus ad excellentiam mentis natura inſitæ acceſſerit, tunc uere illud Comicum dicitur, Hic autem homo,homo eſt perpaucorum hominũ.

Aphoriſmus V.

POteſt huius ſcientiæ profeſſor multos effectus ſtellarũ euertere,quando nec naturas illarũ ignorat,& ſeipſum antequàm effectus accidat diligenter pręparauerit.

VTilitatem in hoc Aphoriſmo huius ſcientiæ oſtendit,& effectus ſtellarũ non neceſſariò procedere docet.Intellectus enim & uoluntas hominis non ſubijcitur illis,ſed in alijs,etiam niſi materia diſpoſita ſit,& quæ requiruntur adſint, effectus ipſarum non proueniunt.Nam ſi uitem,uerbi gratia, in optima diſpoſitione cœli adhuc plantaueris,ſi tamen ager à producendis uitibus conſeruandisq; alienus ſit,parum tibi proderunt ſtellæ.Non enim neceſſariò agunt,ſed natura quadam per inferioris continentis complexionem.Quare qui naturas ipſarum non ignorat & quid in his inferioribus efficiunt tenet,multa poterit effugere,ſi ſeipſum præparauerit.Nam ſi morbum,uerbi gratia,comitialem imminere ſibi certo ætatis tempore præuiderit,aut omnino ipſum euitabit,aut certe in minorẽ incidet, ſi appoſitarũ qualitatum rebus parum ante tempus in qua morbus impendet,utatur. Dixit autem (*ſeipſum*) ut oſtendat non ita in infortunijs fieri poſſe. Nam ſi paupertas à cœlo cuipiam datur, non poteſt certius percipere, quibus rebus eam effugiet,niſi ut ſtudeat nullo ſe pacto fortunæ committere, ita ut nihil agat niſi præuideat illud nullum caſuale faciendo,quod eſt impoſsibile homini:nec ad opes confert,niſi à parentibus locupletibus. Similiter in corporum fortunarumq; commodis fit. Commoda enim corporis ut robur, uelocitatem natura datam facilius auxeris conſilio quàm fortuna:licet reperti ſint qui uel ſtudio infortunium ſibi aſciſcere non potuerunt:ut de Polycrate quodam Samio ſcribitur,qui ut aliquo incommodo ſemel in uita afficeretur, annulum magni precij nauigans,in mare delabi permiſit.Et poſtridie eius diei, piſcis miræ magnitudinis dono ſibi à piſcatoribus fuit allatus,cuius in uentre annulum reperit.

Aphoriſmus VI.

TVnc dierum atq; horarum electio cõfert, quando tempus natiuitatis cõuenit.Nam ſi contrariũ eſt, nõ contra dicet,etiamſi ad bonũ euentum reſpiciat.

SI principium agendi rem eligis ad quam diſpoſitio cœli,quę in natiuitate fiunt,conducat, iuuabit,inquit,tempus electum. Sin autem tempus natiuitatis ad rem illam non conducat, non proderit electio.Non nocere tamen bonam electionem credendum eſt, ſed minus conducit, quia ſuperatur à natiuitate. potentiorem ergo natiuitatem electionibus hoc Aphoriſmo eſſe docet. Ad hæc electionem rimari prudenter nos inſtruit. Ferè nanque omnes rem,non perſonam conſiderant.Nam ſi ad iter aut ad nuptias tempus eligunt,imam aut tertiam cæteraq; huiuſmodi quæ ad rem pertinẽt,inſpiciũt. Ipſe autem nec iſta contemnenda & multo magis natiuitatem hominis inſpicere pręcipit,ut ſi nuptiarum tempus eligis,nec locus in quo in natiuitate ♀ fuit, nec ima domus infortunetur. Nam ſi loca natiuitatis quæ rem tunc ſignificabant,impediuntur,ac male ſe habent in electo tempore,etiam ſi ad bonum euentum electio reſpiciat,nihil tamẽ conducat.Quare danda eſt opera,ut tempus natiuitatis electioni ipſi conueniat,hoc eſt,ut ſtellæ & loca in natiuitate rem precantes fortunentur,aut ſaltem non infortunentur in electionis tempore,hoc primum deinde requiritur ut huiuſmodi loco & ſtellæ rem ſignificantes in electionis ipſius tempore,fortunẽtur. Id enim nomen ipſius electionis ſignificat.

Aphoriſmus VII.

NEmo poteſt complexiones ſtellarum percipere,niſi prius differentias & cõplexiones naturales perceperit.

NOn quod calidæ aut frigidæ cæteraq; huiuſmodi ſtellæ ſint,ſed quia hæc in his inferioribus efficiunt:niſi prius ergo differentias & complexiones rerum naturales & cauſas earum materialiter maxime quiſpiam perceperit, non poterit ſtellarum complexiones intelligere.Nam niſi quis naturales elementorum elementariumq; complexiones & differentias,ut quid calidum,quid frigidum, & quid calidius,quid frigidius intellèxerit, non poterit intelligere quomodo hæc à ſuperiorum motibus immutantur:qua re ignorata,ipſa ſtellarum complexio ignoratur.Nihil enim aliud complexionem ſtellarum dicimus,niſi qualitatem quam elementis elementatiſq; imprimitur,quæ impreſsio earum ab efficientia indiſpoſita hæc inferiora influit. Quare qui ſuperiorum ſcientiam acquirere ſtudent,naturalium ſpreta cognitione nihil proficient.

Aphoriſmus VIII.

ANima ſapiẽs cœleſti poteſtati cooperatur,ſicut optimus quoq; agricola mundando arandoq; naturæ ipſius agri cooperatur.

DIffert à uerbo quinto.Ibi enim uitari poſſe ſtellarum effectus ſi præcogniti fuerint,oſtendit; hic autem etiam in melius uerti malas & bonis incrementum poſſe addi affirmat.Sicut fœcũdi ex infœcundis & fœcundiores ex fœcundis agri per culturam efficiuntur. Poteſtati autem cœleſti dixit,id eſt,uirtuti atque efficientiæ qua in inferiora hæc agunt.Magnum enim incrementũ huic ſapiens affert amplificans bona & mala diminuens,ſicut optimus agricola naturæ agrorum plurimum cõfert. Nam ſicut ager niſi cultus fuerit nihil producit,& tanto plura melioraq; affert quanto rectius colitur, ſic niſi quis ſeipſum ſtudio atq; conſilio colat,tantum ſibi cœlũ ac natura inde impreſſa ad magnos

producendos proderit fructus, quantũ optima agri natura non culta ad fruges procreandas ualet. Et ſic ut niſi naturam agri noueris, parum ibi labores conducent, ſi frumentis aptum, uitibus conſeris: ſic niſi naturam pueri cœlo impreſſam ſciueris, non efficies magnum uirum, ſi militiæ aptum literis ac philoſophiæ tradideris.

Aphoriſmus IX.

FOrmæ quę generant & corrumpuntur, cœleſtibus formis ſubijciuntur, atque ab eis mouentur. Hae de cauſa elementarij utuntur iſtis, ſtellarum ingreſſus in ipſas inſpicientes.

FOrmæ quæ generantur & corrumpuntur. Huiuſmodi ſunt omnes quæ de potentia materiæ proueniunt, ſuper quas maximam uim ſtellæ habent: elementa enim omnia et formę materiales ab illis mouentur. Materia igitur diſpoſita per motum cœleſtem, formæ in eis generantur à cœleſtibus formis, quæ ſunt ſigna duodecim & figuræ quæ extra zodiacum ſunt, ut Serpens, Vrſa, Bootes, Orion, cæteræq; huiuſmodi. Et formæ quæ cum ſingulis faciebus aut gradibus oriuntur, quibus maxime Indi utebantur in iudicando. Et Ptolemæus in nonageſimoquinto Aphoriſmo magnã uim habere dominum aſcendentē, oſtendit. Qua de cauſa cooriens etiam à Græcis dicuntur, quaſi dum oriantur ſolum conſiderandi ſint. Hac de cauſa, inquit, elementarij utuntur iſtis formis, uidelicet: Vocat autem elementarios eos qui faciunt imagines. Elementalia enim huiuſmodi res Græcè appellantur. Credo quia in particulis elementorũ uel elementatis corporibus, imagines imprimunt. Vtuntur autem formis cœleſtibus elementarij inſpiciētes quando Planetæ ingrediuntur in ipſas, ita ut & forma & Planeta rebus accommodentur. Sicut uerbi gratia ♀ & ♉ ad rem ueneream ☿ & ♍ ad eloquentiam. Quibus utriſque ♂ turpitudinem addit, & inde adulteria, hinc loquaces ſcurrasq; facit. ♃ contrà, utriſq; decus ſolet afferre, ac inde honeſtas nuptias, hinc dignitatem dicendi, graues homines illos format qui ſunt his imaginibus communiti.

Aphoriſmus X.

IN electionibus dierum atq; horarum infortunatis etiam ſtellis utaris, ſicut optimus quoque medicus uenenis ad ſanandum conuenienti pondere utitur.

IN electionibus non fortunantibus ſolum, &, ut ita dicam, fœlicibus ſtellis & bonis ut ♃ ac ♀ in electionibus, inquit: uerum etiam contra infortunantibus & malis uti, ut ♄ & ♂, conuenienter tamen & mediocriter, ſicut optimus medicus.

Aphoriſmus XI.

NOn antea diem & horam eligas, quàm rei propoſitæ qualitatem cognoueris.

¶ Hic Aphoriſmus & præcedentem exponit, & generalius quiddam affert, quod plerunque facere ſolet Ptolemæus. Dictum enim eſt in fortunantibus etiam ſtellis utendũ eſſe in electionibus: nunc quando id faciendum ſit, oſtendit. Non eligas, inquit, horam & diem, niſi rei qualitatem naturamq; cognoueris. Nam ſi ad prælium eligis, non eſt dubium quin ♂ tibi, quamuis pernicioſus natura ſit, & cardine, id eſt, angulo & aſpectibus fortunand[us] ſit, ſi ad ſcientiam bona ♄ radiatio ad ☿ non eſt aſpernanda. In cæteris quoque ſimiliter. fortificetur ♀ in nuptijs ♃ cum populi præfectus commendaris. Nec ſolum planetæ ad naturam rei accõmodandi ſunt, uerum etiam ſigna. Varias enim ipſa quoq; poteſtates atque multiplices poſſident. ut ♏ dolo atque mendacio aptior quàm ♈, quamuis ♄ utraq; ſigna ♂ domicilia ſunt ad exercendam iuſtitiam ♎ commodior quàm ♉. quamuis ♀ utraque attribuant, loca enim plurimũ faciunt, ut octaua domus, ad abeundum procul à patria quæſtus gratia, ſecunda ad redeundum, ut quarto Aphoriſmo ipſe aſſerit. Pro qualitate igitur negocij & loca fortunanda et Planetæ præponendi et ſigna eligenda ſunt. Nam ſi naturę ac qualitates ſtellarum quas in his inferioribus efficiunt ad naturam & qualitates rerum accommodabis, in eligendo nõ errabis.

Aphoriſmus XII.

AMor & odiũ faciunt, ne iudicati effectus uere proueniant. Maxima enim attenuare & minima in maius efferre ſolent.

PLanus hic eſt Aphoriſmus. Nam ut amor noſtri ſi de nobis indicamus maxima mala attenuat & minima bona extollit, ſic odium ſi de inimicis indicamus, bona attenuat, & mala effert. decipit enim amore odioq; anim[us], ne rem qualis quanta'ue ſit, percipere poſſit.

Aphoriſmus XIII.

QVando cœleſtis diſpoſitio quiddã ſignificauit, utaris ſyderibus corrumpentibus, hoc eſt ſecundarijs, quaſi cooperantibus.

Q*Vando cœleſtis diſpoſitio.*) Secundaria ſydera ſtellas tranſcurrentes & cometas nonnulli dicunt. Ego autem eas hic dixerim ſtellas ſic appellari à Ptolemæo, quibus non primò per Aſtrologiam, ſed mediante cõſideratione alterius artificis, quaſi ſecundario iudicium corroboratur aut infringitur: ut ſi uerbi gratia, futuri anni morbos inducturum ex diſpoſitione cœleſti Aſtrologus collegerit antequàm id tradat, conſiderabit humida'ne an ſicca hyems præcedens futura ſit. Nam ſi humida erit, non dubitabit prædicere morborum uim fore repletam, ſin ſicca, minus mali, aut forſan nihil futurum prædicet. Sydera ergo ſiccitatem inducentia, ſecundaria hic nominauerim. Cum non planè & per ſe ſanum uer futurum ſignificant, ſed per hyemis ſiccitatem, quę primo ab illis denominata ſecundario ſanitas uerum oſtenditur. Quod per obſeruationem medicorum colligitur. Ideo corrumpentia ipſa etiam appellauit. Nam quod primo & per ſe una diſpoſitio ſignificauit futurum, id altera per ſiccitatem

citatem corrumpit. Dico autem primo et per ſe, nõ quia ſtellæ per ſe primo agant, ſed quia inde primo Aſtrologus nullo alio conſiderato prędicit morbos mortales futuros, uerbi gratia, quia ♂ primæ & octauæ in ſigno humano fit, id iudicium ſtellam corrumpunt, quæ hyemis ſiccitatem ſignificant ſecundario id ſignificantes, quia per ſiccitatem colligit propter hoc aliud apprime tenendum. Secundaria ſydera nuncupari quæ extra zodiacum ſunt, ut Serpens, Vrſa, Orion, Canis, & huiuſmodi. Primaria quæ in ipſo zodiaco ſunt, ſicut ♈. ♉. ♊ &c. Sydus enim eſt non ſtella una, ſed quæ fixis multis conſtat figuratio. Secundaria ſydera uim corrumpendi habere ait, quoniam quæ extra zodiacum ſunt, multo magis conſiderantur an impediant id quod à ſtellis quæ in zodiaco ſunt ſignificatur, q̃ an iuuent ad illud. Habent autem multo minorem uim ſecundaria quàm primaria, propterea quòd quorundam hominum habitatio zodiaco ferme ſubiecta eſt, & ita motus zodiaci & ſtellæ quæ ibi ſunt, tanto magis elementarem mouent mundum quàm quæ à zodiaco remotiores ſunt, quanto & uelocius feruntur & rectius irradiant. Nam ſuperiorum uirtus efficax per irradiationem & motum ſuum inferiora hæc agitat. Secundaria uero ſydera quanto remotiora ſunt à zodiaco, tanto & circulos minores faciunt & obliquius irradiant. Iure igitur ſecundaria dicta ſunt.

Aphoriſmus XIIII.

QVot quantiſq; Aſtrologus implicatur erroribus, cum ſeptima domus & dominus eius impediuntur.

IN quæſtionibus quærentis perſonam aſcendens et dominus eius denotat. Aſtrologi autem à quo quæritur perſonam ima domus & eius dominus ſignificãt: quare ſi ſtellę infortunantis pręſentia uel aſpectu ima domus uel dominus eius impeditur, falſam ſignificat prædictionem Aſtrologi. Quid dixi ſignificat, imò facit. Motus enim ſtellarum ac cœli corpora, ut diximus, corporeaq; mouet uniuerſa, quare uirtutes quoque omnes organicas, ſed phantaſia organica eſt, ergo ipſam & mentem quoque non per ſe quia organica non eſt, ſed per accidens, quia non aliter niſi per phantaſmata intelligit. Ita ima atque dominus eius impedito unde artifex ſignificatur ingeniũ ac mens Aſtrologi erroribus implicabitur. Quare ſi prudens eſt, nihil prædicet, ſed in aliud tempus quæſtionem reijciet. Si ergo prudens eſt, ſi hæc uiderit nihil prædicet.

Aphoriſmus XV.

AScendentia hoſtium regni ſigna illa ſunt quæ cadunt ab aſcendente regni. Aſcendentia uerò amicorum ſigna angulorũ ſunt, & aſcendentia eorũ quæ uerſantur in ipſo, domus ſunt ſuccedentes. Id ipſum in dogmatibus quoque conſiderandum.

REgni aſcendens, eſt ſignum quod aſcendebat quando regnum illud incœptum eſt. ut regni Ptolemæorum aſcendens, quod aſcendebat quando primi Ptolemæi regnum incepit, hoc eſt ab inco ronatione ac inſeſſione ipſius. Imperij Romanorũ hoc eſt, Cæſarum ac Auguſtorum aſcendens quod aſcendebat, quando primus huiuſmodi Romanorum imperator perpetuam dictaturam atque imperium à populo uel Senatu accepit. Signa ergo quæ cadunt ab huiuſmodi aſcendente, ſi tempore natiuitatis aliorum inueniuntur aſcendentia, homines alienos ab eo regno ſignificant. Et ſi fortunata natiuitas ſua eſt, nmendos pellendoſq; Aſtrologus conſuleret. Sunt autem cadentia ab aſcendente tria ſigna ſextæ, octauę, duodecimæq; domorum. Nam tertiæ domus ſignum cum ſextili aſpectu aſpicit aſcendens, non cadit ab eo. Cæterum cadentia ſigna et loca domusque cadentes quatuor eſſe dicuntur. Tertia domus quod cadat ab angulo ſubterraneo. Nona, quod cadat ab angulo medij cœli. Sexta, quod cadat ab angulo occidẽtis. Duodecima, quod cadat ab angulo aſcendentis. Etiam hæ cadere ab angulis dicuntur, quas non aſpiciunt, & apodymata Græcè appellantur. Quod uocabulum auerſa, id eſt, nec aſcendentia, nec ſuccedentia ſignificat. Hæc duo Latine cadendi uerbo complectimur. Hic aũt grecè apoceciclora ſigna ab aſcendente ſcripſit Ptolemæus, quod Latinè propriè uerbum de uerbo ſignificat ſigna quæ ab aſcendente auerſa ſunt, nec ipſum aſpiciunt, nec ipſi ſuccedunt. Signa igitur ab aſcendente Latinè cadentia dicuntur per ſimilitudinem omnia, quorũ nullus ad aſcendens aſpectus eſt, nec ipſi ſuccedunt. Hæc enim duo nobis cadere ſignificat, ut diximus. Ideo ſecunda domus etſi nullum ad aſcendens habet aſpectum, non cadit tamen ab ipſo, quia ſuccedit ad ipſum. Quare illa tria ſolum modo dicta ſigna, & loca domuſq; patiuntur, ſexta, octaua, duodecima. Signa uero quæ in angulis fuerint quando regnum incœpit, amicos regni ſignificant eos futuros, in quorum natiuitatibus aſcendunt, ſigna ſuccedentia regni angulis, ſignificãt homines in quorum natiuitatibus aſcendunt, qui libenter in illo regno uerſantur. Hæc Ptolemæus. Vnde id de hominibus quoque cæteris dicere ac de regibus ipſis poſſumus, ut qui ex illis tribus cadentibus in regis figura ſignis aſcendens habuit, hoſtis fit regi non regno. Sicut qui Neronẽ occidit. Non enim transferendi aliò aut euertendi regni cauſa id fecit, ſed ſolum mutãdi imperatoris. Et in priuatis inimicitiæ ſic ſimiliter concitantur. Id ipſum, inquit, in dogmatibus conſiderandum. Eſt autem aſcendens dogmatis ſignum quod aſcendebat, quando ciuitas aliqua ſeu gens occupatã ſe opinione aliqua declarauit. Tria ergo ſigna ab huiuſmodi aſcendente cadentia, hoſtes dogmatis ſignificant eos in quorum natiuitate aſcendunt, ut expoſitum eſt.

Aphoriſmus XVI.

QVando fortunantes dominantur Planetæ octauæ domus, tunc inducitur nocumentum à uiris bonis. Si autem fortunantur, liberant ab huiuſmodi nocumento.

NEſcio quid conſilij habuerint qui hunc Aphoriſmum exponẽtes, primum de locis omnibus malis dicant, qui ſunt ſextus, octauus, duodecim⁹, quos cadere ab aſcendente diximus, quoniam nullum ad ipſum habeant aſpectum, nec ipſi ſuccedũt, cum Ptolemæus de octaua ſolummodo dixerit domo. Nec uideo cur quatuor hic fecerint ut dicunt, quando boni Planetæ malis domibus dominantur, nocumentum tunc fieri à bonis uiris: quando autem mali Planetæ malis domibus, tunc nocumentum aduerſus hominem huiuſmodi natiuitatis fieri à malis uiris quando domibus bonis mali Planetæ tunc commoda à malis uiris fieri. Nam hæc etſi rationem quandam habere uideantur, tamen primum diuidere totius rei fundamentum, non exponunt: tertio, nõ ea dicunt quæ Ptolemæus, ſed ea quæ à dictis Ptolemæi ſequi uidentur. Quæ tamen omnia ab expoſitione quadam Græca fluxerunt. Ita & in cæteris faciunt, ſed nobis longum erat de omnibus dicere. Quare hic quoque breuiter dicimus quid Ptolemæus uoluerit: quid autem hinc ſequatur, unuſquiſque per ſeipſum cõſideret. Hoc enim & ad breuitatem commodius eſt, & ad exponendum tutius. Non tamen reprehenderim, ſi quis etiam à ſingularibus conſequentia ad ſingulos Aphoriſmos dicat, dummodo apte oſtendat quæ Ptolemæi ſint, quæ ſua. Nam tua cum his quæ autor quem exponis, dicit confundere, quod multi faciunt, omnino uituperandum eſt. Quando, inquit, fortunantes, hoc eſt, boni Planetæ. Sicut ♃ & ♀ dominantur octauæ domui, tunc quicquid nocumenti futurum ab octaua domo ſignificatur, à bonis uiris inducitur. Hic ſenſus proprie Ptolemæi eſt. Non enim dicit, tunc nocumentum à bonis uiris induci, ſed id ipſum nocumentum. Sic enim Græcus ſermo proprie habet, imò etiam expreſsius propter articulum, quæ rem ſemper determinat. Nocumentum igitur octauæ domus præſupponit, & id nocumẽtum ſi boni Planetæ octauę domui dominantur, à bonis induci uiris aſſeruit, qui tamen Planetæ boni domui octauæ ſi fortunantur, hoc eſt, ſi dominus octauæ cum ſit ipſe bonus alteri bono coniungitur, aut ab eo aſpicitur, liberat, ait, ab huiuſmodi nocumẽto quod per octauam ſignificabatur domum. Hæc Ptolemæus. Hæc ſi quis ad ſextam & duodecimam domos uelit per ſimilitudinem accommodare, non negabo ipſum recte facere, dummodo recte accommodet. Veriſimile quoque mihi contrarium, ut dicunt, uidetur: ut ſi Planetæ mali octauæ domui dominentur, nocumentum inde ſignificatum augeatur, ut à malis uiris inducatur, ſed id Ptolemæus tacuit. Quod de bonis locis dicitur, etiam non negauerim utilitatem, uidelicet quam ipſi dant, ſi boni Planetæ eis dominantur, à bonis uenturam, ſi mali, à malis uiris: bonæ autem domus ſunt quatuor anguli. Et duæ quæ △ aſpectum habent ad aſcendens. Et 11. tum quia ſextiliter aſpicit aſcendẽs, tum quia ad medij cœli angulum ſuccedit. quarum rationum prima potior eſt. Secũda uerò domus multo minoris bonitatis eſt. quia etſi ſuccedat aſcendenti, non aſpicit tamen ipſum. Tertia uerò mala non eſt, quia etſi cadit ab angulo ſubterraneo, reſpicit tamen aſcendens ſextiliter. Duo enim requiruntur, ut ſignum ab aliquo angulò cadat: unum, ut nullum cum eo habeat aſpectũ: alterum, ne ſuccedat illi, ut dictum eſt. Multa, ut diximus, ex ſinguliis conſequuntur. Sed omnia proſequi pene impoſsibile eſt. quare prudenti Lectori relinquenda putamus. Hic tamen quoniam non cum mediocri dolore periculum fecimus, tacere nec debemus, nec poſſumus. Non igitur utrum infortunantes an fortunantes Planetæ ſint, in genere conſiderandum eſt ſolum, ſed quæ qualiſq; fortunatio infortunatione ſua ſit examinandum, ſicut de locis etiam duximus faciendum. ut in natiuitate mea in qua prima ♄ facies aſcendebat ♃ duodecimæ, in qua ♓ erat principatum, tenuit Planeta optimus & pacificalis & iuſticiæ, ſi quis uſquam ſignificator. Domus autem duodecima inimicitias, inſidiatores, iniquos, uincula, carceres, cæteraq; huiuſmodi ſignificat, quæ infortunantibus aſpecta inducit nemini notus ſum qui caſum meum ignorat. Multa iuſſu Papæ Nicolai quinti è Græco in Latinum traduxi. Et extant codices. Et demum Magnam compoſitionem, quam uulgò Almageſtum uocant, uõ ſolum Latinam feci, ſed pro ingenij mei uiribus etiam explanaui. Eas expoſitiones Nicolaus Papa ad Iacobum quendam Cremonenſem furore inuidiæ in genus, ut credo, magis meũ, quàm in me motus transferre omnino uoluit. Extant ſchedulæ iuſſu ipſius à Iacobo ſcriptæ, et codicis marginibus affixæ. Extant literæ meæ in Præfatione commentariorum inſertæ, quibus ipſi quàm humiliter ſupplicabant, ne mihi hæc iniuria fieret. Non potuit placari optimus Pontifex, ſed cum incommodis multis affecit, tum maxime carcere et uinculis afflixit, minabatur quoque maiora, niſi obtemperans ſim ſui: quem ipſe timẽs, Neapolim ad Regem Alfonſum ueni, qui utinam Nicolaum Papam non imitet, aut ſaltẽ non ſuperet. ♌ enim in octaua habui, cuius principatum ☉ poſsidet. Quare timeo ne tanto Rex Pontificem excedat, quantò perniciosior eſt domus octaua quàm duodecima. Quamuis miſerum accurrat illud ſolatium, tanto famoſiorem fieri iniuriã in me ſuam, iniquitate Pontificis, quanto illuſtrior eſt ☉ quàm ♃. Regem tamen ſtellas prudentia ſua ſuperaturum deſperandum non eſt.

Aphoriſmus XVII.

QVando de uita ſenis iudiciũ facis, non iudicabis antequàm conſideraueris quot annos ipſum uiuere poſſibile ſit.

HOc eſt quod incipientes quoq; diximus, oportere Aſtrologum à natura ipſarum rerum multa cõijcere, nec ad iudicandum feſtinare. Hinc etiam ſignificatur in diſpoſitis agere ſuperiora, non contrà. Deinde quoq; ſequitur efficientiam ſuam non eſſe ita neceſſariam, ut rationem de loco ſuo poſsit depellere.

Aphoriſmus XVIII.

QVando luminaria utraque in eodem minuto ſunt, ſi fortunans quoq; Planeta in aſcendente ſit, in omnibus

certe

certe quæ ad manus ſuas peruenient, fœlix erit qui tunc natus eſt: ſimiliter etiam ſi ſe diametraliter ab aſcendente atq; occaſu aſpiciunt. Sin uero infortunãs in aſcendente ſit, contrarium huius intellige.

APerte omnia dicũtur, quare breuiter cauſam uideamus. Quando ☉ & ☾ in eodem minuto ſecundum longitudinem ſunt, tunc ⊕ in ipſo gradu aſcendente, imò etiam minuto reperitur. Quare ſi fortunans quoq;, id eſt, Planeta bonus in aſcendente reperitur, fœlix certe qui tunc naſcitur eſt in omnibus quæ ad corpus propter aſcendens, & quę ad bona fortunæ pertinent propter ⊕. Simile, inquit, erit ſi oppoſitio luminarium ita ſit in hora natiuitatis, ut alterum in aſcendente, alterum in occidente gradu ſit. Tunc enim ⊕ in ima eſt cum altero luminarium aſpicitur ab altero diametraliter & à Planeta bono qui in aſcendente illi coniungitur. In utroq; enim caſu fortunantẽ Planetam uult eſſe in aſcendente. Vnde infert, Sin uero infortunãs Planeta, uidelicet in aſcendente ſit contrarium huius, id eſt, infœlicitatem intellige. Hinc habes. Quando ⊕ in bono, hoc eſt boni Planetę cõiuncta uel ſaltem à bonis aſpecta, fœlicẽ eſſe in rebus extraneis natiuitatẽ, contrà, infœlicẽ. Operæpreciũ eſt hic latius aperire quomodo cœlũ & ſtellæ fortunatos ac infortunatos homines faciant. Mirum enim id multis uidetur non indoctis ſolum de quibus nulla cura eſt, ſed nonnullis etiam qui doctiſsimi & maxime Ariſtotelici habentur. de quibus ego uehementer miror, pręſertim cum ipſe Ariſtoteles in magnis Moralibus, & in Endemijs fortunam naturam eſſe aſſerat. quod breuiter explicatum, omnem de hac re de qua agitur, eijcit dubitationem. Apertum igitur eſt quod nec ab ullo unquam mentis compote in ambiguo uerſatur à cœleſtibus atq; corporibus complexiones in animalibus innaſci, non has ſolummodo generales quas medicorum turba ſolet tractare, ſed multo minores nimiumq; uarias, quæ tamẽ nonnunq̃ illorũ generaliũ quaſi riuuli ſunt ac appendices quædam. Id uaria palmarum manus liniamenta in ſingulis oſtendunt hominibus. Inſita enim complexionis natura uirtute inſulcantur. hæc lineamenta ſtellas adeo ſequuntur, ut qui natiuitatem alicuius ſitumq; cœli hominis illius habeat, nec lineamentorũ penitus proprietates ignoret, ſtatim intelligat qualia in palma manus illius hominis ſint. Complexiones igitur animaliũ à ſuperioribus corporibus contrahuntur. A complexionibus autem uarietateq;, ipſarum uaria in hominibus ſunt phantaſmata, quibus fit ut alij alijs rebus gaudeant aut doleant. hinc multiplicia hominum ingenia ſint, hinc uariæ uoluntates. Nam uirtutes etiam non organicæ, ut in ſuperioribus diximus, non per ſe ſed per accidens phantaſmatibus aguntur. Quare hic etiam fit ut alij magna ui pluuię perterritus ſiſtat, nec iter neceſſarium agat, & ſereno poſtea cœlo iter aggreſſus in prædones incidat. Alius cœli ruina contempta dum feſtinns pergat, nõ modo prædones effugiat, uerum etiam ad apertũ cœli impetu theſaurum perueniat. Hoc ipſum factum natura, ait Ariſtoteles, quia fortuna natura eſt. Complexio autem natura eſt. Hæc autem fortunationis aut infortunationis origo atque principium eſt. Et eſt à cœleſtibus tota natura hæc atque complexio. Cœleſtia ergo fortunationis & infortunationis hominum origo atque principium ſunt.

Aphoriſmus XIX.

DIminuit medicinalis pharmaci operatio, cum Luna ♃ coniungitur.

COrpus humanum ☾ ſubijcitur. Et ideo cum ☾ ♃ coniungitur, robuſtior fit complexio eius, & minuit dati medicinalis pharmaci uirtutem.

Aphoriſmus XX.

NOli membrum tangere ferro quando ☾ eſt in ſigno quod illi membro dominatur.

HVmectatur humiditate ☾ membrorum quodlibet animalis, quando ☾ eſt in ſigno cui membrum illud attribuit. Quare ſi tunc fortè membrũ illud uulneretur, non facile propter multam humiditatem uulnus conſolidabitur.

Aphoriſmus XXI.

QVando ☾ in ♍ uel in ♓ eſt, ſi etiam dominus aſcendentis Planetam aliquem qui ſub terra ſit aſpicit, cõfert purgatorio uti pharmaco: ſin uero Planetam aſpicit, qui ſuper terram ſit, euomet medicinalem potionem qui bibit.

DE pharmaco medicamentoq; dicit potu dato quod ex ultimo Aphoriſmi uerbo apertiſsimũ eſt ideo ſigna duo triplicitatis aqueæ dixit, tertium reliquit breuitatis, ut ipſe arbitror, cauſa. Quando igitur in ſignis aqueis ☾ eſt, oportune purgatoria potio datur, ſi Planeta etiam qui aſcendenti ſigno dominatur Planetam aliquem qui ſub terra ſit, aſpicit. Aſcendens enim illum ſemper ſignificat qui agit, quicquid incipit: ſi ergo dominus eius Planetam qui ſub terra ſit aſpicit, tunc natura ipſius qui bibit in inferiorẽ aluum facilius demittit pharmacum, & ſic eius operatio commodior fit. Sin autem dominus aſcendentis Planetam aſpicit qui ſupra terram ſit, tunc complexio naturaq; eius qui bibit à cœleſtibus agitata ad ſuperiorẽ partem emittit medicamentum, & ſequitur uomitus. Verum quoniã Ptolemæus aquea ſigna ☾ dedit in potione pharmaci, non erit forſan ab re quando pillulæ accipiuntur in terreis ſignis, hoc eſt, ♉ ♍ uel ♏ ☾ collocare, & cætera obſeruare, ut ipſe docet.

Aphoriſmus XXII.

NOn incidas nouam ueſtem neque ipſam primò induas quando Luna eſt in ♌, quod ſi etiam infortunatur, maius malum erit.

Corro-

COrroborantur quæ fiunt quàm ☾ in fixis ſignis inueniuntur. ♌ autem uirtus præter hoc etiam & opera quæ quando ☾ in eo eſt incipiuntur ita diſponit, ut lædere poſsit eos qui utuntur. Id leo animal ſignificat, in quo uirtutem ſuam leonis ſignum expreſsit. Nam ut ſignis ab his inferioribus nomina ſunt accommodata, ita hæc ab illis naturam & cõplexiones conſecuta ſunt. Quare cum ☾ in ♌ reperitur, nihil primum induemus, nec incidemus quidem, hoc eſt, non facere incipiemus rudimẽta, in quo materia fortè nocebit. Et multo magis ſi ☾ in ipſo ♌ infortunetur, hoc eſt, à malo Planeta aſpicitur, aut ei coniungitur.

Aphoriſmus XXIII.

ASpectus ☾ ad Planetas aut ſua cũ eis coniunctio facilè mobilem facit eum qui natus eſt, & ſi Planetę fuerint fortes, actiuum ſignificant motum fore: ſin autem imbecilles, non actiuum.

PLacet hic antequàm ad exponendum Aphoriſmum ueniam, pauca de aſpectibus dicere. Aſpectus quatuor ſunt. △ enim optimus, ſextilis bonus, ☍ non bonus, & quadratus omnium peſsimus. ☍ fit quando 180. gradus ſunt inter Planetas. △ aſpectus quando 120 tertia uidelicet circuli portio. □ quando inter Planetas ſunt gradus nonaginta, quarta uidelicet circuli portio. Sextilis ſimiliter quando per ſextam portionem, id eſt, per ſexaginta gradus Planeta diſtat à Planeta. Nec tamen hæc ad unguem quærenda ſunt. Et fortiores quidem aſpectus hoc modo de gradu in gradum, tanto autem debiliores quanto longius à dicto graduum numero diſtant, donec penitus uis aſpectus euaneſcit. Quamuis antiquiores integra ſigna cœpiſſe, & Planetam qui erat in ♈ ſextiliter aſpicere illum qui erat in ♊ dicere inueniuntur. trigonum autem aſpectum eum qui in ♌ & ſic in alijs. Sed is modus longo nimium diſtat, & paruam uim affert, imo nullam ſi exitum Arietis ad principium ♊ aut ♋ referas. Eſt & tertius modus non omnino negligendus, quem Porphyrius in Iſagoge Aſtrologiæ plurimi facit, & temporalem appellat. is in figura oculis cernitur, ut ſi Planeta unus eſt in gradu aſcendente, alter in ipſo medio cœli. □ enim aſpectu ſe aſpicerent, etiam ſi gradus aut plures aut pauciores, quod plerunque fit, interceſſerint quàm 90. Quod fit propter obliquũ nonnullorum aſcenſum ſignorum, ita ſextili ſemper ſe habet undecima ad aſcendens, nona uero in trigono aſpectu. Nec differt ſi non in ipſa domorum cuſpide ſint, dummodo quantum alter ab alterius cuſpide diſtet, tantum alter etiam ab alterius cuſpide abſit. Is modus cum primo in idem concurrit. Quando principium ♈ uel ♎ aſcendit & tunc aſpectus fortiſsimus, hoc eſt, maximæ uirtutis. Gradualis enim & temporalis aſpectuum uirtus nimium confluit. ¶ His de aſpectibus dictis nunc Aphoriſmũ conſideremus. Aſpectus, inquit, ☾ ad Planetas, aut ſua cum eis coniunctio facile mobilem facit eum qui natus eſt, mobilitatẽ naturamq́ aptam ad Planetarum proprietates formari aſſerit. ♃ enim ac ☾ aſpectus ad iuſticiam mouet. Huiuſmodi phantaſmata natura parit, eruntq́ re ipſa iuſtiſsimi homines, ſi conſuetudo quoque uirtutis acceſſerit. Nam ut mobilitatem naturæ à ſtellis eſſe uidemus, ſic à conſuetudine in contrarium ipſam rapi non ignoramus, ita ut altera natura ex conſuetudine quodam modo fiat ☾ & ♂ aſpectus uiolentiam, hoc eſt, ad uim inferendam inclinant animos. ☾ & ♄ patientiam: ſecundum ♄ naturam ♀ & ☾ impatientiã luxuriæ, hoc eſt, nõ poſſe abſtinere ab uſu Veneris ac ſpermatis quauis proiectione. ☿ & ☾ acumen ingenij, & mentis præſtat. Hæ habilitates commoditatesq́ naturæ datæ, ſi Planetæ, inquit, fortes fuerint, actiuæ ſunt: ſin autem imbecilles, non actiuę. Dicit habilitates commoditatesq́ naturæ actiuas quæ in actum exeunt, non actiuas quæ non exeunt aut uix exeunt. Eſt autem fortitudo Planetarum duplex, per ſe aut per accidens. Prima eſt quando ſunt in dignitate aliqua ſua una pluribus'ue quæ ſunt domus, exaltatio, triplicitas, terminus, facies. Secunda eſt, quando ſunt in angulis & cuſpidibus angulorum maxime. In ſuccedentibus etiam domibus, non ſunt debiles. In cadentibus autem ab aſcendente, hoc eſt, in ſexta, octaua aut duodecima domo omnino debiles ſunt. Illud etiam notandum ſecundum Porphyrium in Iſagoge, ad iudicandum, quòd prima fortitudo ſignificationes Planetarũ actiuas quidem facit, ſed nihil aut parum confert ad apparentiã. Secunda ita facit actiuas, ut magis appareant quàm ſunt. Hinc facile quoque optime colligitur debilitatem primã non actiuas facere, & tamen Planetæ ſi in angulis erunt, actiuas uideri. Vt ſi ♀ ex ♊ & ab angulo ☾ aſpexerit, magis uidebitur cæteris paribus, ut dicitur, quod ubique intelligendum eſt homo ueneꝛeus quàm re ipſa ſit. Quod ſi ab iiſdem ♊ & à domo cadente, nec erit, nec uidebitur. Et ſi à ♉ & ab angulo, & erit & apparebit. Quod ſi ab eodem ♉ & à domo cadente magna res erit apparentia nulla uel parua Notandum tamen eſt quod ex iſto Aphoriſmo intelligitur quòd ☾ ſuperiorum Planetarum uires atque influxum ſuſcipiat, & ad hæc inferiora tranſmittat. Quare ad ipſam maxime aduertendum eſt. Hinc ipſe nõ negauerim Planetas quoque omnes quia inferiores ſunt, fixarum influxus ſuſcipere, ac per ☾ ad inferiora tranſmittere. Vnde fit ut duabus rationibus ex conſideratione ſola Planetarũ præcognitio aſtrologica præcipue fiat, quia fixarũ ipſis uires in eos defluxas ſuſcipiant, & quia celerrime mouentur. Natura enim ſtellarum motu ſuo hæc inferiora magis agitat. Fixæ uero adeo tardæ ſunt, ut ne moueri quidem uiderentur, niſi ex multorum id ſæculorum obſeruationibus collectũ eſſet.

Aphoriſmus XXIIII.

EClipſis luminariũ in angulis uel natiuitatum uel annuarum reuolutionum nociua eſt. Accipiũt autem tempus ex diſtantia quæ eſt inter gradum aſcendentis & locum eclipſis. Et ſicut ex horis ſolaris eclipſis annos accipis, ſic ex horis eclipſis

eclipſis lunaris menſes accipias.

NOcet, inquit, eclipſis quæ fit in ipſis angulis natiuitatum uel in angulis annuarum reuolutionum nati, quę reuolutiones fiunt quando ☉ ad illud minutum reuolutus eſt in quo fuit tempore natiuitatis. *Accipiunt autem tempus.* Breuiter & nimium obſcurę dixit, quia tunc planũ erat. ita enim factitatum fuiſſe apud omnes penè Aſtrologos oſtendit, cum dicit, Accipiunt autem &c. Ad tertiam enim retulit perſonam. Id tamen ſic in marginibus librorum Græce uidi compoſitum. Numerus horarum eclipſis annorum numero in eclipſi ſolari, ſed menſium in lunari. Non integrum tamen, ſed diminutum hoc modo uidi. Quot gradus ſunt inter aſcendentem gradum & locum eclipſis. Et quota pars ſemper ipſi ſunt de 180. gradibus, tantam partem numeri menſium uel annorum ab ipſo auferas. Et reliquũ erit tempus in quo male diſponetur homo, ſecundum ſignificationem anguli ubi facta eſt eclipſis: uerbi gratia, Sint nonaginta gradus inter aſcendens & locum eclipſis ad hunc numerũ centumoctoginta, qui ſunt gradus ſemiſphærij ſuperioris uel inferioris, ubi ſcilicet eclipſis ſit, habent duplã proportionẽ ſeſquiquartã. ita ſi eclipſis fuerit duarum horarum, erit nocumentum in rebus ab angulo ſignificatis in lunari quidem eclipſi in uiginti ſeptem diebus, in ſolari uerò in 365. proxime. Ad hoc enim proportionem illam habent numeri dierum 60. & 430. hoc eſt duorum menſium in lunari, & annorum totidem in Solari. Vnde patet nõ ſolitos fuiſſe ipſos quicquã diminuere quando in aſcendente aut occidente fiebat eclipſis. Accidit autem nocumentum etiam de ſitu luminaris, ſi in ipſa cuſpide ſit, aut nõ longius, quàm gradibus tribus. Nam ſi magis abeſt, diminuitur omnino uis nocendi, aut euaneſcit.

Aphoriſmus XXV.

FAcias profectionẽ ſignificatoris quãdo eſt in angulo medij cœli per aſcẽſiones recti orbis: quando uerò eſt in aſcendente, per aſcenſiones climatis.

PRofectio ut nunc accipit, eſt motus à loco ſtellæ per aſcenſiones climatis uel medij cœli captus annum unum per ſingulos gradus aſcenſionum. Significator is inuenitur ſi ſtella cuius profectio capitur, eſt in gradu aſcendenti cum aſcenſione climatis quando in angulo medij cœli eſt cum aſcenſionibus rectę ſphæræ quando uerò inter hęc loca, mixtim, ut ipſe Ptolemæ9 in tertio Quadripartiti docet. Nam ſi quando in his angulis atq; cardinibus per iſtorũ aſcenſiones profectio (quam non nulli directionem appellant) capitur, neceſſe eſt ut quando eſt inter cardines ipſos per utraſque aſcenſiones inueſtigetur. Eſt autem modus ab ipſo Ptolemæo ibi traditus, iſte. Capiatur diſtantia dirigendi Planetæ à medio cœli in ſphæra recta, & diſtantia loci ad quem dirigitur ab eodem medio cœli in eadem ſphęra. Capiantur etiam partes horarum utrorumque locorum qui dirigitur, & ad quem in aſcenſionibus climatis, & partimur diſtantiam dirigendi Planetæ per partes horarum gradus ſui. Et quod exit, eſt tempus, id eſt horæ diſtantiæ gradus eiuſdem Planetæ à medio cœli. In has igitur horas multiplicamus partes horarum loci in quem dirigimus. Et quod fit, ſubtrahitur à diſtantia ipſius. Et reſiduum eſt tempus quo perueniet dirigendus Planeta ad locum ad quem dirigitur. Exempli gratia, Medium cœli gradus in natiuitate mea fuit 27. ♎ Pars fortunæ tam uitæ quàm fortunarum princeps, quod miſerrimum eſt (quoniam quando infortunatur & incolumitatem & bona extrinſeca ſimul oppugnat) fuit in quartodecimo gradu ♏. Huius gradus à 27. ♎ diſtantia in recta ſphæra graduum eſt 16.27. Partes horarum in 14. ♏ in climate quarto ſunt 12.57. Per has partimur 16.27. fient 1.16. horæ diſtantiæ. Radiabat autem ♂ ex 10.46. ♈. gradu, ♄ gradum 10.46. aſpectu quadrato. Ad hunc ♄ gradum à medio cœli diſtantia eſt ſeptuagintaſeptem graduum proxime in aſcenſionibus rectæ ſphæræ. Partes uerò horarum in 10. 46. ♄. & in climate quarto ſunt 2.57. Has multiplicamus in horas diſtantiæ 1.16. Et quæ fiunt proxime ſubtrahimus à 77. diſtantiæ gradus quadraturæ ♂. Et remanent 61. & 52. qui ſunt anni nati 60. & menſes 10. proxime. Et exeunt in annum Chriſti 1457. à natiuitate menſis Ianuarij quando ⊕ in ipſum pernicioſum incidit gradum. Eſt autem acriter aduertendum, quòd quando utriq; gradus dirigendi Planetæ & pertinentis loci ſunt in ſuccedentibus ad medium cœli, tunc quod ex multiplicatione fit, ſubtrahendum eſt ex diſtantia loci ſuccedentis, reſpectu alterius. Quando uerò in præcedentibus medij cœli gradibus utrique ſunt, tunc diſtantia loci præcedentis ſubtrahitur à numero ex multiplicatione facto. Quando alter præcedit ad medium cœli, alter ſuccedit. tunc quod ex multiplicatione factũ eſt, additur diſtantiæ loci ſuccedentis reſpectu alterius.

Aphoriſmus XXVI.

VAlde res celatur quando ſtella ſignificans Soli, uel ſub terra, uel in loco alieno coniungitur: manifeſta uerò res eſt, quando ex caſu ſuo in ſuam exaltationem aſcendit, & eſt in loco proprio.

REs inquit, ſicut furtum uel adulterium, homicidium, cæteriq; actus quos celare homines ſtudent, & illi etiam quos uellent prædicari ut præclara in bello facinora. Cætera manifeſta ſunt. Cauſa uerò eſt, quia quando ☉ Planeta qui rem ſignificat uel ſub terra uel in loco ubi nullam habet poteſtatem cõiungitur, tum quia ſub terra uel in alieno eſt loco, tum quia lumen ſuum à maiore lumine obſcurat, res quoq; quas ſignificat reddit obſcuriores phantaſmatibus hominũ, ex turbatione humorum complexionumq;, ut ſæpius diximus, caligine inuolutis. Quando aũt in exaltationem ſuam ex caſu ſuo aſcẽdit, quia in proprio loco potentior eſt uis ac natura ſua qua in his influxionib9 agit, clariora reddit hominum phantaſmata, mẽtesq; noſtras aperit nõ uniuerſaliter, ſed quantum ad eas res attinet quæ ab eo ſignificant. Reddit aũt phantaſmata clariora nõ immediate, ſed per qualitatẽ cõtinẽtis

modo

modò mutatam, id eſt complexionibus hominum ad ea phantaſmata commouenda diſpoſitis.

Aphoriſmus XXVII.

FAcit ♀ uoluptatẽ in eo membro, cui membro dominatur ſignum in quo eſt; idem in reliquis ſtellis intellige.

APerta eſt Aphoriſmi pars in qua dicitur de Veneris natura. Nam ſi eſt in ♈ delectatur multum ſenſibus capins et maxime præcipuò qui eſt uiſus: ſi in ♉ uolupiatem gulæ nimium capietur. Et in cæteris ſignis ſimiliter commode membrorum actus capiendo. Quod uero de cæteris dicit Planetis difficile aliquantum eſt, ſed ſi recte accommodabis, recte intelliges: ut ſi ♃ eſt in ♈, iuſtum in audiendo uidendoq́ hominem dicas futurũ: ſi in ♊ iuſtum in dando recipiendoq́ hijs maximam capere noluptatem. Et ſimiliter in cæteris & Planetis & ſignis. Hæc magis aperiũtur quãdo ſignificata per ſigna & membra uiribus ſtellarum accommodantur, ut ♃ in ♓, ♀ in ♉ uel ♍ & ſimiliter.

Aphoriſmus XXVIII.

SI non poteris facere ☾ duobus Planetis cõiungi, fac ipſam fixæ coniungi quæ utrorumq; complexionẽ habeat.

HIc Aphoriſmus accommodatur electionibus, & patet per ſeipſum.

Aphoriſmus XXIX.

STellæ fixæ mirabiles & ultra rationẽ fœlicitates tribuunt, ſed ut in plurimum concludunt eas in infœlicitates.

HIc etiam clarus eſt. Dant enim fixæ fœlicitatem mirabilẽ quæ ſunt de natura ♃ & ♀ primæ magnitudinis ac magnæ latitudinis. Quando ⊕ coniunguntur et quando ſunt in angulis medij cœli uel aſcendentis in ipſa cuſpide, ita ut ortus ſtellarum fixarum etiam ſecundum latitudinem ſuam accipiatur. Nam in medio quidem cœli conuenit cum gradu longitudinis: ut ſi ſtella eſt in principio ♈, & principium ♈ ſit in medio cœli, ſtella quoq; ſit in medio cœli, cum alijs locis nõ cõuenit. Sed quanto magis elongatur à medio cœli, tanto magis differt, ita ſit ut maxima differentia in ortu & occaſu ſit: uerbi gratia. Si oritur principium ♈ & duæ fixæ in eodem principio ♈ ſecundum longitudinẽ ſint, ſed altera borealis, altera auſtralis à ☉ per 10. gradus. Quanto citius quàm principium ♈ ſtella borealis oritur & tardius occidit, tanto tardius ſtella auſtralis oritur et citius occidit. Id ab ipſo Ptolemęo in ultimo ultimi libri Magnę compoſitionis capitulo demonſtrat. Non eſt ergo ſolum gradus longitudinis attendendus ut eas ſtellas in gradu aſcendente cum principio ♈ ponamus, ſed etiam latitudo ut borealem: uerbi gratia ponamus in aſcendente ſi 20. gradus ♓ aſcẽdit auſtralem, ſi 10. ♈. Propter enim latitudinem earum fit, ut quamuis in eodem gradu cum ☉ ſint, non tamen ſimul cum ☉ oriantur aut occidant, ſed altera præcedat, altera ſequatᷣ. Poſt hæc differentia non eſt eadem in omnibus domibus. Nam in medio cœli & ſubterraneo cardine nulla eſt, maxima in ortu et occaſu ſicut dictum eſt.

Hæc ſimiliter non eadem eſt in omnibus climatib⁹, ſed maior ſemper in borealioribus. Nec in fixis ſolũ attendenda, uerum etiam multo magis in erraticis, ne Planetas qui ſunt in prima domo locem⁹ in duodecima, & contrà, qui ſunt in ſexta, ponamus in ſeptima & cõtrà. Qua in re omnes uideo noſtris temporibus uehementer errare, quod ne accidat tabellam de hac re ſecundum Ptolemæum dicto capitulo demonſtrationes alias fecimus, quę utiliſsima erit in locandis tam fixis quàm Planetis. Infœlicitates autem hæ ſunt, anguſtiæ, ægrotationes malæ ac longæ, mors, infamia ac uiolentia. Et quę huiuſmodi ſunt.

Aphoriſmus XXX.

ANimaduerte coronationes primorum regum, & ſi aſcendens coronationis conuenit congruitq́; cum aſcendente hominis qui ſperatᷣ ſuccedere, ſuccedet in eo regno huiuſmodi homo.

PRimi reges ſunt, qui primi regnum acceperunt, ut Cyrus in regno Perſarum, Ptolemæus Alexandri ſucceſſor in regno Ægypti. Congruere autem conuenireq; ſigna dicuntur, primum quæ ſunt eiuſdem triplicitatis, deinde quæ ſextiliter ſe aſpiciunt. Nam fœminina fœminis congruunt, & maſculina maſculinis, & ſimiliter nocturna nocturnis & diurna diurnis. Hic autem notandum eſt quòd quidam Græcus cõmentator addidit ſucceſſorem fore filiũ uel nepotem, etiam ſi non aſcendentia, ſed quæ in medio cœli ſunt, dũ inter ſe conueniunt, idem euenire ait: quamuis natiuitatis ſigna horum duorum locorum nõ cõueniant cum ſignis coronationis primi regis, ſed cum ſignis eorundem locorum ☌ uel ☍ quæ ante illam coronationem proxime fuit. Sed populorũ mores diligenter conſiderandi ſint, quibus ſit ut legitimi filij regum, niſi uehemẽter cœlum obſtiterit, ſuccedant in regnis, nothi niſi ualde fauerit non ſuccedant. Accidit autem nimius cœli fauor et contrarium rariſsime, propterea quòd omnes exceſſus rariſsimi ſint.

Aphoriſmus XXXI.

QVando ſignificator regni in locum interimentis inciderit, aut rex, aut magnus in eo regno princeps morietur.

SIgnificator regni eſt prædominator medij cœli in tempore dato, hoc eſt, in tẽpore quo princeps uel rex primus regni alicuius ſedit, aut coronatus fuit: huius profectio, inquit, quando in locum interimentis, ſicut in ♂ uel ♄ uel in □ ☍'ue ipſorũ peruenerit, uel rex ipſe, uel princeps in eo regno morietur. Sed aduertendũ eſt, ne cum eiuſdem urbis imperium ſit primum eundemq́; prædominatorem (ſic enim Græci appellant) ſemper teneamus. Mutatur enim regni atq; imperij prædominator ſecundum rerum mutationes. Alius certe imperij Romanorum à tempore quo Romulus ſedit uſque ad expulſos Reges fuit prædominator alius, poſteaq̃ mutato ſtatu, Senatu et Conſulibus Reſpublica adminiſtrabatᷣ. Hic prædominator ab hora qua Vrbs guber-

gubernari aliter cœperat initium habuit, alius deindecum Tribuni militum obtinuiſſent imperium, alius cum Cæſar in Vrbe pulſo Pompeio ut princeps ſedit. Quas ob res uehementer errant, qui uno aliquo habito à maioribus prædominatore alicui° ſtatus, illum ſemper tenent, quamuis ſtatus mutatus ſit. Omnes nunc uulgo ſtatui Romanæ eccleſiæ ♃ pręficiunt, nec ſaltē res nec mores monere ipſos poſſunt, non eſſe Iouialē hunc ſtatum ſed Saturninum. Nam etſi alibi ♃ hunc ſtatum ſignificabat, quando ſcilicet Romanus Pontifex iure pontificatus ſolummodo utebatur et iuſtitiæ cultor erat. Conditione tamen ſtatus & ſtatu ipſo mutato, mutatus prout in illa hora contigit, prædominator eſt. Fuit aūt mutatus ſtatus tempore quo tranſlatum fuit imperium de ſede Conſtantini in partes occidentalis, uel ut apertius dicam, in ſeipſos. ubi primum ſummus Pontifex quantū ad temporalia imperatori erat ſubiectus, quod multæ ſanctorū pontificū epiſtolę per inſcriptioēs iſtas oſtendūt. dominos enim ſuos aperte appellant imperatores: poſt tranſlationem imperij hos ipſos ipſi coronauerūt coronātq́; imperatores, pedibus ſuis ſubiecerūt ſubijciūtq́; ubi nullius erant oppidi domini, multas urbes Italię poſſident. Statu ergo mutato ille Planeta prædominator huius eorum ſtatus qui in ipſa hora mutationis in qua imperatorē occidentalē pedibus ſuis ſubiecerūt, plures dignitatū partes habuit in medio cœli. Hic ♄ eſt quod à geſtis ipſorū probatur ſicut ab effectu cauſa, ut uim inferre alienaq́; rapere ♂ datur, ita ingenio ſimulationeq́; aut non ferro nec armis, ſed dolo in aliena ſubrepere ♄ attribuit. Hinc fit ut uehementer errent qui de ſtatu eorū iudicant. Ego aūt miror ſi nō mutatio ſtatus homines commonuit, quomodo ita ſint rationis expertes, ut cū ex ♄ infortunationib° fortunationib° ue fortunatior aut infortunatior ſtatus eorū fiat, nō percipiāt ♄ eſſe ſtatum eorum maxime noſtris temporibus. Nam cum iam langueſcat ſtatus ſu° propter ♄ primum ſitum, aſpectusq́; facile omnes ☌ ♂ cum ♄ & ☍, □ ipſosq́; perturbat. Id nō iōga locorū temporumq́; cōputatione, ſed ſimplici, propter ♄ tarditatem in ☌ ☍q́; ſemper præuidi dixiq́; amicis, conijciendo non cōputando propter negocia familiaria diligēter. Nam turbationes quas cōmunes Franciſcus Sfortia Papæ Eugenio uiro papatu digno intulit à ☌ in ♈ ♂ cum ♄ initiū cœperūt. Quare timeo ac conijcio ne ☌ in ♏ cæteraq́; aduerſa ſchemata ubi ♂ præualet futura maxime quæ maioris efficaciæ ſunt. huiuſmodi uero ſunt quæ longiore tempore durant. Durant aūt magis quæ nō progredientibus accidūt, tanto magis tranſuerſos rapiant iſtos, quanto qui nunc eis ſeptennio prǫeſt, rem omnem ad perniciē præparauit, & ad ſummā inuidiā atque odium neglecta Conſtantinopoli adduxit. Quamuis igitur ipſo ſacerdotio ♃ præſit, præſentem tamen Romanæ eccleſiæ ſecularemq́; ſtatū ♄ protegit. Quare prudēter in omnibus mutationes rerum notandæ ſunt. Et à principijs mutationum prædominatores quos epicratoras græcè dicimus, conſtituendi uel ſi id fieri non poteſt, ab effectibus conijciendi ſunt.

Aphoriſmus XXXII.

AD concordiā inter duos conducit conueniens aſpectus ſtellarū, quæ ſpeciem illius rei ſignificant in quibus ineſt amicitia in utraq; natiuitate.

COncordiam dicit cōſenſum duorum in una re gubernanda facienda'ue. Sicut ſi duo ad regendam ſcholam puerorumq́; ludum uel ad emendū uendendumq́; gratia quæſtus cōueniant. Cuius rei formam ſpeciemq́; ☿ ſignificat. ☿ ergo in hac re Planetam in utraq; natiuitate cōſiderabimus. Et ſi fiet aſpectus cōueniens ut trigonus aut ſextilis inter loca ☿ in quibus fuit in utraq; natiuitate, erit inter homines illos concordia in illa re gubernanda. Sin aūt diſcrepans fuerit aſpectus, ut □ uel ☍ erit in ea re inter illos homines diſcordia. Notandū tamen quòd in Græco cōueniens configuratio ſcribitur, quo uerbo quia generalius eſt & ſuperius ad aſpectū ☌ etiam includitur, ſicut ſi eodem in ſigno ac gradu Planeta qui rem ſignificat in utraq; fuerit natiuitate. Concordiā enim, ut dictū eſt, inter illos ſignificat. Illud etiam hinc ſequitur. Si nullus aſpectus neq; ☌ ſit inter loca ſtellæ rem ſignificantis nō eſſe futuram concordiā. Nam ſi ad bona, ut dicam græcè cōfiguratio & aſpectus requiritur, unde hoc abeſt, inde concordia quoq; aberit. Durus autem textus uidetur, niſi ſic ſuppleas quę ſpeciem illius rei ſignificant, in quibus eſt amicitia in utraq; natiuitate, quæ res illis ambobus communis eſt.

Aphoriſmus XXXIII.

AMor & odiū accipiunt ex luminarium conuenientia, tum etiā aſcendentis utriuſque natiuitatis. Signa uero quę obediētia dicunt, intendūt amicitiā.

VT in pręcedēti, ſic in hoc quoq; Aphoriſmo conuenientia intelligenda eſt, ut ſi ☉ in altera natiuitate in ♈ ☾ in ♉ fuerit in altera ☉ in ♌ ☾ in ♍. Trigonus enim eſt aſpectus ☉ ad ☉ & ☾ ad ☾. Id etiam erit permutando, id eſt ſi ☉ in ♍, ☾ in ♌ erit, idem etiam ſi in eodē luminaria fuerint loco, in utraq; natiuitate. Vim enim ☌ eam habet. Sed aſcendēs quoq; conſiderandū. Nam ſi idem fuerit aut cōuenerit, ut ſigna aſcendētia ſunt in triplicitate uel ſextili ſe aſpectu aſpicientia. Amicitiā enim inter illos homines firmam & amorē ſignificant futurū. Contrà uerò, contrariū, nō in peragenda re aliqua ſicut in præcedente, ſed uniuerſaliter ſigna intendunt. Duodecim ſignorū ſex prima imperare dicuntur, ſex poſtrema obedire, ita ut ♈ ♓ imperet ♉ ♒ ♊ ♑, & ſic de cæteris. Si ergo unū in utraq; natiuitate obediens ſignū aſcēdit aut duo non cōuenientia ſolum, ſed etiam obediētia, ut ♍ in altera, in altera ♓ intenditur amicitia. Hinc contrarium collige. Si idem imperans ſignū in utraq; aſcendit aut ambo nō ſolum diſcōuenientia ſigna, ſed etiam imperantia ſint, intenditur odium. Nam ut ibi alter alteri obediēdo in amore magis firmantur, ita hic alter alteri imperando maiora ſuſcitant odia. Quod ſi cōuenientia ſint & alterū imperet, alterum obediat, ſicut ſe habent ♌ & ♂ quaſi patris

et filij amicitia erit, ſin diſcõuenientia ſicut ſe habẽt ♌ & ♏ domini ferè ac ſeruẽtis diſsidia facient. Hæc à Ptolemæi Aphoriſmo mihi cõſequi uident.

Aphoriſmus XXXIIII.

DOminus σ uel qui maioris dignitatis eſt, ſi fuerit in angulo, ſignificat omnia quæ fiunt in illo menſe.

DOminus σ eſt dominus ſigni, in quo facta eſt illa σ, id eſt, qui maioris dignitatis eſt in gradu σ. Maioris autem dignitatis dicitur, quia plures aut maiores habet dignitates de quinque uidelicet dignitatibus, quæ ſunt domus, exaltatio, triplicitas, termini, facies. Hæc quinque ita ſe habent, ut prima maxima ſit, ultima minima, mediæ prout maximæ minimæ'ue appropinquant. Is ergo prædominatur. Sic enim græcè appellant qui maioris dignitatis in ſigno eſt. Sed, inquit, ſi fuerit in angulo, omnia quæ fiunt illo menſe, &c. Quare primũ natura illius, deinde uirtus, tum quę à locis ſuis uel alienis, tum quæ à ſitu eius in cœlo colligitur, hoc eſt, etiam anguli qualitate, tum quę ab aſpectu aliorum Planetarum σ aſpicitur, diligenter inueſtiganda. Sic enim quę'nam & qualia futura ſint in illo menſe, prædici generaliter poterunt. Stultitia enim eſt particulariter dicere, ut à primo ſtatim Aphoriſmo habetur, illum diem pluuioſum futurũ & illum ſerenum. Nam menſem humidum uel ſiccum uel uentoſum uel borealem magis uel auſtralem futurum ſcientia conſequi poſſumus, illum uerò diem borealem futurum & illum auſtralem nõ prædicunt, niſi furentes & maiore aliqua quàm naturali poteſtate concitati.

Aphoriſmus XXXV.

QVando ☉ in locum alicuius ſtellæ peruenit, mouet actionẽ eius quã habet in aere.

MOuet, inquit, ☉ actionem eius loci ac ſigni quam illud ſignum habet in ea ſtella. Solet autem Planetas ſtellas appellare tunc maxime quando uult Solem & ☾ excipi. Dixit aũt, mouet, quia ad illam temperiẽ declinat, quam ſolet efficere ſtella, id eſt, Planeta in illo ſuo loco, uerbi gratia. Quando ☉ eſt in ♈, tempus eſt tale quale cæteris paribus eſt, quando ♂ eſt in ♈. Et quando ☉ eſt in ♉ tale tempus eſt, quale ferè ſi ♀ ſit in ♉, et ſic de cæteris.

Aphoriſmus XXXVI.

VTaris cooperatricibus ſtellis fixis in ædificatione urbiũ, Planetis uerò in ædificatione domorum. In omni autem urbe quæ ♂ habuerit in medio cœli gladio, ut plurimum reges moriuntur.

FIxas eligere iubet non omnes iudicio meo, ſed quæ ſunt de natura ♃ & ♀. His ergo dicit utendum eſſe in ædificatione urbiũ principio, ut ſcilicet ſint in cardinibus et maxime aſcendentis et medij cœli. cooperatricibus uerò ait, quia Planetis maxime utendum eſt qui angulis ſint uel bonum ad ſixas habeant aſpectum. Ex omnibus enim Planetis ♂ uitandum cenſet, et in cadente aliqua domo ponendum, ac maxime cauendũ ne in medio cœli ſit. Cætera plana ſunt.

Aphoriſmus XXXVII.

QVi uirginem uel ♓ in aſcendente habuerunt, illi ipſi erunt cauſa ſuæ potentiæ: qui uerò ♈ uel ♎, erunt cauſa mortis ſuæ. Eodem modo in cæteris quoque ſignis ratiocineris.

IDipſum ſignificatur ſi unus eſt dominus duarum domorum quod ſignificatur ex coniunctione duorum dominorum. Verbi gratia. Si dominus aſcendentis coniungitur domino medij cœli, ſignificatur quod natus erit cauſa ſuæ potentiæ. Nam aſcendens perſonam nati ſignificat, mediũ cœli potentiam, principatum & regnum. ♍ autem aſcendente, ☿ medij cœli dominus eſt. ♓ uerò aſcendentibus, ♃ utriuſque domus aſcendentis dico & medij cœli dominus reperitur. Quum uero ♈ & ♎ erunt cauſa ſuæ mortis. Quod etiã ſignificatur quando dominus aſcendentis coniungitur domino domus octauæ quę mortis domus uocatur. Nam quando ♈ aſcendit ♂ eius dominus octauæq́ inuenitur. Quando uero ♎ ♀ utriuſque domus domina eſt. Et ſimiliter, inquit, in ceteris conſiderãdũ eſt Planetis qui habent duas domos, quarum una aſcendit, altera in alio loco ſit: ut cum ♑ aſcendit: quoniam primæ & ſecundæ quæ diuitias ſignificat & cenſum ♄ dominatur. Significat natũ ipſum cauſam fore ſui cenſus ac diuitiarum. Quando ♒ inimicitiarum, quando ♍ ualetudinis ac ægrotationum ſuarum, & ſic de cæteris.

Aphoriſmus XXXVIII.

QVando ☿ eſt in aliqua domo ♄, & eſt potens, præbet ei qui tunc natus eſt exquiſitam rerum intelligentiam. Quando aũt eſt in aliqua domo ♂, tunc bonam linguæ uolubilitatem præbet, & maxime in ♈.

CLarus eſt Aphoriſmus. Potens in ♑ & ♒ erit ☿ ſi erit in angulo primũ, deinde in terminis uel facie ſua. Cauſa etiam manifeſta eſt: ♄ enim melancholicos facit, quam complexionem & ad intelligentiam rerum & ad omnes res graues aptiſsimam demonſtrat Ariſtoteles in Problematis iuxta calcem. Ideo, ut arbitror, intellectiua uirt⁹ ♄ à multis tribuit. ♂ aũt loca bonã præbẽt linguæ uolubilitatem. Quoniã eloquẽtia audaciã deſiderat, & pronunciatio ſiccitatẽ membri. Primũ utraq; ſigna ♂ faciunt, alterum ♈ ſolum. Nam ♏ humidum eſt. Cum ergo lingua ſit eloquentię principale organũ formandæq; ipſius uis à ☿ infundatur ſi in ſigno ſicco inuenitur, ſiccior ac ideo uolubilior efficitur. Sin uerò in humido grauata humiditate formandi ua uirtus ☿ grauiorem humore reddit linguã, ac ideo minus ad uolubilitatẽ eloquentiæ accõmoda.

Aphoriſmus XXXIX.

SI undecima domus in coronatione regis infortunatur, ſignificat nocumentum

mentum domeſticorum eius, ſin ſecunda ſignificat nocumentum gregis eius.

SI undecima domus infortunetur, hoc eſt, ab Infortunantibus aſpicitur, uel infortunantes Planetæ ut ♄ uel ♂ in ea ſunt. Clara ſunt reliqua. Nam decima domus ipſum regem & regnū ſignificat. Vndecima amicos ac domeſticos eius. Secunda gregem eius, hoc eſt, uulgus & multitudinem ſubditorum. Hic enim cenſus regius eſt.

Aphoriſmus XL.

QVando aſcendens ab infortunantibus obſidet̄, qui tunc natus eſt turpibus rebus delectatur, & fœtidarum rerum diligit odorem.

OBſeſsio Planetæ uel aſcendentis ab infortunantibus eſt, quando eſt in medio duorum infortunantis Planetæ aſpectuum. Verbi grana, ſit ♂ in ♈. Et aſcendat ♍ quæ eſt inter ♌ & ♎ & à ♂ aſpiciuntur, & ♍ mediam obſident. Obſidetur igitur ♍, & quicunq; Planeta in ipſa eſt à ♂. Cętera clara ſunt. Sed à duobus etiam malignis Planetis locus aliquis & ſignum poteſt obſideri, ut ſi ♄ eſt in ♍ & ♂ in ♏. ab ☍ enim utriuſque radiatione ♈ obſidet. Nam ♄ ♓ ♂ ♉ radijs ☍ percutit inter quos ♈ collocatus eſt. Obſidetur ergo ♈. ♄ uero obſeſſo tanto peior eſt, quanto propinquior reperitur. Sit ♄ In decimo gradu ♎ et ♂ in 10 ♏ □ utriuſque radijs uigintiquinque gradus ♑ obſidetur. Idem ♑ gradus □ & △ ♄. & ♂ ſextili & □ aſpectu obſidetur. Item hoc Aphoriſmo docemur non percuſſa ſolum Planetarum radijs loca, uerum obſeſſa etiam eſſe conſideranda. Et ſic à bonis circumdata proficere, à malis circumdata officere. Illud ipſe affirmarim obſeſſum locum non pluribus quàm 15. gradibus ab alterutro gradu obſidente diſtare oportere.

Aphoriſmus XLI.

CAue ne octaua domus et dominus eius in tempore abeundi infortunetur, in tempore autem redeundi, ne ſecunda & dominus eius.

PLanus eſt aphoriſm⁹. Octaua enim domus iter abeuntis ſignificat, ſecunda quæſtū. Et illa quoniam auerſa eſt ab aſcendente & ad ☍ aſcendentis domum ſuccedens, uitam in alienis ſignificat. hæc quoniam aſcendenti ſuccedit, reditui ad patriam præeſt.

Aphoriſmus LXII.

QVando ægrotatio incipiet ſi ☾ erit in ſigno in quo aliqua infortunans fuit in natiuitate uel in quadratura ipſius, uel in diametrali ☍ erit difficilima. Quod ſi etiam infortunans reſpicit, erit periculoſa. Sin uerò erit in loco ubi fortunans erat in natiuitate, non erit periculoſa.

APerta omnia ſunt. Fundamentalia enim loca Planetarum, hoc eſt, ubi fuerant in natiuitate per totius uitæ ſpacium uires ſuas effundunt. Quare ſi cum ægrotatio incipit ☾ fuerit in loco ubi nocíuus Planeta fuit in natiuitate uel in □ ipſius Planetæ nociui, hoc eſt in loco qui nonaginta gradib⁹ diſtat à loco fundamentali eius uel in diametraliter ☍. erit, inquit, difficilima. Quod ſi etiam infortunans reſpicit eam uidelicet Lunam in principio ægrotationis, creſcit cumulaturq; malignitas. Et ſic ægrotatio periculoſa redditur. Oppoſitum intellige ſi ☾ in loco fundamentali fœlicis Planetæ fuerit ineunte morbo. Hunc Aphoriſmum ad initia etiam aliorum caſuum agendarumq; rerum, non erit inutile traansferre.

Aphoriſmus XLIII.

MAlefactiuos genitis aſpectus intendunt cōtrarij tēporales aſpectus.

MAlefactiuos aſpectus genitis appellat ☍ & □ Infortunantium Planetarum, qui fuerunt in principio principales urbis unde gens dominatur. Horum, inquit, aſpectuum nocumenta intendunt à contrarijs aſpectibus, □ & ☍ infortunantium. Temporalibus autem, hoc eſt qui non in ædificatione urbis uel inſtitutione ciuitatis aut dogmatis receptione. Ad omnia enim hæc accommodatur, ſed poſtea conſequuntur. Nam illos quidem cata id eſt fundamentales græci ſolent appellare, hos cataparodon, hoc eſt tranſitores uel temporales. Qando igitur malus fundamentalis aſpectus fuit, intenditur, inquit, nocumentum quod ab eo infertur. Quando poſtea malus temporalis aſpectus In eundem Planetam uel locum radios Intulit. Verbi gratia, Si ♂ fundamentaliter per □ ad aſcendens ipſum aſpexerit. Hanc malefactiui aſpectus ſignificationem intendit quadratura ♂ ad idem ſignum temporaliter futura, ſi fortè tunc erit quando res ſignificata per fundamentalem aſpectum futura eſt. Hinc collige quòd boni aſpectus temporales minuunt malum, fundamentales omnino liberāt, niſi ſint imbecilliores.

Aphoriſmus XLIIII.

QVando aſcendens ægrotantis figuris natiuitatis eius repugnat, & annus non deuenit ad fœlicem aliquem Planetam, nocuum.

FIguris natiuitatis in plurali dixit, quia utrunq; uoluit, meo iudicio, complecti. Dupliciter enim hoc uerbum apud Græcos in Aſtrologia capitur pro ipſa poſitione ordineq; ſignorū in duodecim domibus, & pro aſpectibus Planetarum ☌ non excepta. Primum igitur eſt, ſi ægrotantis aſcendens fuerit unum de tribus ſignis figuræ, quæ repugnāt aſcendēti, quoniam ab eo auerſa ſunt ſexta domus, octaua, duodecima. Alterum, ſi aſcendens ægrotationis fuerit ſignum ubi fuit infortunans tempore natiuitatis, uel aſpectum ab infortunante per ☍ uel □ nociuum eſt inquit huiuſmodi aſcendens, niſi reuolutio anni in qua ægritudo incepit in ♃ uel ♀ quę ſunt fœlices ſtellę, deuenerit, ut ſcilicet aliquis iſtorum Planetarum prædominator reuolutionis nato uel ſaltem dominus aſcendentis ſit.

Aphoriſmus XLV.

OMnis homo qui non habet prædominatores natiuitatis ſuæ in ſignis formæ humanæ, alienus erit à ſocietate humana.

MVltipliciter prædominatorem accipit, atq; ideo in eadem natiuitate multos eſſe conſiderandos aſſerit. Prædominatores ſunt ☾ in nocte, ☉ in die ſi eſt in aſcendente uel in medio cœli uel in ſeptima uel in nona aut in undecima, hoc eſt in omnibus ſupra terram præter octauam & duodecimam. Item qui ſunt in ſignis ubi plures habent dignitates cæteris in eo tempore, niſi cadant ab aſcendente. præterea qui habent in aſcendente dignitates, hoc eſt partes dignitatum. Sic enim ſemper intelligendum eſt. Si ergo iſti ſint in ſignis formæ humanæ, ut in ♊ ♍ ♐. & huiuſmodi faciunt hominem ciuilem, facilem, atque (ut ita dicam) congregabilem. Sin uerò ſint in inferioribus ſignis, alienum faciunt à ſocietate humana, minus tamen in manſuetis, ut in ♈. Magis in atrocibus, ut in ♌, in ♏. Nam in manſuetis ipſi humiliter ſequũtur homines amantq;, ſed quaſi uiles ab eis contemnuntur. Quod ego in pleriſque uidi, qui prædominatores in ♈ habuerunt.

Aphoriſmus XLVI.

MAgnæ in natiuitatibus fœlicitates à fixis fiunt, & ab angulo coniunctionum, & à loco ⊕ cum fuerit aſcendens in ipſis.

TRes docet eſſe cauſas magnæ fœlicitatis. Quando fixa ſtella primæ magnitudinis naturæ fortunantium eſt in gradu aſcendente. Quando ⊕ eſt in ipſo gradu aſcendente, & quando aſcendens ☍ gradus uel ☌ præteritæ eſt, etiam gradus aſcendens in natiuitate. Hæc tria concurrere dicit in magnis fœlicitatibus. uerum quoniam utile eſſe in ſcientia ducimus oppoſita colligere: ubique id faciunt ſtudioſi, facilime nanque eſt factu: quoniam oppoſitorum cauſæ oppoſitæ ſunt. Fiunt ergo magnæ infœlicitates ſi fixa infœlix, hoc eſt naturæ ♂ uel ♄ fuerit in gradu aſcendente, & ⊕ in domo ſexta, octaua uel duodecima partialiter, hoc eſt in ipſa parte ac gradu cuſpidis collocata. Et ad hæc duo ſi illud tertium etiam concurrerit, ut aſcendẽs ☌ quæ natiuitatem immediate præceſſit in aliqua ex prędictis domibus partialiter reperiatur. Verum illud ubique tenendum, res ita exponi, ut nullum per aliam rationem impedimẽtum inferatur. Nam hic & fœlicitas minuitur aut omnino demittitur ſi radium ♂ uel ♄ ☍ uel □ immiſerit. Et infœlicitas ſimiliter ſi ♃ aut ♀ affuerint, aut per ſextiles aut △ radios iuuerint. Sed maximæ quidem fœlicitates concurſu trium cauſarũ (ut diximus) fiunt, magnæ duarum, non contemnendæ ex una quoque cauſa proueniunt. Quod autem dixit ab angulo coniunctionis, quamuis de aſcendente ſolũmodo crediderim ipſum intellexiſſe, tamẽ cæteros quoque angulos nonnihil afferre, ſi in aſcendente natiuitatis ceciderint, non negauerim & primum meridianum ſuper terram, deinde occidentalem; deinde domum quartam.

Aphoriſmus XLVII.

QVando in natiuitate infœlix ſtella in loco ſtellæ fœlicis fuerit in alia natiuitate, nocebitur habenti fœlicem ab eo qui habet infœlicem.

QVando in natiuitate fuerit Planeta infœlicitãs uidelicet & infortunans, ut uerbi gratia, ♂ in loco fœlicitantis in alia natiuitate, ut in loco ♃ nocebit qui habet ♂, ei qui habuit ♃, ut ſi ♃ fuit in ♊ in una, & ♂ in altera in eiſdem ♊. Hæc Ptolemæus. Additur ueriſimiliter nocumentum fore ſecundum naturam nocentis. Nam ſi ♄ eſt nocens, nocebit dolo. Si ♂ ira et ui. A locis autem iudicant ad quos pertinebit. ut ſi in quinta, ad filios: ſi in ſecunda, ad diuitias.

Aphoriſmus XLVIII.

QVando angulus medij cœli domini eſt aſcendens clientis & horum prædominatores amicabili ſe aſpectu reſpexerit, multis temporibus cõiuncti perdurabunt. Idem erit ſi ſexta domus ſecundum aſcendens domini fuerit.

ETſi ipſe, inquit, grad⁹ anguli medij cœli in natiuitate domini erit gradus aſcendentis eiuſdem ſigni in natiuitate clientis perſeuerabunt coniuncti multo tempore. Si horum quoque domini atq; clientis, id eſt medij cœli atque aſcendentis prædominatores ſe amicabiliter aſpexerint. Idem fit ſi ſexta domus ſerui fuerit in aſcendente domini. nonnulli ſimilia trahunt uxoris, ſi ima mulieris aſcendens uiri fuerit. filiorum, ſi quinta filij fuerit aſcendens patris. fratrum, ſi tertia domus unius fuerit aſcendens alterius. Sed quamuis iſta non fiunt, neceſſitudo tamen coniunctionis & ſanguinis aſtris etiam dominatur. Prudentiſſime igitur Ptolemęus hæc in neceſſitudine neglexit: quæ tamen quando adiunt, etiam ipſa neceſſitudo leges naturæ excedere uidetur.

Aphoriſmus XLIX.

QVando aſcendens cliẽtis eſt in medio cœli domini, adeò illi clientulo credet dominus ſuus, ut ſibi ab illo imperetur.

QVando aſcendens clientis eſt in medio cœli domini, hoc eſt & ſignum & idem gradus ſigni tunc ſubditus domino imperat, omnia enim ſic cõgregantur accumulanturq; nõ ſolũ dignitates Planetæ quas in ſigno toto habet, uerũ etiam illi quas in gradibus ſigni nonnullis habet, ut facies termini exaltationis, etiam uirtus quamuis per totum ſignum fundatur, unum tamen poſſidere gradum uidetur. Ad hæc, ut trigeſimo ſeptimo Aphoriſmo diximus, quando duobus locis unus Planeta præeſt ac dominatur, tantum efficitur, quantum ſi duo qui dominarentur coniuncti ſint, imò tanto magis quanto maior unio in uno eſt, quàm in duobus

bus coniunctis. Quas ob res ingens quoque ſequitur enectus, ut regi ſubditus imperet. Non eſt autem abſurdum adijcere quod præcedenti additur ſimile fore. Si ſexta domus ſerui in medio cœlo domini fuerit Quæ autem dicebamus neglecta in antecedenti á Ptolemæo fuiſſe, quando ipſa neceſsitudo atque coniunctio ſanguinis ſtellis ipſis præualeat ea, ut maiorem uim habere ſi á ſtellis iuuentur, nemo negauerit, ſicaut diminui aut in oppoſitum rapi ſi magna uis cœli reſtiterit, ipſe contenderim. Sed excedentia ubique atque in omnibus rariſsima & quaſi monſtra naturæ habenda ſunt.

Aphoriſmus L.

NE prætermiſeris 119 Planetarum ☌, Ex ipſis enim habetur cognitio generationis & corruptionis rerum in hoc mundo.

Id eſt, Caue ne prætermiſeris. A coniunctionibus in ſignis ſecundum naturam utrorumque hæc inferiora mouentur, atque ita generationes rerum corruptiones'que ſequuntur. Dicit autem has coniunctiones eſſe 119. quod unuſquiſque paruo labore uidebit, ſi primo duorum, deinde trium, poſtea 4 5. 6. 7. planetarum coniunctiones numerabit. Dominorum ſic ♄ cum ♃. ♄ cum ♂. & cætera. trium ſic ♄ ♃ cum ♂ ♃. ♂ ☉. ♂ ☉ ♀. Et in cæteris eodem modo.

Aphoriſmus LI.

VBi eſt ☾ tempore natiuitatis, illud ſignum in conceptione aſcendebat. Et ubi fuit in conceptione, illud ſignum in natiuitate aſcendit, aut diametraliter ei oppoſitum.

APertus clarus'que per ſeipſum Aphoriſmus eſt. Sed falſus nonnullis uidetur, propter Hermetem qui huius inuentor fuiſſe putatur, nec ipſe negauerim. Illum enim ſequor qui dixit, artes inuentas eſſe additionibus. Nam quæ priores confuſius minus'que contulerunt, ea poſteriores diſtinctius uerius'que limarunt. Hermes locum ſcripſit & gradum ubi ☾ eſt in natiuitate aſcendiſſe in conceptione, contraq; gradum ubi fuit in conceptione, aſcendere in natiuitate putauit. Ptolemæus ſignum ſolummodo ſcripſit aut ipſum aut eius oppoſitum, quod res ipſa uerum eſſe oſtendit. Mora enim embrionis in utero, nouem penè menſium ſolarium eſt. Semper enim in exitu ferè nouem huiuſmodi menſium ex utero funduntur homines. Cuius ratio eſt, quia domus decima apparitionis largitrix ſit. Si ergo á loco ☉ ubi fuit in conceptione nouem Solares menſes conſequenter ſubtraxeris, erit motus ☉ in ipſo medij cœli angulo, hoc eſt in decima domo á loco ſuo, quæ actiuæ uitæ fundamentum atque principium eſt. Effundetur ergo ad agendum infans. Verum quoniam paulominus plus'ue morari accidit, idcirco errori locus eſt datus, ut maior, media minor'que mora, conficta ſit. Hic error deinde magis per ignorantiam uulgi Aſtrologorum comprobatus eſt. Nam dato in natiuitate loco ☾ moram ex ipſo accipiunt. Et id temporis ſpacium reuoluentes, aſcendere Lunam inueniunt. Quare decepti tunc omnino factam conceptionem exiſtimant, nec intelligere poſſunt id ex motu Lunæ ita euenire. Vbicunque enim in cœlo dabitur Luna, ſi reuoluto tempore per ſpacium moræ quam ſcribunt ingredieris, aſcendere ipſam inuenies. Motus ergo ipſius Lunaris illud accidens eſt ſcitu certe contemplatione'que dignum. Vtrum uerò ſecundum Lunæ motum poſt conceptionem homines etiam utero prodeant, non á motu cui per ſe id accidit, ſed ab experientia partus hominum inueſtigandum eſt. Teneri autem res periculo experimento'que debet, tum á mulieribus quæ conceptionem uoluptate ſentiunt, quæ uteri motu in raptu ſpermatis ſemper ſolet fieri, tum á uiris mente longioris. Nam cum poſt uoluptatem illam ſtatim rapto ſpermate hauſto'que uterus claudatur, ut Ariſtoteli placet, & experientia docet, ſentiunt uiri compreſsionem nõ paruam, & quaſi retentionem mentæ poſt ipſam ſpermatis proiectionem. tum ex caſibus multis quibus fit, ut poſtquàm honeſte uiuentes uiri & uxores conuenerunt, longiore interiecto tempore ad id redeant. Ex quibus omnibus colligitur Solarium ſemper menſium nouem penè moram hominis in utero eſſe. Solum ergo quando Luna in aſcendente reperitur, Hermetis uera eſt regula, in alijs minime. Nam quando in occidentali angulo eſt non ipſum, ſed oppoſitum ſignum aſcendet. Quando autem nec in orientali angulo nec in occidentali, ſed intermedijs locis inuenitur, difficile eſt dictu utrum idem an oppoſitum. Id enim erat quod ſecundum motum Lunæ uelociorem tardiorem'ue magis ad nouem Solares menſes accedet. Præterea ſi uera Hermetis regula eſſet: quoniam conſtat Ptolemæum ipſam uidiſſe, quippe cum eam emendauerit. Nunquã ubi agit de inueniendo aſcendente hominum tam ancipitem atq; lubricam rem putaſſet, ut uix eam inuenire poſſe confidat, quippe quam ipſe ponit á prædominatore ☌ uel oppoſitionis quaſi dubia ſit. Hac itaque uia difficultate rerum compulſi abutemur, quo abuſionis uerbo uſum fuiſſe ipſum Ptolemæum puto: quoniam plerumque quidem ita ſit. Et ſi quando ita non ſit maxima tamen prædominatoris gradus poſt gradum qui uere aſcẽdit, nim habet in cuſpide domus primæ poſitus.

Aphoriſmus LII.

DOmini natiuitatis hominum procerorum in maxima ſua longitudine ſunt, & ipſorum horoſcopi in ſignorũ principijs naniformium in minima. Sed cum iſtis etiam conſiderabis, utrum multarum an paucarum aſcenſionum ſigna ſint.

DOmini natiuitatis, hoc eſt prædominatores, qui maioris in natiuitate ſunt dignitatis, hoc eſt, qui plures dignitatum partes habent in aſcendente. Nam cum tripliciter (ut diximus) maxime præ-

dominatores tum dicunt luminaria, quando ſunt in locis apheticis qui ſunt omnes ſupra terram, pręter octauam & duodecimam domum ☉ in die & ☾ in nocte. Et maxime in ſignis ſectæ ſuæ principatum tenent. Item quicunq; Planetæ habent plures dignitatum partes in ſigno ubi eſt, quàm cæteri in ſignis ubi ſunt, nec ab aſcendente cadit. præterea qui plures habet in aſcendente, hic potiſsimum nunc cõſiderand⁹ eſt. De proceritate enim corporis agitur, quæ ſignificatio aſcendentis maxime eſt. Ita in omnibus ſecundũ rem de qua agit, prædominator eligend⁹ eſt. Huiuſmodi ergo prædominatores ſi ſint in maxima ſua longitudine, ut ☉ circa principium ♋ procerũ longioremq; hominẽ faciunt q̃ ſi ſint in minima quæ ſemper & in omnibus Planetis maxime oppoſita & diametralis eſt. Hoc primum. In quo illud cõſiderandum quòd non ſolus prædominator cõſiderandus eſt, uerum etiam dominus ſigni ubi prędominator reperitur. Nam ipſe quoq; in maxima minima'ue ſua longitudine ſit, et cum prędominatore conueniat, firmior res erit. Sin cõtrariæ diſpoſitionis q̃ prædominator ſit, non parum ei detrahit, ita tamẽ ut prædominatoris uirtus ſemper præferat. Hoc præceptũ hic dictum, cæteris quoq; accommodandũ eſt. Alterum eſt, ut principia ſignorũ aſcendant. Tertiũ, ut aſcendant ſigna multarum aſcenſionũ. Sic à ♋ ad ♐ plurimarũ ſunt ♍, & ♎ paucíſsimarũ ♈ & ♓, ſed prima ratio cæteris potentior eſt. Quod oſtendit quia uel ſola ſi acciderit in minima ſua longitudine, naniformes facit, hoc eſt, nani ſimiles. Omnia uerò ſi acciderint quòd ſcilicet prædominatores in minima ſua longitudine ſint. Et grad⁹ aſcendẽs in fine ſigni. Et ipſum ſignum aſcendẽs pauciſſimarũ aſcenſionũ paruos nanos efficiũt. Sed regionũ quoq; proprietas et parentum proceritas diligenter conſideranda.

Aphoriſmus LIII.

MAcrorũ domini latitudine carent, pinguiũ uerò latitudinem habẽt. Et ſi latitudo auſtralis eſt, mobiles erunt, & quidem facile: ſi autem boreales, difficilime mobiles.

PRædominatores ut in ſuperiori hic quoque dominos appellat aſcendẽtis: cætera clara ſunt. Facit autem auſtraris latitudo ita pingues, ut pinguedo nõ nimium grauet, nec multum impediat: quia calidiorem auſtralia faciunt cõplexionem, calor uerò mobiles reddit. Econtra Septentrio propter frigus grauiores immobilioresq; facit. Sed & regiones & parentes hic quoq; conſiderandi ſunt.

Aphoriſmus LIIII.

PLanetę qui dominant in ædificijs, ſi aſpiciũt Planetas qui ſub terra ſunt, impedimẽto ſunt altitudini ædificiorũ.

¶ Prædominatores ſimiliter. Cætera clara ſunt.

Aphoriſmus LV.

MInuit nocumẽtum ♂ in nauibus quando nõ eſt in medio cœli, nec in domo undecima. Cum enim in his locis fuerit, corrũpit nauem ui pyratarum. Quod ſi etiam aſcendens per fixã aliquã infortunatur ſtellam, quæ complexionẽ habeat ♂, cremabitur nauis.

OStendit nocumentũ ♂ in principio fabricationis aut deductionis nauiũ paruũ eſſe, niſi ſit in domo decima uel undecima. In decima, quia illi naues ipſæ: in undecima, quia res quæ ſunt in naui ei attribuuntur. In altera igitur horũ ſi ♂ fuerit, pyratarum aggreſſus ſignificat. Quod ſi cum altero iſtorum ſtella etiam fixa naturæ ♂ fuerit in aſcendẽte, cremabit nauis. Non dubitauerim hæc magis eſſe in hora cauẽda qua nauis incipit eſſe nauis, hoc eſt quando nare deducta incipit. Sed in ſolutione quoque principali ſingularum nauigationum cauenda eſſe dixerim.

Aphoriſmus LVI.

IN prima quadratura, hoc eſt poſteaq̃ ☾ exierit à ☌ ☉ uſq; ad ſecundam, effluũt corporum humiditates, in reliquis uerò minuuntur.

DVas ☾ facit ad ☉ quadraturas. Vna, cum à ☌ ☉ per 90. grad⁹ receſſerit, altera cũ poſt ☍ per 90. gradus diſtat à ☉. Quoniã ergo dixit in prima, ideo neceſſe eſt aperire quam primã uocat. In prima ergo quę eſt poſteaq̃ ☾ exiuit à ☌ ☉ immediate effluunt humiditates corporũ atq; diffunduntur ſicut aquæ effluunt ex plenis fluuiorum alueis. Et effluũt uſq; ad ſecundã. In reliquis uerò, id eſt à ſecunda uſq; ad primam minuuntur. dixit aũt *in reliquis*, quia ſicut à prima ad ſecundam, ſic à ſecunda ad primam duæ quartæ circuli ſunt.

Aphoriſmus LVII.

QVando ſeptima dom⁹ & dominus eius in ægro impeditur infortunaturq;, muta medicum.

SIcut aſcendẽs ſignificat ęgrotũ, ſic ſeptima medicum eius. Quare ſi Planeta infortunat⁹ in ea ſit, aut eam & dominũ eius aſpicit, quoniã id medici errorẽ ſignificat futurũ, muta medicum,

Aphoriſmus LVIII.

ADuerte cõiunctionis locũ, in quo loco ab aſcendẽte anni eſt. tunc enim erit caſ⁹ quãdo pfectio illuc pueniet.

PEr profectionẽ prædominatoris natiuitatis aſcendentis uel ☉ uel medij cœli aliorũq; ſecundum proprietates naturasq; ſuas inuenit annus in quo aliquid euenturũ eſt. Menſis aũt inde inueniri uix poteſt. Nam etſi natura rerũ id quoq; poſsibile eſt, tamẽ propter uarios circulorũ multiplicesq; anfractus, & ſtellarũ loca, nõ ita præciſe nobis cognita ut res flagitat. Satis eſt ſi quæras annum, etiam ſi Ptolemæus ſcientiam conſecutus ſit. Anno igitur habito, ex profectione alium modum inueniendi menſem docet, qui clarior fiet, ſi exemplo aperiatur 56. ætatis meæ, qui fuit 1451. ſuſpectum habui, profectio ſeu directio enim prædominatoris,

hoc

hoc eſt ut Græci dicunt, apheræ, id eſt ylech qui fuit
in decima domo ad 5. grad. ♑ perueniebat ubi eſt
ſtella naturæ ♄ & ☿ pernicioſa. Menſem in quo
ſemper ſuſpicari quidem poteram. Sed poſt quàm
Papa Nicolaus quintus, quia uertere de Græco in
Latinum recuſaui quòd aperte uiderem labores
meos ab ipſo in alios transferri, quod ſchedulæ in
Ptolemæi commentarios iuſſu eius affixæ oſten-
dunt, furorem ſuum aduerſus me per ſummam in
iuriam effudit, carcereq; atque alijs afflixit incom-
modis. Menſe Maij huius Aphoriſmi uenit mihi in
mentem. Conſideraui ergo in quo loco fuit ab a-
ſcendente reuolutionis anni eiuſdem ♂ quæ præ-
ceſſerat quintum gradum ♑ facta in eodem an-
no, & inueni ipſam in quinta cadere domo. ♌
enim in reuolutione anni ætatis meæ quinquage-
ſimiſexti aſcendebat. ♂ autem quæ præceſſe-
rat quintum ♑ gradum facta fuit in ♐, quod ſi-
gnum quintum reuolutionis locum obtinet. Extra
inueni id calamitatis à ☿ uel Mercuriali Satur-
noq; homine mihi inuehendum fuiſſe in quinto
circiter mẽſe, incipiendo à tempore quo ☉ fuit in
quinto ♑ gradu, hoc eſt, à medio menſis Decem-
bris circiter, & certe furorem in me ſuum diu antea
conceptum. Quoniam non patiebar libros meos
in alios transferri, dedignabat'que commentarios
meos in Ptolemæum, qualeſcunque ſint, mihi eri-
pi, quarto die Maij adaperuit, nec dubito illum pe-
iora etiam uoluiſſe. Sed iuuit primum ♀ trino a-
ſpectu fundamentali aſpiciens. Fuit enim in ſepti-
mo ♉ gradu, deinde ♃ aſpectu temporali. Fuit
enim circa initium ♓ tempore calamitatis. Sed mi
rabitur fortè quiſpiam, cum omnino aliquid in-
commodi futurum erat, cum & temporalis aſpe-
ctus ♃ minuat malum, & fundamentalis △ ♀
omnino liberet, ut in quadrageſimotertio Apho-
riſmo diximus. Potens enim erat ♀, quia in quar-
ta domo & in ♉. Ego autem non dubito dicere,
quòd ſicut ſapiens & incommoda quæ à ſtellis por
tenduntur effugit, & commoda auget, ut ex quar-
to & octauo habetur Aphoriſmo, ſic ſtultus com
moda per amentiam diminuit aut omnino perdit.
Paruas enim imò minimas ad malum inclinatio-
nes, in ſummum incendium per uecordiam rapit.
Cuius rei poteſtatem ex libero arbitrio in corporis
incommodis quæ cõplexiones ſequuntur paruam
habent, in infortunijs quæ inferuntur ipſi inferen
tes. His latius dictis exemplo'que adapertis, ipſius
nunc Aphoriſmi ſenſum breuiter colligamus. Ad-
uerte, inquit, ♂ locum quando coniunctio ſine ad
ditione alia ab Aſtrologis dicitur ☉ ac ☾ intelligi-
tur. Eius autem coniunctionis locus aduertendus
qui præcedit locum fortunatum uel abſcindẽtem.
Sic enim iuniores Latinorum appellant, quem nos
pernicioſum dicimus. In eo ſcilicet anno, quem ti-
mendũ im profectio uel exoptandum ſignificat. Si
bonum aliquod ſignificabit, ut in exemplo propo-
ſito ♂ ante quintũ gradum ♑ comperimus in ♐
factam. Hunc igitur locũ aduerte in quo ab aſcen-
dente reuolutionis eius 5. anni loco cadit. Tunc e-
nim caſus erit quando profectio illic ſuperueniet.
Profectionẽ hic nõ eam dicit quæ per ſingulos gra
dus annũ capimus, ſed eam qua per ſingula ſigna,
id eſt domus, ab aſcendente reuolutionis capto ini
tio menſes ſinguli capiũtur. Quod ita eſſe illud o-
ſtendit, quia 12 figuræ domos in annũ diſtribuit u-
num. Et quoniam ♌ aſcendebat in reuolutione,
tunc cadit ♐ in domo 5. Caſus ergo à doloſa inue
ctus uulpe in quinto menſe à tempore quo cõiun
ctio fuit in quarto ♑ gradu, hoc eſt à medio Decẽ
bris circiter facto initio futur⁹ erat, hic accidit quar
to Maij menſis die. Illud addam, mirũ mihi uideri
ac diligenter animaduertendũ, quòd inſidiæ huiuſ
modi eripiendorũ laborũ meorũ Decembris men-
ſe cœperunt. Tunc enim magnam Ptolemæi Com
poſitionem traductam, & cõmentaria mea Pontifi
ci attuli, qui ipſe Iacobo Cremonẽſi tradidit. Ita ini
tium quidem iniuriæ totius, fuit ſtatim poſtquàm
ad nocẽtem gradum profectio aphetica peruenit.
ſed caſus in menſe prorumpit quinto, ſecundũ Pto
lemæum, in cuius doctrina hæc ratio & hæc uia di-
ligenter ſeruãda tunc eſt, quando à profectione ali
qua fundamẽtali, hoc eſt à natiuitate profectũ quic
quam portendit, quod uel nõ parum cõfirmabit re
uolutio eius anni ad quem peruenit profectio uel
refellet aut minuet. Sed quando nihil certius à nati
uitate deueniẽs, ad aliquem annũ deueniẽs habeat.
Et tamẽ reuolutio aperte futurum oſtendit aliquid
quod uniuerſaliter natiuitas quamuis nõ ad certũ
annũ ſignificare uel ſaltẽ ei non repugnare uideat,
uelisq; proſpicere quo mẽſe id futurũ ſit ♂ quæ re
uolutionẽ eius anni præceſſit immediate, hoc eſt,
nulla alia media in quo ſigno futura ſit, uideas. Et
id ſignũ quo in loco reuolutionis collocatur, conſi
dera. Et ab aſcendente per ſingula ſigna menſes ſin
gulos computa. Tunc enim erit caſus quando pro-
fectio ♂ quæ per menſes procedit illuc perue-
nerit, ut uerbi gratia. Ad reuolutionem anni æta-
tis meæ 58. anno Domini 1453. quæ ſit poſt ter-
tium diem menſis Aprilis, per tredecim horas fe-
rè præcedit coniunctio ☉ & ☾ in ♓ futura. A-
ſcendit autem in reuolutione ♑, ita ♓ ſunt in ter-
tio loco. Quare quod reuolutio pollicetur niſi nati
uitas ab eo aliena eſſet, circa tertium menſem ab
eo qui incipit cum ☉ fuerit in gradu ♈ uigeſimo
ſecundo, futurum & ſperaſſem & cogitaſſem. De
his ſatis. Nunc ad ſequentem tranſeã Aphoriſmũ,
ſi illud dixero, non alia de cauſa niſi quia reuolu-
tiones aliorum habeantur, cum non niſi exemplo
hic Aphoriſm⁹ aperiri poſſet de me ipſo dictum eſ
ſe, ut tam magna Aſtrologiæ ſecreta occulta abdi-
taq; facilius in medium proferrem.

Aphoriſmus LIX.

CAue ne pronuncies de abſente ꝙ
mortuus ſit antequàm perſpexeris
quod nõ ſit ebrius, nec quòd uulneratus,
antequàm examinaueris quòd non inci-
derit uenã, nec quòd theſaurum reperit,
antequàm inueſtigaueris ne depoſitum
fortè acceperit. Similes enim figuræ aſpe-
ctusq; in omnibus ſunt.

PErutilis Aphoriſmus eſt. Fit enim hinc Aſtrolo
gus cautior in proferendis iudicijs quæ propter
ſimilitudinem figurarũ, hoc eſt poſitionis, ſitus &
ordinis

ordinis ſignorum in domibus, & ſimilitudinem aſpectuum Planetarũ decipere poſſunt in rebus connexis. Res connexas appello finitimas & quaſi cognatas quales ipſe enumerat. Depoſitum enim creditum delatum, accipere connexũ eſt inuẽtioni theſauri. Pecunia enim utroq; modo cõfertur. Quibus aũt modis hęc diſtinguantur, nec ipſe dixit, nec ego credo diſtingui diſſepararíq; certius poſſe humana ſcientia. Credo igitur ipſum dixiſſe, *ante quàm examinaueris*, ideo ut remoueret ſi id facere nequeas diſtinctiue. Dicere autem hoc aut illud aut aliud his ſimile. Satis enim eſt homini, ſi de abſentis incolumitate interrogatus ſanguinis, dicat eo die plurimum à corpore illius fluxiſſe. Particularia enim futurorum ſunt, ſicut in primo ſtatim dictũ eſt Aphoriſmo. Quamuis quando huiuſmodi error accidit, mirari magis debemus ingeniũ hominis qui iudicauit, quàm aut hominẽ aut ſcientiã cõtemnere. Legimus Aſtrologum nomine Valentem Conſtantio imperatori dixiſſe, quòd eius filius in ſinu auię ſuę mortuus erat, quod iudiciũ auia ipſius mortua omnes deridebant. Deinde cum in oppido mortuus eſſet quod Cleua eius auiæ nomine uocabatur, omnes mirabantur Valentis ingeniũ. Simile etiam mihi accidit, quod nõ prætermittã, præſertim cum huius rei grauiſsimos teſtes habeã. Nicenus Cardinalis homo priſca gratia dignus, dedit mihi horam in qua Papa Eugenius Cardinalem tituli ſancti Laurentij & pacis & belli artib⁹ ætate noſtra præcipuũ gerendo aduerſus Comitẽ Franciſcum bello præfecit, iudicaui aduerſariũ in ſuas manus uenturũ. In bello deinde gerendo frater Comitis Alexander Piſauri dominus, fratri, ut ferebatur, iratus, cum exercitu ſuo ad Cardinalem tranſiuit. Ita in hoc defecit iudiciũ quod ego ipſum aduerſariũ in manus Cardinalis uenturũ dixerã. Fuit aũt non ipſe, ſed ipſius frater. Conſideraui poſtea ♄ in prima qui Cardinalis partem ſignificabat fuiſſe. ♄ aũt dolos inſidiasq; oſtendit. Quare nõ dubito Alexandrũ conſilio fratris dolo ad Cardinalem tranſiſſe, qui tamen dolus parum eis profuit, prudẽtia Cardinalis ſuperatus & fortitudine. Hoc eſt quod dixit Ptolemæ⁹, niſi perſpexeris inueſtigaueriſq;. Nam etſi aduerſarius ipſe caſur⁹ in manus ſignificabatur, tamẽ quia dolus per ♄ oſtendebatur, ad aliam id perſonã qui fere alter eſſet Comes, oſtendebatur transferendũ. Sed hæc particularia minutaq; nõ quæret mea ſententia qui futuro prædicere uelit, ut hic ſatis erat dicere uel Comitem uel alterum quaſi Comitem non abſq; dolo ad Cardinalem tranſiturum. Hoc latius dixiſſe non inutile omnino putaui.

Aphoriſmus LX.

IN ægrotis reſpice creticos dies et locũ ☾ in angulis figuræ ſexdecim laterum. Quãdo enim hos angulos infortunatos inueneris, bene ſcies de ægroto futurum. Quando uerò fortunatos, contrarium intellige.

CRetici dies, à medicis dicunt̃ dies in quib⁹ maior inter naturã & morbũ pugna cõmittit̃, ita ut appareat natura ne an morb⁹ in ea pugna ſit ſuperatus ſicut ſeptimus 14.21. qui cretici græcè dicuntur, id eſt legitime iudicatiq;. quoniam in eis de uictoria, ut diximus, naturæ atq; morbi indiciũ fit. Hi cretici dies, plures eſſe uidẽtur ſecundũ Ptolemæũ, q̃ ſecundum medicos, ac ſine ratione. Medici enim ſolum illos cõſyderant, in quibus ſenſibiliter hæc pugna in ęgrotis appareret. Ptolemæus cauſam huius rei aperuit, ac ita plures facere uidetur. Non appellat tamen omnes creticos, quoniã uerborum poteſtatem ſeruauit. Dicuntur aũt cretici, ut diximus, in quibus pugna naturæ cum morbo ſenſibilius apparet. In quibus uero non ita ſentitur, etſi ratio ſimilis ſit, non tamen ſunt Cretici dies appellandi, quoniã nec pugna nec uictoria manifeſte ac ſenſu cõprehenditur. Creticos ergo dies primo, deinde locum ☾ in ſexdecim angulis conſyderari oportere ait, Primum certe in ſecundo cõcluditur, quare bis dicit, quoniã magis aduertendũ. Sed omnem rationem hanc diſtinctius ne ignorantiæ tenebris offuſcetur, explicabimus. Principium motus ☾ à principio ægritudinis capimus. Cum ergo uel □ aſpectu uel ☍ eum locum ☾ aſpexerit, uel quando ei coniuncta fuerit, ſenſibilis maxime pugna concitatur. Quare hinc quatuor habẽtur dies 7.14.21.& 27. Et quoniã quadratura 90. graduum eſt, ſi hos diuiſerimus, erunt 45. gradus, quibus cum diſtãs ☾ fuerit à loco ubi fuit in principio morbi, motis humoribus ægroti per motũ ſæuientis aliquantulũ pugnã cõmouebit, ſed non ita ſenſibilẽ ut in quadraturis. Sed hos etiam 45. gradus diuidit ut in diſtantia graduum 22. et minutorũ 30. motus pugnę fiat à ſenſu remotior, quàm quæ in media quadratura fiebat. Vnde nec ullo à medicis modo hic motus conſyderatus eſt. Mediatarũ enim quadraturarũ motus etiã conſiderant, quos dies Iudices dierũ in quibus quadraturæ fiunt, multi appellant: qualis eſt □ ad ſextilem et decimus ad 14. Et ſimiliter de alijs. Sumunt aũt initiũ omnes hi dies ab hora qua ☾ eſt in angulis figuræ ſexdecim laterũ. Quare tunc cenſet uidendum eſſe utrũ angulus aſpectũ infortunatũ Planetarum uel ☌ nõ ſolum Planetarũ ſed fixarũ quoq; alicuius naturæ infortunantis Planetæ primæ magnitudinis et nõ magnę latitudinis. Ita tamẽ ut in oriendo & occidendo non ipſa longitudo ſtellæ ſola, ſed quæ per latitudinẽ, additionẽ ſubtractionémue colligitur, in cõiunctione capiatur, de quo alibi diximus diſtinctius. Multum enim ad ueritatẽ ualet negligiturq; penè ab omnibus. Cenſet igitur uidendũ ad angulos huiuſmodi per infortunatas ſtellas nequaquam affligitur. Tunc enim erit bona de ægroto criſis, iudiciumq; de uictoria naturæ. Sin uerò affligitur, contrariũ quod diximus. In angulis figuræ ſexdecim laterũ tale eſt. Inſcribas in circulos figuram ſexdecim laterũ erit ſingulorũ laterum arcus graduũ 22.30. Ad tot enim gradus 90, graduũ quadraturę diuiſiõe deducta æquilatera ſexdecim laterũ figura in circulo conſtituitur. Quod patet ſi 16. per 22. multiplicentur. fiunt enim 360. quot graduum circuli ambitus eſt. Primus igitur angulus eſt locus ☾ ubi reperitur in principio morbi. Alij per ſingulos 22. grad⁹ ab eo loco Et ſic in ſingulis horũ quando ☾ in huiuſmodi fuerit angulis. Fortunationem anguli infortunationem'ue cõſiderandam monet. Ex hoc Aphoriſmo ſuperfluũ eſſe uidetur mutationes temporũ certæ maioreſq; cognoſcunt.

Ægro-

Ægrotantium enim perturbationes continentis ac occultior immutatio antecedit. Quare hæc quoque ex angulorũ diſpoſitione percipitur. Angulorũ uerò pluraliter dixit, quia 16. figurarũ antecedentem gradũ cõſiderandum dicit. Et ut ibi fœlices infœlicesue, ita hic humiditates & frigora, cõtraq; cõtraria tam in ſignis q̃ in ſtellis examinanda inſinuat.

Aphoriſmus LXI.

LVna ſignificat ea quæ ſunt corporis, quia illi ſecundum naturam ſimilia ſunt.

PEr hunc Aphoriſmũ obiectionẽ ſoluit, quæ poterat in præcedẽti oriri. Mirum enim uideri poterat quare ☾ ☐ ad locũ ubi fuit in principio morbi ſic capimus atq; diuidim⁹ ut nullã uideamur fixarum Planetarumq; curam habere. Soluit ergo, quia ea quæ corporis ſunt ☾ ſignificat. Et affert rationem, quia illi ☾ ſimilia ſunt animaliũ corpora. Creſcunt enim, decreſcunt & attenuantẽ atq; replentur ☾ incrementa & attenuationes ſequentia.

Aphoriſmus LXII.

QVando à minuto ☌ principium capis, poteris de immutatione aeris in illo menſe præuidere. Talis enim effectus erit, qualẽ principalior dominus anguli cuiusq; figuræ ſignificabit. Superat enim hic aeris naturam in iſtis, & complexionem præſentis temporis accipiemus.

IN conſideratione naturæ aeris à ☌ ☉ & ☾ capere initiũ monet. Nam ſicut prædominator aſcendentis ſecundũ quinq; dignitates & locum ubi eſt principalior ſignificabit. Ita erit uſq; ad ☐ primã. Deinde in prima ☐ nõ ad ☌ locum, ſed ad ☉ ordinata rurſus figura prædominator aſcendentis ſimiliter ſecundũ naturã ſui et ſigni ubi eſt et latitudinẽ ſuam ipſiusq; ☾ borealẽ uel auſtralẽ qualitatẽ aeris oſtendet. Similiter in ☍ & ſecunda ☐ ut diximus, ad ☉ nõ ad ☌ locum. Superat enim iſte, inquit, accipiens naturã aeris & complexionẽ præſentis temporis in iſtis uidelicet quadraturis. Ideo dixit, *Cuiuſque figuræ*, ut quatuor oſtenderet eſſe faciendas figuras in quatuor horis coniunctionis quadraturæ primæ oppoſitionis & quadraturę ſecundæ. Et principaliorem dominũ aſcendentis in ſingulis capiendum, illumq; pro ſignificatore temporis habendũ. Aduertendũ tamen quòd prædominator aſcendentis in ☌ ad totum menſem uirtutem ſuam effundit. Et ideo dicit, *Quando principium captum eſt à ☌, poteris de mutatione aeris in illo menſe præuidere.* Quare ſi ad idem coniunctionis & quadraturæ dominus inclinant, ut ſi ambo humiditatem uel communiter, rem maiorem futurã non dubitabis. Sin alter humiditatẽ, uerbi gratia, alter ſiccitatẽ, potentiori uictoriã dabis, ita ut ſemper propinquior quaſi particularior, remotior quaſi generalior cæteris paribus potentior ſit, ut ☐ dominus ☌ domino. Ad hæc naturæ temporis hæc eſſe accõmodanda nõ obliuiſcaris. Nam ſi æqualiter humiditatẽ ☉ coniunctio in ♓ facta & ☌ in ♏ facta ſignificabunt non æqualiter futuram in magnitudine putabis, ſed æqualiter cõparatione temporis. Nam ſi Februarium humidũ, & Auguſtũ dixerim æqualiter humidũ, & æqualiter pro tempore exceſſurũ à ſolito, utrunq; ſignifico, ita ut exceſſus etiam uterq; ad naturã temporis referatur. Regionis etiam natura & loci conſideranda. Nam ſi tantummodo pluendi uultum in Ægypto cœlũ oſtenderit humidus menſis, iudicabitur nõ minus quàm ſi magna uis aquarũ in Italia demittatur. Hæc etſi ☐ ſoli accõmodauimus, nõ eſſe tamen alienũ à mente Ptolemæi cenſemus ſexdecim angulorum figurã à minuto capto initio deſcribere. Et ſingulorũ figuram & aſcendens angulorum, ſicut paulò ante dicebam⁹, cõſiderare. Non enim poteſt iudiciũ fieri de morbis, niſi à continentis aeris mutatione. Fit aũt iudiciũ de illis in angulis 16. Fit ergo cõtinentis cauſæ prius mutatio. Idcirco dixerim hunc Aphoriſmum illi eſſe ſubiectũ, ut ita hæc ſua pateret ſententia.

Aphoriſmus LXIII.

ADuerte quando ♄ & ♃ coniunguntur quis horum in alterũ eleuatur, & ſecundum naturam illius iudica. Id ipſum in reliquis quoq; facito Planetis.

ELeuatio Planetæ in alterũ duplex eſt. Nam & q propinquior eſt maximæ lõgitudini ſuæ in epiciclo, in eum eleuari dicitur qui à ſua remotior eſt: & qui in antecedentib⁹ ſignis eſt, in eum qui in ſequentibus eſt eleuaẽ, ut qui in ♓ eſt in eum qui in ♉ uel ♊ uel ♋ in eum qui per ſequẽs gradiẽ. Sed primũ modũ in cõiunctione Planetarũ magis conſideramus: & ſecundũ eius naturã iudicam⁹. Secundum in aſpectibus magis adhibemus. Hunc modũ Porphyri⁹ in Introductorio ad iudicia docet cuius autoritate ipſe ita fungor, ut ſecundo ſemper ſolũ uno modo conſulere non dubitem. Sic igitur qui in præcedentibus eſt, in eum eleuari dicitur qui eſt in ſuccedentibus, quod non ad ſigna magis quàm ad gradus referendum contenderim, ut qui in paucioribus gradibus ſit, in eum inferatur qui in plurib⁹ eſt, hic autem ab eo defluat atq; defugiat.

Aphoriſmus LXIIII.

INuenias principaliorem in quęſtione dominũ, inſpiciasq; quã ipſe uim habet in reuolutione anni, aut in aſcendente ☌ & ſecundum hæc iudica.

PRincipalior quæſtionis dominus eſt prædominator, qui plures habet in aſcendẽte, maioresq; dignitates. Inſpicicias igitur quas uires ipſe habet in reuolutione anni eius in quo interrogatio facta eſt, in reuolutione dico anni hominis. Sic enim intelligendũ eſt. Et ſi reuolutionem eius anni nõ habes, conſidera quam dignitatem habet in aſcendente ☌, & ſecundum hoc iudica. Nam ſi habet aliquã dignitatem in aſcendẽte ☌ ipſe ſignificator erit, ſin uerò alius Planeta in illis eſt, ex utroque prudenter iudices, et ei, cęteris paribus, multo plus tribuas qui in angulis eſt, & min⁹ qui in domo ſuccedẽti, illi penè nihil qui in domo cadente ab angulo reperitur.

Aphoriſmus LXV.

IN minima coniunctione differentia mediæ coniunctionis, & in media differentia maximæ.

DIxit Ptolemæus in præcedenti cõſiderandũ eſſe quam uim habeat principalior domin⁹ quæſtionis in reuolutione anni uel in aſcendente ☌, quæ immediate quæſtionẽ præceſsit, nunc ut facilius aſcendens ☌ inueniatur, dicit differentiã eſſe mediæ cõiunctionis in minima cõiunctione, et differentiã maximæ in media. Obſcurus ſane hic Aphoriſmus eſt, nec tamẽ dubito de ☌ ☉ & ☽ Ptolemæum dicere. Ipſam enim ſolũ omnes ſine additione alia coniunctionem appellant in alijs ſtellarũ nomina ſemper ab ipſo imponunt ♄ & ♃. ☌ dicitur ♂ ac ♀. Et ſic de ceteris. Quæ autem ſit ☌ maximæ ac mediæ differentia, niſi quis earum exceſſum ad medium capiat, difficile intellectu propter breuitatem eſt. quare tabulæ modo ab extremarũ una per medias ad alterũ extremũ duxerim procedendũ, ita ut cõiunctio uere capiat. Quod aũt nõnulli dicunt minimas mediasq; coniunctiones de ♄ & ♃ coniunctionibus ipſum intellexiſſe, longè abeſt a ueritate. Nam maximas, medias & minimas ſuperiorũ coniunctiones in iudicando ipſe nuſquã nominauit, nec ad propoſitum modò pertinebat de temporis magnitudine huiuſmodi cõiunctionum differere. De tempore uerò luminariũ etiam neceſſariũ fuit dicere propter præcedentẽ Aphoriſmũ. Nec coniunctio, ſicut diximus, abſq; additione dici à doctis reperies, niſi ☉ & ☽ accidit. Quod ſi ♄ & ♃ uarias atq; multiplices ceperim⁹, nõ poterim⁹ uiam ac rationem excogitare quomodo differentia media ☌ in minima coniunctione ſit, & maximæ in media. Quod in luminarib⁹ facillimũ eſt intellectu, ſi ueraru coniunctionũ, id eſt minimã ad maximã differentias ceperim⁹. Sic eñ omnes nobis intermediarũ cõiunctionum patebũt, & in tabulã redigi poterũt.

Aphoriſmus LXVI.

NOn utaris ſola profectione, ſed eo etiam quod ſtellæ aut dant aut auferunt.

IN quadripartito quando apheta Grecè, hoc eſt, domin⁹ quãtitatis uitę in nona uel in ſeptima eſt, occidentẽ gradũ perniciofum atq; interimere 3.6. dixit: occurſus aũt aliorũ Planetarũ aliquid dare adcereq; ad uitã aſſeruit, atq; diminuere aut ſubtrahere, prout fortunant uel infortunant. Et quantitatẽ additionis uel diminutionis docuit inuenire. Nunc aũt uniuerſaliter dicit ſiue ad orientem ſiue ad occidentem magis apheta ſit, occurruntq; profectioni eius infortunãtes aut aſpect⁹ eorũ nõ interimẽtes, tamen uel fortunãtes fœlicitãteſq; ſimiliter ſubtrahendum addendum'ue ſecundũ regulã illam eſſe aliquid annis qui à gradu aphetæ ad gradũ interimentem colliguntur. Quod certe naturale eſt atq; neceſſarium. Nam ut ægrotationes per occurſum infortunantium innectæ de uita ſubtrahũt, ſic quæ corroborata per occurſus fortunantium natura nõ nihil addit ad uitam.

Aphoriſmus LXVII.

MInuuntur anni qui dantur paucioreſq; reddũt ꝓpter imbecillitatẽ.

ANtecedẽtis Aphoriſmi cauſam in hoc reddidit. Anni enim qui per aphetã dantur, diminuunt quando infortunantiũ occurſus debilitat recipientem. Ex quo intellige contrariũ, creſcere annos huiuſmodi, ſi recipiens occurſu fortunantium corroboratur.

Aphoriſmus LXVIII.

QVando malefactiuus Planeta oriẽtalis eſt, perpetua corporis nocumenta, quando autem occidentalis, ægrotationes ſignificat.

QVando malefactiuus, id eſt infortunãs Planeta corpore uel aſpectu occurrẽs profectioni aphetæ orientalis eſt, ſignificat perpetua nocumenta, ſicut claudicationẽ, cæcitatẽ. Cætera manifeſta ſunt.

Aphoriſmus LXIX.

QVando ☽ ☉ opponitur nubiformibuſq; ſtellis cõiungitur, perpetuo nocumẽto læditur uiſus. Quando autem ☽ in occidentali angulo eſt, & duo malefactiui in orientali & ☉ in aliquo angulo excæcabitur.

NVbiformes ſtellas appellat, quas nonnulli nubes uocant. Inueniunt enim in zodiaco quidã, ut ita dicam, cõuolutiones fixarũ obſcuræ in formã nebulæ. Hæ ſemper quando ☽ in ipſis fundamentaliter reperit, nõnihil mali oculis afferre iudicant. Quod ſi oppoſita etiam ☉ ☽ fuerit, perpetuas incurabileſq; inferũt oculis ęgritudines. Altera huius Aphoriſmi pars apertiſsima eſt. Nam quando ☽ in occaſum collocata eſt oppoſitis infortunantium ♄ uidelicet & ♂ & ☉ cõiunctionalibus, uel quadratis percuſſa radijs excæcabit, uiſumq; irrecuperabiliter amittet qui tũc natus eſt. Non poſſunt enim inſtrumenta uiſus tot tantiſq; contrarijs occaſu ☽ quadratura ☉ oppoſitione infortunantium Planetarum perturbata, aut naturam complexionemq; ſuam conſeruare, aut illæſa à primitiuis (ut medici dicunt) cauſis permanere.

Aphoriſmus LXX.

IN natiuitate eorũ qui furore concitati diuinãt, nec ☽ ☿ & neuter ipſorũ aſcendens aſpicit; in natiuitate autem dæmoniacorum ♄ quoque noctu ad hæc in angulo erit, ♂ uerò in die & maxime in ♋ uel ♏ uel ♓.

COncitatione furoris diuinare à mentis perturbatione peruenit. Id facile accidit, ſi nec ☽ nec ☿ radios mittit in aſcendens quo nati perſona ſignificatur, ſed nõ ſufficit hoc. Si enim ☿ ☽ aſpicit (ipſe enim cogitandi actui pręeſt) impeditur huiuſmodi furor. Stabiliunt enim radij ſui in ☽ immiſſi, mentẽ nec ſinunt ipſam in furorẽ incidere. Dæmoniaci uerò ♄ quoq; qui diurn⁹ eſt, noctu in angulo habebũt. Creſcit enim malitia infortunantiũ ſtellarum, quando in angulo præter ſectam ſuam collocati ſunt. Quare ſi ♂ in die in angulo habuerint, idem cõſequent. Et maxime ſi hic uel ille in ♋ uel ♓ propter ſuperabundantẽ horũ ſignorũ humiditatem, uel in ♍ ſitus ſit. ♍ enim cum domiciliũ & exaltatio ☿ ſit, multum facit ad ſtabilitatẽ mentis. Quare ſi præſentia infortunantium Planetæ redditur, confert ad perturbationem ipſius.

Aphoriſ-

Aphoriſmus LXXI.

QVãdo in natiuitate uirorũ in ſignis maſculinis duo luminaria ſunt, fiunt operationes eorum ſecundum naturam, in mulieribus uerò intendunť. Idipſum in ♂ atq; in Venere intellige. Nam cum orientales ſunt, maſculini efficiunť. Cum aũt ueſpertini, effœminantur.

PAtet hic Aphoriſmus. Cauſa quoque aperta eſt. Nam ſi utraq; ſigna ubi luminaria inueniunť in genitura natiuitateq; uirorũ maſculina ſunt, natura eorum maſculina, ut ita dicam, ſincera atq; integra reddiť, nec ferunt, imò dedignanť ut aduerſus eam aliquid pati atq; cõmittere. Muliebris uerò fortior fit, atq; ideo actus eorum intendunť, hoc eſt magis uenerei fiunt, ſi utraq; luminaria in ſignis dum naſcanť habuerint maſculinis. Idem fit ſi ♂ & ♀ fuerint maſculini, hoc eſt oriẽtales. Hinc contrariũ quoq; intellige. Facile nanq; intellectu eſt. Quo igitur plura cõcurrunt ei cõplexioni quæ inde infunditur, phantaſmata feruntur. Quod ſi exęquabunť, nõ dubitauerim meliorẽ naturalemq; pariẽ ſuperaturam. Nam ſi educatio & leges ciuitatũ prauas deprimunt cogitationes, faciuntq; ne in rem perueniant, non iniuria id, & quidẽ multo magis naturę rationiq; attribuem⁹, ut cum influxus ſtellarũ exæquari uideanť naturalẽ habitũ natus poſſideat, præſertim cum uideamus multa manifeſtaq; naturæ, id eſt cõplexionis uitia, rationis ui omnino ſuperari atq; extingui.

Aphoriſmus LXXII.

A Dominis triplicitatis aſcendẽtiſq; quæ ad educationẽ pertinent, capias: quæ uerò ad uitam, à dominis ſectarij luminis.

A Dominis triplicitatis aſcẽdẽtis ea capias. Nam ſi domini triplicitatis aſcendẽtis in dignitat[illegible] ſunt uel in angulis, & fortunati optime enutriunť euaduntq; annũ primũ q nati ſunt. Propter eñ imbecillitatem infantiũ profectionẽ apheтæ non conſideramus niſi poſt annũ. Ideo aũt triplicitatẽ aſcendentis accipit, quia conditionẽ ineũtis uitæ, imo totius aſcendẽs ſignificat. quæ uerò ad uitã, hoc eſt ut per totam uitam nõ facilè ſit ægrotabilis, uel facile cum parua cauſa lædať. Capias, inquit, à dominis eius triplicitatis, cuius eſt ſignũ ubi luminare ſectarium inuenitur. hoc eſt à dominis triplicitatis ſigni ubi ☉ eſt in die & ☽ in nocte. hæreſes enim latinè ſectas appellamus. Quaſi enim ſectæ quædã in ſtellis cõſideranť. Nam quoniã ☉ diurn⁹ eſt, omnes diurni Planetæ ſequuntur eum ♄ ♃, Lunam nocturni omnes ut ♂ ♀. Mercurius aũt utriſq; ſe accõmodat diurn⁹ enim eſt in die, & nocturn⁹ in nocte. Similiter quia ☉ eſt maſculin⁹. maſculini de ſecta ipſius ſunt, ut ♄ ♃ & ♂ in die & ☿ orientalis ☽ ferè ſequunť, ut ♀, & ♂ in nocte, & ☿ ueſpertinus, hoc eſt occidentalis. Signa quoque prout maſculina fœmininaq; ſunt & nocturna diurnaq; alterutram luminarium ſectam conſequuntur.

Quod nos ſectam, id nonnulli Latinorum, conditionem ſtellarum appellant.

Aphoriſmus LXXIII.

QVando ☉ cum Gorgonis capite inuenitur, nec à benefactiuo Planeta aſpicitur, nec benefactiu⁹ in octaua domo fuerit, & domini ſectarij luminis ♂ per □ ☍ aſpicit, caput eius qui tunc natus eſt amputabitur. Quòd ſi ☉ in medio cœli eſt, corpus eius incideť: & ſi aſpectus fiat à ♊ aut à ♓, manus & pedes eius incidentur.

DIlucidus per ſuperiora hic quoq; Aphoriſmus eſt. Eſt aũt Gorgonis caput nunc, hoc eſt anno Domini noſtri Ieſu Chriſtri 1456. circa 20. gradum ♉, nec benefactiu⁹, hoc eſt Planeta fortunãs & fœlix ac bonus eſt in octaua domo. Nam quando ♃, deinde maxime ♀ eſt in octaua quæ eſt dom⁹ Martis, nõ morieť mala morte qui tunc natus eſt, & domini ſectarij luminis, id eſt domin⁹ ſigni ubi eſt ☉ in die & ☽ in nocte. Quod ſi ☉ cæteris ſeruatis, ut dictũ eſt, in medio cœli reperitur, &c. ſicut in textu.

Aphoriſmus LXXIIII.

QVicũq; ♂ in aſcẽdẽte habuerit, habebit omnino in facie ſua cicatricẽ.

VVlnerũ ac cicatricũ factiuus eſt ♂. Gradus uerò aſcendẽtis faciẽ hominis ſignificat, atq; uultum. Quare ſi ♂ in eo partiliter tempore natiuitatis eſt, habebit natus cicatricem in facie.

Aphoriſmus LXXV.

QVando ☉ domino aſcendentis in ♌ coniungiť, nec ♂ dignitatẽ ullã habet in aſcendente, neque in octaua domo fortunãs Planeta eſt, cremabitur qui tunc natus eſt.

DIlucidus eſt hic quoq; Aphoriſm⁹, & cauſa perſpicua. Nam dominus aſcendentis ipſum, qui nat⁹ eſt ſignificat. Quando ergo comburiť et in ♌ quod ſignũ calidiſsimũ atq; ſiccisſimũ & omnino maxime igneũ eſt, omnino incẽdiũ ſignificat, ſi nullam, inquit ♂ dignitatẽ de quinq; dignitatib⁹ Planetarũ habuerit in aſcẽdente. Liberat enim ſi habebit, ſed tanto propius periculũ accedit, quanto minor eſt dignitas eius. Sed mirũ forſan alicui uidebitur, quomodo ♂ ſi dignitatem in aſcendente habet, liberet, cum feruore ſuo deberet augere incendium. Quia uidelicet etiam malefactiui Planetæ ſuis, ut ſic dicam, faueant. Sin autem ſunt in ſignis in quibus dignitatẽ habent. Vnde ſi domini ⊕ fuerint, & in angulo dignitate'ue ſua reperiantur, et dominus aſcendẽtis uel aſcendentẽ ipſum gradũ aſpexerit, diuitias nato cõferũt: quamuis cõgrua ſibi ratione. Verum ſi etiam ♂ nullam habuerit in aſcendente dignitatem, euadit tamẽ natus ſi fortunans Planeta in octaua fuerit domo. Liberat enim à morte mala, ut dictum eſt.

Aphoriſmus LXXVI.

QVando ♄ in medio cœli eſt, eiq; ſectarium luminare opponiť, ſitq; in angulo ſub terra ſignũ terrenũ: qui tunc natus fuerit, à caſu domorũ ſuper ipſum

moríetur. Sin uerò ſignum aqueum fuerít in aquís uel ab hominíbus ſuffocabiť, aut furca aut uerberíbus morieť, ſi ſignū humanę fuerít formę. Sed ſi benefactiu⁹ Planeta in octaua fuerít domo, ad hæc de ueniet nec moríetur.

PAret iam à ſuperioribus hic Aphoriſmus. Saturnum aūt in medio cœli dicit, & intelligi hic nō ſolū ſuper terrā, ſed etiam ſub terra. Meſouranein enim græcè in medio cœli eſſe ſignificat. Id utroq; modo capiť, ac ideo ſolent cum addítione ut plurimum dicere meſouranein & ſuper terrā & ſub terra. Quare cum hic ſine additione dictum ſit, pro utroq; ipſe capiendū cenſet. Quod inde patet, quia intulit eius diametraliter ſectariū lumen opponiť. Eſt aūt ☉ ſectæ ſeu cōditionis diurnę, ☾ uerò nocturnæ. Quare niſi pro utroq; medio capiamus, uanus erit ſermo. Nunq̄ enim opponiť ♄ ſupra terram in medio cœli collocato in ſecta ſua, hoc eſt in die. Vt igitur utrunq; ſectariū lumen locū habeat, neceſſe eſt in medio, uel ſupra terram, uel ſub terra ♄ ponere, ut quando ſub terra fuerit, tunc ☉ in ſecta ſua ipſi opponi poſſit. Cætera ut diximus ſunt.

Aphoriſmus LXXVII.

FAc aſcendētis gradus profectíonem gratia corū quę ſunt corporis: ⊕ uerò propter res extrínſecas atque aduentícias. ☾ aūt propter cōiunctionē corporís & animæ, & medíj cœlí propter operationes.

FAc aſcendētis gradus profectionē. Nam cum occurrit infortunantib⁹ locis, morbi ſuſcitantur ſecundum naturam infortunantiū & ſignorū ubi occurſus ſit, nec dubium nobis facere debet apheta. Nam ille quidem præeſt uitæ, occurſusq; infortunantium, quando profectionē ſuam offendūt, interimunt. Cauſa igitur mortis cōſideratur, quamuis eum fortunantiū aſpectus adminiculantur, nō omnino euadunt nati, ſed aliqua ægrotatione ſua laborant. Aſcendēs aūt ægrotationes non mortales ſed leuiores ægrotationes oſtendit. Quando profectio eius in loca infortunātia incidit, ☾ uerò profectionem, fac, inquit, propter cōiunctionem corporis & animæ, hoc eſt propter illa quæ manifeſte corpori atq; animæ cōmunia eſſe uideņ, ſicut ſunt lætitia, mœror & ſimilia. Nam ☾ profectio infortunantibus locis occurrēs mœſtitiā ſignorū infortunantiū ſtellarū & domorū ubi occurſus ſit naturā ſolet afferre, fortunantib⁹ contrà lætitiam cæteraq; huiuſmodi quæ animo atq; corpori communia ſunt.

Aphoriſmus LXXVIII.

SÆpenumero operatur Planeta ín eo loco ubí operationem nō habet, ita ut quæſtum præter ſpem nato afferat.

PLanetæ habent operationes in dignitatib⁹ ſuis, & in locis ubi gaudere uel econtra dicunť. Et in locis figuræ qui à Porphyrio Chremanſtici dicunť, hoc eſt ad acquirendum apti. Hos ſeptem eſſe dicit quatuor angulos, quintā, nonam, & undecimā. In his locis operanť ad bonū. In locis aūt dignitatibus oppoſitis ut fortunātes minus boni, ita infortunantes plus mali afferunt: quare ibi etiam operanť, ubi non operantur ubi nullam habent dignitatem, nec oppoſita dignitatibus ſigna ſunt. Et loca figuræ nihil ad eos pertinent, nec in acquiſitiuis locis ſiunt, ut ſi ♃ in ♏, & in loco figuræ tertio uel ſexto, ſine aſpectu cōiunctione'ue aliqua unde poſſit quæſtus prædici, afferret quæſtū. Similiter de alijs dicendum. Id non ſine cauſa ſolet accidere. Verum ſtellarum proprietates non ſunt nobis omnes notæ, ſed ſolum maiores atq; expreſſiores. Et quæ totam uitam hominis proſequūtur, aut ſi ſolum ſemel conſiderantur, ad corpus magis uel ad animam quàm ad res extraneas pertinēt. Quare ſi quæſtus inſperati cauſam Aſtrolog⁹ ex natiuitate non inueniat, mirandum non eſt nam res praua eſt quando de rebus extraneis ut uel aliquis temporalis aſpect⁹ uel ſola prudentia hominis ac diligentia ſufficiat, dum natiuitas non ſit omnino cōtraria. Hæc itaq; ut diximus, quoniā antiſciorū rationem penitus ignoramus, aut nullius eſſe momenti putaremus. Verum quoniā à multis clariſq; uiris tactam minime nos fugit, ideo quoq; hic Aphoriſmus antiſcia nobis occulte tangere uidetur. Mirum enim eſt quod ſæpe dixit Planetam operari ubi operationē non habet, quaſi aliquid agat ubi agere nequeat. Et ſi ſæpe id accidit, nō multum poterit per actiones Planetarū, aut, ut ſic dicam, efficientias Aſtrologus præuidere, nec multū iuuare uidetur quod de rebus extraneis, hoc eſt de quæſtu dixerit. Exemplum enim hoc eſt quod declaratur operari efficereq; aliquid Planetā plerunq; in eo loco ubi operationē habent. ſed ſicuti quæſtū, ita etiam iacturam plerunq; nec eſt ratio quare in rebus extraneis id ſolum faciant, & nō in cæteris. Similiter enim in omnibus hoc patet euenire. Ænigma ergo uidetur dicere. Nam ſi aliquo in loco Planeta quiſpiā operatur, quomodo et ibi operationem non habet? Et ſi ibi operationē nō habet, quomodo ibi operatur. Alterū certe altero deſtruiť, & alterum alteri repugnat. Quare niſi quis Ptolemæum inſanire hic dicat, neceſſe eſt ut aliquid inueniat quo Planeta etſi nullam habeat operationē in loco, opereтur tamē, idq; præuidere Aſtrolog⁹ & ratione percipere poſſit. Nam ſi ratione percipi ac prę uideri nullo pacto id queat, uana erit ſcientia hæc qua quæ Planetæ operanť nulla ratione colligi poſſit. Et hic Aphoriſmus dehòrtabitur magis à ſtudio Aſtrologiæ ſi ſæpe dicat effici à ſtellis quæ præuideri nullo pacto poſſint. Aliquid ergo nec paruū uoluit occulti⁹ ſignificare, ſed nec fingi quidem aliud poteſt, præter antiſciorū rationem. Quare hic ipſe quaſi per ænigma & per repugnantiam ſermonis, nec à re nec à mente tanti uiri alienū eſt. Res enim magnas, perutiles neceſſariaſq; in ſcientijs per ænigmata certe priſci occultabāt magis quàm declarabant, non quia poſteris inuiderent, ſed quia nolebant indignos uel natura tardos uel ſtudio pigros facilè occulta ſcientiarū aſſequi poſſe id à Platone, id ab Ariſtotele cæteriſq; factitatū eſt. Id multo magis in Aſtrologia faciendū. Nam quanto diuiniorē hominem diuinatio aſtrologica facit, tanto magis celanda eſt. Quas ob res nō dubitauerim ipſe rationem antiſciorū, ut dixi, hoc Aphoriſmo tangi, quorum tanta uis eſt, ut aſpectibus, cōiunctionibuſq; ſicuti Planetæ & Planetarū ad ipſa, & ſignorū atq;

locorum

locorum figuræ uirtutibus operentur. Hæc antiſcia multi Græcorum extollunt, diligenterꝗ attendenda monent, exponit nemo Ptolemæum, tamen fertur libellum de his ſcripſiſſe, ſed non reperitur. Ego quoniam præter autoritatem priſcorum re ipſa non eſſe negligendam antiſciorum rationem, expertus ſum. Alio loco & alio tempore, ſi diuina maieſtas conceſſerit, accurate cumulateꝗ de ipſis conſcribam. Video enim multa nullo pacto poſſe ab his in natiuitatibus præuideri, quæ nullam antiſciorũ habent doctrinam, fruſtraꝗ omnes Aſtrologiæ dare operam non dubito, qui eam uel neſciunt uel contemnunt.

Aphoriſmus LXXIX.

QVando ♂ eſt in undecima, qui tũc natus fuerit nunꝗ aduerſus ſuum dominum præualebit.

QVi ſic poſitum habet ♂ in natiuitate, inquit, nunquam aduerſus ſuum dominum præualebit. Decima enim domus dominum ſignificat, quæ etiam ſi dominus non ſit in dignitate uel in angulo, non ſuperatur tamen ab undecima. Si ergo quiſpiam aduerſus dominum ſuum inſurgat, conſiderandum ubi ♂ qui diſsidiorum cauſa eſt, in natiuitate habuerit. Et non ſuperabit, ſi in undecima fuerit. Nam ſicut decima domino attribuitur, ſic undecima domeſticis & clientibus domini accommodatur, ut à 39. Aphoriſmo colligitur. cuius cauſa eſt, quia ſuccedit ipſa ſicut ſecunda primæ. Sed ſecunda externa nati ſignificat bona, ergo & undecima domini.

Aphoriſmus LXXX.

QVando ♀ cum ♄ coniungitur, & dignitatem aliquam in ſeptima domo habet, immũdi erit coitus, tunc natus eſt.

SEptima domus mulieribus matrimonio & rebus Venereis attribuitur. ♀ autem ipſis rebus Venereis præeſt. Si ergo ♄ coniungitur & dignitatem habet in domo ſeptima, transfert propter ♄ qui ſordibus præeſt coitum nati ad immunda, facietꝗ ut contra uniuerſalem naturam monſtroſa quadam & particulari natura quaſi fœmina patiatur. Cuius rei cauſa eſt, quia ♀ una cum domo ſeptima formatiuam ſeminaliumꝗ meatuum uim naſcentibus præſtat. ♄ uerò frigidus & ſiccus eſt. Quare fit ut quando ♀ ei coniungitur, obſtruat claudatꝗ ſeminales hominum meatus, præſertim ſi aliquam in ſeptima domo dignitatem poſsideat. Totam enim uim huius formatiuæ uirtutis ita gubernat. Seminis autem meatibus frigore & ſiccitate ♄ obſtructis atque concluſis, neceſſe eſt ut quod à natura ad genitales partes ſperma depellitur cum nullos ibi canales, nullos tranſitꝰ inueniat, ad propinquos meatus deriuetur. Hi uerò ſunt qui ad podicem exeunt, & ſic natura non culpa effœminantur, maſculi & fœminæ deprauantur, quæ res rariſſime, ſicut omnia monſtra, ſolet accidere. Cognoſcuntur autem maſculi natura non uſi id appetere ſi ſic patiuntur, ut nullo modo naturalibus ſeminis meatibus abſtruſis (ut diximus) agere poſsint, qualem hac ætate Poggium Florentinũ cognouimus, qui iunior Podius a podice appellabatur. Quod ipſe nomen effugere cupiens, una immutata litera Poggium maluit ſe nominari quàm Podium. Sed miranda certe naturæ uis eſt. Incidit enim in idem. Nam pygin græcè podicem dicunt, unde Poggius nomen deriuatur. Rem quoꝗ ipſam turpiſsimam alia turpitudine accidere conatus eſt. Nam ultra ſexageſimumquintũ ætatis ſuæ annum uxorem duxit adoleſcentulam, ut quaſi iam decrepitus ageret quod iuuenis facere nunquam potuit. Et gratiam mulieris accommodando, uxorem & filias conſecutus eſt.

Aphoriſmus LXXXI.

SEptem uijs tempora percipiuntur. A diſtantia quæ inter duos ſignificatores eſt, à diſtãtia aſpectuum inter ipſos, ab ingreſſu alterius in alterum, à diſtantia quæ eſt inter alterum ipſorum & locum qui quod quæritur ſignificat, ab occaſu Planetæ cum additione & ſubtractione, à mutatione ſignificatorum, & ab ingreſſu Planetæ in proprium locum.

QVando res abſoluetur inuenire hic docet Aphoriſmus. Vtilis eſt ergo interrogationibus, hoc eſt quæſtionibus aſtrologicis. Et quando aliquid incepimus aggreſsiꝗ ſumus, duos prædominatores capiemus, aſcendentis, & loci quo ſignificat res de qua quæritur, uel quam gerere aggreſsi ſumus, utrum igitur ad exitum perducemus & facile an difficile quod incipiemus. Et utrum fiet res de qua quæritur ex aſpectu prædominatoris cæteriſꝗ diſpoſitionibus cognoſcemus, hoc eſt per ☌, aſpectuſꝗ aliorum, ut eos & maxime ☾ radios tranſmittant, cæteraꝗ huiuſmodi. Tempus autem ſi quæris quando ſcilicet res propoſita fiet, ſi futuram eſſe inueneris, ſeptem id uijs, aut modis ac orationibus percipies. Primum à diſtantia quæ eſt inter prædominatores, ut uideas quot gradus inter eos ſunt. Deinde à diſtãtia futuri aſpectꝰ inter eos, ut ſi nullo nunc aſpectu aut alieniore continerentur, cum uenturi poſtea ſint ad aſpectum qui rem futuram ſignificat, uideas quando ad eum aſpectũ peruenturi ſunt. Tertiò ab ingreſſu alterius ad alterum, ut uideas quando prædominator aſcendentis in locum ubi eſt dominus ſigni quo res ſignificatur perueniet: & quando prędominator ſigni aut loci rem ſignificantis, erit in gradu domini aſcendentis, aut quando coniungentur. Quartò à diſtantia quæ eſt inter alterum ipſorum, uerbi gratia, prædominatorem aſcendentis, & locum quo res ſignificatur. Arbitror autem quaſi facile intellectu alterum membrum eſſe prætermiſſum ab ipſo. A diſtantia uidelicet alterius ipſorum, id eſt, prædominatoris rem ſignificantis ad gradum aſcendentẽ. Hic modus differt à tertio. Ibi enim tempus quando prædominatores alter in alterius locum peruenerit, hic ipſam diſtantiam, hoc eſt graduum numerum capimus, qui eſt inter utrunꝗ ipſorum & alterum locum. Et pro ſingulis gradibus diem cõnumeramus aut maius aliquod temporis ſpacium, ut ſeptimanã, men-

ſem, annũ, prout potentes progredientesq́ aut ſtantes & tardi & ueloces Planetæ ſunt, & maxime ☾. Horam etiam pro gradu capere non erit alienum. Hoc totum in primis modis ſupplendum. Quintò ab occaſu Planetæ cum additione aut ſubtractione, ut uideas quãdo Planeta prędominator ad gradũm occidentem peruenturus ſit. Tunc enim finis atq; exitus rei erit. Capitur autem prædominator aliteruter qui cinus id peracturus ſit. Dicit aũt cum additione & ſubtractione, ſicut docuit in Quadripartito de additione ſubtractioneq́; ad tempus ab aplieta datum, niſi quod hic non quemadmodũ data ſubtracta'ue tempora eodem modo ſemper accipiuntur. Nam ille numerus modo pro horis, modo pro diebus, modo pro ſeptimanis, modo pro menſibus, modo pro annis hic eſt accipiendus ſecundum Planetæ addentis uel ſubtrahentis diſpoſitiones ac rei & ſigni qualitatem ſemper atq; ubique diligenter conſiderandam. Tropica enim, id eſt, uerſanlia atque mobilia breuiſsimi temporis ſunt, fixa ſtabiliaq́; longiſsimi, media mediocris. Ibi alio quodam pacto. Sextò, à mutatione prędominatoris. Nam ſi prædominauerit, aliquid futurũ ſignificauerit cum retrograditur, non capiemus ab eo tunc diſtantiã aliquam, ſed totũ tempus regreſſus ſtationisq́; ſubtrahemus. Et inde poſtea diſtantias ab eo capiemus unde mutatus eſt, id eſt unde progredi cœpit. Similiter ſi cõbuſtus eſt, diſtãtias ab eo poſtquàm orientalis fuerit capiemus. Septimò ab ingreſſu prædominatoris alterius in proprium locum, maxime illius qui rem futuram aut caſuram aut in nihilum uenturam magis ſignificat, ut ſcilicet uideas quando huiuſmodi maxime prędominator in proprium locum, domum uel aliquam dignitatem ingredietur. Tunc enim potentior factus, ſignificationem ſuam perficiet.

Aphoriſmus LXXXII.

QVando aſpectus exęquabuntur reſpice aſcendẽs ☌ aut plenilunij Et ſi illud quoq; exæquabitur, noli ad iudicandum feſtinare.

ASpectus intellexit hic eas diſtantias quas in pręcedenti docuit, & modos quibus tempora capiuntur, ut iam dictum eſt. Ex omnibus enim ſeptem uijs uidebis ſi idem prope tempus colligiť, aut ſi à pluribus ferè idem et aliud pronũciabis. Quod ſi magna differentia atq; exæquatio quædã fiat, ut non apertè plures firmioresq́; uiæ idem cõcludant. Hac exæquatione cõfuſus, inquit, ad ☌ uel plenilunium quod proxime tranſactũ eſt recurras, & aſcendens illius cõſidera quam habeãt prædominatores prędictos diſtantiã. Quod ſi illud quoq; exęquabiť, quod fiet ſi ad neutrã partẽ quæ de duab[9] quæ inde maiores habenť declinabit, non feſtinet ad pronunciandum. Hunc Aphoriſmũ ad præcedentẽ accommodauimus, & ad tempora reduxim[9]. Quoniã ſolet Ptolemæus præcedẽtes Aphoriſmos ſequentib[9] uel exponere uel approbare. Et cognitio temporũ etiam hoc modo habeť. Quando enim dubia nobis res erit à principali interrogatione uel hora principij, tunc ad ☌ pleniluniũ'ue refugere ſolemus, ſed poteſt etiam ad rem ipſam uniuerſaliter accommodari: ut cum dubij ſumus futura'ne res ſit de qua quæriť an nõ, uel qualis rei exitus futur[9] ſit, tunc ad aſcendẽs ☌ uel plenilunij recurrere debemus, qualiterq́; ad prædominatores ſe habeat conſideremus, & alteram partem aſſirmãdi uel negandi quæ inde ſignificabitur, futuram pronunciemus. Quod ſi inde etiam exæquatio, id eſt, nec affirmatio plana, nec negatio habeatur, dubij ſic procedemus ut non feſtinare ad iudicandum uideamur.

Aphoriſmus LXXXIII.

TEmpus præfecturę diſpoſitionẽ animi ſignificat, quæ eſt inter pręfectũ & regem. Seſsionis aũt tempus, operationes ipſas ſignificat.

QVando, inquit, aliquis à rege ac principe præficitur, diſpoſitio uniuerſi & figura tunc facta ſignificat animi diſpoſitionẽ quã habet præfect[9] ad regem, & rex ad præfectum. Tempus aũt ſeſsionis quando ſcilicet præfect[9] ſedebit, ſignificabit operationes ipſi[9] futuras in eos quibus præfect[9] eſt. Hinc poteris uidere regis quoq; aut põtificis uel imp[illegible]atoris electionẽ, hoc eſt horã quando elect[9] eſt [illegible] extendi ad operatiões ipſas, ſed tẽpus incoronationis.

Aphoriſmus LXXXIIII.

QVando in tempore ſeſsionis ♂ eſt dominus aſcendentis, & reperiť in ſecũda domo, aut cõiungiť uel aſpicit dominum ſecundæ, multa damna faciet.

SEcunda domus acquirendę acquiſitæq́; pecunię eſt. Quare ſi ♂ dominus eſt aſcendentis in hora ſeſsionis præfecti aut incoronationis principis. Et inuenitur in ſecunda aut coniungitur, uel aſpicit dominum ſecundæ, multa damna faciet. Collige quid futurum ſit, ſi ♃ eſt dominus & reperitur in ſecunda, & ſimiliter de alijs.

Aphoriſmus LXXXV.

QVando domin[9] aſcendẽtis ſecũdæ domus dominũ aſpicit, uel ei coniungitur ſua ſponte, princeps multas expenſas faciet.

SI in hora ſeſsionis aut incoronationis dominus aſcendentis coniungitur aut aſpicit dominũ ſecundæ, ſponte, inquit, ſua præfectus uel princeps, &c. Huius cauſa patet ex ſuperioribus.

Aphoriſmus LXXXVI.

VItalis uirtutis eſt ☉ fons. ☾ uerò naturalis. ♃ aũt uirtutis qua creſcentia creſcunt. ♀ uerò uirtutis qua concupiſcimus.

VItalis (inquit) uirtutis fons & origo eſt ☉. Vnde uiuendi uirtus inferioribus quæ uitam habẽt naturaliter infundiť. ☾ uero naturalis credo uegetatiuæ ipſum ſcripſiſſe, ſed errore librarij ſic ſcriptũ in Græco. Naturale enim phyſicon, uegetatiuũ phyticon græci appellant. Inter hæc autem uocabula, phyſicon dico & phyticon, unius literæ mutatio eſt. Vegetandi enim uires à ☾ originem habent. Nec obſtat quod ♃ creſcendi uirtutem attribuit. Nam etſi hæc uirtus uegetatiuæ animæ attribuitur, multa tamen ſunt uegetabilia quæ non creſcunt, ſicut

cut omnia quæ in ſtatum iam peruenerunt ſuum ♀ uirtutem qua concupiſcimus, id eſt appetitionẽ accommodat. De cæteris ipſe quidem tacuit. Sed nonnulli ♄ ratiocinatiuam, ♂ animoſitatẽ & eam uim qua mouemur ad irã, ☿ cogitatiuã attribuũt.

Aphoriſmus LXXXVII.

REuolutiones menſium fiunt in diebus 28 & horis 2. minutis 18. proxime. Nonnulli autem à loco ☉ iudicant quando ad gradum & minutum perueniet ubi erat primo.

LVnaris menſis æqualiter eſt dierum 28. horarũ duarum, & minutorum 18. proxime. 13. enim Lunares proxime in anno ſunt. Si ergo 365. dies dieiq́; quartam unam, id eſt ſex horas partiaris per 13. perueniet dies 28. horæ, 2. mi. 18. proxime. Quare ſi quomodo ſe habitura ſit, uegetãdi uirtus per ſingulos menſes uidere uolueris, capto initio à natiuitate per ſingulos menſes lunares figuram ordina, & conſydera. Si autem uitalis uirtus tibi curæ eſſet per ſingulos menſes ſolares, id quæras quandocunq; ☉ ad gradum & minutum ſingulorum ſignorũ perueniet ubi fuerat in principio, id eſt in natiuitate. Quamuis etiam uirtutem Lunarẽ, id eſt uegetandi multi à principio ſolarũ menſiũ per diſpoſitionẽ ☾ conſiderabant. Ideo ait, Nonnulli autem, &c. ut oſtenderet hoc ipſum quod dictum eſt. Quod ſi nonnulli à menſe ſolari lunarẽ conſiderabant uirtutem, non eſt dubitandũ quin ab ipſo de uirtutibus aliorũ Planetarũ inquirendum ſit.

Aphoriſmus LXXXVIII.

QVando uolumus profectionẽ ⊕ in integro anno reuolutionis facere, gradus qui ſunt à ☉ ad ☾ capimus, & totidem ab aſcendente proijcimus.

QVando ⊕ in die à ☉ ad ☾, in nocte à ☾ in ☉ multi capiebãt, oſtendit ſemper à ☉ ad ☾ & ab aſcendẽte gradus proijciẽdos eſſe. Nunquã uerò à ☾ ad ☉. Nam in Quadripartito ait, Pars & locus fortunæ quaſi ☾ aſcendẽs gradus eſt. Cum enim duo luminaria animã quaſi omnib⁹ præbeãt & gradus aſcendẽs ad ☉ referatur, gradus qui eandem penitus ad ☾ habebit proportionẽ quam aſcendẽs gradus ad gradũ ☉ quaſi alter grad⁹ reſpectu ☾ eſt. Atque ideo ſicut ille ſtatũ corporis corporeorumq́; ſignificat, ſic iſte rerum externarũ. Hac de cauſa pars fortunæ ac locus nominatur. Inuenitur ſemper modo dicto. Quod aũt à nõnullis in natiuitate, ut ſcilicet gradus à ☉ ad ☾ qui fuerunt in natiuitate ab aſcendẽte reuolutionis proijcias, nõ eſt Ptolemæi, ſed cuiuſdã priſci qui græcè Ptolemæi libros expoſuit. Cuius multa dicta inuenio in antiqua & uana traductione in Aphoriſmis Ptolemæi conſerta. Vnde ſignum eſt, Arabes, ut quum Græca transferrent, multa iudicio ſuo addidiſſe, & inde poſtea Latinos hæc mendoſe habuiſſe.

Aphoriſmus LXXXIX.

VIde quæ ad auum pertinent à ſeptima domo; quæ uerò ad patruum aut auunculum, à ſexta.

A Quarta domo parentũ, futurũ ſtatũ conſideramus. Ergo aui ſtatus à ſeptima proſpiciẽdus eſt. Hæc enim ad quartam quadra eſt, quod ſit, quia auus pater parentis eſt. Patrui autem, uel auunculi, à ſexta, eadem ratione. Frater enim patris aut matris eſt. Fratrum uerò domus tertia eſt. Cum igitur tertia à quarta eſſe reperiatur, ſexta ipſa patruorũ atq; auunculorum eſt. Hanc rationem ſi quis in cæteris ſequi uoluerit, ei dicere neceſſe erit, nonã nepotum ſtatũ ſignificare, & 7. filiorũ fratris aut ſororis, ſed longius hoc modo uanũ putauit. Non ignoro, eos qui Aſtrologiæ detrahũt, hanc potiſſimũ cauſas contra hanc ſcientiã capere. Impoſſibile enim, inquiũt, eſt, ſi pater iam per natiuitatẽ ſuam fœtorũ ordinẽ eſt conſecutus, quòd ea quæ de ipſo futura ſunt, per ſingulorũ filiorũ natiuitates mutentur. Ad hæc & ſimilia ſemper dicendũ, Quæcũq; cœlo nobis portẽduntur, nõ eſſe neceſſaria. Non enim ut priſci, fatorum uim ineuitabilem per aſtra infundi hominibus credimus. Sed ut dictũ eſt, cum propter cõtactũ & uim cœleſtiũ elemẽtaris hic mũdus regatur, fit ut motu cœleſtiũ, naturæ nobis quædam & occultiores complexiões ex prima cõcretione corporis cum anima, id eſt quando primũ ſpirare incipimus, imprimunt, unde & morbi & qualitates corporis præcognoſcũtur. Et uires animi quæ organicæ ſunt, unde naturales ad uirtutes & uitia diſpoſitiones præſciuntur, ut facilitas ad iram, inclinatio ad Venerẽ, & huiuſmodi. Similiter & quoniã ſine phantaſmatibus, nec intelligere quidẽ homines poſſunt, intellectus quoq; per accidens, propter phãtaſiã ſtellis ſubijcitur: qui tamẽ quoniã organicus per ſe non eſt, ſuperare poteſt renitẽdo ac repugnãdo. Hanc uictoriã eius qui nunquã in uita ſenſit, aut lapideus eſt, aut nullã habet in ſe appetitus uirtutẽ, aut ita appetitũ ſequitur, ut nulla à ratione ad appetitiuas phantaſias repugnantia fiat, uel quod tertiũ eſt ſuper hominẽ iam aſcendit. Qui autem libidinis ſtimulos & iræ ardorem, & comedẽdi bibendiq́; auiditatem ſępius uicit, cõtraq́; uigilias, ieiunia, labores, rationis ſubijt, is certe uidebit ſæpenumero, quæ phantaſia per intrinſecam naturam complexionẽq́; corporis ſuggerit, ea ſuperari ratione, quoniã intellectus non eſt organicus. Nam ſi organicus eſſet, nec reniteretur quidem uirtuti organicæ. quod quoniam fieri ſentimus, magnus atq; impius error eſt, neceſſitatem cœlo ut gentiles (nec omnes quidem illi, ſed imperitiores) attribuere. Quòd ſi quis naturam corporis, hoc eſt complexionem atq; diſpoſitionem, ad hæc uel illa phantaſmata & uarias multiplicesq́; cogitationes inclinatam, à ſuperioribus infundi negat, rem ita manifeſtam negat, ut ſenſum negare uideatur. Quis enim non uiderit mores inſitos & quaſi naturales, corporis habitum complexionemq́; ſequi. Quid ſi ratio reuocat, neceſſe eſt aliquid eſſe quod eò impellat, unde ipſa reuocat. Appetitum dices id eſſe, carniſq́; ſtimulos. Sed hæc diuerſa eſſe in diuerſis, nemo ignorat. Apertè enim ad aliud rubicundi, ad aliud albi, ad aliud criſpi. ſimiliterq́; cæteri (ne longiores ſimus cum cuncta complecti ſtudeamus) alij ad alia, ſecundum naturam, & habitum, diſpoſitionemq́; corporis naturalem inclinantur. Vnde Phyſiologorum rationes initium habent, qui uel minutis qui-

buſdam lineis, occultas hominum inclinationes conſyderant. Corporis autem naturalis huiuſmodi habitus ac diſpoſitio, nec fingi quidem poteſt aliunde quàm à ſtellis dependere, præſertim cum uideamus ſingulas regiones huiuſmodi corpora hominum & uirtutes edere naturales, quales ratio climatis flagitat. Non eſt neceſſe in re manifeſta Afros, Ægyptios, Græcos, Italos, Germanos, Scythas, aliasq; gentes quaſi teſtes citare. Eſto inquies. Significet ſingulorum natiuitas diſpoſitiones habituſq; naturales, & hinc etiam gloriam & nomen & conſequenter diuitias atq; commoda incommoda ue atque paupertatem non neceſſario futuram portendat. Filij autem mei natiuitas cum diſpoſitionem corporis uirtuteſq; organicas nullo modo mutet in me, quomodo cętera mutabit? Quod ſi natiuitas unius filiorum meorum mutauit, cum cæterorum filiorum natiuitates non mutabunt. Iacta iam fundamēta ſolutionis, quæ ſunt. Primū omnia quę neceſſaria non ſunt tum ratione, tum alijs multis modis & caſu ipſo mutātur. Deinde quia corporis orgānicarū uirtutum qualitates inclinationeſq; à continenti & tandem à ſtellis imprimi conceduntur. cur ergo hic non uidebit Aſtrologus incommodo aut dedecori futurum parenti filium. An non uidimus quę patres multis laboribus acquiſierunt, ea dilapidata diſsipataq; à filio & quidem parente uiuo fuiſſe. Nobilitari quoq; parentes & illuſtres per filios fieri plerunque uidemus. Non ergo natiuitas patris per natiuitatē filij mutatur, ſed bona uel mala filij redundatura in parentem per natiuitatem filij ſignificantur. Idq; uarie fieri uarietate natiuitatum ex filiorum multitudine cernimus quotidie. Quippe parentum uita, honor, commodaq; omnia pendent à liberis, ita ut eodem tempore nonnunq̄ ab alijs mœrore, ab alijs lætitia, ab alijs incommodo, ab alijs filijs commodo afficiantur, ac honore clareſcant et decore notentur. quæ omnia tanto uerius nunc quàm olim prædicerētur, quanto minus ratio colitur & ſenſus amatur. Eodem modo, eadem ratione nepotes auis, patruis, auunculis, fratreſq; fratribus laudi ac dedecori, ſaluti ac perniciei, emolumento aut damno per ſuam natiuitatem futuri portenduntur. Quod diximus caſu etiam ſignificationes ſtellarum poſſe mutari tale eſt. Imminet morbus alicui ex frigida cauſa interiori. Interea ſodales uel nolentem ad conuiuium ſecum ducunt: utitur uel inuitus eorum cibarijs, & ita liberatur ab imminenti morbo, nō ratione nec prouidentia ſua, ſed caſu, contraq; magna humorum temperies à cœleſtibus cuipiam infuſa eſt. Is extremorum continuo uſu, id eſt calidorum aut frigidorum morbo contracto non caſu nec ſtellis, ſed ſtultitia atq; incontinentia perit, quæ res maxime homines uerſat. Non enim magis prudēs ſcienſq; quàm ſtultus & ignorans, quod ſæpe dicendum eſt aſtris dominat. Ideoq; ratione ac conſilio uiuentibus ſcientia quæ rationis effectus eſt, nimium confert, ſenſum ſequentibus prodeſſe nequaquam poteſt.

Aphoriſmus XC.

QVando prædominator aſpicit aſcēdentem, tunc res erit occulta ſecundum aſcendētis naturā. Quando uerò nō aſpicit, erit ſecundū naturā loci in quo eſt ipſe prædominator. Dominꝰ aūt horæ colorē rei ſignificat. Locꝰ ☾ tēpus ſignificat. Et ſi ſupra terrā fuerit, res noua eſt. Sin uerò ſub terra uetꝰ, ⊕ aūt longitudinē rei ſignificat, ſi lōga uidelicet aut breuis eſt, dominꝰ terminorū cuſpidis quartæ domꝰ & decimæ, et gradꝰ ☾ ſubſtantiā rei ſignant.

PRædominator eſt (ut diximꝰ) qui plures dignitates habet in aſcendente ac maiores. Id tale eſt dominus domꝰ. habet partes dignitatis quinq;, dominus exaltationis quatuor, dominꝰ triplicitatis tres, dominꝰ terminorū duas, dominꝰ faciei unā. Et qui plures habet dignitatis partes, is prædominator eſt. Quod ſi exæquabunt qui meliorem locum figuræ obtinet. Hę tamē dignitatū partes ſecundū negociorum qualitates mutant. Dominum enim exaltationis potꝰ q̄ dominū domus, in quærēdis honoribꝰ elegerim. Et in cognoſcēda temporū diſpoſitione, triplicitatis dominū alijs prætulerim. Terminorū quoq; dominū cæteris nonnunq̄ anteponā, ſed faciei quoq; dominꝰ nōnullis pręcedit, ut mox ex 92. Aphoriſmo patebit. Sciendū tamē eſt ꝙ ſi cōiungit alij uel aſpicit alium, illum Planetā magis capiendum qui tandē aſpicit. Et hoc eſt quod dicit Vacuū curſu ipſum eſſe debere. Tradere enim uires ſuas illi uidet quem aſpicit, quod ☉ maxime facere ſolet. Hic ergo prædominator, inquit, ſi aſpicit aſcendentem gradū. Hunc enim ſemper intelligit Ptolemæꝰ quando aſcendēs dicit. Hic enim horoſcopꝰ dicitur. Hunc ergo ſi aſpicit, res inquit occulta qua de quæritur, ſecundū uidelicet aſcendētis ſigni naturā erit. hoc eſt ignea, terrea, aquea, &c. prout ipſa domus ſignificat. Sin uerò nō aſpicit, erit ſecundū naturā loci ubi eſt, dominꝰ aūt horæ. Duodecim ſemper horas diei attribuāt & nocti totidem in quærendo horæ domino. Si ergo non ſumus in æquinoctio in duodecim partes, ſpacium totum diei ab ortu ad occaſum partiemur. Et ſimiliter noctis, deinde unicuique Planetæ unam huiuſmodi horam tribuimus, capto ſemper initio à Planeta qui diei dominator, per ſingulos ſeptimanæ dies uulgo nominat. & dominus horæ eſt, hoc eſt gręcè diepon, in quem horarum talium numerus deuenerit ſubſtantiam rei humanam, bouinam, aſinam. Cętera per ſe patent.

Aphoriſmus XCI.

QVando prædominator ægrotantis ſub radijs malum ſignum & maxime ſi ⊕ impeditur infortunaturq;.

¶ Totus his Aphoriſmus dilucidus eſt.

Aphoriſmus XCII.

ORientalis ♄ nō nocet tantū ægrotantibus, ſicut nec ♂ occidentalis.

DIxit in præcedenti malū eſſe ſignū quando ægrotāns prædominator ſub radijs Solaribꝰ eſt, id eſt quando proprꝰ ☉ eſt gradibꝰ 15. Sic enim uulgo capiūt, ſed ſub radijs quādo Planetę dum apparere nō poſſunt, quod in ſingulis ſignis propter ſignorū obliquitatē nō paruā habet diuerſitatē. Latitudo enim non paruā facit in ſingulis climatibus differen

differentiā, quæ omnia cōſyderanda nō ignoranti ſunt. Verum quoniam duo infortunantes Planetæ peiores eſſe quando ſub radijs ſunt, uideri poſſent per hunc Aphoriſmū, id quomodo ſe habeat explicuit, quòd ſcilicet tantū nec ♄ quādo ☉ præcedit, nec ♂ adhuc ſequēs nocere ſoleāt ægrotis, ſi prædominiū ſic collocati acceperint. Nam ſic ♄ frigus temperatus propter moram cum ☉ ſic ♂ feruor exardeſcit. Quare illa mora melior hic pernicioſior ſit. Ita ille minus nocet oriētalis quàm occidētalis, hic occidentalis minus quàm orientalis.

Aphoriſmus XCIII.

NOli antea ex aſpectibus ac figura iudicare, quàm ☌ inuenias. Principia enim in omni ☌ mutantur. Coniunge igitur utraq; & non errabis.

ITa ſe habet ☉ ad uniuerſum mundū, ſicut cor in toto animali. Nam ſicut cor in medio corpore animaliū eſt, ſic ☉ in medio ſphærarū omnium quę mot⁹ eiuſdē ſunt, collocatꝰ. Tres enim ſupra ipſum ſphæræ ſunt & tres infra. Hanc ſimilitudinem facit Ariſtoteles in libro de Partibus animaliū, ſed poſt ☉, ☽ ſecūda uirib⁹. Nam & lumine maxima poſt ipſum eſt, & natura tali ut ſit inferior omnib⁹ ſtellis, omniū influxus ſuſcipiat, & ſic multiplicans uirib⁹ uehemētius in elementarē influat mundum. Has ob res fit, ut tota diſpoſitio cœli quæ fortè reperitur in ipſa ☌ ☉ & ☽ uſq; ad ſequentē ☌ per totum illud temporis ſpaciū uirtutem ſuam in hæc inferiora infundat. Hac de cauſa etiā in Aphoriſmo 81. ſi ab aſpectib⁹ & figurā, quæ de re ipſa eſt certiores fieri non poſſumus, ad ☌ uel oppoſitionē nos remittat. Hic ad ☌ ſolam. uniuerſalis enim eſt, & principia, inquit, in ea mutantur. Et uis ſua (ut diximus) ad totū menſem trāsfunditꝰ. Ideo pręd ominatores ☌ ac tota figura quid afferat ad rem quam uolum⁹ conſiderat. Et ſimiliter quid prædominatores et tota figura tempore quæſtionis uel electionis initij. Et in nōnullis rebus genituræq; ipſius. Et ſi ad unum uergunt ac concordia quædā ſine amicitia eſt, inter prædominatores, inter aſpectus aut ſigna, & omnino inter figuras, certiores erimus nec errabimus in iudicando: ſin diuerſitas erit non magna, figuram quę proprie de re eſt ſequamur. Maioris enim uirtutis eſt.. Quod ſi penitus ad cōtraria figuræ tenderent, quod raro in quæſtionibus præſertim accidit, niſi quæſtio potius iudiciū rationis liberum et uoluntatē ac memoriā huiuſmodi quàm naturam ſequatur. Nos quoq; iudiciū noſtrum dubij ſuſpendentes. Coniunctio igitur in omnibus capi poteſt. Principia enim in omni ☌ mutantur. Quod quamuis ita ſit, in quibuſdā tamē rebus pleniluniū potius, ſi propinqui⁹ eſt, ſumim⁹. Non quia in ipſo principia mutent, ſed quia uim quandā in nonnullis rebus pro qualitate ipſarū habet. In quadraturas etiam ☽ ad ☉ in cognoſcēda temporū qualitate capiemus, ſicut in 62. Aphoriſmo dictum eſt. Arbitror aūt res totas atq; (ut ita dixerim) integras, cognoſcēdas ☌, ad particulares etiam ☍ eſſe capiendam. Sicut, uerbi gratia, in natiuitate ad totam uitam & actus ☌ ſola, ad gradum aſcendentē inueniendum altera quæ proxime præterijt, capitur. Id ita faciendum uerbis ipſius præcipitur, quę in quibuſdam ☌ ſolam, in quibuſdam alteram quæ propinquior ſit conſiderandam cenſent.

Aphoriſmus XCIIII.

LOcus potentioris prædominatoris ſignificat ea quę ab interrogante intenduntur.

GRadus aſcendētis prædominatores cōſiderentꝰ ſicut domini triplicitatis dom⁹ exaltationis terminorum ac facierū. Et hi magis quàm illi ſecundū rerum naturam et qui potentior eſt tum figuræ uirib⁹ quia eſt in angulo uel domo ſuccedēte, nec ab aſcendente auerſa, tum aſpectibus & ☌ Planetarū. Fixarū etiam primæ magnitudinis neq; magnæ latitudinis, is intentionē, inquit, interrogantis atq; quærentis, id eſt, de qua re quærat, oſtendit, neq; id abſq; ratione. Is enim maxime phantaſiā mouet ex Planetis qui & potentior eſt in aſcendēte, quo perſona interrogātis ſignificatꝰ, poteſtatē habet aut ſimpliciter maiorē, aut quod ſemper eligendū eſt ꝙ fieri poteſt pro qualitate naturaq; rei maximā. Idcirco in omnib⁹ prudentiā & ingeniū profeſſorū huius ſcientiæ requirim⁹. Nam ſi ceteris parib⁹ (ut dicitur) aut prope paribus alter domin⁹ ♂, alter ♃ radio nitatꝰ ex hominis cōditiōe ꝓdeūt, aut de Iouiali quippiā aut de Martiali re quæri indicabim⁹, ſimiliter de Venerea & Mercuriali Saturnaliq; ſignorum ac locorū figura, ubi prædominator eſt habita ratione. Sic tamē ut memores ſim⁹ liberū eſſe hominē & libertatis ſuæ naturā ipſi naturę, hoc eſt, complexioni à cœlo datæ ac phantaſię, quæ organica eſt, & naturam corporis ſequitur dominari. Et hæc organica corporeaq; cœlo ſubijci liberum arbitrium hominis nunc per ſe ſubijci. Quare nullo modo ignorare debemus alium à natura fungi hominem, alium à uoluntate atque iudicio fieri. Ad quid ergo hæc aſtrologica iudicialiſq; cōfert cognitio? quiſpiā dicet, ut ſcilicet naturales noſtras inclinationes, id eſt nos ipſos cognoſcam⁹, & ſic mala euitemus, uel mitigemus, bonas melioreſq; ſtudio faciamus. Et naturam ubiq; ducem, hoc eſt rationem, qua homines ſumus, diligenter ſequamur.

Aphoriſmus XCV.

QVæ in ſingulis faciebus cooriuntꝰ, ea proxime uiuendi modum & artem quam natus eliget, ſignificat.

FAcies dantur Planetis, quod omnes Aſtrologi ſciunt, & in qualibet facie imaginem cooriri quandam. Indi maxime affirmabant in prima facie ♈ hominem nigrum. Has ergo imagines dicit uiuendi modum & artem quam natus eliget, ſignificare. Quæ in aſcendēte ſunt, hoc eſt in facie gradus aſcendētis. Quare ſemper imago quę reperitꝰ in oriente, facies conſyderanda. Dixit aūt *proxime*, ut oſtendat non omnino tamen ſitus aſpectuſq; Planetarum ad iudiciū huius rei eſſe negligendos.

Aphoriſmus XCVI.

EFfectus eclipſium propinqui ſignificant anguli, ſed ſtellarū etiam tam Planetarum quàm fixarū quæ ſimul ſunt, naturam conſidera, coorientia non prætermitte, & ex his omnibus iudica.

Propin-

P*Ropinqui anguli loco eclipſis effectus ſignificant ſed ſtellarum quoque &c.* Coorienna etiani hoc eſt formas, figuras, quæ cum ſingulis faciebus oriuntur, conſydera. Has formas paranatellimata, id eſt coorientia græci appellāt, quoniam in aſcendente tantum conſyderantur.

Aphoriſmus XCVII.

PLenilunij aut ♂ domin⁹ quando eſt in angulo ante, perficit rem de qua interrogatio fit.

DOminum ♂ appellat prædominatorē qui plures dignitates habet, hoc eſt partes dignitatū in gradu aſcendentis in ♂. plenilunij uero eum qui ſimiliter dominatur in gradu aſcendētis in ☍. Hic ergo ſi eſt in angulo hora interrogationis ac quæſtionis perficit rem cinus qua de quæſtio eſt. Nonnulli tamen ipſius gradus ubi ♂ ſit & gradus ☍ ſuper terram prædominatorē accipiendū arbitrantur.

Aphoriſmus XCVIII.

TRanſcurrentes ſtellæ & comatæ ſecundariam uim habent in diuitijs.

HOc eſt poſt uerarū ſtellarū iudicia effectus ſui ſunt cōſyderandi. Nam ſi prima ſecundis cōuenient, maior erit notabiliorq́ effectus ipſorum. Secundariorū autem effectus erunt, ſi ibi prima non opponuntur. Sed ſi opponuntur atq; repugnant, non erunt, uel ſecundariā uim habent, quia uis ſua depēdet à primis. Nam etiam ipſa ſecunda, hoc eſt tranſcurrētes ſtellæ & comatæ, quas etiam crinitas appellant, per influxum ſuperiorū generantur unde ſignantur. In ſequenti Aphoriſmo de trāſcurrentib⁹ uerba faciens non dixit efficiūt, ſed ſignificant.

Aphoriſmus XCIX.

TRanſcurrentes ſtellæ ſiccitatem aeris ſignificant. Et ſi ab una parte feruntur, uentum ab illo ſignificāt angulo: ſin uerò ad multas partes feruntur, aquarum paucitatē & aeris mutationes & exercituum incurſus ſignificant.

DIxit in præcedenti quam uim habent ſtellæ tranſcurrentes & comatæ quia ſecundariā & à ſuperioribus deſcendentē. Deinde diuiſim per duos Aphoriſmos ultimos ſignificationes illarū exponit. Tranſcurrentiū quidem ſtellarū in hoc 99 comatarum uero in 100. Tranſcurrentium materia ſicca eſt quod facile incendiū & uelox conſumptio eius ſignificat. Ideo ſi ab una parte feruntur uentus, illo ſignificatur. Nam uentorū materia etiam ſicca eſt. Hæc cum illo cōgeratur, quo ſtellæ tranſcurrentes cernuntur uentus, inde ad angulum unde tranſcurſus fiebat flatus ex neceſſitate notatur. Sin autem à multis uarijsq; partibus à multis paſſim feruntur, quoniam exhalationū abundantiā oſtendunt, paucitas erit aquarum, & mutationes aeris uarietate uentorū. Ad partes enim multas diſtracta materia, ad multas etiam neceſſariò reſtat. Exercituū quoq; incurſus ſignificatur, phantaſmatibus uidelicet hominum, non aliter quàm continenti aere quo ſpiramus exagitatis, quib⁹ militares homines qui ſemper curſus ſomniant, facile quaſi ad officium ſuum concitantur.

Aphoriſmus C.

STellæ uerò comatæ, quæ undecim à ☉ ſignis diſtant, ſi apparebūt in angulo aut rex aliqius aut magn⁹ in regno morietur: ſin uerò in ſuccedente loco, bene ſe habebunt ornamenta eius, ſed gubernatorem ſuum mutabit Et ſi in loco cadente, erunt ægrotationes & mortes repentinæ. Et ſi ab occaſu ad ortū mouentur, alienigena hoſtis regionem inuadet. Sin uerò non mouentur, hoſtis indigena erit.

QVæ undecim, inquit, ſignis diſtabunt à ☉ ſi apparebunt in angulis, ut ſi quando ☉ eſt in ♉ comata ſtella ſit in ♈ appareatq; ante ortū ☉ in orientali angulo, uel ſi comata ſit in ♊, & appareat poſt occaſum ☉ aut in occidentali angulo, aut in meridiano. Dixit aūt diſtantiā eſſe à ☉ propter breuitatem intelliges primū à ☉ ad comatā, deinde à comata ad ☉. Termini mutati ſolum ſunt, diſtāntia eadem manet: qui dicendi modus nec oratorib⁹ quidem ignot⁹ eſt. Eſt aūt diſtātia undecim ſignorū in his ſolū cometis qui apparent in ortu uel occaſu ſtatim in prima apparitione. In cæteris cum occultentur ſolum radios Solis ſubeuntes. *Si uerò in ſuccedenti loco.* Succedentē locum hic octauā domū quæ ſuccedit occidētali angulo, & undecimā quæ ſuccedit meridiano ſuper terrā ſolū intellige. In ſuccedēte namque oriētalis anguli & meridiani ſub terra apparere comata ſtella nō poteſt. Quare cadentes quoq; locos nonam & duodecimā dici tantū neceſſe eſt, in quibus poſt occaſum ☉ poteſt apparere. Nam in aſcēdēte ante ortū Solis apparet. Quod ait alienigena hoſtis regnū inuadet, regiones intelligit ſigno ſubiectas in qua apparebit, ſicut in Quadripartita iudicandi doctrina, optime ab ipſo expoſitū eſt. Dixit aūt regiones, nec intellexit, ut ego arbitror, in omnes ſigno ſubiectas ſignificationes effectubus euenturas eſſe, ſed in eas tantū quæ diſpoſitæ ac quaſi ad rem preparatę quę ſignificat, ſunt. Cauſa enim quę neceſſariò inducit effectū ſuū, in omnib⁹ operatur quæ ſibi ſubiecta ſunt. Quæ uerò non neceſſariò ſed ſolum inclinando agit, nō in omnib⁹ ſubiectis ſibi, ſed in diſpoſitis dūtaxat uires ſuas extendit. Sunt aūt crinitæ ſtellæ ſicut tranſcurrētes, nō efficiētes cauſæ, ſed ſigna ſolum. Cauſæ uerò ſunt cœleſtia corpora, unde ſigna quoq; ipſa efficiunt. Igitur regiones dixit, ne quis ad unam aliquā urbem ſignificata cometarū fieri arbitraretur. Latius enim adeo patent ut nō urbes ſingulas ſed regiones integras complectantur. Hæ comatæ crinitæq; ſtellæ ſemper motu rapto ad occaſum mouentur. Quantū aūt ad motū qui eſt ab occaſu ad ortū nonnunquā ſtare ut fixæ ſtellę uideantur, nonnunquā mouentur etiam ad ortum inæqualiter. Non enim ſolū alia uelocius, alia tardius mouetur, uerum etiam eadē modò uelocius modò tardius ferri notatur. Quod accidit, quia ſuperiora elementa per raptum motu totius, ac tangentis feruntur. Ac ideo per repugnantia materies nunc ſtare, nunc moueri, & modo citius, modò tardius retractari, ferri ad ortum cometæ cernuntur. Vnde patet, ignem atque aerem nullum habere (ut Platonici ſomniant) proprium motum

motum circularem. Æqualis enim atque regularis omnis motus naturalis eſt ac propriꝰ. Sed id utcunque ſe habeat, naturales altius cōſiderent. Si mouentur ergo relapſæ crinitæ ſtellæ ad ortum alienigenā, inquit, hoſtē inuaſurū ſignificant. Multitudo enim & cruditas materiæ motu hoc ſignificat & pondus. Quippe relabi aliter ad ortū cometa nō poteſt, niſi primo motui nimium reſiſtat atq; repugnet. Multa uerò ac crudior materia à maioribꝰ ſuperiorū corporum uiribus collecta, tracta, inflammataq; eſt. Quare maiores quoq; in inferioribus fore ſignificant. Hæ uero ab alienigenis, non indigenis fiunt. Quando aūt ſtant nec ullo modo ad ortū mouent, materia neceſſario tenuis et non reſiſtens oſtendit. Quare cauſę quoq; quibus excitata eſt, minorū fuiſſe uiriū percipit. Et minores in his inferioribꝰ futuræ mutationes ſignificant, quales ſunt quæ ab indigenis fiunt. Alienigenæ nanq; omnia ſimul diuina humanaq; ſubuertunt. Indigenæ ſaltem mores, linguam, templa, religionemq; tutant eandē. Illud nō eſt nobis prætermittendū quod & ante & poſt crinitas ſtellas magna uis aquarū ſolet de cœlo deſcendere. Nam quemadmodū trāſcurrētes ſtellæ ſiccitatem ſignificāt, quia ex pauca materia quæ cito ac facile in inferiore regiōe aeris q̃ cometę inflammant, ita crinitas aquarū uis magna et antecedit et ſequit. Multā enim & compactā denſamq; in ſuperiori regione (quam tranſcurrentes appareāt) inflammari materiā uidemus. Quare neceſſe eſt ut plurima undiq; excita ſit, q̃ omnem ad cometarū regionē contractā eſſe impoſsibile eſt Non poteſt eni rota ęqualis eſſe, ſed uaria atq; multiplex eſt. Quæ igitur ſubſedit ſubſidetq; in inferioribus, ea in aquas reſoluta defert Hac de cauſa cometas humidiora tempora & præcedere ſemper ſolent & ſequunt, plerunq; uerò id ipſi nō ſignificāt futurū, ſed fieri iam demonſtrant Propria uerò ſignificatio ipſorū, ut à uerbis Ptolemæi colligit, euerſio urbiū, regnorū mutatio, cædes gentiū, ingēs ſanguinis effuſio. Omnis enim cometa uel mouetur ad ortum uel non. Hoc ab indigena mutationē infert, primū ab alienigena. Quare dicit Ptolemæus ſtatim Aphoriſmū incipiens, aut de morte regis aut de ornamentis eius, aut de ægrotationibꝰ, et de morte multorū ſignificationes ſunt quę à loco apparitionis capiunt. Vtraq; igit & locorum & apparitionis & motꝰ aut quietis ſignificata cōmode atq; diſtincte colligētes, nō longe aberrabimus. Locorū tamē ſignificata nō in patiētes, ſed in agentes magis poſtea q̃ uexatarū regionū iuris facti ſunt, euenire cōtenderim. Apparuit enī (ut à patribꝰ accepimꝰ) cometa ingens in orientali angulo ſtella quæ nō parua uelocitate ferebat ad ortū Thamyris Parthorū rex, quem tabellariū appellant, totam Aſiam inuaſit, euertit, proſtrauit: cumq; tranſitum iam in Europā cogitaret, eius morte quem abiens regno præfecit ſuo, redire coactū in propria. Sed fuit & in temporibꝰ Iulij Cæſaris cometa ſtans in angulo. Et Romanorū imperiū in indigenā trāſlatum iri & mortē redire Cæſari ſignificauit. Sed de his quidem iam finis ſit. Verum quoniam accidit ut dum hæc ſcriberē comata ſtella Romæ apparuerit, appareatq; adhuc, nō erit ab re hac de re pauca dicere. Apparuit igitur primò circa calendas Iunias, ut dicitur, inter quintam & ſextam noctis horam in oriētali angulo, nec certe alibi ea hora niſi fortè primum poteſt cometa apparere. Apparebatq; penè 15. diebus ut ferri ad ortum & diurnus eius motus quatuor proxime graduū eſſe uideretur. Quandoque per duos dies, ut ferunt, non apparuit, poſtea poſt occaſum Solis uiſus eſt 16. eiuſdem Iunij menſis die. His ſuppoſitis, quoniā ante ortū ☉ tribus horis proxime incepit apparere, ſi à numero aſcenſionum gradus ☉ in climate qui tunc fuit in 20. gradu ♊ proxime in partes horarum 3.30. ſubtrahemus, deueniemꝰ in tertiū proxime gradū ♈. De ſecunda uerò apparitione dubitatio eſt, unum eiuſdē ſit ſtellæ an alteriꝰ. Circa principium enim ♌ apparuit ☉ 4. proxime gra. ♋ obtinente. 40. enim gradus proxime inter ſtellam crinitam & ☉ ad minꝰ intereſſe cenſet Ptolemæus: quando ſcilicet undecim ſignorum diſtantia eſt, plures etiam neceſſario. Aliter enim nō poſſet in omnibꝰ tam ſuccedentibꝰ q̃ cadentibꝰ ſupra terrā locis apparere. Quare mihi nō uidetur poſſibile duobꝰ diebus ſexaginta gradibus relapſa fuiſſe. Accedit quod multo minorē omnes qui uiderūt, aſſerunt deficientē primā fuiſſe, q̃ ſecundā incipientem. Quod contrà neceſſariò ſe habuiſſet, ſi eadē eſſet. Quomodo aūt ſi non plures q̃ quatuor gradus retracta prima dicit motu diurno, poſtea deficiens extenuata 30. gradibus relapſa fuiſſe, præſertim cum iam hanc alterā uideamꝰ, quanto minor ſit, tanto minꝰ ad ortum ferri. Sic ut iam ferè deſinere ac ſtare uideatur. Quod neceſſariò ita ſemper fieri ratio demonſtrat. Nam quanto magis extenuatur materia, tanto minus reſiſtit motui totius. Quas ob res, duas ego has crinitas fuiſſe arbitror ſtellas, primamq; in ♈, alteram in ♌ apparuiſſe. Et per hæc ſigna integre abſoluteq; peragraſſe ♈ ſubijcimus Britanniam, Germaniā, Vngariā, Longobardiam. ♌ Italiā, Galliā, Apuliā, quam puto Ptolemæum ab Italia ſeparaſſe, ne quoniā antiquitus magna Gręcia nominabat, cōfuſio fieret. Nec tamē in omnibus effectus uenturi ſignificant. Et in diſpoſitis hoſtem alienigenā, & de longo uenturū uelocitas ad ortū motus portēdit. Matutinæ operationis ſignificationes citius uenturas q̃ ueſpertinas, in Quadripartita doctrina Ptolemæꝰ aſſerit, ſi ſimiles uidelicet regiones reſpicitūt. Sin uerò diſsimiles, contrarium intelligendum eſt. Qui aūt qualeſq; ſignificantur effectus, apertiꝰ diſtinctiꝰq; dicere nec licet, nec ſi liceret, iuuaret. Non ignoramus aūt cardines angulos ſuccedentē locum & cadentē uel ſecundū alicuꝰ ſigni figuram accipi poſſe. Sed ſi id alienū à mente Ptolemæi iudicamꝰ, primū quia quod dicitur crinitas ſtellas ſignis diſtare plerunq; à Sole nō ad ſingulorū figuras, ſed ad totius ſitum aperte refertur. Deinde quia etiam ait, ibi apparebūt in loco cadente, ut in duodecima quæ inimicorū eſt, erunt ægrotationes, aut in octaua quæ morti attribuitur, erunt mortes ſubitaneæ. Quare meliꝰ eſt (ut ego arbitror) ad ſitum totius ſimpliciter captū, quàm ad ſingulares regionum uel regum figuras referre. Illud apprime notandum, ſæpiuſq; repetendum, ſignificationes cometarum præter opinionem ac inſolentes eſſe, ut ſicut rarò apparent, ſic inconſueta ſignificare uideantur.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

...COTTSCHER RESTAURI... 1971